37
36 D
8

ANIMADVERSIONES

ET ADDITAMENTA EX POSTERIORIBUS
SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONIBUS
ET SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS DESVMPTA
AD AUGUSTINUM BARBOSA

DE OFFICIO, ET POTESTATE

PAROCHI

AUCTORE

UBALDO GIRALDI A S. CAJETANO
Cleric. Regular. Scholar. Piarum, ex Assistente Generali
ET APOSTOLICO ROMANI CLERI EXAMINATORE.

ROMÆ MDCCLXXIV.
EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS ANGELI BARBIELLINI
IN ÆDIBUS DE MAXIMIS.

SVPERIORVM FACVLTATE.



CAJETANUS RAMO A S. JO: BAPTISTA

CLERICORUM REGULARIUM

Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum

PÆPOSITUS GENERALIS,

CUM Librnm, cui titulns = *Ubaldi Giraldi a S. Cajetano* Ordinis nostri, Apostolici pro romano Clero Examinatòris, & ex Assistentis Generalis Animadversioues, & Additamenta ex posterioribus Summorum Pontificum Constitutionibus, & Saerarum Congregationnm Deeretis desumpta ad Augustinnm Barbosa *de Officio, & potestate Parochi*, = duo ex nostris, qnibus commissum fuit, recognoverint, & probaverint, ipsius edendi facultatem, quantum in nobis est, Auctori concedimus.

Datum Romæ in Ædibus nostris Scholarum Piarum apnd S. Pantaleonem die 19. Februarii 1773.

Cajetanus a S. Jo: Baptista Præpositus Generalis.

Reg. fol. 122.

Silvester Giannini a S. Theresia Secret.

APPROBATIONES.

ATtente legi, ita jubente Rmo P. Sacri Apostoli Palatii Magistro, opus cui titulus est = Animadversiones, & Additamenta ex posterioribus Summorum Pontificum Constitutionibus, & Saerarum Congregationum Decretis desumpta ad Augustinum Barbosa *de Officio, & potestate Parochi*. Auctore Ubaldo Giraldi a S. Cajetano, Clerico Regulari Scholarum Piarum ex Assistente Generali, & Apostolico romani Cleri Examinatore = Nihil porro in eo deprehendi, quod censoria virgula notari posset, contrarium, vel Fidei Dogmatibus, vel Regulis morum, sed imo suspexi summnm clarissimi Auctoris studium tum in refutando, ubi ita res postulavit, Augustino Barbosa, tum in eo insigniter locupletando. Quantæ vero utilitatis opus hoc sit, vel me tacente, omnes intelligunt. Tractatus Augustini Barbosæ *de Officio, & potestate Parochi* ab omnibus fere Parochis legi solet. Sed pauci erant, qui veras a falsis opinionibns secernere poterant. Necesse propterea erat tractatum hunc castigare. Id sane præstitit P. Giraldi, qui de ecclesiastica jurisprudentia quam bene meritus sit, pandunt alia ab eo edita Opera. Quantum igitur in me est, Auctor sum, ut Opus hoc P. Giraldi adeo utile bono publico typis quam citissime committatur. Dabam Romæ ex Ædibus meis die 2. Martii 1773.

Franciscus Mazzei in Romana Curia Advocatus.

OPus Augustini Barbosæ *de Officio, & potestate Parochi* jamdiu celebre ob multiplicem Illmi sui Auctoris doctrinam, limatione in aliquibus, illustratione in aliis, in pluribus additione indigere nemo nnus inficiabitur, qui ad lancem sanioris doctrinæ ipsum librabit. Jure proinde, ac merito in id totus incubuit indefessus quamvis octogenarius clarissimus Giraldus in Opere inscripto =. Animadversiones, & Additamenta &c. = exptumque opus egregie pro more suo perfecit. Quod tantum abest, ut vel in minimo ab ulla ex iis regulis, quæ in hoc genere servandæ sunt, deficiat, imo adamussim eæ omnes fideliter in ipso serventur; idemque Opus nedum perutile fore, sed valde proficuum, ac pene necessarium Parochis pro recte obeundo ipsorum munere ducam, si typis evulgabitur. Ita humillime obsequens Rmi Patris Thomæ Augustini Ricchini mandatis, Sac. Palatii Apostolici Magistri. Ex Collegio S. Blasii, & Caroli de Urbe die 10. Martii 1773.

D. Placidus Rambaldi Congreg. Cler. Regular. S. Pauli Generalis Assistens &c.

PRÆFATIO

AD OPUS, CUI TITULUS

ANIMADVERSIONES,

ET ADDITAMENTA, EX POSTERIORIBUS SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONIBUS, ET SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETIS DESUMPTA AD AUGUSTINUM BARBOSA DE OFFICIO, ET POTESTATE PAROCHI

AUCTORE

UBALDO GIRALDI A S. CAJETANO

Cler. Reg. Scholarum Piarum ex-Assistente Generali, & Apostolico Romani Cleri Examinatore

SACRIS ANIMARUM RECTORIBUS

JOANNES FRANCISCUS PALMERINI

Sac. Th. D., & in Viterbiensi Ecclesia Canonicus Pœnitentiarius S. P. D.

Augustini Barbosæ, Uxentini Episcopi, qui superiori sæculo floruit, nomen, ac multiplicem in Jure Pontificio sapientiam nemo unus ignorat. Is e patre Emanuele Barbosa, magni nominis I Cto, Vimarani in Lusitania ortus, Romæ primum, tum Matriti, canonicis legibus addiscendis operam dedit; tantumque laudis ob plurima, quæ eo in genere edidit, opera, est assecutus, ut quasi quoddam sacri Juris oraculum ævo suo passim haberetur.

Verum, ut laboriosi Scriptoris gloriam sibi ille jure fuerit nactus, sunt tamen emunctæ naris Censores, qui in eo desiderent accuratiorem delectum. Totus enim cum sit in colligendis undelibet Sacrorum Canonum, & Pontificiarum Sanctionum monumentis, Sacrarum Congregationum decretis, atque omnibus Scriptorum omnium sententiis, plerumque fit, ut falsa a veris, a certis dubia, ac nimis laxa a sanioribus perraro secernat. Accedit alia causa, quod cum innumeræ post Auctoris obitum prodierint, tam in ecclesiastica disciplina, quam in christianæ Ethices reformatione Summorum Pontificum leges, quæ ejusdem Barbosæ opinionibus in præsentia adversantur, hinc fit, ut in ejus operibus perlegendis vix tuto quisquam consistere pede possit.

Quæ cum ita se habeant, quis non videt, quam bene de literaria, ac christiana Republica mereretur, qui novam horum moliretur operum editionem, ad recentiorum documentorum regulas accomodatam?

Si quod autem præ ceteris tanti Doctoris opus castigatione oportuna indigere visum est plerisque viris in ecclesiasticis studiis exerci-

exercitatis, illud est in primis, quod inscribitur = De Officio, et Potestate Parochi = Liber hic, cum titulo, tum Auctoris fama percelebris, omnium fere Parochorum manibus teritur, quod non injuria putent, in eo se cuncta, quæ ad onerosum Parochi munus rite obeundum pertinent, invenire posse. At cum vitiis illis, quæ supra indicavimus, scateat, manum opperiebatur medicam, quæ mala omnia, ac nævos sanaret, aut censorio calamo exsecaret.

Manum hanc scite, ut solet, adhibuit R.mus P. Ubaldus Giraldi *a S.Cajetano, Cler. Regul. Scholarum Piarum, ex Assistens Generalis, & Apostolicus Romani Cleri Examinator*; qui, qualis, quantusque sit, ac de ecclesiastica Jurisprudentia quam bene meritus, complura ejus volumina, improbo labore conscripta, romanisque typis impressa testantur. Nihil est proinde, quod de tanti Viri laude commemorem, cum publica de eo, & præclara litteratorum hominum testimonia loquantur.

Clarissimus hic Auctor in hanc Barbosæ Opellam Animadversiones elucubravit, servato in omnibus primi Scriptoris ordine, seu μεθόδῳ. Quamquam vero nihil aliud præstiterit, (quod quidem quantum sit, probi quique, eruditique viri intelligunt) quam proscriptas propositiones abigere; nimis laxas opiniones emendare; recentiores Summorum Pontificum leges, ac Sacrarum Congregationum decreta suis locis intexere; oportunas, & tutas instructiones de integro addere: uno verbo, cuncta, quæ ad rem utilia, & accomodata visa sunt, unde unde colligere, digerere, explanare; id tamen perfecisse jure optimo, meritoque dicendus est *P. Giraldi*, ut Barbosam frustra in Barbosa quæras: adeo omnibus, ac novis a Giraldo pictus est Barbosa, & politus sacræ eruditionis coloribus, ut novam, ac splendidissimam faciem assumpsisse videatur.

Reliquum est igitur, ut ecclesiastici viri, ac Vos præsertim Sacri Animarum Curatores, novam hanc, ac certe maxime necessariam elucubrationem, quæ quam ocyssime prelo supponetur, comparetis, atque avidis oculis, attentaque mente percurratis; pro certo habentes, in uno hoc vos Codice habituros omnia, quæ ad eam materiam pertinent, quæque, ut addiscantur, plurium librorum armarium recludere oporteret. Valete.

MONI-

MONITA
AD LECTOREM.

I. *Ovissima hujus Operis editio, cui accesserunt Animadversiones, & Additamenta, desumpta est ab editione Venetiis excusa in quarta folii parte typis Antonii Mora, anno MDCCXX. Cum vero nedum erroribus quamplurimis scateat contra verum materiarum intellectum, sed etiam in pluribus deficiat, ut emendatior edatur, collata est cum editione, Lugduni in folio excusa, anno MDCCXIII. sumptibus Anisson, & Joannis Posuel, quæ licet anterior, magis tamen accurata ab omnibus recepta est. An autem etiam in hac eadem Auctorum citationes respondeant operibus eorumdem, judicium ferri non potest, cum nec in promptu omnes haberi queant, nec ob tam profusum eorum numerum vix cuiquam integrum sit cum exemplaribus conferre. Quod etiam in causa fuit, ut nonnulli ex iisdem Auctoribus consulto in hac novissima editione omissi fuerint, tamquam minus ad rem oportuni.*

II. *Animadversiones, & Additamenta interclusa leges hoc signo* ☞ . . . . ☜

III. *Si aliæ Animadversiones me fugerint, aliaque Additamenta pro rei parochialis opportunitate tibi in expectatione erant, id ingenii mei tenuitati, ætatique octogenariæ potius, quam voluntatis vitio vertas. Ut tuis tamen votis fiat satis, non deerit, qui latiorem tibi viam sternat. Interim hunc laborem meum, quem Sanctæ Romanæ Sedis judicio humiliter, demissèque subjicio, benigno excipias animo.*



§ E-

SERIES CAPITUM

QUÆ IN HOC TRACTATU CONTINENTUR.

PRIMA PARS.

De Parochorum institutione, & obligatione.

Cap. I.	*PAROCHUS unde dicatur, & quid parochia, & parochialis Ecclesia, ac beneficii curam animarum habentis nomine veniat.*	Pag. 1
Cap. II.	*De Canonica Parochorum electione, & institutione.*	13
Cap. III.	*De gravitate formidandi oneris, quod Parochorum humeris imponitur, dum illis animarum cura committitur.*	40
Cap. IV.	*De professione Fidei per Parochum intra duos saltem menses, a die adeptæ possessionis facienda, & obedientia Rom. Pontif. præstanda.*	42
Cap. V.	*De Sacerdotio per Parochos suscipiendo infra annum a sibi commissi regiminis tempore numerandum.*	46
Cap. VI.	*De vita, & honestate Parochorum.*	52
Cap. VII.	*De vigilantia Parochorum erga suas Plebes.*	60
Cap. VIII.	*De residentia Parochorum.*	68
Cap. IX.	*De præcedentia Parochorum.*	82
Cap. X.	*De Officio Divino per Parochos recitando.*	85
Cap. XI.	*De Missis per Parochos ex obligatione celebrandis.*	92
	Litteræ Monitoriales S. Caroli Borrom. de conveniendo ad divina in Paroc.	107
Cap. XII.	*De Functionibus parochialibus.*	108
Cap. XIII.	*De Parochorum cura circa propriæ Ecclesiæ, & habitationis reparationem, & debitam reverentiam ipsi Ecclesiæ habendam, ejusdem bona, & res conservandas.*	112
Cap. XIV.	*De Prædicatione verbi Dei Parochis injuncta.*	121
Cap. XV.	*De Doctrina christiana per Parochos docenda.*	124
Cap. XVI.	*De denunciatione Vigiliarium, festorum, Indulgentiarum, Matrimoniorum, & Ordinandorum per Parochos inter Missarum solemnia facienda.*	127

SECUNDA PARS.

De Sacramentorum administratione Parochis injuncta.

Cap. XVII.	*CIrca administrationem Sacramentorum in genere plura per Parochos consideranda.*	Pag. 137
Cap. XVIII.	*De Baptismi Sacramento administrando præcipua quædam per Parochum curanda.*	147
Cap. XIX.	*De Pœnitentia Sacramento præcipua quædam a Parocho notanda.*	163
Cap. XX.	*De Sacræ Communionis dispensatione per Parochos facienda.*	196
Cap. XXI.	*De Matrimonio per Parochum celebrando, illiusque denunciationibus præmittendis.*	212
Cap. XXII.	*De Extremæ Unctionis Sacramento per Parochum administrando.*	242
Cap. XXIII.	*Parocho an, & quando sit dandus Coadjutor.*	250

TERTIA PARS.

De juribus Parochialibus.

Cap. XXIV.	*DE Oblationibus.*	252
Cap. XXV.	*De Quarta parochiali, seu canonica portione.*	256
Cap. XXVI.	*De Sepulturis, & Funeribus ducendis.*	268
Cap. XXVII.	*De Primitiis.*	282
Cap. XXVIII.	*De Decimis.*	283
§. I.	*De rebus, ex quibus decimæ persolvuntur.*	286
§. II.	*De personis, quibus decimæ solvendæ sunt.*	293
§. III.	*A quibus personis decimæ sint persolvendæ.*	305
§. IV.	*Quis sit judex competens in causa decimarum, & an, & quando sit summaria, & executiva, & quibus pœnis afficiantur illas non solventes, & quomodo componi, & transigi super illis possit.*	320
Cap. XXIX.	*Parochus quibus modis talis esse desinat.*	325

IMPRI-

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Franciſcus Anton. Marcucci Epiſc. Montis Alti Viceſg.

I M P R I M A T U R.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

TRA-



TRACTATUS
DE PAROCHIS
ET EORUM OFFICIO, AC POTESTATE.
PARS PRIMA.

CAP. I.

Parochus unde dicatur, & quid Parochiæ, & parochialis Ecclesiæ, ac beneficii curam animarum habentis nomine veniat.

SUMMARIUM.

1 *Parochi apud Ethnicos dicebantur illi, qui Legatis publicè Romam missis, salem, & ligna, præparabant.*
2 *Parochi in Ecclesia sunt Sacerdotes auctoritate Episcoporum Ecclesiis præfecti, ut plebibus Sacrum Divini Verbi, & Sacramentorum pabulum administrent.*
3 *Paræcus Græcis est incola, sive habitator in loco.*
4 *Plebani dicuntur, qui curam exercent animarum in Plebania, habentes sub se plures Ecclesias, vel Capellas.*
5 *Plebani Ecclesia appellatur matrix, quasi mater Ecclesiarum, quas sub se continet.*
6 *Archiepiscopi Ecclesia Metropolis dicitur, idest Civitatum ejusdem Provinciæ mater.*
7 *Plebanis sola competit jurisdictio fori pœnitentialis, ut Parochis.*
8 *Plebani non dicuntur in dignitate constituti.*
9 *Declaratur text. in cap. cum ab Ecclesiarum Prælatis, de Offic. Ord.*
☞ *Vide Additionem.*
10 *Rectores dicuntur, quia plebem, & populum sibi commissum cum cura regunt.*
11 *Curati appellantur a cura, quam de regendis ovibus susceperunt.*
☞ *Vide Additionem.*
12 *Parochiæ cujuslibet Rector appellatur etiam proprius Sacerdos.*
13 *Capellanus dicitur, qui in Ecclesia Monachorum curam exercet.*
14 *Paræcia nomine antiqui Christiani usi fuerunt.*
15 *Paræcia græcè idem est, quod accolarum conventus, seu habitatio, aut cura.*
16 *Parochia dicitur quasi partitio curæ.*
17 *Parochiæ antiquitus distinctæ non erant, sed Episcopi omnes dicebantur totius Diœcesis animarum curam exercere.*
18 *Dionysius Papa, crescente Christiano populo, singulas Parochias singulis Sacerdotibus assignavit.*
19 *Parochia dicitur locus, in qua degit populus alicui Ecclesiæ deputatus, certis finibus limitatus.*
☞ *Vide Animadversionem.*
20 *Parochia debet constare ad minus ex decem familiis.*
21 *Parochia qualibet cum habeat suum territorium separatum, & divisum, ampliùs non licet alteri in eo aliquid facere.*
22 *Episcopus post divisionem Parochiarum non ampliùs dicitur Rector, sive Parochus totius Diœcesis, sed solius Ecclesiæ Cathedralis, & Prælatus super omnes suæ Diœcesis Rectores.*
23 *Episcopus, distincto populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignat, ubi adhuc Parochiæ certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant.*

24 *Ali-*

24 *Aliquæ distinguuntur Parochiæ non per domos materiales, sed per populos, seu familias.*
☞ *Vide Additionem.*

25 *Parochias novas etiam invitis Rectoribus, Episcopi constituere possunt, ubi propter locorum distantiam, aut difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda accedere non possunt.*

26 *Parochialis Ecclesia dicitur, quæ habet jus consistens in cura animarum ipsorum Parochianorum, de quibus Parochus Presbyter tenetur Deo reddere rationem.*
☞ *Vide Additionem.*

27 *Parochialis Ecclesia ut constituatur, quæ concurrere debeant, ostenditur.*

28 *Parochialis Ecclesia ut probetur, non sufficit, quod Rector administret Sacramenta, nisi etiam ostendatur, quod de necessitate administrat, & populus ab eodem de necessitate recipit.*

29 *Parochialis non probatur ex sepultura, & actus sepeliendi.*

30 *Parochialitatis præsumptio concludens resultat, si doceatur, quod non facta aliqua electione sepulturæ per defunctos, & non existentibus sepulturis Majorum in dicta Ecclesia, corpora fuerunt ibi sepulta, tamquam in parochiali.*

31 *Ecclesia non percipit decimas, vel primitias, ergo non est parochialis, non benè concludit argumentum.*

32 *Decimæ possunt etiam acquiri Ecclesiæ non parochiali ex aliquo titulo, quam de Jure Divino.*

33 *Parochialitatis resultaret præsumptio, sed non concludens, si in aliqua Ecclesia retineretur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, eo quod in parochiali debet de necessitate retineri.*

34 *Parochialitatis præsumptio non levis induceretur, si aliqua Ecclesia perciperet decimas, & primitias, vel in illa diebus Festis Christifideles Missas audirent, non tamen necessariò ex illis infertur ad curam parochialem.*
☞ *Vide Animadversionem.*
Parochialitas unde probetur ib. & seq.

35 *Parochialis Ecclesia consequenter est beneficium Curatum, & habet curam, non tamen e converso beneficium Curatum est parochialis Ecclesia.*

36 *Parochialem Ecclesiam asserenti incumbit onus probandi.*
Non præsumitur de jure, ibid.

37 *Ecclesia præsumitur Curata, ubi beneficium habuerit populum, vel Clerum.*

38 *Parochialis Ecclesia fit Episcopi auctoritate, qui fines designat, plebem constituit, & Parochialem nominat.*

39 *Parochialis Ecclesia erecta præsumitur superioris auctoritate, & consensu ex lapsu temporis, quando in illa divina Officia publice celebrata fuerunt.*

40 *Dotata sufficienter debet esse parochialis Ecclesia, ut possit saltem ex dote ipsius unus presbyter cum alio ministro commode sustentari, & jura Episcopalia persolvere.*

41 *Ecclesia non debet dedicari, nisi tantum assignetur, quod duobus sufficiat.*

42 *Parochialis Ecclesia, si ita exiguos, & tenues redditus habere deprehendatur, poterit Episcopus cum illa conjungere aliquod beneficium simplex, vel illam cum aliis parochialibus unire.*

43 *Parochialis Ecclesia non potest duos, vel plures Parochos habere.*

44 *Parochialis Ecclesiæ ad regimen unus parochus assumi debet, qui suo nomine, & non cum aliis præficiatur.*
☞ *Vide Additionem.*

45 *Beneficium parochiale habere dicuntur illi, quibus singulariter parochiales Ecclesiæ curandæ, & regendæ conferuntur.*

46 *Beneficii parochialis appellatione non venit omne beneficium habens curam animarum.*

47 *Cura animarum in beneficiis duplex.*
Cura animarum quid? ibid.

48 *Cura pœnitentialis, alia actualis, alia habitualis.*

49 *Mentio non est facienda de cura annexa.*

50 *Cura habitualis nullum facit beneficium curatum, nec causat incompatibilitatem, nec requirit personalem residentiam.*

51 *Parochialis habita pari passu ambulat cum beneficio simplici.*

52 *Parochialis ad actum revocata judicatur, ac si esset noviter erecta.*

53 *Cura animarum in beneficiis unitis est penes principalem Prælatum beneficii uniti, ejus vero exercitium penes Vicarium amovibilem in beneficio unito deputatum.*

54 *Vicarius perpetuus in Ecclesia Collegiata deputatus habet omnimodam curam actualem, habitualis verò est penes Capitulum.*

55 *Papa erigendo Vicariam perpetuam, & in Vicarium transferendo curam, nihil aliud facit, quam constituere illi acta Rectorem curæ animarum, licet proprie non sit Rector Ecclesiæ.*

56 *Vicarius perpetuus potiùs dicitur habere curam animarum, quàm Rector animarum.*

57 *Cura animarum indistincte dicitur apud Vicarium perpetuum quoad omnem effectum.*

58 *Rector principalis, si spreto Vicario perpetuo, velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset.*

59 *Cura totalis potest in erectione Vicariæ transferri in Vicarium etiam ad nutum amovibilem.*

60 *Vicarii perpetui in Parochialibus annexis debent de jure constitui.*

61 *Beneficii de essentia est, ut sit perpetuum.*

62 *Titulus in Parochiis unitis non existit, cum fuerit suppressus, & extinctus per unionem accessoriè factam.*

63 *Curæ titulus in Parochiis unitis est penes Episcopum, quem ab eo recipit Vicarius.*

64 *Unio potest fieri in perpetuum alteri beneficio dependenter, vel independenter.*

65 *Curam remanere penes principalem evidens signum est, quando Vicarius constituitur temporalis, & amovibilis in exercitio curæ animarum.*

66 *Declaratur text.* in Extravag. Execrabilis, in fin. vers. quantum, de præbend.

67 *Qualitas Parochialis annexa accessorie non debet redundare in principale.*

68 *Beneficium principale, si sit simplex, non crescit, nec fit Curatum per Ecclesiam parochialem ei accessorie annexam.*

69 *Ecclesiæ parochiales accessorie unitæ nunquam vacare censentur, ac proinde impetrari non possunt.*

70 *Parochiales per unionem de illis accessorie factam omnino extinguuntur, & titulum & nomen amittunt.*

tunt, & sunt effecta prædia beneficii, cui unita fuerunt.

71 *Literæ unionis non dicuntur literæ de beneficio, sed de proprietate, & re profana.*

72 *Causa unionis non dicitur causa beneficialis.*

☞ *Vide Additionem.*

73 *Descendentes ab Hebræis sunt capaces beneficiorum, curam animarum habentium.*

74 *Cura habitualis licet sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis omnimodè transfertur in Vicarium.*

75 *Beneficia illa dicuntur habere curam animarum, quæ eam habent actu, non verò habitu.*

76 *Habere dicitur cum effectu.*

77 *Curæ appellatione venit actualis, non verò habitualis.*

78 *Verba semper in propria, & potiori significatione sunt intelligenda.*

1 OLim apud Ethnicos Parochi dicebantur illi,
qui Legatis publice Romam missis, salem,
& ligna præparabant, hoc est qui omnium rerum
copiam Legatis Regum, Principum, ac Populorum hospitio receptis suppeditabant, ut annotavit
Acron. in illud Horatii libro 1. serm. satyr. 5.

Et Parochi, qui debent ligna, salemque. Refert.
Petr. Gregor. *syntagm. juris l.* 36. *cap.* 30. *num.* 9.
2 Unde instar horum dictos esse Parochos in Ecclesia
quidam existimant, eo quod sint Sacerdotes, auctoritate Episcoporum Ecclesiis præfecti, ut plebibus, sive populis Sacrum Divini Verbi, & Sacramentorum pabulum ad pascendas, animas sub-
3 ministrent. Alii verò putant Parochum dictum
quasi Parœcum; Parœcus autem Græcis est incola, sive habitator in loco, ut ait Pomp. *in l. pupillus, ff. de verb. signific.* ibi *incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci Paræcon vocant*, ita Azor. *Instit. mor p.* 2. *l.* 3. *c.* 12. *quæst.* 1.
4 Horum quidam vocantur Plebani, ut *in cap. scriptum est de elect.* qui videlicet curam exercent animarum in Plebania, habentes sub se plures Ecclesias, vel Capellas, *c.* 1. ubi gloss. *ne Clerici, vel Monachi, l.* 6. sic dicti à plebe, vel populo, qui sub
eorum cura regitur, & habet se Plebanus cum
cæteris Curatis unius plebis, sicut Archiepiscopus
cum Suffraganeis Provinciæ suæ: nam & ipsi visitatores constituuntur, qui vicos, & castella in
Episcoporum locum circumeant, *cap. non debere,*
5 *cum glos.* 80. *dist. c. situs olim, de censat.* Et Ecclesia Plebani appellatur matrix, quasi mater Ecclesiarum, quas sub se continet, *cap. ad audientiam, il* 1. *de Eccles. ædific. c.* 1. *de præscript.* Conc. Trid. *sess.* 21. *de refor. c.* 7. glos. 1. *in Clem. unic. de Baptismo* Azor. *d. par.* 2. *l.* 3. *cap.* 12. *q.* 3. *& l.* 9. *c.* 3. *q.* 14. *vers. matrix* Rot. *decis.* 272. *num.* 2. *cum seq. par.* 1. *recentior.*

Additio.

☞ Quæ sit vera, & propria Ecclesiæ matricitas, quæque impropria, & abusiva, adeatur Franciscus Antonius Reclusio in celebri novissimo Tractatu de Re parochiali Tit. VI. ☜

6 Sicut Archiepiscopi Ecclesia Metropolis dicitur,
idest civitatum ejusdem Provinciæ mater, ut contra Isidor. *in c. cleros vers. Archiepiscopus, dist.* 21. animadvertunt Forcat *dialogo* 61. *num.* 4. Alciat. *lib.* 2. *dispunct. cap.* 23. *ad fin.* Covar *practicar. c.* 19. *num.* 12. Gambar *de officio, & potest. Legati a latere, tit. de variis Ordinariorum nomin. ex n.* 34. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.* 1. *num.* 23.

Plebanis hujusmodi sola competit jurisdictio 7
fori pænitentialis, ut Parochis, & ideo à Parochis non distingui scribit Filesac. *in tract. de Paræcia, cap.* 3. *pag.* 59. ac subinde cum non habeant
jurisdictionem fori contentiosi, non possunt dici in
dignitate constituti, quia differentia illa, quod
Parochus uni præest Ecclesiæ, Plebanus pluribus,
nullam in substantia constituit differentiam ex notatis per Anton. Fabr. *in theor. de re benefic. tit. de*
beneficiis in Cathedrali, num. 33. & ideò Plebanum 8
dignitatem non habere resolvunt Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 27. *n num.* 59. & Azor. *d. lib.* 3. *cap.* 21. *q.* 1. *&* 4. nisi fortè Ecclesia, cui præest, sub se Capellas habeat, & insimul Collegiata sit, ut ex Dom. Franc. & Feder. explicat Pacian. *d. c.* 27. *n.* 62. quamvis contrarium, imò quod Plebanus, licet in Ecclesia Collegiata non sit, dignitatem habere dicatur, si ejus Plebania sub se Capellas teneat, teneant additio ad gloss. *ver. capellas, in d. c. ne Clerici, vel Monachi, lib.* 6. Lambertin. *de Jurepatron. l.* 1. *par.* 1. *q.* 11. *art.* 4. Petr. Greg. *syntagm. Juris lib.* 12. *cap.* 24. *num.* 13. *Lal. Zech. de Repul. Eccles. c.* 27. *n princ.* Squillante, *de*
obligat. Cleric. p. 2. *num.* 58. Pro quibus non facit 9
c. cum ab Ecclesiarum de offic. juridic. ordin. dum videtur probare Plebanos excommunicare posse sibi subditos; quia respondetur, non constare ex ejus litera, quænam fuerit Ecclesia illa Sancti Pancratii, de qua *ibi.* nec text. decidere, Plebanum illum Jure communi excommunicationem proferre potuisse, sed tantum supponere ab eo prolatam, ac subinde terminos habiles supponere possumus, cum text. id principaliter non decidat, quod scilicet, vel Ecclesia erat Collegiata, vel quod jurisdictio speciali jure ei competebat.

Additio.

☞ Quamvis Alexander III. *in cit.* textu ratam habuerit excommunicationem in suos parochianos latam a dicto Plebano, non inde sequitur competere Parochis facultatem jure ordinario ferendi censuras; Cum neque Pontifex id declaraverit, neque in ullo alio integri Codicis Juris Canonici textu expresse declaratum legatur: unde dicendum est, prædictum Plebanum eam dumtaxat tulisse, vel ex privilegio, vel ex consuetudine, seu præscriptione, ut recentiores ejusdem Juris Canonici Interpretes laudati Alexandri Decretalem explicant; Inter quos etiam Van-Espen *in Jus Ecclesiast. part.* 3. *tit.* 11. *de pœnis, ac censuris cap.* 2. §. 21. Cujus explicationis fundamentum, ne divinatorum nota eis inuratur, repetendum credo a Canone V. Primæ Oecumenicæ Nicænæ Synodi. celebratæ usque ab initio sæculi 4. *an, scilicet* 325. in qua solis Episcopis hujusmodi facultatem tributam voluit; ita ut, siqua lata fuisset a Paro-

 chis

chis = nisi ab Episcopo confirmaretur , nec vim, nec robur haberet episcopalis sententiæ = ut ex cit. Canone V. probat Thomassinus de *Vet. & nova Eccl. discipl. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 13. Et quamvis posterioribus sæculis usque ad annum Christi 1300. in quo initium habuit distinctio fori interni, & externi , seu contentiosi , prius incognita , inveniantur in ecclesiastica historia aliqua exempla, in quibus Parochi excommunicationem tulerint in suos parochianos, id tamen accidit, ut refert dict. Thomassinus *loc. cit. cap.* 28. *n.* 10. nedum ut ipsemet sentit, ex potestate illis ab Episcopo delegata, sed etiam, prout idem repetendo tenet *cap.* 26. *n.* 7. *loc. cit.* ex usurpatione ob Episcoporum oscitantiam , seu tacitam consensionem ibi = Non recedit a veri similitudine eo ipso tempore , quod Archidiaconi , Decanique rurales, & plures alii Prælati minores ordinariam sibi sumpsere Jurisdictionem , cum nonnisi delegatam hactenus sortirentur : quo denique suos sibi , & in urbe , & ruri Officiales creavere ; tum quoque Parochos idem sibi sumpsisse juris , eodem videlicet nixos fundamento , oscitantia Episcoporum , vel si mavis , tacita eorum consensione . Si enim per silentium, & tolerantiam Episcoporum circa annum Christi millesimum data est Archidiaconis , & eorum Officialibus , & ruralibus Decanis potestas discerpendæ Jurisdictionis episcopalis , & portiunculæ ejus sibi vendicandæ ; cur non idem & licere sibi voluerint , & ausi sint Parochi ? Inde contigit , ut eo quoque tempore, quo Episcopis, creatis sibi Vicariis generalibus novis , & Officialibus , licentiosam illam multiplicationem Prælatorum subalternorum , & eorum Officialium dissipavere , & in se se , hoc est in fontem suum revocavere istos omnes extrinsecæ Jurisdictionis rivulos : contigit , inquam , ut eo ipso tempore evanesceret jurisdictio contentiosa Parochorum , cujus rarissima superfuere vestigia post annum Christi millesimum , & trecentesimum . =

Thomassini animadversioni consonat doctrina S. Thomæ , qui *in* 4. *distin.* 19. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 1. *& in suplemen.* 3. *part. q.* 22. *art.* 1. in hac eadem subjecta materia ait = Et quia homo per excommunicationem a communione Fidelium separatur, ideo excommunicatio ad forum exterius pertinet . Et ideo illi soli possunt excommunicare , qui habent jurisdictionem in foro judiciali : Et propter hoc soli Episcopi propria auctoritate , & majores Prælati secundum communiorem opinionem possunt excommunicare. Sed Presbyteri parochiales, nonnisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus , sicut in furto , & rapina , & hujusmodi , in quibus est eis a Jure concessum , quod excommunicare possint . Alii autem dixerunt , quod Sacerdotes parochialea possunt excommunicare . Sed prædicta opinio est rationabilior . =

Et merito (ita animadvertit Card. Gotti *in Theolog. Scholast. Dogmat. Tom. III. tract.* 1. *de censur. quæst.* 1. *de censurar. existen. dub. III.* §. 2. *de censurar. minist. n.* 8.) = Nam licet in *cap. Cum ab Ecclesiarum tit. de Offic. Judicis ordinarii* significetur, quod Plebanus S. Pancratii potuerit jure suo , & commissione suos parochianos excommunicare , ut tamen notat Sylvius in hunc *art.* hoc in desuetudinem abiit. Ac proinde licet aliquando in certis casibus Parochi habuerint hanc potestatem , contraria consuetudine amiserunt . Nam , ut ait idem *S. Thom. q.* 20. *art.* 2. Consuetudo dat , & aufert in talibus potestatem. Et rationem dat idem *S. Thom. hac q.* 22. *art.* 1. *ad* 2. Quia *Sacerdotes parochiales habent quidem jurisdictionem in subditos suos quantum ad forum conscientiæ , sed non quantum ad forum judiciale , qui non possunt conveniri coram eis in causis contentiosis , Et ideo excommunicare non possunt , sed absolvere possunt in foro pœnitentiali . Et quamvis forum pœnitentiale sit dignius ; tamen in foro judiciali major solemnitas requiritur . Quia in eo opportet , quod non solum Deo , sed etiam homini satisfiat .* =

Notandum tamen est circa facultatem ferendi excommunicationem pro furto , & rapina , quam S. Thomas in primo citato textu adstruit Parochis, hodie , siqua ejus tempore viguit , locum amplius habere nequit ob Decretum Trident. in cap. III. sess. 25. de Reform. in quo expresse statuit , ut prædictæ excommunicationes . . . . . a nemine prorsus , præterquam ab Episcopo decernantur =

Quidquid autem sit , an Parochi successerint , necne in locum LXX. (ut habet Textus græcus , vel LXXII. ut latinus) Christi Discipulorum ; ac proinde ipsorum potestas , & jurisdictio immediate a Christo proveniat , quo fundamento innixi aliqui Novatores audacter probare conantur contra hodiernam Ecclesiæ disciplinam , adstruendam esse Parochis , æque ac Episcopis potestatem ferendi censuras in suos parochianos : quandoquidem concesso etiam , quod in eorumdem Discipulorum locum successerint , quousque non probaverint his eamdem potestatem a Christo concessam fuisse , in ratiocinio succumbant necesse est . Ex Testibus autem Sacræ Paginæ , quotquot afferri possent , nullam aliam ipsis tributam fuisse legent , quam potestatem prædicandi ipsius adventum una cum gratia curationum , ut videre est *Lucæ X. 1.* cum cæteroquin ex eadem Sacra Pagina palam fiat *Lucæ V.* 13. *& Matt. X.* 2. ex his Discipulis duodecim Apostolos a Christo selectos fuisse = ut abdita Mysteriorum loco depositi custodirent , præcipuisque Religionis muneribus fungerentur = Calmet *Diction. sacr. Script. Verb. Discipulis* . In quorum quidem locum successerunt Episcopi , qui soli tribus prioribus sæculis omnia sacerdotalia munia obibant : quæ postea , aucto fidelium numero , de ipsorum jussu obibant etiam Presbyteri , & post parochiarum erectionem Parochi, ut probat laudatus Thomassinus loc. cit. cap. 21, & 23 per tot.

Inter hos currentis sæculi Novatores numeratur (, ut notavi in meo Opere *Expositio Juris Pontificii &c.* post citatam Decretalem Alexandri *part.* 1. *sec. CLXXII. pag.* 105.) Petrus Mignonius in sua disceptatione de eminentiori Parochorum dignitate supra Canonicos , typis edita Florentiæ *an.* 1732. in qua innixus relatæ Alexandri Decretali asserere conatur , eidem competere Jurisdictionem ordinariam , etiam in foro externo , quæ tamen valde confutata est a Joanne Dominico Lario in disertatione Pisis impressa *an.* 1733. ac novissime Joseph Antonius Cornaro Præpositus in Opere , cui titulus *De Parrochi Libri VI.* Brixiæ typis dato in octava folii parte *an.* 1771. in Typographia Joannis Baptistæ Bossini , qui primum in monitis ad Lectorem, Schismatici partes assumens,

hor-

hortatur omnes Parochos, ut unitim sibi eligant Protectorem laicum, cujus auxilio ab Episcoporum oppressione se defendant, his ignorantiæ, & tyrannidis notam inurendo; deinde *lib.* 2. firmata regula pro fundamentali principio, Parochos successores esse *LXXII.* Discipulorum Christi, *Lib.* 5. ex ea tamquam consectarias, & necessarias illationes audacter in medium profert.

I. Parochos in suis Parochiis habere potestatem, & jurisdictionem immediate a Jesu Christo, ut Episcopi in suis Diœcesibus.

II. Esse Collegas Episcoporum, Prælatos, & Principes secundi Ordinis, Inquisitores ordinarios, & jus habere sedendi, tamquam Judices in Conciliis generalibus cum suffragio decisivo, & definitivo.

III. Facultatem ordinariam habere consecrandi Chrisma, conferendique Confirmationis sacramentum.

IV. Habere itidem facultatem ferendi censuras, deponendi Clericos minores, & Psalmistas creandi.

V. Gaudere jurisdictione fori externi, seu contentiosi.

VI. Deputare posse in suis respectivis Parochiis quemcumque Presbyterum ad audiendas Confessiones, quem ad id munus idoneum judicaverint.

VII. & VIII. Neque Summum Pontificem, aut alterum quemcumque, neque Episcopum deputare posse Sacerdotem ad audiendas Confessiones, & Dei verbum prædicandum in iisdem suis Parochiis absque ipsorum consensu, quoties potissimum ipsimet utrumque munus obire velint.

IX. Non posse Episcopum, sed Parochum seligere Sacerdotes, quorum auxilio ipse indigeat pro suo munere obeundo.

X. Posse tandem eumdem Parochum recursum habere ad Principem laicum contra Episcopum, quoties hic censurarum comminatione cogere eum velit ad recipiendos Missionarios, aut alios pro obeundo in ejus Parochia prædicationis munere, & administratione sacramentorum.

Quam censuram mereantur tam præadjudicata huic Operi principia, quam hic summatim relatæ consectariæ illationes, non est mei instituti judicium ferre; præterquam de ea, quæ spectat ad assertam facultatem tributam Parocho ferendi censuras contra hodiernam communi Canonistarum calculo receptam Ecclesiæ disciplinam.

Consentaneum credo hic referre decretum Congreg. Episcop. & Regul. nuperrime emanatum in causa Bituntina, utpote partim pertinens ad hanc præsentem controversiam; Cum Antecessor moderni Episcopi Bituntinæ Diœcesis usque ab anno 1758. publico edicto inhibuerit Parochis suæ civitatis, ne exciperent Confessiones sacramentales alienorum parochianorum extra limites propriæ parochiæ, hi, nescio an moti doctrinis mox secundo loco relati Novatoris, innixi eidem principio, cui iste, Parochos scilicet, ut successores LXXII. Discipulorum Christi, ab hoc, non ab Episcopo immediate jurisdictionem recepisse, ausi sunt ab eo usque tempore edicto non parere; cumque a moderno Episcopo relatum fuerit dictæ sacræ Congr., eos adhuc in hac pertinacia obstinate persistere, proposita causa, & ab his in contradictorio judicio repetitis coram laudata Cong. iisdem rationum momentis, die 4. Septembris currentis anni 1772. responsum prodiit = Sustinendum edictum non suscipiendi Confessiones, quoad non suos subditos extra fines propriæ parochiæ =

Vide notanda Cap. IX. post n. 3.

Attentis jam relatis rationum momentis, nec competit Parochis potestas reservandi casus, quoad simplices Sacerdotes, seu Capellanos in Curæ exercitio iisdem inservientes, ut probat Benedictus XIV. de Synod. Diœcesf. lib. V. cap. 4. num. 2.

Rectores quidam dicuntur, quia plebem, & populum sibi commissum cum cura regunt, juxta *c.* 1. *de Capellis Monach. c.* 3. *de vita, & honest. Cleric.* eorumque beneficium *Rectoria* dicitur, *c. ult. de præbend.* Pet. Greg. *syntagm. juris, l.* 15. *c.* 24. *n.* 10. quamvis sub Rectoris nomine comprehendantur etiam habentes dignitatem, Personatum, sive Prioratum, ut ex Dom. & aliis ostendit Illustriss. Dominus meus Roderic. a Cunha *in comment. ad c. sunt namque* 14. *dist.* 45. 10

Curati appellantur alii a cura, quam de regendis ovibus susceperunt non sine grandi mysterio; sicut enim Papæ commissa est cura universæ Ecclesiæ, dicente Domino: *Pasce oves meas*, sic ipse Papa vocans Episcopos in partem solicitudinis, seu curæ ex ordinatione divina, iisdem Episcopis committit particulares Ecclesias, seu Diœceses pascendas, & curandas. Sic demum ipsi Episcopi, Domino instituente Ordinem Presbyterorum, seu curatorum in ipsis septuaginta Discipulis (ut Patrum est doctrina) iisdem curam singularum Parochiarum committunt, a quibus solis, inquit Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 13. *de reform.* Sacramenta suscipiant. Porrò per curam, a qua dicuntur Curati non intelligenda venit qualiscumque, qualis est, illa quæ ex lege charitatis mandatur unicuique de proximo. Nec illa etiam, quam habet, verbi gratia, quilibet Superior temporalis, licet suo modo etiam teneatur ad custodiam animæ; neque etiam dicitur curam ejusmodi habere, qui habet licentiam ad exercendos certos actus pastorales, alioquin tot essent Pastores, quot subsidiarii. Sed is demum Curatus esse intelligitur, qui accepit curam animarum ex natura officii, qui accepit non solum posse, sed debere; non solum licentiam, sed ultra hoc etiam officium, munus, & onus debitum curandi animas, quod involvit obligationem eas curandi ex lege justitiæ, cui propterea applicari possit illud Ezechielis 33. *Sanguinem ejus de manu speculatoris requiram*. Ita Theophil. *Parochorum, seu de quadruplici debito in propria Parochia persolvendo part.* 3. *de Confessione Paschali, art.* 11. 11

Sacerdos proprius vocatur cujuslibet Parochiæ Rector, *in c. omnis utriusque sexus, de Pœnit. & remission.* Navar. *in cap. placuit, de pœnit. dist.* 6. *num.* 123. ibi, *& Sacerdos ille dicitur proprius, qui est præfectus Parochiæ &c.* Mich. Locmarius *in suo Parochiali cap.* 4. *propos.* 7. ubi explicat proprium Sacerdotem dici Curatum, late Thoph. *d. part.* 3. *art.* 5. 12

Capellanus dicitur, qui in Ecclesia Monachorum curam animarum exercet, ut *in cap.* 1. *de Capell. Monach.* 13

Parochus dicitur a Parochia, seu Parœcia, ut Budæus vult, sicut & Parochiani, seu Parœciani, 14

ut

ut *in tit. de Parochiis*, & eo nomine usos fuisse an-
tiquos Christianos demonstrat S. Augustinus *lib.*14.
de Civitate Dei, bis verbis. *Fuit presbyter nomine*
15 *Restitutus in Parœcia Calamensis Ecclesiæ*. Parœcia
autem græce idem est, quod accolarum Conven-
tus, seu habitatio, aut cura, vel secundum alios.
16 Parochia dicitur, quasi partitio curæ, quia Rector
Ecclesiæ curam habet animarum totius populi in-
tra illos limites congregati, *cap.* 1. *de Capell. Mon.
cap. cum singula*, *de præbend. lib.* 6. Petr. Gregor.
*d. lib.*15. *c.*24. *numero* 6. *&* 7. Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancell. glos. 6. *num.*39.
17 Antiquitus Parochiæ distinctæ non erant, sed
Episcopi omnes dicebantur totius diœcesis anima-
rum curam habere, & omnes illius decimas per-
cipiebant, & inter se, & alios Clericos dispensa-
bant; quas reliqui Clerici de manu Episcopi perci-
piebant, & curam exercebant, *c.* 1. *vers. has vero
decimas*, 16. *quæst.* 7. Puteus *decis.* 361. *num.* 5.
18 *lib.*1. Gonzal. *d. Gloss.*6. *num.* 80. Sed postea cum
augeretur populus christianus, Dionysius Papa
XXIV. post B. Petrum singulas Ecclesias singulis
Sacerdotibus assignavit, ut unusquisque proprium
haberet territorium, nec unus alterius fines in-
grederetur, in *can.*1. 13. *qu.* 1. *& in cap. pastora-
lis*, *de iis*, *quæ fiut a prælatis*. Jo. Andr. Abb. &
alii, *in rub. de paroch.* Navarr. *in c. placuit*, *num.*3.
cum seqq. de pœnit. dis. 6. Zech. *cap.* 28. *de paroch.
num.*1. ubi quod id factum fuit tam in civitatibus,
quam in castris, & ruribus Suar. *de Relig. tom.* 1.
*tr. decim. l.*1. *c.*21. *a n.*4. Rot. *in Coneben. Decima-
rum del Infantado*, 7. Febr. 1618. coram Andrea, &
in Florentina Parochialis 22. Maii 1630. coram D.
meo Coccino Decano licet Cardin. Baron. *annal.
Eccles. tom.*3. *ad ann.*325. *vers. unde hic*, & Theo-
phil. *parochialis part.*1. *de conc. paroch. art.*1. *pag.*4.
existimaverint ab ipsismet Apostolis factam divisio-
nem Parochiarum.

Additio.

☞ An institutio, & distinctio Parochiarum repetenda sit a Dionysio Pontifice sæculo II. vel ab Evaristo sæculo III. non conveniunt Scriptores. Fagnanus in cap. *Pastoralis de iis*, *quæ fiunt a Prælat.* n.2. Evaristo illam attrhibuit, ibi = Constat enim, hanc Parochiarum distinctionem non primum a Dionysio, sed ab Evaristo factam fuisse. Verum cum in persecutione Valeriani publico edicto Christiani ab Ecclesiis arcerentur, eorumque Conventus in Cœmeteriis prohiberentur, Ecclesiarum, parochiarum, & Cœmeteriorum confusio facta est; Sed Valeriano vita functo, & restituta per Gallienum pace Ecclesiæ, & libera facultate adeundi Cœmeteria, Dionysius Ecclesias Rectoribus propter Martyrium, vel exilium spoliatas, singulis Presbyteris dedit, iterumque Parochias, & cœmeteria divisit. Lege Cardinalem Baronium ad annum 270. num. 17. =

Adeatur Van-Espen. p.1. tit. 13. cap.1. Berardus *ad Gratiani Canones Genuinos Tom. II. cap.* 23. & novissime Franciscus Antonius Reclusio *de re parochiali* part.1. tit.1. num.15. & seqq.

Vide etiam notata supra post num. 9. circa munera parochialia, quæ antiquitus soli Episcopi obibant ☜

Et unaquæque Parochia exinde dicta fuit lo- 19
cus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputa-
tus, certis finibus limitatus, Ægid. Bellam *consil.*38.
*num.*8. Roman. *cons.*356. *in princ.* Grilenz. *cons.*8.
*num.*5. Mantic. *dec.*48. *num.* 1. Card. Tusch. *t.* 6.
lit. p. concl. 94. *num.* 1. Non minus quam decem 20
distinctæ domus, & familiæ Parochiam facere
possunt, quæ municipia nominantur, *c. unio*, 10.
*quæst.*3. Carat. *de jurib. paroch. tit.*3. *cap.*3. *in fin.*
Pacian. *de probat. l.*2. *c.*31. *num.* 23.

Animadversio.

☞ Idem confirmatum legitur, etiamsi novem tantum adsint Familiæ, in folio Cong. Con. in Leodien. Vicariæ 10. Martii 1760. §. Decimatores, Rota cor. Crispo decis. 277. num. 19. Si vero in parochia jam erecta duæ dumtaxat Familiæ, vel etiam una ob aliquam causam remanserint, adhuc diceretur Parochia actu, & habitu, illiusque Parochus præcisæ residentiæ lege ligaretur, Fagn. in cap. Extirpandæ §. Qui vero n. 11. de Præben. & cit. decis. n. 18. & 20. ☜

Et cum quælibet haberet suum territorium se- 21
paratum, & divisum, non amplius licitum fuit
alteri Parocho in eo aliquid facere. Calc. *cons.* 34.
*ex num.*10. Card. Tusc. *d. lit. P. concl.*95. *num.* 7.
Nec Episc. deinde dici potest Rector, sive Paro- 22
chus totius diœcesis, sed solius Ecclesiæ Cathed.
& Prælatus super omnes suæ diœcesis Rectores.
Gonzal. *d. glo.*6. *num.*33. Rota *decis.* 258. *num.* 4.
part. 1. *recent.*
In illis vero locis, & civitatibus, ubi adhuc 23
Parochiæ certos non habent fines, nec eorum Re-
ctores proprium populum, quem regant, sed pro-
miscue petentibus Sacramenta administrant, sta-
tuit Conc. Trid. *sess.*24. *de reform. c.*13. ut Episco-
pus, distincto populo, in certas, propriasque Paro-
chias, unicuique suum proprium, peculiaremque
Parochum assignet. Ugol. *de officio Episcopi*, *c.*54.
§.2. quod quidem Concilii Decretum non com-
prehendere Parochias, quæ licet certos fines non
habeant, certum tamen populum habent, & per
certas familias distinguuntur, usque adeo, ut Sa-
cramenta promiscue non administrentur, refert de-
cisum Gonz. *ad reg.* 8. *Canc. gl.*6. *num.* 96. & non
est incognitum aliquibus in locis, & præcipue
Aquilæ, distingui Parochias, non per domos ma- 24
teriales, sed per populos, seu, familias, ut col-
ligitur ex relatione ejus Episcopi factæ Sacræ
Congr. Conc. de an. 1578. quæ legitur apud Tam-
bur. *de jure Abbatum t.* 1. *disp.* 14. *q.* 1. *num.* 11.
& ex his, quæ adducit Franc. Viv. ex eadem civi-
tate oriundus *in sylva co. opin.*230. *n.*24. *&* 25.

Additio.

☞ In Civitate etiam Tolentina sunt tres Parochiæ ab immemorabili distinctæ non per territorium certis limitibus designatæ, sed per domos, & familias, ut videre est in folio Cong. Conc. *in Tolentina* Juris sepeliendi in Thesaur. Resolution. ejusdem Cong. 11. Maii 1748. tom. XVII. p.92. & 11. Aug. 1753. tom. XXII. fol. 63. ☜

Ubi

25 Ubi etiam propter locorum distantiam, aut difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda accedere non valent, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, Episcopi constituere possunt, *c. ad audientiam, de eccl. ædifican.* quibus pro victu, & substentatione novi Parochi fructus assignentur arbitrio Episcopi, ad Ecclesiam Matricem quomodolibet pertinentes; aut si necesse fuerit, compellat populum Ecclesiæ noviter erectæ ad necessaria eidem Sacerdoti subministranda, ut decidit Conc. Trid. *sess.21. de reform. c. 4.* late ego ipse *de officio, & potest. Episc. p.3. alleg.78. per tot.* Nec Episcopi in his, quæ pertinent ad curam animarum, propter Parochos excluduntur, quia omnes animæ diœcesis sunt commissæ sub potestate Episcopi, *c. quæcumque* 10. *q. 1. c. præcipimus*, 12. *q. 1.* & quilibet de diœcesi dicitur esse Parochianus Episcopi, ut *in c. licet, de feriis, & in c. 1. de raptor. & in c. ad aures, de pœnis*, facit bonus text. *in Clem. dudum*, §. *in Ecclesiis de sepul.* refert Gutier. *canon. l.1. c.7. num.25. & 26.*

26 A Parochia, & Parocho dicitur parochialis Ecclesia: quæ habet jus consistens in cura animarum ipsorum Parochianorum certis limitibus constituta, ipsis Sacramenta ministrans, & proprium habens Rectorem, & Parochum, Abb. *in rub. de paroch.* Carac. *de juribus paroch. tit. 1. c.3.* Ægid. Bellam. *cons. 38. num.* 8. Gutier. *alleg. 8. n.6.* & hoc absque ulla prerogativa. Feder. de Senis *cons. 49. & 86.* Card. Tusc. *lit. p. concl. 93. num. 1.* Et ista Ecclesia parochialis gaudet privilegio, ut intra suos fines alia Ecclesia, vel Capella non possit ædificari, invito ejus Rectore *can. quicumque*, 19. *q.1.* quia esset facere in sui præjudicium, cum comprehendat quidquid est intra fines ejusdem Parochiæ, quasi totum ipsum solum per fines designatos sit in certo modo posse ipsius Parochiæ, ut contra ejus voluntatem alia Capella ædificari nequeat, ita Hier. Carac. *in opusc. de jurib. Paroch. tit.2. c.1.* Unde in facultatibus extruendi Oratoria stylus Romanæ Curiæ hæc inter alia ad favorem Parochialium apponere consuevit, ut scilicet Oratorium decenter instructum, & ornatum, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat, tum ut concessio intelligatur sine parochialis Ecclesiæ præjudicio, & excipiantur dies Natalis Domini nostri, Resurr. Pentec. quibus ibidem celebrari non liceat: sed parochialis frequentetur, quodque alii præterquam servitio personæ, cujus intuitu Oratorium conceditur, non necessarii ibidem audientes Missam, ab obligatione eam audiendi in Ecclesia per hoc non liberentur; ita Pisac. *in praxi Episc. p.3. c.3. tit. de visit. Eccl. Paroch. n.21.* Hier. Carac. *in d. opusc. tit.2. cap.2.*

Additio.

☞ Quod intra fines parochiæ nequeat ædificari Capella, invito Parocho, intelligendum est de publica dumtaxat, cum privata concedatur a Sede Apostolica independenter a Parocho.

Est hic notandum, quod Ecclesiæ jam ædificatæ intra limites parochiæ huic minime subsunt, nisi forte de persolvendis juribus parochialibus agatur, ut probat Benedictus XIV. Instit. Ecclesiast. CV. §. VI. n. 108. ibi =

Sed qui causam hujus opinionis penitus investigare cupiat, libros evolvat de iis pertractantes, quæ parochiali Ecclesiæ tribuenda sunt ab aliis Ecclesiis, quæ ab illa disjunctæ sunt, sed ipsius limitibus includuntur. *Cap. final. de Offic. Archidiacon.* decernit Ecclesias positas intra limites parochiæ ipsi nequaquam subesse, nisi forte de persolvendis juribus parochialibus agatur. Si aliquid aliud sibi repetat parochia, causas, ac rationes suæ petitionis afferre debet. Id quoque monuit Altovitus Sacræ Congregationis Concilii Secretarius, cum die 5. Martii Anno 1689. *Causa Bononiensis jurium parochialium* proposita fuisset, quæ nullum tunc responsum habuit: Opus est inquit præmittere tanquam principium indubitatum, non solum ab hac Sacra Congregatione in *Romana funerum* 10. *Jannar.* 1682., & in *Forolovien.* 18. *Novembris* 1684., & *in Nonantulana* 13. *Januarii* 1685., verum etiam a Rota coram Coccino *decis.* 2089. *num. 3. & sequen.* Ecclesias licet fundatas intra limites Ecclesiæ parochialis, non esse huic subjectas, nisi quoad jura parochialia; secus autem quoad alia. Idem Romanæ Rotæ Judices sanxerunt *Dec. 990. coram Molines Decano, & Dec. 988. n. 1. & seqq. coram Lancetta Decano.* At Scriptores etiam non prætermittunt enumerare quænam jura parochialia reipsa censeantur. Illorum veluti princeps fuit Abbas *in Rubric. de Parochis num.* 2. qui tradit inter jura parochialia illud primum locum tenere, ut diebus festis ad parochiam accedat populus, ubi Missæ Sacrificio intersit. Id tamen consilium potius, quam præceptum nunc existimatur. Secundo, ut populus e manu sui Parochi Sacramenta percipiat. At nunc Eucharistiam in Paschate, Viaticum graviter ægrotantibus, Extremam Unctionem, & Matrimonii Sacramentum solus Parochus administrat, uti præcipit Trid. Synod. Tertio, ut Fideles, in sua quique parochia post mortem sepeliantur, nisi proprium alio loco Familiæ sepulchrum habeant, aut tumulum sibi in Ecclesia non designaverint. Tunc autem pro Constitutionibus, & consuetudine Diœcesum quædam Parocho emolumenta conferenda jubentur. Quarto, ut parochiæ solvantur decimæ, & oblationes, quæ juxta leges, & instituta Diœcesum indicuntur. Hæc sane omnia ex allata Coccini decisione sumuntur.

Circa Missæ celebrationem in Oratoriis privatis ex epistola encyclica Benedict. XIV. ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniæ *Magno 2. Junii 1751.* hæc ultra dies hic recensitos, neque celebrari potest in aliis solemnioribus, videlicet Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis B.M. Virginis, Omnium Sanctorum, nec non Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Titularis Ecclesiæ loci. Extra autem hos dies unica quidem celebrari potest, si tamen aliquis ex Indultariis adsit, qui sunt nominati in fronte, vel in scriptione Brevis: Alii vero in Brevi nominati possunt Missæ interesse, sed non jubere, ut in eo celebretur, nisi iisdem in corpore ejusdem Brevis hæc facultas expresse concessa sit cum ipsi adsistant. Si in privilegio conceditur, ut etiam in dictis solemnioribus Festis Missa celebrari possit,

possit , licet pro unica concessum sit, die tamen Nativitatis Domini tres celebrari possunt ab uno , eodemque Sacerdote .

Insuper declarat Pontifex in dictis Oratoriis , neque Pœnitentiæ , neque Eucaristiæ Sacramenta conferri posse sine expressa Episcopi licentia , neque item Baptismum , exceptis filiis Regum , ac etiam Principum (qui tamen Regiæ dignitati comparandi sint) exceptoque necessitatis casu ☜

27 Quæ autem debeant concurrere ad constituendam Ecclesiam parochialem tradunt Staphil. *de litteris gratiæ , tit. de qualit. & stat. benefic.* §. *circa secundum , a num.* 7. Sarnen. *in reg. de idiomate , q.*11. Reb. *in concord.tit. de collat.* §. *statuimus il.*2. *verb. Paroch. Eccl.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos. 6. num.* 34. *cum multis seqq.* Rot. *decis.* 52. *p.*2. *divers.* & in Florentina Parochialis 22. Maii 1630. coram Coccino Decano, quæ reperitur impressa novissime *p.* 5. *recent. decis.* 380. Ex quorum dictis , & præcipue Rotæ constat , quod probare volens Ecclesiam esse parochialem , debet justificare quatuor requisita ; primum est potestas fori pœnitentialis , hoc est potestas ligandi , atque solvendi : secundum est certa Parochia , hoc est locus certis finibus constitutus , in quo populus alicujus Ecclesiæ deputatus degit ; tertium ut Parochus curam exerceat nomine suo , quod requisitum convenit personæ , non autem Ecclesiæ, quartum quod etiam respicit personam , & non Ecclesiam , videlicet quod Sacerdos tamquam Rector sub nomine singulariter , & non cum aliis ad regimen parochialis Ecclesiæ admittatur , ut declarat Rota *d. dec.* 52. *a num.* 1. *usque ad n.* 19. Et propterea eadem Rota considerans statum Ec-
28 clesiæ , breviter dixit ad ostendendum Ecclesiam esse parochialem non sufficere , quod Rector administret Sacramenta , nisi etiam ostendat , quod de necessitate administret , & populus ab eodem de necessitate recipit glos. *verb. impendat. in Clem. dudum de sepult.* ubi Imol. *num.*32. Gonz. *d.glos.*6. *num.* 36. Man. *dec.* 48. *n.*5. Greg. XV. *decis.* 387. *num.* 7. ubi Beltram .

29 Unde colligitur Ecclesiam non probari parochialem ex sepultura , & actu sepeliendi , cum hoc sub prædictis quatuor requisitis non contineatur , ut declarat Gonzal. *dict. glos. 6. num.* 53. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 865. *num.*14. & quilibet possit sibi eligere sepulturam in loco sacro sibi bene viso , *c. cum liberum , & ibi* gloss. *verb. disposuit , de sepult. c.* 1. *eod. tit. in* 6. Re-
30 sultaret tamen concludens præsumptio parochialitatis , si doceatur , quod non facta aliqua electione sepulturæ per defunctos , & non existentibus sepulturis Majorum in dicta Ecclesia , corpora fuerint ibi sepulta tanquam in parochiali , in qua concurrentibus prædictis defuncti debent sepeliri, *c. ex parte , de sepulturis,* & optime consideravit Rota *in d. Florentina Parochialis* .

31 Deinde colligitur, quod non sequitur, ista Ecclesia non percipit decimas , vel primitias ; ergo non est parochialis , nec per contrarium illa jura ha-
32 bet talis Ecclesia ; ergo necessario sequitur , quod sit parochialis , secundum Gonz. *d. gloss. 6. n.* 56. cum decimæ possint etiam acquiri Ecclesiæ non parochiali ex aliquo titulo, quam ex jure divino, ex quo Ecclesiæ parochiali debentur, Exodi *c.*22. *in fine* , & habetur *in c.* 1. *& in c. cum homines* , *& in c. past. de dec.* possunt enim & aliis Ecclesiis acquiri , puta præscriptione , *c. cum contingat , c. cum in sua , eod. tit. c.* 1. *de præscr. in* 6. Rebuff. *de decim. q.* 23. *n.* 6. Abb. *cons.*94. *num.* 2. *vol.* 1. Cov. *l.* 1. *var. c.* 17. *n.* 6. & fuit consideratum *in d. Florent.* licet quandoque ex perceptione decimarum arguatur cura apud percipientem , ut in decisionibus citatis per Rot. *dec.* 489. *n.* 3. *in fin. p.* 1. *recentissim.*

Parochialitatis tamen resultaret præsumptio , 33
sed non concludens , si in aliqua Ecclesia retineretur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum , quod in Parochialibus debet de necessitate retineri , juxta notata *in Clem.* 1. *de priv.* ita ut in aliis non retineatur, nisi ex indulto Apostolico , quod habent Regulares , *c. tribus* , §. *tanta de cons. dis.* 2. ita sibi fuisse responsum a *sac. Congr. Conc. Trid. de an.* 1609. attestatur Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol.cap.*110. refertque Piasc. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 13.

Prout etiam parochialitatis præsumptio non le- 34
vis induceretur , si aliqua Ecclesia perciperet decimas , & primitias , vel in illa diebus festis Christifideles Missas audirent , vel alia Sacramenta , excepto Pœnitentiæ , & Eucharistiæ , perciperent , non tamen necessario ex illis inferretur ad curam parochialem , cum hæc omnia possent adesse ex aliquo accidenti , ut ponderavit Gonzalez. *d. glos. 6. num.*56.

Simili modo solis parochialibus Ecclesiis permittitur habere campanas in tantum , ut nec in Monasteriis pulsari publice sine dispensatione possint , *c patentibus de priv.* Spec. *t.* 1. *tit. de disp.* §. *nunc de Episc. num.*14. *casu* 102. Est enim campana unum de signis , & requisitis Ecclesiæ , & beneficii curati , Alciat. *l.* 8. *peregr. c.* 1. Selv. *de benefic. p.* 1. *q.*5. *num.* 82. Valenzuela *cons.* 26. *num.* 1. *&* 2. *t.* 1. Sed neque ex hoc parochialitas probaretur ; sicut nec probatur ex fonte Baptismi, Fedr. de Senis , *cons.* 80. *nu.* 3. Rot. *dec.* 52. *n.*28. *p.*2. *div.* Seraph. *dec.* 1026. *n.* 5. Greg. XV. *dec.*387. *n.*11. Item nec ex cœmeterio, cum illud habere possit Ecclesia non parochialis , idem Greg. *d. dec.* 387. *n.* 12. ubi *n.* 15. quod etiam parochialitas non probatur ex provisionibus factis per concursum , quia Episcopi possunt providere etiam de beneficiis non parochialibus per concursum .

Animadversio .

☞ Circa pulsum campanarum in Ecclesiis Regularium hodie nedum ex contraria consuetudine ubique recepta pulsari possunt sine ulla dispensatione , sed etiam ex Constit. S. Pii V. *Etsi Mendicantium* 16. Maij 1567. in qua §. XXII. mandavit locorum Ordinariis, ne eos ad id impediant; prout pariter post dictam Constitutionem mandavit Congregat. Episcoporum , & Regular. 10. Octobris 1568. Prohiberi tamen possunt ex Constit. Leonis X. *Dum intra* 19. Decemb. 1516. §. XIV. ne eas pulsent Sabato majoris Hebdomadæ sub pœna centum ducatorum = *antequam campana Cathedralis , vel matricis Ecclesiæ pulsaverit* = Idem continetur lib. II. Cap. XXVII. Cæremonialis Episcoporum .

jum. Ubi vero neque Cathedralis est, *nec ulla alia Ecclesia, matricis nomine, ac jure prædiex* idem privilegium digniori *tribuendum est*. Ita Bened XIV. Institut. Eclesiast. XX. n. 9.

35 Eo ipso quod una Ecclesia est parochialis, consequenter est beneficium curatum, & habet curam, non tamen e converso, quia potest esse beneficium curatum absque eo quod sit Ecclesia parochialis, veluti si aliqua Ecclesia ruralis sit, & ad eam de novo veniant homines ad illic inhabitandum, licet possit dici Ecclesia curata, non dicitur tamen Ecclesia parochialis, si non habet certum territorium, ut post Joan. Andr. & alios, *in c. super eo, de præbend. in 6.* tradunt Rebuff. *in concord.tit. de collation. §. statuimus, l.a. verb. Paroch.* & iterum *in forma mandati de providendo, in verb. cura, vers. & sufficiat*, ubi propterea dicit melius esse exprimere quod sit Ecclesia parochialis, quam quod sit beneficium curatum, Alphons. Hojed. *de incompatibil. benef. p.1. cap. 13. sub num. 2. post med. vers. at vero potest esse*. Camill. Borell. *in summa omnium dec. tom. 1. tit. 2. de sacros. Eccles. num. 18.* Rot. *d. decis.32. n.37. & 38. p.2. divers.* ubi *num.39.* dicit, quod hinc est, quod in Jure Canonico, & in Concil. Trid. passim fit mentio simpliciter de Ecclesiis parochialibus absque expressione qualitatis Curæ. Unde bene Rota coram Greg. XV. *dec.387. n.10.* ait, parochialitatem non probari ex cura animarum, quia potest esse cura sine parochialitate.

36 Quamvis in dubio asserenti Ecclesiam esse parochialem incumbat onus probandi, eo quod beneficia præsumantur simplicia, & non curata, Staph. *in a. tit. de statu, & qual. benef. n.2.* Ægid. *dec.676.* Hier. Gabr. *cons. 191. n.1. lib. 1.* cum aliis citatis per Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 6. n. 8.* & per Greg. XV. *decis.387. n. 4.* Guttier. *alleg.8. num.5.* cum de jure parochialitas non præsumatur, Bellam. *decis. 676. per totam*, Rot. *decis. 290. num. 5. p. 1. recentissim. & decis.258. num.5. p.1. recentior.*

37 Nihilominus tamen ubi beneficium habuerit populum, vel Clerum, Ecclesia præsumitur curata, Stapbil. *citato loco num. 1. & 2.* Rebuff. *in praxi ben. tit. sæculare benef. quotup.* Ægid. *d. dec. 676.* Seraphin. *decis.1227.* Nicol. Garc. *loco proxime citato*.

38 Ut Ecclesia constituatur parochialis, auctoritas requiritur Episcopi, qui eam parochialem constituat, fines designet, & plebem denotet, *c. nullus omnino, 16. q. 7.* Caret. *de jurib. paroch. tit.1. c.3. n. 2.* Azor. *institut. mor. p.2. l.3. c. 11. q. 14.* ubi subdit: quod dum discutitur, num parochialis Ecclesia sit, inquiritur quando fuerit ædificata, cujus consensu extructa, quibus conditionibus affecta, & Ugolin. *de offic. Episc. c. 53. in princip.* ostendit in quibus casibus possit Episcopus novam paro-
39 chiam constituere. Erecta tamen præsumitur Superioris auctoritate, & consensu ex lapsu temporis, quando in illa divina Officia publice celebrata fuerunt, ut per Afflict. *dec.368. num.5.* Gamb. Lusitan. *decis.144. in fine, & decis.168. n.1.* Lancell. Gallia, *cons.124. n.6. vol. 1.* Camill. Borell. *d. tit.a. de sacrosanct. Eccl. n. 7.* ubi *num. 10.* addit procedere quando requiritur consensus: secus autem si erigeretur licentia, in qua non sufficit aliquis cursus.

Dotata sufficienter esse debet parochialis, ut 40
possit saltem ex dote ipsius unus Presbyter cum alio ministro commode sustentari, & jura Episcopalia persolvere, *can. pie, 16. q. 7.* & quando opus sit, hospitalitate uti, *cap. ut quisquis de vita, & honest. Cleric. c.1. de præbend. in 6.* Azor. *d.lib.3. cap.12. quæst. 15.* & sic non debere Ecclesiam de- 41
dicari, nisi tantum assignetur, quod duobus sufficiat, tradunt Cassad. *decis. 18. de præbend.* Rot. *decis. 56. n.10. part. 2. divers.* Verum si post eam 42
ædificatam ita exiguos, & tenues redditus habere deprehendatur, poterit Episcopus illi adjungere aliquod beneficium simplex, vel illam cum aliis parochialibus unire, Conc. Trid. *sess.21. de reformat. cap.5. & sess.25. etiam de reform. cap.13. §. in Parochiis.* Gonz. *ad reg.8. cancell.glos.5. §.7. n.66.* Azor. *d. cap.12. q.15. vers. si ita*.

Constituta sic, & limitata parochia, & in ea 43
parochiali Ecclesia erecta, & ædificata, tota ejus cura uni Presbytero tantum, qui vocatur communiter Parochus, seu Plebanus, Rector, sive Curatus, (quia hæc nomina ut synonyma variantur, & unum ponitur pro alio) committitur, ut in ea Baptismum, & reliqua Sacramenta populo ministret, & conferat, prout infra late videbimus; nomen enim Rectoriæ sonat in beneficium curatum, est text. *in c. de Rectoribus, de Cler. ægrotan.* dicitur enim Rector quasi populum regens. Romanus, *consil. 356.* Joan. Andr. *in c. licet canon. n.1. de elect. in 6.* Rot. *decis.489. n. 3. par. 1. recentiss.* nam sicut una mulier non potest duos vel plures sponsos habere, *c.1. de sponsa duorum*, nec unum corpus duo capita: quia esset monstrum, *cap. quia plerisque de offic. ordin.* sic nec Ecclesia, duos, vel plures Parochos, sive Curatos, *c. cum non ignores, de præbend.* Oldrad. *cons. 67. n. 1.* Rot. *d. dec. 489. n.3. in princ.par.1.recentiss.* & in una Ecclesia unus debet esse Sacerdos, Sponsus, & Rector, qui curam habeat, *can. in apibus 7. quæst.1. can. sicut unæ 12. quæst. 2.* Rot. *d. decis.52. n. 17. cum seqq. p.2.*
divers. Gonzal. *d. gloss.6. a n.45.* ubi *n. 42.* exinde 44
infert ad regimen parochialis Ecclesiæ assumi debere unum Parochum, qui suo nomine, & non cum aliis præficiatur, quia si illi duo, vel plures præficiantur, qui confessiones audiant, & baptizent, & alia ad curam spectantia faciant, non dicerentur proprie Parochi, sive Curati, & ideo ex Oldrad. *cons.67. num.1. & 2.* Rota *decis.684. n.2. part.1. recentissim.* tenet, quod magis verisimile est, quod cura sit apud unum, quam apud duos. Quare eadem Rot. *in Messan. jurisdictionis 1. Martii 1610. coram RR. Lugdun.* impressa apud Farinac. *dec. 258. a num.5. par.1. recentiss.* duo considerat ad effectum, ut quis dicatur Parochus, quorum primum est ut curam exerceant Presbyteri curati nomine proprio, non autem alieno, ex text. *in c. extirpandæ, §. qui vero de præbend.* Archid. *in Clem. 1. n. 4. de Offic. Vicar.* Alterum est, quia Rector. & Parochus is dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem cum aliis ad regimen Ecclesiæ parochialis assumitur; ita ut si duo, vel plures præficiantur, qui confessiones audiant, baptizent, & alia ad curam spectantia faciant, non dicantur Curati, quia in una Ecclesia unus debet esse Sacerdos, Sponsus, & Rector, quia curam habeat, ut pluribus allegatis copiose traditur *in decis. 52. num.57.*

num. 57. *p.* 2. *diverſ.* & quando aliqui Canonici
hebdomadatim habent curam animarum, talis cu-
ra non remanet penes ipſos, vel ſingulos Cano-
nicos, ſed penes collegium, Oldrad. *conſ.* 67.
*n.*1. Pute. *deciſ.* 282. *lib.* 1. Gonz.*d. gloſ.*6. *n.*71.
& 74. Steph:Gratin.*diſcrept.for. c.*865.*n.*35. & 36.

Additio.

☞ An aliquando ab hac indualitatis natura re-
cedi valeat, & duos in ſolidum, æqualique jure
uni, eidemque eccleſiæ regendæ Parochos permit-
tatur temporum, locorum, perſonarumque circum-
ſtantiis id expoſcentibus, adeatur Tom. XXVI.
Theſauri Reſolution. Cong. Conc. pag. 53. ſub
die 25. Martii, & 9. Julii 1757. in cauſa Tibur-
tina, in qua quærebatur, an daretur locus re-
ductioni duorum Parochorum in unum ſolum, qui
ab immemorabili reperiebantur conſtituti æquali
jure in Caſtro Madamæ cum alternativo curæ
exercitio, & Sacra Cong. reſpondit=Negative = &
Epiſcopus invigilet, exerceri dietim curam ani-
marum per utrumque, ſublata alternativa; & ad
mentem, & mens eſt, ut fiat maſſa communis ex
incertis emolumentis æqualiter dividendis ☜

In illa vero diœceſi, ubi nullus adeſt Rector in
quacunque Eccleſia parochiali, ſed adſunt plu-
res beneficiati in qualibet Eccleſia, & Epiſcopus
ſolet alicui ex illis committere exercitum curæ
animarum, non tamen ex hoc dicetur beneficium
curatum, ſed ſolus Epiſcopus eſt Rector omnium
Parochialium totius diœceſis, & apud eum tan-
tum manet cura animarum, juxta *c. nullus de Pa-
roch.* Garc. *de benefic. par.*9. *cap.*2.*num.*175. Gonz.
d. gloſſ. 6. *n.*65. *& ſeq.* Stephan. Gratian. *d.c.*365.
n. 32. Et tunc hujuſmodi beneficiati non poſſunt
percipere decimas eiſdem Eccleſiæ parochiali de-
bitas, cum ſolum pertineant ad Epiſcopum, qui
eſt verus Rector, & univerſalis Parochus, & ha-
bet curam animarum. Rebuf. *de decim. q.*7. *a n.* 4.
Gonzal. *gloſ.*6. *num.* 65. Stephan. Gratian. *d. cap.*
865. *n.*38. quidquid teneat Rot. *deciſ.* 300. *num.* 4.
part. 2. *in poſthum. Far.* alia, *part.* 4. *recent.*

45 Hi presbyteri quocumque nomine nuncupati,
quibus ſingulariter parochiales Eccleſiæ curandæ,
& regendæ conferuntur, parochiale beneficium
habere dicuntur: quod idem non eſt cum beneficio
curam animarum habente, cum iſtud latius pa-
teat, quam illud, ut ex Innoc. *in c. cum ſatis de
offic. Ord.* tradunt Azor. *d. p.*2. *l.* 3. *c.*12. *q.*1. Mar.
Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 22. *l.* 5. *c.* 8. *verſ. cæ-*
46 *terum Patriarchæ*, nam Canones de parochiali be-
neficio verba facientes, non eo ipſo in omni bene-
ficio curam retinente animarum vendicare ſibi lo-
cum, monet Ludov. Gomez. *in reg. Cancel. de idio-
mate, q* 11. *ver. & ideo pro vero intellectu*, quem re-
fero ego ipſe *in collect. ad c. dudum* 54.*n.*2. *de elect.*

47 Cura autem animarum nihil aliud eſt quam
poteſtas Sacramenta adminiſtrandi *c.* 1. *de. Paroc.*
Hojed. *de incompatib. benef. p.*1. *cap.*13. *n.* 3. Maſ-
card. *de probat. conc.* 468. *n.*1. Steph. Grat. *diſcep.
forenſ. c.* 865. *n.* 10. quæ in beneficiis dupliciter
conſideratur ſecundum Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.
gloſ.* 6. *n.* 61. & Nico. Gar. *de benef. p.*1. *c.* 6. *n.*6.
qui plures referunt uno modo proprie, & ſtricte
pro cura Pœnitentiali, quæ exercetur in foro ani-
mæ, quando ſcilicet aliquis tenetur ſacras pœni-
tentium confeſſiones audire, cæteraque Sacramen-
ta adminiſtrare aliquibus, qui illa tenentur ab eo
ſuſcipere, juxta gloſſ. *ver. impendant, in Clem. du-
dum; de ſepul.* Alio modo dicitur cura large, ſeu
improprie, quæ pertinet ad forum exterius, & eſt
poteſtas fori contentioſi, ſive judicialis circa cor-
rectionem morum, & ſic omne beneficium ha-
bens juriſdictionem viſitandi, excommunicandi,
abſolvendi, & alia faciendi ad morum correctio-
nem pertinentia, etiam dicitur habere curam ani-
marum, *d. c. dudum circa med.* Jacob de Graff. *in
aureis deciſ. p.*1. *l.* 2. *c.* 79. *n.* 4. Maſcard. *de pro-
bat. conc.* 438. *n.*20. *cum ſeqq.* Unde apparet, quod
licet beneficium parochiale idem ſit cum benefi-
cio curam animarum habente propriè, & ſtrictè
ſumpto, tamen ſi largè, ſeu impropriè ſumatur,
plurimum differunt, quo ſenſu dixit ſupra iſtud
latius patere, quam illud.

Illa cura pœnitentialis primo modo relata, quam 48
tenet, qui habet ſupra populum poteſtatem ligan-
di, atque ſolvendi animas, juxta auctoritatem
Chriſti Domini, *Quæcunque ligaveritis ſuper terram*,
&c. in duplici etiam eſt differentia, alia dicitur
actualis, alia vero appellatur habitualis. Actua-
lis cura illa eſt, quam quis actualiter, id eſt actu
per ſe gerere tenetur in populum ex neceſſitate
officii ratione parochialis, vel beneficii curati,
in quo eſt canonice intitulatus, & inſtitutus.
Habitualis vero ab actuali diſtincta illa dicitur,
quæ penes aliquem ratione alicujus beneficii in
fieri eſt, ſed non in facto, quia executionem po-
teſtatis non habet, vel defectu tituli ſpiritualis
per unionem acceſſorie factam extincti, aut quia
Parochiani receſſerunt ex cauſis relatis per Azor.
d. p. 2. *l.*3. *c.*12. *q.* 6. vel quia ex privilegio, ſeu
conſuetudine levatus fuit onere exercendi actus.

Et quamvis prædictæ tres ſpecies curæ habitua- 49
lis in eo differant, quod de cura annexa non eſt fa-
cienda mentio, *c. ſuper eo, de præb. l.* 6. Card. *in
Clem. unic. n.* 6. *q.* 9. *de offic. Vicar. & conſ.* 30. *an-
te num.*1. *verſ. ex hoc videtur.* Felin. *in c. poſtulaſti,
num.* 1. *verſ. ſi enim cura de reſcript.* Campan. *in
diver. juris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *num.* 18. de aliis ve-
ro duabus ſpeciebus maxime Gutier. *alleg.* 8. *n.*9.
diſtinguit Menoch. *caſ.* 201. *num.* 67. In eo tamen 50
conveniunt, quod neutra facit beneficium cura-
tum, aut cauſat incompatibilitatem, nec requi-
rit perſonalem reſidentiam, ut de cura annexa,
eſt text. *in d. c. ſuper eo, &* de aliis duabus ſpe-
ciebus Nav. *conſ.* 21. *de Cler non reſid. in novis.*
Hojed. *de incomp. benef. p.* 1. *c.*3. *n.* 16. *&* 53. *&
p.* 2. *c.* 6. *n.*1. *&* 2. D. Anton. Ricciul. *de jure per-
ſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, l.*1.
*c.*14. *n.*4. *&* 5. & rationem reddit *n.* 2. quia de 51
parochiali habitu idem judicatur, perinde ac ſi
eſſet beneficium ſimplex, & *c. ſeq. n.*3. poſt gloſ.
*verb. Paroch. Eccl. in fin. t. licet canon. de elect. l.*6.
advertit de parochiali ad actum revocata idem, 52
quod de noviter erecta judicandum.

Sed non inutile erit inveſtigare, penes quem 53
animarum cura in beneficiis unitis reſideat: &
quod ipſa cura principalis ſit penes Prælatum be-
neficii uniti, ejus vero exercitium penes Vicarium
in dicto beneficio deputatum, videtur deduci ex *d.
cap. ſuper eo*, & ex illo non obſcure colligunt Se-

ra-

raphin. *decis.*109. *n.*5. Burat. *decis.*936. *n.*1. intel-
lige vel de Vicario ad nutum amovibili, vel de
cura habituali; nam Rot. *in Romana Vicariæ* §. *No-
vemb.* 1621. *coram D. meo Coccino Decano*, tenuit
54 quod cum Ecclesia S. Mariæ io via lata esset paro-
chialis, & deiode Pius V. erigeret Vicarium per-
petuum in ea, penes ipsum Vicarium est omnimo-
da cura actualis, habitualis vero pene Capitu-
lum, & citat. Oldr. *cons.* 63. *num.* 1. *in fine* Rom.
*cons.*325. *num.* 3. Host. *in c. exposuisti, de præbend.*
Mandos. *cons.*20. *n.*9. Hieron. Gabr. *cons.* 190. *n.*7.
55 *l.* 2. & quod Papa erigendo Vicariam perpetuam,
& in Vicarium transferendo curam, nihil aliud
facit, quam constituere illum actu Rectorem curæ
animarum, licet proprie non sit Rector Ecclesiæ,
Vitalin. *in Clem.* 1. *n.*24. *de offic. Vicar.* Abb. *in c. ex
parte, in* 3. *notab. eodem tit.* Card. *in Clem.* 1. *n.*10.
q. 9. *vers. solutio, & cons.*1. *col.*1. *in fine paulo an-
te, n.*1. *vers. & hoc videtur*, auferendo curam a Ca-
pitulo, Navar. *cons.*21. *n.*7. *de Cleric. non resid.* fir-
ma tamen remaoente cura habituali penes ipsum
Capitulum, Abb. *in c. extirpandæ*, §. *quia vero,
n.*15. *& in c. exposuisti, in fine de præbend.* Card. *in
d. Clem.* 1. *n.* 10. *vers. solutio*, Franc. *in c. super eo,
n.*2. *de præbend. in* 6. Caputaque *decis.* 339. *num.* 2.
& 3. *part.* 3. Navar. *d. cons.* 21. *num.* 8.
56 Et in hunc sensum dicitur potius Vicarius per-
petuus habere curam animarum, noo autem Re-
ctor priocipalis, ut per Card. *in d. Clem.* 1. *num.* 10.
57 *q.* 9. *vers. indistincte cura dicitur apud Vicarium,
quoad omnem effectum, & in Clem.* 1. *de jure patron.
n.*8. *vers. & magis proprie in effectu ipsi instituti suot
Prælati*, Anch. *cons.*404. *num.*11. *vers. nam Vica-
rius non recipit titulum a Rectore, sed ab ipso, &
penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exerci-
58 *tium*. Quod adeo verum est, ut si principalis,
spreto Vicario, velit se ingerere in cura animarum,
nullo modo posset, ut in terminis dicit Abb. *in d. c.
extirpanda*, §. *Si qui vero*, *n.*15. *in vers. ex quo se-
quitur, quod Rector principalis noa possec ibi exercere
curam fori pœnitentialis*, refert Azor. *d. p.*2. *l.* 3.
c. 6. *q.* 2. *ad fin. in vers. & ideo Rector Sacramenta
conferre noo debet, nec potest* sentit Anchar. *in c. ex-
posuisti de præbend. n.* 6. *in fine, vers. Vicarii a Ca-
nonicis in cura dependentiam non habent ullo modo,
sed auctoritate juris habent curæ exercitium de per se,
quam principalis Canonicus impedire non potest, nec in
ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus, invito Rectore
Ecclesiæ parochialis, posset assumere curam aoimarum.*
Seraph. *decis.*109. *num.*5. *vers. non enim potest per
seipsum exercere.* Rot. *in Barchinonen. Vicariæ* 17.
Maii 1624. *coram R. P. D. Merlino*.
59 Licet Rota, & Doctores supra citati loquantur
in Vicariis perpetuis, utpote, quia ex hujusmodi
perpetuitate resultat non levis præsumptio transla-
tionis curæ actualis, ooo exinde colligitur in Vica-
riis amovibilibus Parochialium unitarum absolute
contrarium esse resolvendum, nisi ubi in erectio-
ne Vicariæ circa curam nihil fuerit dictum, vel
ex materia subjecta particularis resolutio sumi
non posset; quoad erectionem constat posse in ea
totalem curam transferri in Vicarios, etiam ad nu-
tum amovibiles, quo casu non amplius curat Ro-
ta, ao Vicarii sint perpetui, vel ad outum amovi-
biles ad concursum faciendum, sed decidit, ut nunc
omnino fiat, sicut fuit resolutum in Ulixbonen. ju-
ris conferendi 2. *Decembris* 1605. coram Litta, &
in Ulixbon. concursus 1. *Junii* 1615. coram bonæ
mem. Remboldo, *decis.*710. *p.* 2. *recent.* clare præ-
supponens posse temporales Vicarios habere cu-
ram etiam actualem. Ratio est, quia cum de ju- 60
re communi in parochialibus annexis debeant con-
stitui perpetui Vicarii, *d. c. extirpandæ*, §. *qui ve-
ro, ad hæc, de offic. Vic. c.* 1. *de Capell. Monach. l.* 6.
attamen si de facto, aut ex negligentia Prælatorum,
vel consuetudioe, aut privilegio Vicarii tempo-
rales deputari permittantur, in eo casu, ubi perpe-
tui coostitui debebant, non videtur hoc sufficiens,
ut exinde absqoe alia vero simili conjectura col-
ligere debeamus, Vicarium temporalem habere
tantummodo curæ exercitium, habitualem vero,
ac actualem penes Rectorem existere, nam hoc
adesse potest ex aliquo accidente ipsam curam mi-
nime respiciente; eo vel maxime quia in Episcopi
arbitrio est deputare Vicarium perpetuum, ubi
fuerit temporalis, vel eum ad nutum amovibilem
ut prius relinquere, ex dispositioce Conc. Trid.
sess. 7. *de reform. cap.* 6. Nec hic casus est incon-
veniens, quod ipsa cura actualis sit penes illum,
qui non habet titulum beneficii, cujus curam ge-
rit, nam de essentia beneficii est, ut sit perpetuum, 61
ut colligitur ex ejus definitione, quam præstant
Sebast. Medic. *de benef. p.* 2. *c.* 16. Petr. Greg. *in
instit. rei benef. c.*6. *n.*1. *& syntagm. juris, l.*3. *c.*2.
Gonz. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 5. *in princip a num.* 2.
Squillante *de privil. Cleric. c.* 4. *n.* 1. quia certum
est in his Parochiis unitis titulum non existere,
cum fuerit suppressus, & extinctus per unioοem 62
accessorie factam, quæ alio nomine extinctiva
tituli dicitur, curæ vero titulum esse peoes Epi- 63
scopum, Rot. *decis.* 309. *num.* 3. *p.* 2. *divers.* quem
ipse Vicarius recipit ab eo, non aotem a Rectore
principalis beneficii, Anch. *cons.*404. *num.* 11.
Quæ ut melius percipiantur, sciendum est ac- 64
cessorie, & in perpetuum alteri beoeficio unio-
nem posse fieri depeodenter, vel independenter,
dependenter, quando scilicet una Ecclesia paro-
chialis propter locorum distantiam dividitur in
duas, & creata de novo accessorie antiquæ unita
dicitur filialis, & nativa, vel quando aliter de-
pendet a beneficio principali, & hoc casu, ut quia
præsumitur quoad spiritualia, & temporalia facta
unio, si in unita accessorie constituatur Vicarius
temporalis, habebit tantummodo curæ exercitium,
penes vero Rectorem principalem erit cura tam a-
ctualis, quam habitualis. Ratio est; quia bene-
ficium aonexum processit a principali, unde quoad
spirituale, & temporale præsumitur unitum, ita
ut Rector unius sit Rector alterius, & in utraque
intituletur, cujus nomine solummodo Vicarius
curam exercet. Et in his terminis credo intelli- 65
gendam Sacræ Congregationis Concilii declara-
tionem, quæ habet evidens signum esse curam re-
manere penes principalem, quando Vicarius coo-
stituitur temporalis, & amovibilis in exercitio cu-
ræ animarum, de qua testantur Nicol. Garc. *de
benef. p.*3. *c.*2. *n.*179. *in declar.*111. & Armendar.
in addit. ad recopil. legum Navarræ, l. 2. *tit.* 23.
*l.*2. §. 2. *sub tit. sed an Parochi debeant residere io suis
Curatis*, *num.*141. & procedere text. *in Extravag.* 66
execrabilis in fin. vers. quantum, de præbend. quate-
nus decidit illa beneficia Ecclesiastica habere cu-

ram animarum , quæ parochias habent , in quibus ipsa est non per Vicarios perpetuos , sed per Rectores , seu ministros beneficiorum ipsorum , vel illorum temporales Vicarios exercenda , & rationem reddit ibi glos. *verb. temporales* , quia Rector principalis per temporalem Vicarium deserviendo, per seipsum deservire censetur , cum ille jure suo hoc non faciat , arg. *c. cum venisset , de restit. spol. l. quod meo , ff. de acquiren. possess.*

67 Independenter vero si unio , quando parochialis annexa non processit a principali beneficio , sed alias erat de per se , & fuit unita independenter principali forsan simplici, quo casu ipsum principale non dicitur Curatum respectu parochialis annexæ , quia qualitas annexæ accessorie non debet redundare in principale, *d. c. super eo* , Rebuf. *in repet. d. c. extirpandæ . §. qui vero num.*146. & dicit Navar. *cons. 10. num. 3. de majorit. & obed.*
68 per annexionem parochialis beneficium principale , si sit simplex , non crescere , nec fieri Curatum per Ecclesiam parochialem ei annexam , imo potius parochialem ipsam recipere simplicitatem beneficii , cui unitur , eo quod unitur , & annectitur beneficio simplici. Ratio est, quia hoc casu quoad temporalia tantum præsumitur facta unio , & ita ut principalis habeat solummodo temporale regimen , & titulum profanum quoad percipiendos fructus , *ad not.* per Rot. *dec. 2. de excess. Prælat. in novis* , Mantic. *decis.*359. *num.* 5. Nicol. Garc. *de benefic. par. 5. cap. 1. num.* 270. cum dispositio quoad spiritualia sit penes Vicarium , qui solum habet titulum immediatum ad curam , in qua non potest quivis alius etiam principalis se intromittere , juxta doctrinam Fel. *in c. postulasti de rescript. num. 1. vers. & hoc videtur* .

69 Ex quibus patet resolutio ad dubium , quod annis præteritis maxime inter nonnullos controvertebatur ; statuerat enim sanctæ mem. Clem. VIII. per suas literas in forma Brevis sub die 18. Octobris 1600. ut ex tunc Canonicatus , Præbendæ , ac dignitates in Cathedralibus Ecclesiis , principalesque ipsæ dignitates in Collegiatis , nec non parochiales Ecclesiæ , & earum perpetuæ Vicariæ , cæteraque ecclesiastica beneficia , curam animarum habentia in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum non conferantur aliquibus personis de genere , seu stirpe Hebræorum descendentibus usque ad septimum gradum inclusive: dicebant aliqui sub hujusmodi literis comprehendi parochiales Ecclesias alii beneficio non prohibito accessorie unitas . Sed probabilius fuit pro contraria sententia judicium , cum Summi Pontificis mens , & intentio fuerit ibi minime velle comprehendere parochiales , cæteraque beneficia accessorie unita , ut ex dictarum literarum contextu , & loquendi modo facile erit colligere , nam in eis sermo tantum est de beneficiis vacantibus, & conferibilibus , ad quæ ex illo genere personarum descendentes eligi, præsentari , ac in illis institui omnino prohibet Pontifex ibi , *ex quorumcumque personis vacent* , &c. & ibi , *talesque personæ ad illa eligi , præsentari , vel alias assumi nullatenus , nullove modo possint* , & ibi, *illaque ut prius vacare* : & ibi , *si contingat ad illa quemquam contra præsentis nostræ constitutionis formam præsentari , vel institui* , &c. quæ verba verificari nullo modo possunt in Ecclesiis parochialibus accessorie unitis , quæ nunquam vacare censentur . Rot. *decis.* 114 *num. 5. p. 2. div.* Lud. Gom. *in reg. de triennali , quæst.8. sub num.2.* Gons. *ad reg.8. Cancel. glos. 57. §.7. n.7.* Nicol. Garc. *de benef. p.12. c.2. n.5.* nec sunt amplius conferibilia . Rot. *in Verdun Decanatus 9. Martii* 1590. coram bon. memor. Cardin. Lancel. apud Nicol. Garc. *d. tract. p.5. c.1. n.* 270. Gambar. *de officio Legati de Latere , lib. 6. c.1. n.46.* ac proinde impetrari non possunt . Rebuf. *in praxi tit. de unionibus , num.14.* Put. *decis.240. n.4. l.1. in correctis.* Gonz. *d. glos.5. §.7. n.22.* nec in illis ullus valet institui Franc. *d. c.5. n.7. vers. non obstat , de filiis Presbyt. l. 6.* Nicol. Garc. *p.11. c.5. n.*193.

Quorum omnium præcipua ratio est , quia hu- 70
jusmodi parochiales per unionem de illis accessorie factam omnino extinguuntur , ac nomen , & titulum amittunt, ita ut illæ amplius parochialium appellatione non contineantur, & ac si non essent, exprimi inter beneficia non debeant . Sarnen. *in reg. de Idiomate , qu. 11. in med. vers. secus si per viam adhærentiæ* , clarius Card. *cons. 30. n. 1. ad fin. in vers. parochia enim* Menoch. *cons. 114. n. 2. vers. cum ita* . Campan. *in divers. juris can. rub. 7. c.6. n.18.* Rot. apud Nicol. Garc. *p.3. c.2. n.* 510. cum exinde prædia beneficii , cui unitæ fuerunt , sint effecta Gamb. *d. tr. lib.5. n.* 139. Verall. *dec.*
349. *num. 2. p. 3.* in tantum quod literæ unionis 71
hujusmodi non dicuntur literæ de parochialibus Ecclesiis , quatenus ecclesiastica sunt beneficia , sed de proprietate, & re profana , Rot. *dec.2. n.5. de rebus Ecclesiæ non alien. in antiq. practicabilia* . Rot. impressa post 2. *par. decisionum diversorum , tit. de unionibus n.*13. Nicol. Garc. *d. p.12. cap. 2.*
num. 33. & causa unionis non dicitur causa bene- 72
ficialis, Cassad *dec.3. de judic. n.1.* Gonz. *d. glos.5. §.7. n.17.* & lis super parochiali ut unita , non est lis super beneficio, Mantic. *decis.* 359. *num.1.* Rota apud Nicol. Garc. *p.132. c.2. n.31.*

Additio .

☞ Literæ Clem. VIII. in forma Brevis datæ fuerunt 18. Decembris , non 18. Octobris 1600. relatæ a Benedict. XIV. de Synod. Diœces. edit. ann. 1755. lib. XII. cap. 1. n. 4. in quibus confirmatæ fuerunt literæ Apostolicæ Sixti V. datæ sub die 15. Jan. 1588. etiam prohibentis , ut in Regno Portugalliæ descendentes a Judæis promoverentur ad Ordines , quarum executionem iterum inculcavit Congr. S.Officii ad Collectorem ejusdem Regni ann. 1611. ☜

Et eo magis procedunt supra resoluta circa in- 73
tellectum prædictarum literarum , quia illæ strictissime essent interpretandæ , utpote odiosæ , & a jure communi exorbitantes , quod beneficii ecclesiastici capaces facit ex illo genere personarum descendentes, *in c.cum te, de rescrip.* ibi, *pro eo vero quod Judæus extiteris , ipsum dedignari non debes* , ut tetigit Rot. *in Ulixbonen. quartenariæ* , 15. *Januar.* 1624. coram R. D. meo Coccino Decano , & in puncto de his literis loquens in Colimbr. Canonic. 3. *Jun.*1616. coram bon. mem. Card. Sacrato, & 5. *Decembris ejusdem anni* , coram Card. Verospio; & de statuto Toletano, Mantic. *dec.* 307. *n. 1.* tum quia, cum agatur de privando homine naturali habili-

bilitate, ac proinde de materia mere pœnali, verba sunt accipienda in potiori significatu, ut evitetur pœna, arg. *c. statutum de elect. l. 6.* bene ad propositum notat Capra *communium concl.90. n.76.*

74 Nec aliud volunt alia earumdem literarum verba, ibi: *caeteraque beneficia ecclesiastica curam animarum habentia*, quia, ut supra ostendimus, licet habitualis cura sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis omnimoda translata

75 fuit in Vicarium, Vital. *in Clem.1. a n.3. de excess. Pralat.* Navar. *d. conf.21. n.7. & 8. de Cleric. non resid.* Gonzal. *d. gloss.5. §.3. n. 23. & seq.* Camp. *in divers. juris Canon. rub.7. c.6. n.114.* sive perpetuum, sive ad nutum amovibilem, ubi unio independenter facta fuerit juxta terminos supra per me declaratos, quo casu respectu principalis habitualis cura nullo modo poterit ad actum reduci, tum ob defectum tituli spiritualis, ut supra ponderavimus, tum etiam ob non requisitas qualitates, veluti scientiæ, ætatis, & Ordinis, quas certum est ad parochialea non desiderari, quæ alicui beneficio simplici accessorie unitæ reperiuntur, ex rationibus supra allatis; verba autem supradicta de

76 cura actuali sunt intelligenda, cum illa beneficia dicantur habere curam animarum, quæ eam habent actu, non vero habitu. *gloss. verbo habentia in Extravag. Execrabilis, in princ. de prabend.* Vital. *in Clement. 1. n.4. de offic. Vicarii*; tum quia habere est cum effectu, *l.nomen §. habere, ff. de verb. signific.* dicit Host. *in cap. nonnulli de Cler. non resid.* quem refert, & sequitur Capra, *d. concl.90. n.76.*

77 Unde cum habeamus verba actum denotantia, non sufficit habitus, nisi etiam subsit actus, bene Gemin. *in c.licet canon. in fine, de elect. lib.6. & ibi* Franch. *num.2. verf. sed Jan. Monach.* tum etiam quia præfatæ literæ videntur prohibere periculum animarum, ibi, *animarumque periculis occurritur*, quod non videtur subesse nisi actu, & habitu sint curata beneficia, ad propositum Capra *d. conclus. 90. n.76. In fine*, tum etiam, quia ibidem fiat mentio curæ simpliciter, de actuali, non vero de habituali est intelligenda, ut in terminis tenet Capra *d. conclus. 90. num.78.* quem refero ego ipse *in tract. de appellativa verborum utriusque juris signific. appell.65. num.1.* & fuit dictum *in Vicen. Prioratus* a. *Martii* 1622, coram bon. mem. Manaanedo, cum verba (præcipue in materia pœnali, prout est ista,

78 de qua agitur juxta supradicta) semper in propria, & potiori significatione sint accipienda, *l. non aliter ff. de leg.3.* cum pluribus per me citatis *de Axiomat. juris usu freq. Axiom. 22. a num. 4.* tum denique, quia prædictæ literæ sunt odiosæ, & exorbitantes a jure, ac proinde restringendæ ex dictis. Ex quibus merito fuit pro hac parte conclusum.

CAP. II.

De canonica Parochorum electione, & institutione.

SUMMARIUM.

1 *Parochialem ad Ecclesiam persona idonea eligi debet, & quæ in loco residere, & per seipsam curam exercere valeat.*
2 *Idonea persona in hac materia dicitur prædita morum gravitate, ætatis maturitate, & literarum scientia.*
3 *Morum gravitas, seu probitas requiritur in eo, qui ad parochialem Ecclesiam eligi desiderat.*
4 *Morum gravitas ex animi virtute nascitur, & ab inculpata vita proficiscitur.*
5 *Mortali in peccato constitutus, est inimicus Christi, & indignus stipendiis de illius patrimonio sumendis.*
6 *Beneficium curatum obtinere desiderans, debet esse constitutus in ætate 25. annorum inceptorum.*
7 *Parochialem accessorie unitam habens sufficit, ut constitutus sit in ea ætate, quam requirit beneficium, cui parochialis accessorie reperitur unita.*
8 *Episcopus dispensare non potest, ut quis ante 25. annum inceptum parochialem Ecclesiam valeat obtinere.*
9 *Declaratur text.* in c.2. & ult. de ætate, & qual.
10 *Parochiam obtinere desiderans, quam literarum scientiam habere debeat, ostenditur.*
11 *Innocentius III. super promovendis ad parochiales quid statuerit, refertur.*
12 *Mandatum de providendo alicui de beneficio, aut ecclesiastica dignitate, curata beneficia non includit, nisi de animarum cura expressa habeatur mentio.*
☞ *Vide Additionem.*
13 *Beneficiorum appellatione parochiales Ecclesiæ, cæteraque beneficia curam animarum habentia non comprehenduntur.*
☞ *Parochus etiam amovibilis, est vere Parochus.*
14 *Parochialis Ecclesia etiam reservata, vel affecta, etiam vigore indulti in favorem S. R. E. Cardinalium generaliter, aut specialiter, concursu est conferenda.*
15 *Parochiales litigiosæ concursu non conferuntur.*
16 *Parochiales exigui valoris, aut ubi nullus esset, qui se examini vellet subiicere, aut ob apertas factiones, seu diffidia, concursu non conferuntur.*
17 *Parochialis, quam quis acquirit per regressum, & prius possedit, concursu non confertur.*
18 *Parochialis unita dignitati, vel Canonicatui, concursu non confertur.*
19 *Vicaria perpetua Parochiæ unita concursu non confertur, nisi in Vicarium totalis cura fuerit translata.*
20 *Parochialis subjecta, seu annexa Monasterio, vel de ejus mensa, quando Monasterium nominat Rectorem, & Episcopus confirmat, concursu non confertur.*
21 *Parochialis, quæ Regularibus conferri consuevit, concursu non confertur.*
22 *Prioratus Regulares habentes curam animarum soliti commendari Regularibus, concursu non conferuntur.*
23 *In Permutationibus Ecclesiarum parochialium non fit concursus.*
24 *Parochia resignata ad favorem in manibus Papæ, concursu non confertur.*
25 *Parochiales vacantes in Curia, seu apud Sedem, sive per obitum, aut simplicem resignationem, seu dimissionem ex vi decreti, provideri solent in Dataria, sine concursu.*
26 *Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concursu non confertur.*

27. Di-

27 Dignitas habens curam animarum in Ecclesiis collegiatis, concursu non confertur.

28 Collegii jus remanet etiam in uno, donec fuerit auctoritate superioris destructum.

29 Prioratuum Conventualium sub reservatione censentur comprehensi etiam illi Prioratus, qui nullos Monachos habent, & sic sunt Prioratus habitu tantum.

30 Sipontinæ Cathedralis dignitates, & Canonici, qui habent cum præbendis annexam curam animarum, concursu non conferuntur, sed ætas est necessaria.

31 Episcopus, habita notitia vocationis Ecclesiæ parochialis, deputat in Vicarium cum congrua etiam viciniorem Parochum.

☞ Vide Animadversionem.

32 Vicarius deputandus cum congrua, donec provideatur de Rectore, non est necessario examinandus, dummodo alias sit idoneus.

☞ Vide Animadversionem.

33 Vicarii deputatio in parochiali vacante, donec provideatur de Rectore, semper spectat ad Episcopum, in cujus diœcesi parochialis est.

34 Inferiores, qui non habent jurisdictionem, quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, Vicarium in parochiali vacante, donec provideatur de Rectore, constituere non possunt.

35 Congrua portio Vicario deputanda est arbitrio Episcopi.

36 Vicarius constitutus cum congrua in parochiali vacante, donec provideatur de Rectore, non potest removeri sine causa.

37 Abbas, & commendatarius Abbatiæ habentis jura Episcopalia, si habeat jus congregandi Synodum, & eligendi Examinatores Synodales, potest facere concursum.

38 Prælati inferiores, qui non habent jus congregandi Synodum, non possunt facere concursum, quamvis habeant jus conferendi.

39 Episcopus vicinior manutenendus est in sua quasi possessione concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum parochialium.

40 Edictum pro concursu faciendo intra decem dies est proponendum, & totidem remanere debet affixum ad valvas Ecclesiæ, & non potest apponi cum majori termino viginti dierum.

Episcopus non tenetur prorogare terminum concursus, sed bene facit, eum prorogando. ibid.

☞ Vide Additionem.

41 Edictum pro concursu faciendo apponi debet ab Ordinario loci, ubi existit beneficium, & ibidem examen est peragendum, etiamsi beneficium ab Ordinario alterius diœcesis sit conferendum.

42 Edictum est de substantia, & forma concursus parochialium.

43 Termino decem dierum, vel ad summum viginti elapso ad concursum faciendum nullus est admittendus ad examen, nisi qui descripti fuerint.

44 Edicti post terminum, re integra, potest oppositor admitti, etiam alio reclamante.

45 Descriptus in tempore concursui præfixo, si comparaverit, legitimo impedimento cessante, elapso termino, etiam re integra, non est audiendus.

46 Examen statim, elapso termino edicti, potest per Episcopum inchoari, sed non potest eadem die claudi, ubi plures fuerunt descripti, quia sunt expectandi, vel vocandi, alioquin vitiatur concursus.

47 Episcopus non potest statuere, seu limitare certum numerum personarum ad concurrendum in concursu parochialium.

48 Curatis, ne accedant ad concursum aliarum parochialium, non potest prohibere Episcopus.

☞ Nec Romæ prohibetur.

49 Concursus potest fieri uno tantum comparente ex pluribus descriptis.

50 Concursus est faciendus, ubi unus tantum se describi fecerit, nec alii comparent oppositores ad se describi faciendum, nec opus est alio edicto, aut termini prorogatione.

51 Examen ubi nullus ex comparentibus vult subire, Episcopus assignare debet alium terminum, sive edictum, & si adhuc nemo comparet, vel alias nemo idoneus reperitur, tunc poterit Parochia absque concursu conferri.

52 Examen concursus faciendum est ab Episcopo, sive eo impediso, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis Examinatoribus non paucioribus, quam tribus; & etiam Episcopo non impedito, poterit fieri examen coram Vicario.

53 Examen omnium concurrentium ad parochialem, si una die fieri non potest, poterit, in alia continuari.

☞ Affertur modus, & vide Addisionem.

54 Examinatores debent singulis annis proponi in Synodo ad minus sex, & ab ea Synodo probari, quorum officium etiam post annum suæ electionis non expirat.

55 Examinatores in Synodo nominatim, & non in genere proponi debent.

56 Examinator, ut dicatur probatus a Synodo, debet dimidiam partem suffragiorum ferre ab iis, qui vocem habent in Synodo.

☞ Videtur non sufficere dimidiam partem contra generalem regulam. Vide Additionem.

57 Examinatores aliqui si ex sex intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi una cum Episcopo ad superstites spectare debet, eo anno durante.

58 Examinatores si decedant, vel in longinquas partes recedant, quid faciendum, ostenditur, num. 62.

59 Examinatores Synodales durant, donec alii in Synodo deputati fuerint, verum, si anno elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat.

60 Episcopus non excusatur, si post annum adhibeat Examinatores superstites, non extantibus sex.

61 Annus celebrandi Synodum non incipit currere a die captæ possessionis Episcopatus, sed a die Synodi ultimo loco celebratæ.

62 Examinatores non Synodales extraneos non licet Episcopo auctoritate ordinaria sibi assumere, qui suppleant numerum non existentium.

63 Examinatores deputare, anno elapso, non est Episcopo permissum, iisdem absentibus, vel aliis legitime impeditis, alios in eorum locum subrogare.

64 Episcopus non potest loco Examinatorum Synodalium demortuorum alios subrogare usque ad novam Synodum.

65 Episcopo non licet subrogare alios in locum Examinatorum Synodalium, qui per sententiam de crimine simoniæ fuerunt condemnati.

66 Condemnati de adulterio, si sententia fecit transitum in rem judicatam, non sunt adhibendi in Exa-

Examinatores Synodales, quia sunt infames; si vero causa pendet, per appellationem, possunt adhiberi sed non conveniens.

67 *Concursus, in quibus fuerunt adhibiti Examinatores deputati in Synodis praecedentibus, sunt nulli, quatenus prædicti Examinatores in Synodo posteriori non fuerunt confirmati.*

68 *Provisiones parochialium Ecclesiarum factæ sine Examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, sunt nullæ, & qualiter sanandæ, ostenditur, & num. 69.*

70 *Vicarius, Sede episcopali vacante, in loco Examinatorum absentium, vel defunctorum alios auctoritate propria sufficere non potest.*

71 *Concursus est nullus, in quo cum Examinatoribus Synodalibus intervenit alter, qui non sit Examinator Synodalis.*

72 *Negativa, illa quod quis non esset Examinator Synodalis, quomodo probanda, ostenditur.*

☞ *Hodie neque Archidiaconus potest esse examinator; nisi sit electus in Synoda.*

73 *Examinatores necessario eligi debent qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel jure canonico, si extent, alioquin alii Clerici, qui ad id videbuntur magis idonei.*

74 *Examinatores Synodales eligere non potest Episcopus, qui non sint Doctores, seu Magistri, aut licentiati in Theologia, vel jure canonico, si extent, alioqui alios Clericos, qui ad id munus idonei videbuntur.*

75 *Clerici sæculares, aut Regulares in Examinatores Synodales eligi non possunt, qui Doctoratus, vel Licentiaturæ gradu insigniti non fuerint, nisi alli viri hujusmodi qualitatis non extent.*

76 *Examinatores Synodales debent jurare, ita ut si non juraverint, concursus coram eis habitus vitietur.*

77 *Juramentum Examinatoribus Synodalibus debet præstari tactis sacrosanctis Evangeliis.*

78 *Juramentum possunt præstare Examinatores extra Synodum in manibus Notarii.*

79 *Examinatores Synodales non possunt quicquam prorsus occasione examinis, nec ante, nec post accipere, alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrunt.*

80 *Beneficiis antea obtentis privantur Examinatores Synodales, si occasione examinis, sive antea, sive post aliquid accipiant etiam gratis, & liberaliter datum.*

81 *Examinatores Synodales non possunt quicquam pro labore, vel titulo stipendii ad sustentationem ex fructibus beneficii vacantis, vel alia ratione accipere.*

82 *Ordinarius non potest statuere aliquod stipendium, etiam minimum, Examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu parochialium.*

☞ *De usu contrario in Ecclesia Hispaniarum testatur Benedict. XIV.*

83 *Episcopus potest aliquid de suo Examinatoribus Synodalibus conferre titulo pramii, vel stipendii, seu sustentationis.*

84 *Examinatores Synodales, peracto examine, debent eos renuntiare Episcopo, quos idoneos repererint, non tamen tenentur explicite referre singulus qualitates eorum, qui sunt examinati.*

85 *Examinatores etiam extrajudicialiter possunt informari de qualitatibus concurrentium.*

86 *Examinatores, ut palam inter se sua votá conferant magis expedit, deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, Sejum reprobatum.*

☞ *Eadem praxis est in Urbe.*

87 *Vota dare debent Examinatores, dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut Episcopus, ubi datur locus accessus, debet ipse accedere Examinatoribus simul congregatis.*

88 *Examinatus dicitur reprobatus, qui solus comparens ad se examinandum coram tribus Examinatoribus fuit ab uno approbatus, cæteris reprobantibus.*

89 *Episcopus potest gratificari data in approbatis paritate.*

90 *Idoneus quis magis sit ex concurrentibus ad parochialem vacantem, nunquam spectat ad Examinatores judicare, sed ad Episcopum solum.*

☞ *Vide notata in fine hujus cap. post n. 184.*

91 *Eligere ex approbatis ad parochialem magis idoneum ad ipsum Episcopum spectat.*

92 *Votum decisivum in concursu non habet Episcopus, sed tantum accedere potest, ubi vota sunt paria, vel singularia.*

93 *Eligere ex approbatis ad parochialem potest Episcopus extra locum examinis, & etiam absentibus Examinatoribus.*

94 *Electio facta de magis idoneo ad parochialem vacantem significanda est intra quatuor menses, & si fuerint transmissi, nec pervenerit ad manus Collatoris intra dictum tempus, provisio devolvitur.*

95 *Electio, & provisio in concursu parochialium facta de digno, omisso digniore, est nulla.*

96 *Prælati non aliter satisfaciunt suæ obligationi, quam si de digniore Ecclesiæ parochiali provideant.*

97 *Eligere ad parochialem providentes tenentur illum, qui majoribus juvatur meritis.*

93 *Electores sub pœna peccati mortalis digniorem, seu meliorem eligere tenentur.*

99 *Beneficia per provisionem liberam conferentes non tenentur eligere digniores, nisi in promptu sint.*

100 *Generalis tenetur ad Prælaturas regulares digniores eligere.*

101 *Beneficium suum renuntians in favorem alterius, non tenetur sub peccato mortali digniorem, seu meliorem eligere.*

☞ *Reprobatur assertio, & vide animadversionem.*

102 *Patronus laicus, etiam quoad beneficia curata, non tenetur præsentare digniorem.*

☞ *Vide animadversionem mox citatam.*

103 *Eligere licet dignum, prætermisso digniore, in Canonicatibus, & dignitatibus, ac aliis simplicibus beneficiis curam animarum habentibus.*

☞ *Assertur sententia certior.*

104 *Provisio beneficii, quando per concursum, seu oppositionem facienda est, an teneatur quis ad restitutionem, si omisso digniore dignum eligat, ostenditur, & n. 105.*

106 *Dignus offerendo in concursu pecuniam digniori, ut desistat ab oppositione, committit simoniam, & tenetur ad cedendum beneficio, & restituendum fructus perceptos.*

107 *Electio non erit simoniaca, nec illicita, si quis tradiderit pecuniam electoribus indignum eligere volentibus, ne illum eligant.*

108 Pe-

108 *Pecuniam offerre non est licitum pro electione particularis personæ, etiam dignissimæ.*

109 *Senior idonejor judicandus est respectu alterius junioris, cum quo concurrit.*

110 *Originarius idonejor judicandus, ac præferendus est, si alter sit extraneus.*

111 *Dignus de civitate, vel gremio Ecclesiæ potest eligi, posthabito digniore extraneo.*

112 *Originarii semper præferuntur extraneis.*
☞ *Limitanda hæc assertio.*

113 *Originarii præsumuntur magis diligere patriam.*

114 *Doctor præfertur non Doctori.*
Et Doctor utriusque juris præfertur Doctori unius tantum, ibid.

115 *Doctori, cujus vita ignoratur, præfertur minus doctus, modo idoneus, cujus mores sunt noti.*

116 *Beneficium nullum habens præfertur habenti.*
Ad concursum tamen admittitur habens aliam parochialem, ibid.

117 *Habilior is dicitur, qui muneri, cui præficitur, est aptior.*

118 *Dives potius, quam pauper eligi debet, si Ecclesia, cui est providendum, sit pauper.*

119 *Sacerdos præfertur alteri aliquò inferiori Ordine insignito.*

120 *Nobilitatem majorem habens præferendus est.*
Nobilitas triplex, remissive. ibid.

121 *Dispensatione non indigens præfertur indigenti.*

122 *Idoneitas ad Ecclesiam parochialem non solum consideratur respectu scientiæ, sed etiam ætatis, morum, & prudentiæ, & hujusmodi.*

123 *Judicare, quis ex concurrentibus sit magis idoneus, spectat solum ad Episcopum, non vero ad Examinatores.*
☞ *Vide notanda in fine hujus cap.*

124 *Parochialis vacans, ubi fuerit jurispatronatus ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo se præsentare tenetur, ut ab eo instituatur.*

125 *Examinis per concursum forma an servanda sit, ubi Ecclesia parochialis sit jurispatronatus partim Ecclesiæ, partim loci ostenditur, & num.* 126.

127 *Parochialis Ecclesiæ institutio, ubi a summo Pontifice facienda erit, quia forte in mensibus reservatis vacavit jus, eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet.*

128 *Beneficium curatum jurispatronatus Ecclesiæ, si in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis vacaverit Episcopus ipse Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, ac Romam mittere.*

129 *Examen per concursum fieri non debet in vacatione parochialium, quæ sunt jurispatronatus laicorum; sed sufficit, quod deputatus a patronis examinetur ab Examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis; & idoneus judicetur.*

130 *Examen per concursum inter ipsos præsentatos requiritur in vacatione parochialium de jurepatronatus laicorum, ubi plures sunt præsentati, & æqualibus vocibus gaudent.*
Collatio Parochialis si spectet ad inferiorem, & in concursu plures æque idonei sint denunciati, facultas eligendi magis idoneum ad Episcopum pertinet, ibid.

131 *Juspatronatus laicale devolutum ad Ordinarium confertur per concursum pro illa vice.*

132 *Parochialium in collatione facta jure devoluto, an forma examinis, quæ coram inferiore requiritur, servari debeat, ostenditur, & n.* 133.

134 *Forma Conc. Trid. circa concursum faciendum in vacatione parochialis Ecclesiæ, est ad unguem observanda, nec potest per æquipollens adimpleri.*

135 *Collatio parochialis facta sine examine per concursum est nulla, & irrita, & præfata parochialis eo modo collata vacat, ejusque collatio ad Sedem Apostolicam spectat.*

136 *Vicarius Episcopi si velit subire concursum, tenetur observare formam Concilii Tridentini.*

137 *Examinatorum Synodalium relationem, quominus executionem habeat, nulla devolutio, aut appellatio etiam ad Sedem Apostol. impedire potest.*

138 *Appellatio quoad effectum devolutivum tantum datur non solum a relatione Examinatorum Synodalium super scientia, sed etiam super idoneitate, & habilitate.*

139 *Appellare non potest ab irrationabili judicio Ordinarii dum fuit approbatus ab Examinatoribus Synodalibus, sicut electus.*

140 *Appellatio non datur simpliciter ab electione Episcopi in concursu, nisi ubi constaret de dolo, & irrationabili ejus judicio.*

141 *Electione in concursu facta per Episcopum, interpretatio est facienda ad illius favorem, quod omnia consideraverit, & magis idoneum arbitrio suo elegerit.*

142 *Episcopus præsumitur instructus de vita, & moribus concurrentium ad parochiales Ecclesias vacantes.*

143 *Irrationabilitas electionis Episcopi in concursu debet esse manifesta, ut sit locus appellationi.*

144 *Familiaritas tollit multum de præsumptione, quæ alias esset pro Episcopo circa agnoscendam vitam, & mores concurrentium ad parochiales.*

145 *Appellatio a mala electione, sive irrationabili judicio Episcopi admittitur solum ad effectum devolutivum, non autem suspensivum, nisi appellaretur a sententia Metropolitani, seu alterius judicis appellationis revocatoriæ electionis prius factæ, seu, facto concursu, appellaretur inter præsentatos, vel patronos laicos, ut num.* 134.

146 *Appellatio datur ad effectum devolutivum, & suspensivum, quando appellatur a sententia Metropolitani, seu alterius judicis revocatoriæ electionis prius factæ ab Ordinario in concursu ad parochiales.*

147 *Concursu facto, quando appellatur inter præsentatos, vel patronos laicos super pertinentia jurispatronatus, possessio per appellationem suspenditur.*

148 *Rejectus in concursu parochialis potest provocare præelectum ad novum examen coram judice appellationis, etiam antequam doceat de irrationabili judicio Episcopi.*

149 *Rejectis, ubi illi in concursu parochialis Ecclesiæ appellant a mala electione, dandus est novus concursus in Urbe, ubi debet vocari præelectus ab Episcopo.*

150 *Provisio, & collatio parochialium intra quod tempus, perfecto examine, sit facienda, ostenditur.*

151 *Ecclesia in titulum est conferenda, & inter duos non est dividenda.*

152 *Cle-*

152 *Clericus per Monachorum consilium est instituendus in Ecclesiis, quæ subsunt Monachis.*

153 *Portio congrua Vicariis qualiter assignanda*, & num. 54.

☞ *Vide Additionem.*

1 DE electione tam Parochorum, quam aliorum Rectorum sacris Canonibus est constitutum, ut ad parochialem Ecclesiam, & curam animarum habendam persona idonea eligatur, & quæ in loco residere, & per seipsam curam exercere valeat, ut colligitur *ex c. in parochia*, 16. *q.* 1. *&* ex *c. Cum in cunctis de elect. & ex c. licet canon eodem tit. in 6. & ex c. eadem te decet de ætat. & qualitat. & ex cap. quia nonnulli de Cleric. non resid. & ex cap. grave gerimus de præbend.* Concil. Trident.
2 *sess.7. de reform. c.3.* Idonea autem persona in hac materia dicetur prædita morum gravitate, ætatis maturitate, & literarum scientia, ut probatur ex *d. cap. cum in cunctis*, §. *inferiora*, Rebuff. *in praxi, tit. forma Vicar. n.87. & in tit. requisita ad collationem, n.23. verb. idoneus*, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.4. q.11. num.11.*

3 Primo, morum gravitas, seu probitas requiritur in eo, qui ad hujusmodi beneficium eligi desiderat, *d. c. cum in cunctis*, ibi *gravitat morum.* Selv. *de benefic. p.3. q.5. n.35.* Filiuc. *in quæst. moral. tom. 3. tract.41. c.5. n.40.*

4 Quæ ex animi virtute nascitur, *can. fin.41. dist.* Navar. *in cap. si quando, de rescript. excep.11. n.2. vers. nam gravitas*, & ab inculpata vita proficiscitur, idem Navar. *excep.25. vers. octavum est. Non debet*, dicit Gregor. lib. 34. Moral. cap.30. *hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene vivendo præire, ne qui ad hoc eligitur, ut aliorum culpas corrigat, quod resecare debuit, ipse committat*, & p.1. Pastor. cap.3. *Sit Rector operatione præcipuus, ut vitæ viam subditis vivendo denunciet, & grex, qui Pastoris vocem, moresque sequitur per exempla melius, quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate compellitur summa dicere, ac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa vox namque libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia dum quod loquendo imperat, ostendendo adjuvat, ut fiat.* Et cap. 10. *Talis ad regimen quisque debet venire, qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, insinuet, ut inter eos non habeat, quod saltem de transactis mens erubescat.*

5 Omnis enim constitutus in crimine mortali, ut inimicus est Christi, *cap. tolle, cap. fin. de pœnit. dist.2.* ita indignus est stipendiis de illius patrimonio sumendis, S. Thom. 2. 2. *q.63. art.* 2. communiter receptus ex Navar. *d. except.15. vers. omnis*: nam bona ecclesiastica sunt Christi patrimonium, *c. cum ex eo, de elect. l. 6.* Conc. Trident. *sess. 25. de reformat. cap.1.* cum aliis adductis per Joan. Valer. *de diff. inter utrumque forum, verb. munera, diff.1. num.* 5.

6 Secundo ætatis maturitas, quæ scilicet 25. annum attigerit, *d. §. inferiora, d. cap. licet canon* Navar. *in man. c.25. n.116.* Mex. *in tract. taxæ panis conclus.6. n.18.* ubi subdit, quod recipiens beneficium curatum ante 25. annum, cum talis a jure sit incapax, tenetur beneficium renunciare, & in conscientia cogitur fructus restituere, Nicol. Garc. *de benef. p.7. c.4.* n.41. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.10. dub. 11. n. 27.* & citati a Cened. *ad Decretum collect.30.* n. 1. Et procedit in dignitate, cui subest animarum cura, ut censuit Sac. Congr. Concil. *sub die 4. Decembris* 1627. cujus memini *in collect. Bullarii, verb. ætas, pen.* qui quidem 25. anni non requiruntur completi, sed incepti sufficiunt, ut satis deducitur *ex d. §. inferiora*, ibi *attigerit, ex d. c. licet canon.* & advertunt omnes superius citati, & expressius Navar. *in man. cap.25. num.*116. Aloys. Ric. *in dec. Curiæ Archiepisc. Neapol. p.4. decis.281. & decis.349.*

Hoc tamen limitatur in habentibus parochiales 7
unitas, qui non adstringuntur præfatam ætatem attingere, sed illis sufficit in ea constitutos esse, quam requirit beneficium, cui parochialis accessorie reperitur unita, prout a sacra Congr. decisum referuntur Gallet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. Canonicus, 5. & verb. Parochus.* Gonz. *ad reg.8. Cancel. gloss.9. num.4.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. res.512. in 2. edit.* Nicol. Garc. *de benefic. par.12. cap.2. num. 26.*

Episcopus dispensare non potest, ut quis ante 8
25. annum inceptum parochialem Ecclesiam valeat obtinere; cum enim constet hanc ætatem in hujusmodi beneficiis requiri ex generali Concilii Lateranensis constitutione, de quo *in d. §. inferiora*, & Lugdunensi *in dict. c. licet canon.* & nullus dubitet contra generalis Concilii decreta Episcopum dispensare non posse, ex plene per me adductis *de offic. & potest. Episc. p.2. alleg.233.* sequitur in hujusmodi ætate illum dispensare minime posse, & ideo sic docent Imol. *in Cle.1. n.34. de statu Monach.* Petr. Gregor. *rei benefic. c.37. num.5.* Non 9
obstat text. *in c.2. juncta gloss. verb. Ecclesias, & ult. de ætate, & qualit.* quia ex eo non colligitur, posse Episcopum dispensare, imo ejus factum non approbat Pontifex, sed potius reprehendit, ut patet ibi. *Episcopum super his corripias*, & ibi, *eidem Episcopo prohibeas, ne de cætero Ecclesias*, &c. Si adhuc quis curiose quærat, quare Pontifex non jubeat pueros amovere, sed remotis laicis, jubeat committere administrationes idoneis Clericis, donec pueri veniant ad ætatem legitimam, respondebimus olim jure Decretalium validas fuisse collationes, & provisiones beneficiorum ante ætatem legitimam, nullitatisque pœnam præscriptam fuisse jure novo lib. Sexti *per d. c. licet can.* atque ita text. *in d. c.2.* concludit, valuisse collationem, non potuisse tamen Episcopum licite facere, & dispensare; confirmaturque ex ultimis verbis *cap.3.* immediate sequentibus, ibi *quod nisi feceris, irritabimus*; a Papa igitur oportet hanc petere dispensationem, ut notant præcitati, quibus addo Navarr. *in man. cap.25. num.*116. explicat late ad praxim Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ratione ætatis, in principio.* An autem sic dispensatus ratione ætatis habeat liberam administrationem rerum ad beneficium pertinentium per se, & sine curatore, vide text. *in c. ult. de judic. in 6.* ubi late Ludovic. Gomez *n. 9. & 26.* Octavian. *lib.3. de decretis, tit. 8. n.28.*

Tertio literarum scientia, ut *in d. c. cum in cun-* 10
ctis, ibi, *& literarum scientia commendabilis demonstretur.* Flam. *d. q.11. a n.17.* veluti quæ ad fidem, moresque pertineat, & salutarem doctrinam tradendam satis sit; quinimo humanarum legum cognitio non procul ab illis, qui ad parochiales desi-

derant promoveri, esse debet, non ea quidem ratione, ut cunctas legales difficultates scire cogantur, sed ea, quæ populus credere, & observare debet ex lege, ut inquit S. Thom. *in Supplem. p.3. q. 36. art.2. vers. ad primum*, vel sufficit, si tanta sit, qua plebem sibi commissam pascere valeant salutaribus verbis, atque exemplis, quod omnibus necessarium est ad salutem, eos admonendo brevibus quidem, & dilucidis verbis, de vitiis, quæ declinare, vitareque, ac virtutibus, quas sectari eos oportet, ut æternam evadant pœnam, atque cœlestem gloriam adipiscantur, ita Conc. Trid. *sess. 5. de refor. c. 2.* quæ clarius explicat Sot. *in 4. dist. 25. ar. 4. concl. 3. vers. & per hoc*, idque his explicat verbis: *Qui vero Parochia in Pastorem præficitur, ut idoneus habeatur, ea scire debet, quæ plebi sunt cognitu necessaria, nempe illa, quæ sint de necessitate salutis, ut videlicet docere suos subditos sciat Fidei articulos, & Decalogum, atque ordinaria peccata, quæ ei per confessionem deteguntur, atque pœnitentibus salutaria consilia præstare valeat*, prætertim vero cum sancto Thom. *in 4. dist. 17. in 2. ser.* credo tantam debere esse in eo scientiam, qua distinguere noscat peccatum, & non peccatum, atque inter mortale, & veniale. Quinimo, & sacris literis præditus esse debet, cum ejus sit peculiare munus prædicare, juxta Conc. Trid. *sess.24. de ref. c.4.* quod propterea sancivit *ead. sess. c.18.* ut Ecclesiæ omnes parochiales nonnisi ab Episcopo, & prævio examine per concursum, propositis edictis, conferantur, ut *infra* declarabimus. Nec post electionem factam, & collatam sibi parochialem existimet Parochus, sive Rector, se non amplius de doctrina, & literatura rationem redditurum, quia S. Cong. Concilii *in una Placentina*, *sub die 26. Aug.* 1628. censuit, liberum esse Episcopo tam in visitatione, quam extra iterum examinare super doctrina, & literatura Parochos approbatos ab antecessore tempore provisionis parochialium, nec non superveniente rationabili causa, & suspicione ignorantiæ, posse examinare ad effectum *cap. 6. sess. 21. de reform.*

Additio.

☞ Circa Parochum repertum imperitum novo examini subjiciendum, de quo breviter hic Auctor sermonem instituit, pro clariori regula, atque prudentiori ab Episcopo servanda, addenda duxi jam a me tradita in Opere, cui Titulus = *Expositio Juris Pontificii* &c. pag. 879. = Si agatur de parochis etiam Regularibus a prædecessore Episcopo constitutis, successorique Episcopo constet de eorum imperitia, S. Cong. die 26. Augusti 1628. censuit = Episcopos successores posse, superveniente rationabili causa, iterum ex officio, etiam extra visitationem, examinare parochos, alias ad Ecclesias parochiales approbatos = ut lib. 13. Decretor. pag. 520. a tergo, & die 13. Januarij 1635. respondit = Episcopos successores, superveniente rationabili causa, posse etiam ex officio iterum examinare tam in visitatione, quam extra parochos, quamvis Regulares, approbatos tempore provisionis parochialium = lib. xv. pag. 146. a tergo: Ad quorum examen devenire potest etiam pro libito, & pro sola quiete conscientiæ suæ; quemadmodum = & ipsum S.Rotæ *Tribunal. constituit decis. 257. parc. 19. Recen. num. 5.*

Si vero agatur de parochis ab eodem Episcopo in præcedenti examine approbatis, eadem S. Cong. die 22. Septembris 1668. ita respondit Episcopo Pampilonensi, prout legitur lib.24. Decretor. pag. 108. = Cum sub die 15. Januarii 1667. ad instantiam Episcopi Pampilonen. a Sacra Congregatione resolutum fuerit. I. Posse Episcopum examinare Parochos, & Rectores semel approbatos ad curam animarum, quando adest vehemens suspicio de illorum imperitia. II. Posse ad hujusmodi examen procedere etiam extra visitationem. III. Ad dictum examen faciendum haud necesse esse, ut judiciales probationes imperitiæ præcedant, nunc suplicat Episcopus ipse per hanc Sac. Cong. ulterius declarari, an in actis visitationis diœcesis possit Episcopus examinare Parochos, quotquot visitat, etiamsi contra illos, vel aliquem ipsorum, non vigeat suspicio imperitiæ = Sac. Cong. 22. Septem. 1668. respondit *Negative*.

Ex quo Decreto infert Benedictus *XIV. Instit. eccles. IX. in fine* = Atque ita pro novo examine faciendo sola conscientiæ sedandæ ratio non sufficit. Insuper necesse est, ut is rumor palam in omnes emanaverit. Parochum, eorum, quæ ad curam animarum gerendam pertinent, memoriam amisisse, & ob socordiam pro sustinenda tam gravi provincia esse imperitum, sicut Patres S. Rotæ accurate perpenderunt *decis. 527. part. XIX. Recen. num. 18., & seqq.* Parochi etiam, qui a laicis jure quodam nominati fuerunt, ab hac conditione minime liberantur. Nam cum parochialem Ecclesiam sine publico examine obtinuerint, non idem judicium, atque opinio, ac de reliquis parochis constituitur, quibus Episcopus post consuctum examen animarum regimen commendavit, *Card. de Luca de Parochis, Sermo: 16* =

Quamvis juxta hoc Conc. decretum datus fuerit Coadjutor Parocho imperito, hic tamen tenetur residere, ut S. Cong. rescripsit *in Ravennat. lib:II. pag.*110. *a tergo.* Quod si fructus Ecclesiæ sint tenues, ita, ut non sufficiant ad sustentationem utriusque, eamdem Cong. ita declarasse hic refert Cardinalis Bellarminus = Si Parochi sint imperiti, & fructus Ecclesiæ tenues, Episcopus provideat, data Rectori facultate non residendi =

Item, si Parochus sit ita imperitus, ut nec formaliter prædicare, nec plebem sibi commissam salutaribus verbis saltem, pascere valeat, declaravit cogendum esse hoc præstare per deputatum ab Episcopo, illius expensis, ut in *Milevicana mens. Feb. 1590. ad V. Dubium lib. VI. pag. 109.*

Declaravit etiam, dandum esse Coadjutorem Parochis Græcis imperitis, etiam latinum, si deficiant Sacerdotes Græci habiles, ut *in Cassanen. 16. Jan. 1638., & in Larinen. 13. Feb. ejusdem anni, lib. XV. Decretor. pag. 649., & 662.* ☜

Porro Innocentius III. *in Concil. generali*, de quo 11
in c. cum sit, de ætat. & qualit. hac de re statuit, sic dicens: *Cum sit ars artium regimen animarum, districte præcipimus, ut Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruant, & informent, vel per seipsos, vel per alios idoneos viros super divinis Officiis, ecclesiasticisque Sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare: Sanctius enim est*, inquit, *paucos bonos, quam*

mulcos

multos malos habere ministros, quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam dilabuntur.

12 Via enim tanto est pretiosior, quanto periculosior, propter quod non omnis Sacerdos est ad curam animarum idoneus, Vitalin. *in Clem.* 1. *n.* 30. *&* 32. *de prabend.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancd. glos.* 6. *num.* 9. Quare Bonifacius VIII. *in cap. cum in illis, de prabendis, lib.* 6. declaravit, mandatum de providendo alicui de beneficio, aut ecclesiastica dignitate, curata beneficia non includere, nisi de animarum cura expressa mentio habeatur. *Cum in illis*, inquit, *quibus curata beneficia committuntur, major, quam in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiratur*, ex quo ita colligunt, *ibi* Anch. *num.* 3. Domin. & Franch. *n.* 4. Abb. *in c. ult. n.* 3. *de prabend. & in c. postulasti num.* 2.

Additio.

Notandum, quod citatæ Decretali Bonifacii VIII. quoad mandata de providendo derogatum est a Tridentino cap. XXIX. sess. XXIV. de reform. Adnotatio tamen differentialis ab Auctore facta, opportuna est, & ad rem adhuc in præsens, quatenus requirit majorem idoneitatem in habente, quam in non habente curam animarum: qui est finis, ob quem hic idem Auctor refert prædictam Bonifacii declarationem.

13 Regulariter enim beneficiorum appellatione parochiales Ecclesiæ, cæteraque beneficia curam animarum habentia non comprehenduntur, *d. c. cum in illis, in princ. c. si eo tempore, de rescr. lib.* 6. ibi *cum cura, vel sine cura*, ubi gloss. *verb. cum cura* dicit quod, nisi hoc fuisset expressum, provideri de beneficio curato non posset. Gig. *de pension. qu.* 28. *num.* 9. Petr. Greg. *rei benef. c.* 6. *a num.* 4. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1217. Gonz. *d. glos.* 6. *a num.* 1. cum aliis adductis per me *de appellativa verborum utriusque juris signif. appel.* 32. *n.* 8. Unde dispensatum ad beneficia, vel ad dignitates non posse promoveri ad dignitates, quibus animarum cura inest, resolvit Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 6. *c.* 3. *q.* 9. *&* 10. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 45. *n.* 13.

Additio.

Est hic notandum ex declaratione Conc. Trid. cap. VII. sess. VII. de Reform. & cap. XI. sess. XXV. de Regul. quod licet Parochi, sive sæculares, sive regulares sint amovibiles, sunt tamen vere Parochi, ut infra etiam notabimus.

Circa ipsorum onera, prærogativas, præcedentiam, & congruam respective mercedem, atque amotionem, vide in Appendice cap. CXIV. & CXV. per totum; & in Addition. in calce dicti cap. CXV.

14 Ut autem major adhiberetur diligentia in hujusmodi idoneis viris ad hoc regimen assumendis, statuit Trid. Conc. *sess.* 24. *de reform. c.* 18. ut debeat Episcopus, statim, habita notitia vacationis cujuscumque parochialis Ecclesiæ, si Episcopus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Hæc sunt, quæ Episcopus, antequam deveniat ad concursum, facere debet in parochialis Ecclesiæ vacatione, etiamsi ipsa parochialis Ecclesia reservata sit, vel affecta generaliter, aut specialiter, ex eodem Conc. Trid. *dict. c.* 18. Marescot. *var. resolutionum l.* 1. *c.* 52. *num.* 2. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Parochia*, §. 2. *dubio* 4. *&* 10. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. resolut.* 351. *vers. amplia tertio, in* 2. *edit.* ubi *in v. amplia quarto*, post Rot. *decis.* 48. *n.* 1. *part.* 1. *divers.* subdit dispositionem Concilii *dict. cap.* 18. procedere etiam in beneficio reservato, vel affecto specialiter vigore Indulti, seu privilegii in favorem S. R. E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum; in beneficiis enim curatis reservatis Sedi Apostolicæ, & quibusvis aliis, etiam ex antiqua consuetudine Ordinarios proponere edicta concursus, & a Sede Apostolica provisionem fieri approbato ab Examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, referunt a Sacra Congregatione decisum Anast. Germon. *de Indult. Cardin.* §. *quibusvis, n.* 17. Flamin. Paris. *de resignat. benef. l.* 10. *q.* 7. *num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 6. *n.* 113. Nicol. Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 154. Salgrado *de protect. Reg. t.* 1. *p.* 3. *c.* 9. *n.* 98.

Verum parochiales hujusmodi in aliquibus ca- 15
sibus concursu non conferuntur, quos enumerare in præsentiarum non inutile duxi.

Primo igitur concursu non conferuntur parochiales litigiosæ; solet enim a Sede Apostolica in Ecclesiis litigiosis subrogari alius gratiose absque concursu, & ut plurimum collitigans, ita Gonzal. *d. glos.* 6. *num.* 150. Nicol. Garc. *d. part.* 9. *c.* 2. §. 1. *n.* 170. Aloys. Ricc. *in d. praxis fori Eccl. res.* 358. *vers. tertio.*

Secundo, parochialis ita exigui valoris, ut exa- 16
minis per concursum operam non ferret, aut nemo esset, qui se dicto examini vellet subiicere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixæ, aut tumultus possent excitari, ex Conc. *d. c.* 18. *in fine*, ibi. *Si tamen adeo exigui redditus*, &c. Gonz. *d. glos.* 6. *n.* 139. *cum seq.* Aloys. Ricc. *in praxi, resol.* 358. Campan. *in divers. juris Canon. rub.* 5. *cap.* 3. *n.* 10. Seraph. *dec.* 402. *n.* 10. Contrarium tamen, imo parochialem etiam exigui valoris concursu conferendam esse, decisum attestatur Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. benef. pag.* 25. *col.* 2. quem refero ego ipse *d. alleg.* 60. *num.* 28.

Tertio, parochialis, quam quis acquirit per re- 17
gressum, & prius possedit, Nicol. Garc. *dict. c.* 2. *num.* 199. Ego ipse *dict. alleg.* 60. *n.* 34. & me citato *in illo loco*, Massobr. *in d. praxi prael.* 3. *dub.* 3. *num.* 37.

Quarto, parochialis unita dignitati, vel cano- 18
nicatui, Anast. Germon. *de indultis Cardin.* §. *quibusvis, num.* 7. *&* 8. Læl. Zech. *de Repub. cap.* 28. *de Parocho, num.* 8. Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Eccles. decis.* 427. *num.* 1. *edit. alias resol.* 354. *n.* 2. & latius *resolut.* 381. *in* 2. *edit.* Gonzal. *ad reg.* 6. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *num.* 2. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 193. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 273. *num.* 48. Salgrado *de protectione Regia, tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. Rot. *dec.* 323. *num.* 8. *part.* 2. *recens.*

Novar. *in singul. canon. conclus.65.num.4.* Ego ipse *d. alleg.60. num.25. & 26.*

19 Quinto, Vicaria perpetua parochiæ unitæ concursu non confertur, sed solum ad nominationem, seu præsentationem illius, cujus dignitati, seu beneficio parochialis est unita, & annexa, deputandus, & instituendus est Vicarius cum Ordinarii, seu ejus Vicarii prævio examine, & approbatione, ut habetur *in Constit.Pii V.* super collatione parochialium Ecclesiarum incip. *Ad exequendum pastoralis officii debitum, sub dat. Kalend. Novembris* 1567. in illis verbis ibi; *Volumus insuper, & ita mandamus, quod isti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponuntur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prævio examine, & approbatione deputentur.* Ita Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos.5. §. 3. num. 53. & 54.* Nicol. Garc. *d. cap.2. n.292.* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccl. resol.358. num.1. vers.2.* Ugolin. *d.c.50.§.3. vers. 8.* Unde sacra Congr. Conc. *in una Caputaq. sub die 23. Junii* 1629. censuit, Vicarios, seu parochos in Ecclesia exempta, animarum curam exercere intendentes, prius approbandos, & examinandos esse ab Episcopo, juxta dispositionem *cap. per exemptionem, de privil. lib. 6.* Et eadem S. Congr. *in una Augustann jurisdictionis, sub die 14. Decembris* 1630. censuit, Episcopum posse examinare, & approbare Vicarios Ecclesiarum parochialium unitarum, & dependentium a Religione Hierosolimitana, subdens Episcopum debere eosdem Vicarios, si idonei reperti fuerint, simpliciter approbare, non autem ad tempus, nec posse pro libito eosdem subiicere novo examini, nisi superveniat rationabilis causa, & suspicio ignorantiæ ad effectum *c.6. sess.21. de refor.* ut declaravit eadem *S.Cong. in una Placent. sub die 26. Augusti* 1628. §. Unde provenit, ut manutenendus Episc. non sit in quasi possessione libere conferendi per concursum Vicariam perpetuam Capitulo unitam cum facultate Vicarium nominandi, nulla expectata electione, vel nominatione, Post. *in tract. mandati de manutenendo, observat.45. n.36.* & post d. tractat. Rot. *decis. 376. num.3.*

Verum, si nedum exercitium, sed cura totalis, & habitualis in Vicarium transferatur, tunc ejus Vicaria concursu est conferenda, ita Lotter. *q.31. num. 22.* Rot. *decis. 579. & 710. p. 2. recent.* cujus memini Ego ipse *d. alleg.60. num.32.* Burat. *d. dec.214. num.2.* Præsumitur autem totalis cura in Vicarium translata, quando certa portio, seu congrua assignatur Rectori Ecclesiæ, cæteris fructibus remanentibus penes Vicarium; sicut per contrarium ubi certa portio, seu congrua assignatur Vicario, cura beneficii uniti dicitur translata in Rectorem Ecclesiæ, cui fit unio, & solum nudum exercitium remanet penes Vicarium, Rebuff. *de congrua portione n.117.* Caputaq. *dec. 339. num. 2. vers. ratio est, p. 3.* Cavaler. *decis. 595. n.2.* Rot. *in Dertusen. Vicariæ* coram bon. mem. Ubaldo, & *in Barchinonen. Vicariæ* coram R. P. D. Merlino, Burat. *d. decis.114. num.4.* ubi Ferentill. *in annot. lit. B.*

20 Sexto, parochialis subjecta, seu annexa Monasterio, vel de ejus mensa, quando Monasterium nominat Rectorem, & Episcopus confirmat, concursu non confertur, Rot. *decis.102. part.1. recent.* Ego ipse *d. alleg.60. n. 31.* quando autem dicatur beneficium de mensa Monasterii, vide Rot. *decis. 204. part.2. recent.*

Septimo, parochialis, seu beneficium regula- 21
re, quod Regularibus conferri consuevit, ut per Piasec. *in praxi Episc. par.2. cap.5. num. 18. vers. hoc decretum,* Gonzal. *d. glos. 6. num. 162.* Nicol. Garc. *d. cap.2. num.197.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap.50. §.3. vers.4.* Aloys. Ricc. *in dict. praxi fori Eccl. decis.421. in 1. edit. alias resol.358. num.1. in 2. edit.*

Octavo, Prioratus regulares habentes curam 22
animarum soliti commendari Regularibus, Nicol. Garc. *d. c.2.* n.199. Ego ipse *d.allegat.60.num.34.* Solorzan. *cap. 17. num.21.*

Nono, parochialium Ecclesiarum in permuta- 23
tionibus non fit concursus, Flamin. Paris. *de reg. benef. lib.8. q.9. num.95.* Ugolin. *d. cap. 50. §. 3. vers.7.* Nicol. Garc. *d. part.9. c.2. num. 165.* *Less. de Justit. l.2. c.35. dub.16.* Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Eccles. decis. 419. in 1. edit. alias resol. 356. 2. edit.* Filiuc. *d. tract.41. de benef. c.4. num. 137.* Ego ipse *in d.alleg.60. num.23.*

Decimo, Parochia resignata ad favorem in ma- 24
nibus Papæ, concursu non confertur, ita Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.1. q.7. num.7.* Gutier. *Canon. l. 2. cap. 11. num. 11.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. Parochia, §.2. dub. 5. & 6.* Marescot. *variar. resol. lib.1. c.52. num. 6.* Ego ipse *d. alleg. 60. num.21.* Gonzal. *dist.glos.6. num. 121. cum seq.* ubi subdit, quod resignatarius provisus a Papa, vel mandatum de providendo in forma dignum obtinens, dumtaxat examinari debet absque concursu, & approbari, si idoneus repertus fuerit, ad curam animarum, sive resignatarius sit præsens in Curia, sive absens in partibus.

Undecimo, parochiales vacantes in Curia, seu 25
apud Sedem, sive per obitum, aut simplicem resignationem, vel dimissionem ex vi Decreti de dimittendo primum incompatibile, provideri solent in Dataria sine concursu, & sufficit, quod provisus examinetur super sufficientia, Gonz. *d.gloss.6. num.15.* Nicol. Garc. *d. p.9. c. 2. n. 153.* Piasec. *d. p. 2. cap.5. num.17. vers. de curatis.*

Duodecimo, Cura animarum, quæ in Ecclesia 26
collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concursu non confertur, ut per Prosp. de August. *q.3. vers. quorum primus est,* Flamin. Paris. *d. lib.8. q.9. num. 94.* Ugolin. *d. cap. 50. §. 3. in fine:* Gonzal. *d. gloss.6. num. 158.* Aloys. Ricc. *in d. praxi resol.358. vers.4. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.307. num.1. part. 4.* quos refero ego ipse, *d. allegat.60. num.30.*

Decimotertio, dignitas habens curam anima- 27
rum in Ecclesiis collegiatis concursu non confertur, nec in illa examen est necessarium, quale requiritur in parochialibus, ita Piasec. *dict. p. 2. c. 5. n.18. in fine.* Gallet. *in Margarita verb. beneficium, pag. 24. & verb. Canonicus ult.* Gonzal. *d. gloss. 6. n. 126.* Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 195.* Massobr. *d. prælud. 3. dub.3. d n.38.* Ego ipse *d. allegat. 60. n. 28. & 29.* & fuit dictum *in Cremonen. Præpositura 25. Februarii* 1622. coram bon.memor. Ubaldo, ubi etiam habetur, hoc procedere in dignitatibus Ecclesiarum collegiatarum actu, non

autem

autem habitu tantum, ut in *Tudertina Prioratus* 17. *Novembris* 1589. coram bon. mem. Orano, ubi dicitur, quod hoc casu attenditur actus, non vero habitus, per gloss. notabilem *in cap. licet canon. de elect. lib. 6.* præcipue quando Ecclesia amisit Collegialitatem auctoritate Superioris, juxta notata per gloss. *in cap. statutum, in vers. Collegialitatis,*
28 *eod. tit. de elect. in 6.* ubi, quod si Collegium esse desinat per mortem Canonicorum, debent substitui alii, & quod jus Collegii remanet etiam in uno, donec fuerit auctoritate Superioris destructum. Barbar *cons. 74. num. 1. & seq.* inter consil. Alexand. *lib. 4.* & ipse Alex. ei subscribens, *cons. seq. n. 34.* in quibus terminis loquitur dicta decisio *Tudertina Prioratus*, eo quod ibi præsupponitur, quod Prioratus, de quo agebatur, mutasset statum, & quod in Bullis Pontificum enunciaretur non Conventualis, & sic, quod desierat esse Conventualia auctoritate Summi Pontificis; secus autem si Ecclesia non amisit Collegialitatem auctoritate Pontificis, quia tunc sufficit habitus tantum ad hoc, ut dignitas habens curam animarum in ea existens, non conferatur per concursum ex adductis per Franc. *dict. cap. licet canon. n. vers. quoad difficultatem, & ibi* Archid. *sub num. 2. de elect. l. 6.* Man-
29 dos. *in reg. 3. Cancell. quæst. 3. sub n. 3.* ubi, quod sub reservatione Prioratuum Conventualium censentur comprehensi etiam illi Prioratus, qui nullos Monachos habent, & sunt Prioratus habitu tantum.

30 Civitas Sipontina caret Ecclesiis parochialibus, sed dignitates, & duodecim Canonici habent cum præbendis annexam curam animarum, & unusquisque præter Archidiaconum, qui supplet defectum mortuorum, vel absentium, habet parochialem certis finibus distinctam, & limitatam; quo casu dubitatum fuit in Sacra Cong. Concilii, an hujusmodi dignitates, & Canonicatus pro tempore vacantes, sint conferendi prævio concursu, juxta præscriptum S. Concil. Trident. & Constitutionis fel. record. Pii V. & consequenter, an in illis obtinendis requiratur ætas ad parochiales Ecclesias obtinendas requisita, adeo ut collationes aliter factæ, fuerint nullæ cum possessionibus inde sequutis, absque eo, quod provisis aliquod jus fuerit acquisitum, Sac. Cong. Conc. *sub. die 17. Aug.* 1630. censuit, *non requiri examen per concursum, ætatem vero esse necessariam.*

31 In aliis parochialibus, præter istas exceptuatas, habita notitia vacationis Ecclesiæ, deputat Episcopus Vicarios cum congrua, & potest in hujusmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, aut diurnos, nec cessatio congruæ facit cessare obligationem deputationis Vicarii, ut post Nicol. Garc. *p. 2. c. 2. n. 13.* tradit Massobr. *in sua praxi, requis. 1. d. 1. & 2.* resolvit, Vicarium cum congrua esse constituendum in qualibet parochiali vacante, sive de jure, sive de facto tantum, sive per simplicem resignationem, vel privationem vacet, & *dub.* 12. tenet,
32 Vicarium deputandum cum congrua, dummodo alias sit idoneus, non esse necessario examinandum.

Additio, & Animadversio.

☞ Idoneitas Vicarii, etiam non perpetui, recognosci debet ab Episcopo, antequam deputetur,

unde necesse est, ut se examini exponat, potissimum quoad munia parochialia, & ita est praxis Urbis.

Quod autem deputari possint viciniores Parochi, censeo non esse sustinendum; cum enim tam hi, quam Vicarii hujusmodi teneantur ad residentiam, incompatibilis est eorumdem Parochorum deputatio; dummodo, vel non fiat ad breve tempus, vel aliter Parochiæ vacanti provideri nequeat. ☜

Deputatio Vicarii hujusmodi, donec providea- 33
tur de Rectore, spectat semper ad Episcopum, in cujus Diœcesi parochialis est, sicut refert decisum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, l. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. n. 86.* ac proinde Inferio- 34
res, qui non habent jurisdictionem quasi episcopalem cum facultate congregandi Synodum, talem Vicarium constituere non potuerunt, ut per Franc. Leo. *in thesaur. fori Eccles. p. 2. c. 18. n. 52.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 8.* Massombr. *de requis. 2. dub. 8. & 11.* metipsum *d. alleg. 60. n. 3. & 4.* Et quia Concil. Trident. *d. c. 18.* disponit cum particula, statim, credo Episcopum posse differre constitutionem hujusmodi Vicarii usque ad tres dies a die notitiæ vacationis, non autem ulterius, ut bene resolvit Massob. *de requis. 1. dub. 13.*

Congrua portio hujusmodi Vicario assignanda 35
est arbitraria Episcopo, pensata qualitate personæ, beneficii, & loci, prout referunt decisum Nicol. Garc. *d. c. n. 15.* & Massobr. *de requis. 1. dub. 25.* & quod possit esse duorum aureorum singulis mensibus, dicunt Gall. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. Vicarius,* 8. & Camp. *in divers. juris Canon. rub. 7. c. 6. n. 116. in fine.*

Vicarius, ut supra semel constitutus cum con- 36
grua, non potest removeri sine causa, quia Episcopus non retractat, quod semel exequutus est pro exequutione Concilii, ut per Massobr. *d. requis. 2. dub. 26.* ubi *dub. 27.* resolvit, quod si Vicarius constitutus cum congrua subeat examen, & eligatur tamquam magis idoneus, debet se retrahere à prosequutione exercitii curæ, & administratione bonorum, alioquin incurrere pœnam *c. avaritiæ de elect. l. 6.*

Porro Episcopus intra decem dies, vel aliud 37
tempus ab eo præscribendum idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis Examinatoribus nominet; liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficentia fieri diligens inquisitio, & si Episcopo, aut Synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari, ut statuit Concil. *d. c. 18.* sub cujus dispositione, loquente de Episcopo, comprehenditur Abbas, qui habet ordinariam jurisdictionem, sicut resolvit Flores de Mena, *var. l. 3. q. 24. n. 21.* item, & Commendatarius Abbatiæ habentis jura episcopalia, si habeat jus congregandi Synodum, & eligendi Examinatores synodales, Aloys. Ric. *in d. praxi resol.* 38
361. in fine. Cæteros autem Inferiores, qui non habent jurisdictionem quasi episcopalem, ac jus congregandi Synodum, etiamsi habeant jus conferendi, *sub. d. cap,* 18. dispositione minime comprehendi resolvunt Lal. Zecb *de Repub. Eccles. c.* 28. *de*

28. *de Parocho n.* 7. Flam. Parif. *de refignat. benef. l.* 8. *q.* 9. *nu.* 96. Aloyf. Ricc. *in d. praxi*, *decif.* 424. *in* 1. *edit.* alias *refol.* 461. *in* 2. *edit.* & noviffime, *p.* 4. *refol.* 75. Unde Sacra Congregatio Concilii *fub die* 2. *Decembris* 1628. cenfuit, *Epifcopum Forofempronien, uti viciniorem, manutenendum effe in*
39 *fua quafi poffeffione concurfus inftituendi in vacationibus Ecclefiarum parochialium della Ravignana , juris præeligendi magis idoneos ex approbatis in eifdem concurfibus , donec Abbas Claffen. legitime probaverit habere jus congregandi Synodum, aliafque coegiffe , & in ea Examinatores ad præfcriptum Sacri Concilii Trid. cap.* 18. *feff.*24. *deputaffe* Hinc eadem Sac. Congr. *in Caftri Durantis* , *fub die ultima Aprilis* 1611. declaravit, quod concurfum inftituere , & examinare promovendos ad parochiales exiftentes intra fines Abbatiæ nullius diœcefis , fpectat ad Epifcopum , intra cujus fines exiftit Abbas, juxta *c.*1. *feff.*23. & fi id non conftet, ad viciniorem , ut addidit Pius V. tantum limitando , nifi qui Prælatus eft nullius, habeat jus congregandi Synodum, quia tunc poffet in ea deputare Examinatores fynodales , prout Concilium requirit . *Et in nullius Terræ Vaftallæ Parmen. diœcef.* 17. *Augufti* 1630. conceffit, ut fi pro concurfu , qui in vacationibus parochialium fieri folet coram Epifcopo viciniori, occafione peftis civitas illius fit bannita , & aditus præclufus ad eundem Ordinarium viciniorem , facultas daretur Inferiori prorogandi tempus concurrentium , & quod interim provideretur de œconomis , & Vicariis idoneis .

Intra decem vero dies edictum eft proponendum,
40 Maffob. *requif.*2. *dub.*6. & totidem remanere debet affixum ad valvas Ecclefiæ , Zerol. *in praxi Epifc. p.*1. *verb. Parochia* , §. 2. *dub.*2. fed inveni facram Congr. Conc. *in una Tiburtina*, *fub die* 28. *Apr.* 1629 cenfuiffe , eveniente vacatione Ecclefiæ parochialis, poffe Epifcopum infra quatuor, vel fex menfes refpective a die vacationis apponere edictum pro concurfu dictæ parochialis ; at non poteft apponi cum majori termino viginti dierum ex Conftit. Pii V. incipien. *In conferendis* , *fub dat. Romæ* 18. *Martii* 1567. Zerol. *d. verb. Parochia* , §. 2. *dub.* 3. Aloyf. Ricc. *d. refol.* 364. *n.* 2. Læl Zech. *d. c.* 28. *de Parocho, fub. n.* 6. Nicol. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.*46. & 47. Maffobr. *de requif.* 2. *dub.* 2. nam licet fit arbitrarium Epifcopo tempus, quo debet effe affixum , non debet tamen excedere viginti dies , Nicol. Garc. *d. c.*2. *num.* 50. Maffob. *de requif.* 2. *dub.* 9. & fi ante lapfum termini examen , & concurfus fiat , erit nullus , ex Nicol. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 326. *cum feq.* Salgado *d. c.* 9. *n.* 64. cenfuit S. Congreg. Concilii *in Poutentin.* 4. *Maii.* 1619. Et quod concurfus terminum non tenetur prorogare Epifcopus , fed quod bene facit prorogando , cenfuit eadem S. Cong. *fub die* 17. *Mar.* 1619.

Additio .

☞ In Decretali Gregorii X. edita in Concilio Lugdunenfi , & relata in Cap. XV. *Nemo deinceps de electione* , & in altera Decretali Alexandri III. edita in Concilio Lateranenfi , relata in cap. II. *Nulla de conceff. præben.* ftatuitur , ut in Ecclefia parochiali vacante conftituatur idoneus Vicarius ad eam regendam , donec illi provideatur de Rectore , prohibeturque , ne hujufmodi provifio ultra fex menfes differatur .

Verum cum Decreto Conc. Trid. *cap. XVIII. feff. XXIV. de refor.* inter cætera caveatur, ut Epifcopus ftatim , habita notitia vacationis , teneatur nominare coram deputandis Examinatoribus intra decem dies , aut aliud tempus ab eo præfcribendum, idoneos aliquos Clericos ad illam regendam , ortum eft dubium , an per dictum Decretum derogatum fit utrique cit. Decretali .

Fagnanus in *Cap. XIV. Cum fit ars* , *de ætat. & qualit. Præficien.* a num.41. ad 46. probat , minime derogatum effe , quidquid in contrarium fentiat Zipæus in Analitica collectione Juris Pontificii novi *lib. III. num.* 15. *de Elect.* Licet enim ab eodem Trident. præfcribatur , debere Epifcopum intra decem dies dictos Clericos , ut fupra , nominare , non inde fequitur , hoc tempus præfcribendum effe ftatim ab habita notitia vacationis , cum li *ftatim* relationem habeat ad deputationem Vicarii , non vero ad concurfum pro examine nominandorum faciendo , ideoque concludit tam ex his Decretalibus , quam ex Trident. & Conftitut. S. Pii V. *In Conferendis* 18. Martii 1567. dictum terminum decem dierum præfixum effe Epifcopo pro defcriptione concurrentium tantum , non vero ad finem accelerandi edictorum affictionem , ac propterea , etiam juxta praxim diferre poffe electionem ufque ad fex menfes , fi parochia in fuis menfibus vacaverit, & ufque ad quatuor, fi vacaverit in menfe , Sedi Apoftolicæ refervato . ☜

Edictum hujufmodi apponi debet ab Ordinario 41
loci , ubi exiftit beneficium , & ibidem examen eft peragendum , etiamfi beneficium ab Ordinario alterius Diœcefis fit conferendum , Flamin. Parif. *de refig. benef.*8. *c.*9. *num.*102. Gonzalez *ad reg.*8. *Cancell. gloff.*10. *n.*31. Novar. *in fingul. Canonic. conclus.*82. *n.*2. Ego ipfe *d. alleg.* 60. *n.* 44. in quo edicto apponenda eft dies propofiti concurfus , Seraph. *decif.* 1143. Maffobr. *d. requif.* 2. *dub.* 19.

An autem fit de fubftantia, & forma concurfus 42
parochialium, ut hujufmodi edictum apponatur: affirmant Læl. Zæch. *de Republ. Eccl. c.*28. *de Parocho num.*6. Aloyf. Ricc. *in d. praxi*, *refol.*364. Zerol. *diverf. Parochia* , §. 2. *dub.* 2. Novar. *d. conclus.*82. *n.* 1. Ego ipfe *d. alleg.*60. *n.* 43. & me citato in illo loco, Maffobr. *d. requif.* 2. *dub.*3. ubi intelligit, quando Concilium provinciale hoc ftatuit,

Contra Navar. *conf.*4. *de præbend.* Nicol. Garc. *d. c.*2. *n.* 38. Salgrado *d. c.* 9. *n.*50. exiftimantes , collationem nullam non reddi ex omiffione edicti .

Termino autem decem , vel ad fummum vigin- 43
ti dierum elapfo , nullus eft admittendus ad examen, nifi qui defcripti fuerint ex Concil. Trident. *d. c.* 18. *verf. tranfacto conftituto tempore*, Seraphin. *decif.*1148. *n.*4. Aloyf. Ricc. *de refolut.*364. *nu.*2. Novar. *d. conclus.*82. *num.*4.

Re tamen integra , poft terminum edicti poteft 44
oppofitor admitti , etiam alio reclamante , fecundum Marefcot. *var. refolut. l.* 1. *c.* 52. *num.* 59. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloff.* 9. §. 1. *num.* 115. Nicol. Garc. *d. cap.*2. *n.*209. Maffobr. *in fua praxi requif.*3 . *dub.*2. & alios , quos refero ego ipfe *d. alleg.*60. *n.*46. de quo eft bona Rotæ decifio *in una*

Fir-

Firmana parochialis 6. Martii 1592. coram Cardin.
Pamphilio sen. quæ sic cantat. *Domini cum præsup-
posito, quod D. Fabius comparuerit in loco examinis,
re adhuc integra, de quo erit particulariter agendum,
resolverunt, ipsum debuisse admitti ad concursum, non
obstante quod comparuerit post decem dies præfixos in
edicto se opponere volentibus, quia stante legitimo im-
pedimento absentiæ, ex quo de tempore vacationis pa-
rochialis, & edicti publicati morabatur in Romana
Curia, unde statim habita notitia profectus fuit ad lo-
cum examinis, subintrat communis Doctorum conclu-
sio, quod comparens post terminum, etiam perempto-
rium, est admittendus, quando res est integra, &
habuit justam causam excusationis, vel ratione igno-
rantiæ, vel absentiæ, seu alterius impedimenti*, gloss.
In cap. cum in tua, quam *ibi* sequuntur Innocent.
post princ. vers. quid si ante, Host. *numer.* 6. *vers.
quid si lapsum est tempus*; Joan. Andr. *num.* 14.
Card. *sub num.* 8. Henric. Boic. *num.* 2. Abb. *sub.
n.* 10. *& seq.* qui loquuntur etiam in termino præ-
fixo a lege, & *ibi* cæteri scribentes, *qui matrim.
accusare possint*, gloss. *in c. fin in verb. peremptorio*,
& ibi Joan. Andr. *n.* 8. & Gemin. *n.* 18. *in fin. de
elect. in* 6. late Lambertin. qui alios citat, *de jure-
patron.* 2. *part.* 2. *lib.* 6. *quæst. princ. art.* 26. *num.*
2. *in fine, cum seq.* ubi respondet ad cons. 3. *Oldrad.
num.* 7. cum aliis in contrarium allegatis, quod
procedunt, cessante impedimento, vel justa causa
non comparendi infra terminum præfixum. *Neque
obstat, quod Concil. Trident* sess. 24. cap. 15. *man-
dat, transacto constituto tempore edicti, examinari omnes
qui descripti fuerint, quasi velit post dictum tempus,
non posse alios admitti*, ex reg. *quod permissum ad
tempus, censetur probibitum post tempus*, ad leg. statu
liberum §. Stichum ff. de legat. 2. cum simil. *quia
Concilium non probibet admitti comparentem post ter-
minum, re integra, quando fuit legitime impeditus, &
maxime, quia ubi concurrit æquitas etiam post tempus,
re tamen integra, quis admittitur, quando non est effe-
ctum deterius jus illius, cujus causa tempus fuit limi-
tatum, Jas. post Aretin. & Alex.* in leg. si ita quis,
n. 6. ff. de vulg. & pupill. *prout in hoc casu, ubi
æquitas suggerit, quod plures, quam fieri possit, ad-
mittantur ad concursum, si ex hoc non differatur in
longius provisio ipsius Ecclesiæ, cujus favore, ut ei
celerius de Pastore provideatur, ille terminus fuit præ-
fixus*. Hactenus decisio; quæ bene dicit suam pro-
cedere resolutionem, quando comparens post ter-
minum, re integra, fuit legitime impeditus; & ideo
45 proposito dubio *Sacræ Congr. Concilii*, utrum si quis
non descriptus in tempore concursui præfixo com-
paruerit, legitimo impedimento cessante, ita ut po-
tuerit nomen suum infra præscriptum terminum
ferre, & elapso termino, examine nondum facto,
seu re integra, petat se ad concursum admitti, sit
ne audiendus? Eadem Sacra Cong. *sub die* 7. *Julii*
1625. censuit non esse audiendum.

46 Examen statim, elapso termino edicti, potest
per Episcopum inchoari, sed non potest eadem die
claudi, ubi plures fuerunt descripti, quia sunt ex-
pectandi, vel vocandi, alioquin vitiabitur concur-
sus, si ex pluribus descriptis unus, aut non omnes
examinentur, & eis non expectatis, claudatur con-
cursus Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *d n.* 33. Seraph. *decis.*
1148. *n.* 5. Massobr. *de requis.* 3. *dub.* 10. & cum *in*
47 *d. c.* 18. Concil. Trident. dicatur, quod omnes, qui
descripti fuerint, examinentur, non poterit Episco-
pus statuere, seu limitare certum numerum per-
sonarum ad concurrendum in concursu parochia-
lium, ut resolvit Aloys. Ric. *in decision. Curæ Ar-
chiep. Neapol. decis.* 31. *p.* 4. nec potest prohibere 48
Curatis, ne accedant ad concursum aliarum paro-
chialium cum omnibus liber esse debeat, ut Epi-
scopo civitatis Castelli rescripsit sacra Congreg.
Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium
præposit. *die* 26. *Augusti* 1591.

Additio.

☞ Neque ex praxi Urbis Romæ probibetur
Parochus accedere ad concursum alterius Paro-
chiæ. ☜

At uno tantum comparente ex pluribus descri- 49
ptis, poterit fieri concursus, nec opus erit, ut pro-
ponatur secundum edictum. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.*
215. Massobr. *d. requis.* 3. *dub.* 7. Ubi vero unus
tantum se describi fecerit, nec alii comparent op-
positores ad se describi faciendum, fieri poterit 50
quoque concursus, nec opus erit alio edicto, aut
termini prorogatione, secundum Nicol. Garc. *d.
c.* 2. *n.* 215. Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi*, *c.*
50. §. 10. *n.* 4. Filiuc. *d. tract.* 41. *c.* 4. *n.* 131.
Massobr. *requis.* 3. *dub.* 8. memetipsum *d. alleg.*
60. *n.* 51. Sed, quando nullus comparuit, aut certe 51
nullus ex comparentibus vult subire examen, Epi-
scopus assignare aliud debet tempus, sive edictum,
& si adhuc nemo comparet, vel alias nemo ido-
neus reperitur, tunc poterit parochia absque con-
cursu conferri, Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 218. Filiuc.
d. tract. 41. *c.* 4. *n.* 152. Massobr *d. requis.* 3. *dub.* 9.

Examen faciendum est ab Episcopo, sive eo 52
impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis
Examinatoribus non paucioribus, quam tribus,
Concil. Trid. *d. c.* 28. *vers. transacto*, Massobr. *d.
requis.* 3. *dub.* 4. possunt adhiberi in concursu plus-
quam tres Examinatores, sed non pauciores, ut
resolvit Sacra Congregatio, cujus declarationis
idonei nobis testes sunt Nicol. Garc. *par.* 5. *c.* 9.
n. 52. Filiuc. *d. cap.* 4. *n.* 156. Massobr. *in d. pra-
xi requis.* 12. *dub.* 1. Et etiam, Episcopo non impe-
dito, poterit fieri examem coram Vicario, quia
verba Concilii important tantum quandam conve-
nientiam. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 119. Ego
ipse *d. alleg.* 6. *num.* 41 & me citato *in illo loco*.
Massobr. *d. requis.* 3. *dub.* 3 Et si examen omnium 53
concurrentium una die finiri non possit, poterit in
alio continuari; si vero suspicio aliqua sit, quod
examinandi secundo die veniant in cognitionem
interrogationum examinis præcedentis, nova tunc
poterunt fieri interrogatoria, ut censuit Sacra Con-
gregatio Cardinalium negociis Episcoporum, &
Regularium præpositorum, *sub die* 20. *Julii* 1592.

Animadversio.

☞ Si in casu proposito darentur nova interro-
gatoria resolvenda a concurrentibus altera die,
fieri nequiret æqua collatio meriti ad meritum re-
sponsorum datorum a primis, & posterioribus: Un-
de videnda esset authografa Congregationis deci-
sio, hic ab Auctore citata, an ita sonet. Hunc ob
finem Romæ præfigitur tempus casuum resolven-
do-

dorum, quo elapſo, qui non exhibuerunt reſponſa in ſcriptis, excluduntur a ſcrutinio, acſi non concurriſſent. Hoc tamen, ſive examen reſponſorum ab Epiſcopo, & Examinatoribus deputatis compleri poterit altero die, ſi primo abſolvi nequeat. ☜

54 Examinatores debent ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex, & ab ea Synodo probari, quorum officium, etiam poſt annum ſuæ electionis non expirat Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 73. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 11. *dub.* 1. ubi *dub.* 5. reſolvit Concil. Trid. nullam formam præſcribere ſuper propoſitione examinatorum. Quibus autem conditionibus, & qualitatibus hujuſmodi Examinatores clareſcere potiſſimum debeant, vide Homob. de Bonis *de humanæ vitæ ſtatibus*, *part.* 1. *capitulo* 13.

55 Nominatim, & non in genere proponi debent hujuſmodi Examinatores, niſi proponerentur in genere, qui revera tunc extarent, quia per hujuſmodi genericam expreſſionem haberetur etiam expreſſa perſona, Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 339.
56 Filliuc. *d. tr.* 41. *cap.* 4. *num.* 157. Maſſobr. *d. requiſ.* 11. *dub.* 3. ubi *dub.* 7. ſubdit, quod ut Examinator dicatur probatus a Synodo, debet dimidiam partem ſuffragiorum ferre ab iis, qui vocem habent in Synodo, & ideo ſacra Cong. Conc. *in una Sutrina* cenſuit, non poſſe eligi Examinatorem ſynodalem ſub nomine dignitatis.

Animadverſio.

☞ Neſcio quo jure in electione Examinatoris attendenda ſit medietas, & non pluralitas votorum ſupra medietatem juxta generalem regulam hodie uſu receptam. ☜

57 Si ex ſex Examinatoribus aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi una cum Epiſcopo ad ſuperſtites, etiamſi unus tantum ſupereſſet, ſpectare debet eo anno durante, ſed in locum demortuorum eligendi alii cum approbatione Capituli, ita Nic. Garc, *d. c.* 2. *n.* 8. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 12. *dub.* 2.

58 Quando vero omnes decedunt Examinatores, vel *in* longinquas partes recedunt, Epiſcopus intra annum ad celebrandam Synodum ex antiquis, qui fuerint ſex, non pauciores ſubrogare debet, & ſi non exſtabunt tot antiqui, eligere poterunt illi, qui extabunt, & alios ſupplere de novo approbatos a Capitulo, uſque ad ſex; quod ſi nulli antiqui extiterint, novos tunc a Capitulo probandos, non pauciores quam ſex deputare debet uſque ad futuram Synodum in fine anni a poſtrema Synodo celebrandam, ut referunt a Sac. Congr. deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 73. Mareſc. *variar. lib.* 1. *cap.* 22. Maſſobr. *d. praxi requiſ.* 12. *dub.* 3. & cenſuit Rot. *in Panormitana Archipresbyteratus* 3. *Dec.* 1618. coram bon. memor. Buratto, & *in eadem* 5. *Junii* 1620. coram eodem, inter impreſſas *deciſ.* 372. & 479. *n.* 2. ſubdit, Clementem VIII. ſpeciali Conſtitutione conceſſiſſe Epiſcopis facultatem deputandi Examinatores extra Synodum, deficientibus, vel impeditis ſynodalibus, dummodo infra annum a Synodo celebrata, & decreviſſe, quod ſtatim lapſo anno, talis facultas, & eorum auctoritas expiraret.

Examinatores ſynodales durant donec alii in 59
Synodo deputati fuerint; verum ſi, anno elapſu, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, ut per Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 2. *n.* 75. Gallet. *in Margarita caſuum conſcientiæ*, *verb. Examinatores* 1. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori Eccleſ. reſol.* 361. *in* 2. *edit.* Marc Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.* 66. *num.* 17. Maſſobr. *d. requiſ.* 12. *dub.* 4. *num.* 3. ubi ſubdit locum non habere, quando poſt annum ſuperſunt ſex adbuc, ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 48.

Epiſcopus non excuſatur, ſi poſt annum adhibeat 60
Examinatores ſuperſtites, non extantibus ſex,
etiamſi caperet prætextum, quod ipſe de novo eſ-
ſet adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus, cum annus
celebrandi Synodum non incipiat currere a die 61
poſſeſſionis Epiſcopatus, ſed a die Synodi ultimo
loco celebratæ, Nic. Garz. *d. c.* 2. *num.* 92. & 93.
Maſſob. *d. req.* 10. *dub.* 6. & cenſuit Rot. *in Panor-*
mitana Archipresbyteratus 5. *Junii* 1620. cor. bon.
memor. Burat inter illius impreſſas deciſiones,
deciſ. 479.

Unde ſacra Cong. Conc. *in una Viſionen. ſub die* 62
13. *Nov.* 1627. cenſuit, etiam in caſu non exiſten-
tium Examinatorum ſynodalium non ſufficientium
ad concurſus faciendos, eo quia ob penuriam vi-
rorum habentium qualitates Doctoratus, & ſimiles,
non potuerunt in Synodo diœceſana eligi, non li-
cere Epiſcopo auctoritate ordinaria ſibi aſſumere
Examinatores non ſynodales extraneos, qui ſup-
pleant. Item cenſuit, anno deputationis elapſo di- 63
ctorum Examinatorum, non eſſe Epiſcopo permiſ-
ſum, iiſdem abſentibus, vel alias legitime impeditis
alios in eorum locum ſubrogare.

Item cenſuit, Epiſcopum non poſſe in locum de- 64
mortuorum Examinatorum alios ſubrogare uſque ad novam Synodum.

Item cenſuit, Epiſcopo non licere ſubrogare alios 65
in locum Examinatorum ſynodalium, qui per ſententiam de crimine ſimoniæ fuerint condemnati.

Quo vero ad condemnatos de adulterio, ſi ſen- 66
tentia fecit tranſitum in judicatum, non eſſe adhibendos, quia ſunt infames: ſi vero cauſa pendet per appellationem, poſſe adhiberi, ſed non eſſe conveniens. Et ad petitionem Epiſcopi, an in caſu concurſus, in quo non interfuerunt Examinatores ſynodales, collatio beneficii devolvatur ad Sedem Apoſtolicam, vel potius eidem liceat proponere novum concurſum infra quatuor menſes, ſibi de jure conceſſos, ipſa ſacra Congregatio nihil reſpondit.

Eadem ſacra Congr. *in una Monopolitana ſub die* 67
13. *Julii* 1630. cenſuit, concurſus, in quibus fuerunt adhibiti Examinatores deputati in Synodis præcedentibus, fuiſſe nullos, quatenus tamen prædicti Examinatores in Synodo poſteriori non fuerint confirmati.

Annis elapſis ſignificavit eidem Sac. Cong. Ar- 68
chiepiſcopus Cæſarauguſtanus, Prædeceſſores ſuos in dicto Archiepiſcopatu nunquam deputaſſe Examinatores in Synodo diœceſana ad proviſionem parochialium Eccleſiarum, juxta formam Concilii *in c.* 18. *ſeſſ.* 24. unde dubitaſſe ait, an proviſiones de hujuſmodi parochialibus per dictos ſuos Prædeceſſores factæ, non ſervata forma Concilii, ſuſtineri poſſint, an vero ad Sedem Apoſt. devolutæ,

juxta

juxta motum proprium felic.rec. Pii V. *An.1566. Kal. Apr.* & casu, quo sacra Congr. censeat, hujusmodi provisiones non suffragari, & ad sed. Apost. esse legitime devolutas, dubitavit dictus Archiepiscopus, quid agendum esset cum hujusmodi provisis, qui per decennium, vel circa, dictas parochiales possident; *die* 15. *Maii* 1582. Congr. Conc. censuit, provisiones esse nullas, devolutasque ad Sedem Apostolicam, ex Const. f. m. Pii V. tamen referendum ad Sanctissimum, cui si videbitur, poterit cum his dispensare tam super perceptis fructibus, quam super retentione ipsarum parochialium. Varii tamen fuerunt Domini circa istorum examen: quidam enim voluerunt, hos ab Episcopo esse privatim examinandos, iisque, qui reperti fuerint idonei, parochiales relinquantur, cum his vero, qui minus fuerint idonei, utendum remedio Concilii *c. 6 sess.* 21. alios vero minus idoneos omnino privandos esse censuerunt: S.D.N. in Consistorio respondit, maturius rem per Cardinales esse considerandam, siquidem Bulla non videtur locum habere, nisi ubi facta est Synodus, & deputati sunt Examinatores. Sed *die 5. Junii* Congr. perstitit in decretis. Quoniam autem Rota interpretatur Bullam, quemadmodum Datarius ex stylo Datariæ, & ex mente Sanctissimi eidem Rotæ significavit interpretandam, Congregatio quoque ad interpretationem Sanctissimi se remisit, qui demum 23. *Junii* 1582. in cubiculo per Signaturam respondit, ita servandum, & rescribendum, prædictam, Constitutionem non habere locum, nisi ubi facta fuit Synodus diœcesana, & deputati fuerunt Examinatores: contra vero imperitos, & turpiter viventes Archiepiscopum habere remedium Concil. *c.6. sess.* 21. & rescribendum eidem Archiepiscopo, quod si non coegit Synodum, quam primum cogat, & deputari faciat Examinatores, & forma *cap.* 18. *sess.* 24. *de refor.* super conferendis beneficiis curatis, sine aliqua exceptione deinceps servetur.

69 Eadem S.Cong. *in una Patavina* censuit = non potuisse Episcopum absque Synodo sibi assumere Examinatores, ideo nullas esse provisiones, & agendum cum Sanctiss. an novas provisiones ipse dare, vel tenere velit, ut Episcopus conferat, pro futuro autem tempore Synodum cogendam esse. Sanctissimus, audita relatione Congregationis, quoad provisos attinet, respondit, ii, qui ab Ordinario provisi sunt, eisdem Ordinarius conferat parochiales, qui vero a Sede Apostolica, capiant novas provisiones ab eadem Sede Apostolica: in futurum vero Sanctissimus declarat hos Examinatores pro legitimis habendos, donec Synodus diœcesana fieri poterit, cessante impedimento pestis = Cum autem in alia Zamoren. dubitaretur de validitate concursus cujusdam parochialis, quia in eo non intervenerunt Examinatores electi in Synodo, juxta formam Concilii, Congregatio censuit = si nulla Synodus facta unquam fuit, non valuisse examen per concursum, si aliqua Synodus facta, & electi Examinatores, licet non singulis annis, & præsertim eo anno, quo parochialis vacuit, non ideo vitiari examen. =

70 Vicarius, Sede episcopali vacante, in locum Examinatorum absentium, vel defunctorum, alios auctoritate propria sufficere non potest, sed curare debet, ut elapso anno, alii in locum demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habentur, qui supererunt, ut refert decisum Sbroz *in addit. ad tr. de Offic. Vicar. l.* 2. *q.* 211.

Additio.

☞ Circa numerum Examinatorum in concursu ad Ecclesias parochiales, Benedictus XIV. de Synod. Diæc. lib. IV. cap. VII. a n. VII. ad totum IX. hæc bahet = Synodalium Examinatorum officium durat usque ad novam Synodum, quæ intra unius anni spatium ad Tridentini normam esset celebranda, & in qua, aut iidem, aut alii de novo deputandi forent, sicuti idem Tridentinum sess.24. de Reform. cap. 18. præcepit: Examinatores autem singulis annis in diæcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus sex, proponantur. Si autem, vel omnes, vel aliqui ex designatis in ultima Synodo, decurrente anno, moriantur, aut e diæcesi se subducant; tunc, si sex saltem ex designatis remaneant (quoniam longe plures eligi posse jam diximus) cum adhuc tunc numerum exæquent a Tridentino statutum, istorum opera Episcopus utetur, nec alios in demortuorum, aut longe absentium locum substituere poterit: si vero sex non supersint, tunc Clementis VIII. decreto, relato a Garcia cit. part. 9. cap. 2. num.72. & Fagnano in Cap. *Cum sit ars*, num. 54. *de ætate, & qualitate*, facultas data est Episcopis alios subrogandi, modo iis qualitatibus præstent, quas Tridentinum requirit, a Capitulo approbentur, & una simul cum superstitibus ex electis in Synodo, senos non excedant.

Verum hæc annum dumtaxat respiciunt a postrema Synodo ad aliam, quæ post annum habenda esset defluentem. Quid autem fiet, si annus elabatur, & nova Synodus non celebretur? Certum est, statim ac effluxit annus ab ultima Synodo, cessare officium Examinatorum, qui intra ejusdem anni intervallum in demortuorum, seu absentium locum forte fuerint ab Episcopo suffecti, ita enim diserte statuit Clemens VIII. in citato decreto: *Officium autem omnium prædictorum Examinatorum synodalium subrogatorum expiret, cum primum advenerit tempus novæ Synodi, juxta cap.* 2. *sess.* 24. *celebrandæ*. Quoad alios porro non subrogatos, sed in ultima Synodo electos, hoc censuit Sacra Congregatio Concilii, quandiu sex illorum superstites sunt, omnes perseverant in munere, & Episcopus in concursibus ad Ecclesias parochiales illis uti poterit; sed, si vel unus ex illis decesserit, ita ut, ex electis in Synodo sex non remaneant, omnium officium expirat, & nullus adhiberi poterit in concursibus ad parochiales; neque, post annum datum est Episcopo in demortui locum quemquam sufficere, quæ videri possunt apud Garciam cit. cap. 2. num. 73. Fagnanum in cit. Cap. *Cum sit ars*, eod. num. 54. & Massobrium in praxi babendi concursum requisit. 12. dub. 4.

Quapropter, ut, elapso anno, & non existentibus sex Examinatoribus, in Synodo electis, institui valeat validum experimentum concurrentium ad vacantes Ecclesias parochiales, necesse est, ut Episcopus, vel novam Synodum cogat, vel facultatem petat a Sacra Congregatione Concilii

novos Examinatores extra Synodum deputandi: etenim, si concursus fiat coram Examinatoribus, extra Synodum designatis ab Episcopo, nulla ad hoc instructo speciali facultate, Parochialium collationes, institutiones, seu provisiones erunt irritæ. Hinc, cum in Diœcesi Bracharensi plures Parochiales iis collatæ fuissent, qui approbati fuerant ab Examinatoribus, extra Synodum deputatis ab Archiepiscopo cum consensu Capituli, opus deinde fuit, ut qui illas obtinuerant, preces porrigerent summo Pontifici, ut suprema sua auctoritate earumdem collationes convalidaret, & Sacra Congregatio Concilii, ad quam preces remissæ fuerant, die 26. Januarii 1715. illas convalidandas censuit, quia supplicantes bona fide parochiales acceptaverant, atque ex Archiepiscopi attestatione costabat, multa exoritura scandala, si novus concursus ad illas foret indicendus, quod refertur in Thesaur. Resolut. tom. IX. pag. 219. ☜

71 Concursus est nullus, in quo cum Examinatoribus synodalibus intervenit alter, qui non sit Examinator synodalis, ut per Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 83. & 324. & 342.* Massombr. *in d. praxi, requis.* 13. *dub.* 1. Ferentil. *in annot. ad dec.* 479. *Buratti littera A* censuit Sac. Cong. Conc. *in una Messanen. de anno* 1619. quam authenticam, & originalem vidi. Rot. *in Bassanen. Parochialis* 18. *Februarii* 1628. coram Card. Virili, & *in Nicien. Parochialis* 25.
72 *Junii* 1629. coram eodem, ubi fuit dictum, negativam illam, quod quis non esset Examinator synodalis, debere plene, & concludenter probari, uti fundamentum intentionis, & non sufficere, quod in registris Curiæ episcopalis non reperiatur nominatus, aut descriptus in Synodo ille, quem prætenditur non esse Examinatorem synodalem, quia possibile erat, quod fuerit deputatus Examinator synodalis ab Episcopo in Synodo, & non fuerit descriptus, Rot *decis.* 223. *num.* 4. *vers. ultra quod p.* 2. *recen.* quia omissio, & negligentia descriptionis non potest nocere parti *leg. Imperator, ff. de stat. hom.* Surd. *cons.* 535. *n.* 9. *in fin.* Novissime Rot. *in Seguntina Parochialis* 15. *Junii* 1638. *coram R. P. D. Roja* ibi, *Narratum, quod omnes Examinatores adhibiti in dicto concursu non fuerint synodales, verificatur ex eo, quia frater Alphonsus de la Torre, Guardianus Conventus Sancti Francisci, unus ex quatuor Examinatoribus, non erat synodalis, quod probatur ex lectura Synodi extracta cum citatione partis adversæ facta de anno* 1609. *ubi nullatenus dictus Frater Alphonsus reperitur Examinator nominatus, & tamen deputatio Examinatorum synodalium, juxta dispositionem Concilii, & Constitutionis sanctæ memor. Pii V. aliter quam in Synodo diœcesana fieri non potest.* Honded. *cons.* 80. *numer.* 25. *lib.* 2. Surd. *cons.* 28. *numer.* 114. Rot. *decis.* 611. *num.* 2. *part.* 1. *& decis.* 455. *num.* 4. *p.* 2. recentior. *tum ex testibus deponentibus de ipsiusmet Fratris Alphonsi, & Procuratoris partis adversæ confessione, quæ nocet principali, tamquam facta per viam contentiosæ jurisdictionis* Rot. *dec.* 652. *num.* 5. *p.* 2. *recentior. tum denique ex confessione D. Episcopi, in qua fatetur, dictum Fratrem Alphonsum non esse Examinatorem synodalem. Etiam constat, quod de anno* 1609. *usque ad tempus dicti concursus per dictam vacationem de anno* 1632. *nullam aliam Synodum diœcesanam fuisse celebratam, tam ex confessione partis, quam ex testibus ab utraque parte examinatis, ex quibus simul junctis resultat plena, & concludens probatio, quod dictus Frater Alphonsus non fuerit Examinator, Synodalis deputatus.* Gabr. *de probat conclus.* 1. Rota coram Greg. decis. 245. numer. 3. *Rursus patet dictum Fratrem Alphonsum intervenisse in dicto concursu examinasse, suffragium dedisse, jurasse, & propinam accepisse ex lectura ipsius examinis, & literis testimonialibus transmissis ad Datariam pro obtinenda provisione Apostolica, stante vacatione in mense reservato, & consequenter provisionem Ordinarii subsistere non posse, tamquam nullum ex defectu non servatæ formæ Concilii, quam ad unguem adimplendam sub pœna nullitatis concursus ajunt* Garcia *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 83. 213. 339. & 341. Gonzal. *gloss.* 55. *num.* 48. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 7. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.* 13. *dub.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 414. *numer.* 1. Rot. *in Nicien. Parochialis* 25. *Junii* 1619. *coram Card. Virili, & in Bracharen. Parochialis* 10. *Martii* 1621. *coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & in Panormitana Archipresbyteratus* 3. *Decembris* 1618. coram D. Buratto, *quod sæpius ita declaravit Sacra Congreg. Concilii. Et ratio est, quia Concilium habet decretum irritans, quod inducit formam ad unguem servandam, ut fuit resolutum in eadem Panormitana,* coram eodem D. Buratto 5. *Junii* 1620. *Nec decretum Clementis VIII. tribuens facultatem deputandi Examinatores in locum demortuorum refragatur; habet enim locum, & procedit, si intra annum a die celebratæ Synodi Ordinarius illos nominat, non ultra.* Massobr. *ubi supr. requis.* 12. *dub.* 4. *num.* 5. *& fuit dictum in præallegata Panormitana* 5. *Junii* 1620. *Non obstat, si dicatur, quod Concilium solum requirit tres Examinatores synodales, & ita nostrum casum non vitiari, cum hi intervenerint per assistentiam alterius, qui synodalis non erat, quoniam per ipsius solum interventum corruit concursus, juxta opinionem Sacræ Congreg. Concilii,* Garz. *ubi supra numer.* 324. *Etenim à Concilio est inductum pro forma, quod omnes Examinatores sint synodales, & sint electi in Synodis diœcesanis, quo casu etiam utile per inutile vitiatur* Roland. *consil.* 72. *num.* 66. *vol* 1. Rot. *decis.* 552. *num.* 10 *part.* 2. *recentior.* Hactenus Rota.

Additio.

☞ Hodie neque Archidiaconus potest examinare promovendos ad parochiam per concursum, si non fuerit approbatus in Synodo, ex decreto Cong. Conc. relato a Fagnano in Cap. VII. *Ad hæc de Offic.* Archid. n. 225. ☜

Examinatores necessariò eligi debent, qui sint 73
Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel jure Canonico, si extent, alioquin alii Clerici sunt eligendi, qui ad id videbuntur magis idonei, ita resolvunt Ugolin. *de Offic. Episc. c.* 50. §. 5. *num.* 1. *vers.* 2. Homobon. de bonis *de humanæ vitæ statibus, p.* 1. *c.* 13. *vers. in his ergo, in fine,* refert novissime a Sacra Congregatione responsum Massobr. *in d. sua praxi, requis.* 11. *dub.* 2. & statuit Conc. Trid. *d. cap.* 18. *vers. sint vero Examinatores Magistri* &c. Unde Sacra Cong. Concil. *in una Savonen. sub die* 19. *Febr.* 1628. censuit, Epi- 74
scopum non posse eligere Examinatores synodales, qui non sint Doctores, seu Magistri, aut Licentiati

tiati in Theologia, aut Jure canonico, si extent;
alioqui alios Clericos esse eligendos, qui ad id ma-
gis idonei videbuntur, Et postea *in una Turritana,*
75 *sub die* 10. *Martii* 1629. censuit, in prædictos Exami-
natores synodales non posse eligi Clericos Sæcu-
lares, aut Regulares, qui dictis gradibus non sint
insigniti, nisi ulli viri qualitatis superius expressæ
non extent, quo casu sunt eligendi qui ad munus
exercendum magis idonei videbuntur, eorumque
vata æqualis valoris, & efficaciæ erunt sicut alio-
rum.

76 Debent quoque jurare, ita ut, si non juraverint,
concursus coram eis habitus vitiabitur, ut decidit
idem Concil. *dict. c. p.* 18. *vers. jurentque omnes*,
Massobr. *in dict. sua praxi*, *requis.* 14. *dub.* 1.
ubi *dub.* 2. cum Nicol. Garz. *d.* 77. *c.* 2. *num.* 356.
subdit; esse de forma, ut præstetur hujusmodi jura-
77 mentum, tactis sacrosanctis Evangeliis, *dub.* 3.
cum eodem Garz. *n.* 256. asserit, posse præstari ex-
78 tra Synodum in manibus Notarii *dub.* 4. tradit pro-
bari per attestationem Notarii, & literas ipsorum
Examinatorum Homobon. de Bonis *dict. c.* 13.
vers. 2. Filliuc. *dict. tract.* 41. *c.* 4. *num.* 158. Et
ideo Sacra Cong. Concilii *in una Bisignanen. sub
die* 2. *Decembris* 1628. censuit, concursus factos non
præstito juramento ab Examinatoribus synodali-
bus, fuisse nullos, sed ex gratia convalidandos, fa-
cto verbo cum Sanctissimu, qui confirmavit, &
convalidavit, & novissime in Pennen. concursus
23. Junii 1708.

79 Examinatores hujusmodi non possunt quicquam
prorsus occasione examinis, nec ante, nec post
accipere; alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam
alii dantes incurrunt, a qua absolvi nequeunt nisi
dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiam
ante obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles
redduntur, ita statuit Concil. Trid. *d. c.* 18. *vers.
caveant ne quicquam*, per illud sic tenet Petr. de
Ledesma *in summ. part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 6.
prope fin.

80 Unde primo colligo, hos Examinatores privari
beneficiis antea obtentis, si occasione examinis,
sive antea, si post aliquid accipiant, etiam gratis,
& liberaliter datum, & ad captandam benevo-
lentiam etiamsi res modica sit, & levis momen-
ti: nam Concilium prohibet quicquam prorsus
accipi, ut bene resolvit Nic. Garc. *c.* 2. *num.* 390.
Aloys. Ricc. *resol.* 76. *num.* 3. quamvis contrarium
teneant Petr. de Ledesm. *d. p.* 1. *concl.* 7. & Zerol.
in *praxi Episcop. p.* 1. *verb. Parochia*, §. 2. *dub.* 13.

81 Secundo colligo, non posse Examinatores quic-
quam pro labore, vel titulo stipendii ad sustenta-
tionem ex fructibus beneficii vacantis, vel alia ra-
tione accipere, sicut tradunt Nicol. Garc. *p.* 5.
c. 7. *n.* 11. & *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 364. Bonacin. *d. dif-
fer.* 1. *num.* 5. *vers.* 2. Aloys. Ricc. *d. resol.* 76. *n.* 4.

82 Tertio colligo, non posse Ordinarium statuere a-
liquod stipendium, etiam minimum, Examinato-
ribus deputatis in synodo pro concursu parochia-
lium, & si Synodus diœcesana secus statuerit, de-
cretum erit irritum, & nullum, ut referunt deci-
sum Nic. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 375. Massobr. *d. req.* 15.
dub. 1. Bonac. *d.* 1. *n.* 7. *vers.* 3. ego ipse *d. alleg.* 60.
n. 53. contra Petr. de Ledesm. *d. concl.* 7. *prope fin.
vers. la dificuldad*, attestantem in Eccl. Hispania-
rum contrarium communi usu receptum esse.

Additio.

☞ Circa usum, qui hic asseritur receptus in Ecclesia Hispaniarum, notanda sunt allata a Benedict. XIV. lib. IV. cap. VII. de Synod. diœces. edict. 1755 = Unum tamen notatiune dignum, referimus, quod statutum reperimus in Concilio provinciali Toletano, habito anno 1566. act. 2. cap. 24. tom. 10. Collectionis Harduini col. 1155. his verbis: *Horum vero Examinatorum cuilibet, pro muneris suscepti labore, Ordinarius, post Beneficii collationem, ex redditibus Ecclesiæ vacantis, qui alioqui Rectori debeantur, justam aliquam mercedem, ejus arbitrio, reddi curabit; cum & dignus sit mercenarius mercede sua.*

Licet autem, quod a præfati Concilii Patribus gestum est, non improbemus, non tamen absolute approbamus, multoque minus imitandum proponimus: siquidem, cum redditus vacantis Ecclesiæ debeantur futuro Rectori, aut aliis, quibus forte fuerint ab Apostolica sede assignati, si Examinatores quidquam ex illis lucrarentur, viderentur quodammodo aliquid, occasione examinis, ab illo percipere, quem ad parochialem approbarunt; quod profecto quamdam simoniæ suspicionem posset indoctis ingerere, cujus vel solam speciem ab Examinatotibus arcere Tridentinum voluit. Quapropter cum de simili statuto, edito a Concilio provinciali Compostellano relatum olim fuisset ad sacram Congregationem Concilii, hæc illud adversari censuit menti Tridentini: proposito enim ab Episcopo Abulensi sequenti dubio = In Episcopatu Abulensi, & tota Provincia Compostellana, ex Decreto Concilii provincialis compostellani, post Concilium Tridentinum facti, datur stipendium Examinatoribus synodalibus ex fructibus parochialium, ad quas fit examen: dubitatur, an possit hoc dari, stante Decreto sancti Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap. 18. = sacra Congregatio respondit: Non posse: quod narrat Garcias de Beneficiis part. 5. cap. 7. num. 11. ☜

Poterit tamen Episcopus aliquid de suo præfatis 83
Examinatoribus conferre titulo præmii, vel stipen-
dii, seu sustentationis, ut resolvunt Nic. Garc.
d. cap. 2. *num.* 379. Bonac. *d. diffic.* 1. *n.* 6. subdens,
hoc sibi non videri improbabile, quia Concilium
non videtur loqui de Episcopo, *num.* 7. *in princ.*
post Nicol. Garc. *d.* 2. *num.* 380. & *seq.* resolvit,
non posse Episcopum, vel ejus Vicarium assistendo
examini aliquid accipere.

Peracto examine, debent Examinatores ex com- 84
muni sententia eos denuntiare Episcopo, quos ido-
neos repererint, ut referunt decisum Nicol. Garc.
d. cap. 2. *num.* 104. Salgrado *c.* 9. *num.* 79. & illi
possunt remittere ad Ordinarium, quia cumulati-
ve, & non privative in *d. cap.* 18. Concilii est at-
tributa jurisdictio, ut censuit Rot. *dec.* 647. *num.* 1.
in 1. *collect. noviss.* alias *p.* 4. *divers.* & non solum
consideratur idoneitas respectu scientiæ, sed etiam
respectu ætatis, morum, & prudentiæ. Concil.
Trid. *d. c.* 18. ibi, *idoneis judicati fuerint ætate*, &c.
Massobr. *dec.* 22. *n.* 28. & *dec.* 90. *per tot.* Buratt. *dec.*
22. *n.* 8. & *dec.* 90. *per tot.* Non tenentur tamen Exa-
minatores hujusmodi explicite referre singulas qua-
litates eorum, qui sunt examinati, sed sufficit re-

ferre omnes Examinatores fuiſſe idoneos. Cava-
ler. *dec.* 293. *a princ.* ubi *in verſ. neque præmiſſis*,
ſubdit, nihil obſtare, quod in Concil. *d. c.*18. fiat
expreſſa mentio, ut ſcilicet debeantur renunciari
quotcumque ab Examinatoribus judicati fuerint
idonei ætate, moribus, ſcientia, & prudentia,
&c. quia ibi fit expreſſio earum, quæ tacite in-
ſunt: exempli gratia, tantum, quod probatur ex
eodem Conc. dum immediate ſubjungit, *& aliis
rebus ad Eccleſiam vacantem gubernandam opportu-
nis*. Multa enim illa ſunt, quæ requiruntur ad hoc,
ut quis ſit idoneus ad Eccleſiam parochialem gu-
bernandam, veluti quod ſit Clericus, ex legiti-
mis natalibus procreatus, unde inferabatur, quod
ſicut Conc. Trid. non exigit, ut ſuper iſtis aliis
qualitatibus fiat explicita relatio, ita pariformis
determinatio requiritur quoad mores, ætatem,
doctrinam, & prudentiam, quæ in Concilio ſpecia-
85 liter exprimuntur. Et quod Examinatores etiam
extrajudicialiter poſſint informari de qualitatibus
examinandorum, tradit idem Cavaler. *d. dec.*293.
num. ult.

86 Licet Conc. *ſæpe citato c.*18. non expreſſerit, an
vota Examinatorum palam, aut ſecreto fieri de-
beant, magis tamen expedit, ut Examinatores pa-
lam inter ſe ſua vota conferant, deinde Nutario
jubeant, ut in actis ſuis ſimpliciter ſcribat Titium
approbatum idoneum. Sejum vero reprobatum;
ita referunt deciſum Nic. Garc. *d. c.* 2. *num.* 108.
Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.*2. *c.*3.*n.*35.

Additio.

☞ Hæc eadem praxis etiam Romæ ſerva-
tur. ☜

87 Hæc autem vota dare debent, dum ſimul con-
gregati ſunt cum Epiſcopo, non autem ſeparatim,
ſicut etiam Epiſcopus, ubi datur locus acceſſui,
debet accedere Examinatoribus ſimul congrega-
tis, ſecundum Nic. Garcias *d.c.*2. *n.*58. Maſſobr. *in
d. praxi*, *requiſ.*4. *dub.*2.

88 Quando vero unus tantum comparet adſe exa-
minandum coram tribus Examinatoribus, uno il-
lorum approbante, & cæteris reprobantibus, non
poteſt Epiſcopus ei accedere, & examinatus dici-
tur reprobatus, ut per Nic. Garc. *d. c.*2. *num.*60.
Maſſobr. *d. req.*4. *dub.* 7. Verum ſi pluribus exa-
minatis aliqui ultra dimidium votum fuerint con-
ſequuti, & ſic approbati, & unus omnia ſuffragia
proſpera reportaverit, Epiſcopus, facta per Exami-
natores relatione, poterit poſtpoſito illo, in quem
omnia ſuffragia confluxerunt, alium ex eis eligere,
qui ultra dimidiam partem votorum habuerunt,
cum omnes approbati dicantur, ut refert deciſum
89 Nic. Garc. *dict. c.*2. *n.* 109. Data enim in cæteris
paritate, poteſt Epiſcopus gratificari, Lambertin.
*p.*3. *lib.*2. *quæſt.*5. *art.*21. *in fine, verſ. alia ſit de-
claratio*. Rot. *in una Calaguritana beneficii*, 5. *Julii*
1621. coram Card. Veroſpio Senior. & in Urbina-
ten. parochialis 12. Feb. 1629. coram R. P. D.
Veroſpio nepote.

90 Nunquam ſpectat ad Examinatores, ſed ad Epi-
ſcopum ſolum judicare, quis ex concurrentibus ad
Parochiam vacantem ſit magis idoneus, ſicut a ſa-
cra Congregatione deciſum referunt Zerol. *in pra-
xi Epiſcop. p.*1. *verb. Parochia*, Nic. Garc. *d. c.*2.
*n.*105. *&* *p.*6. *c.*2.*n.*236.

Additio.

☞ Circa hoc judicium vide addita ex Conſti-
tutione Benedicti XIV. in fine hujus capituli. ☜

Et ad ipſum Epiſcopum ſpectat eligere ex ap- 91
probatis magis idoneum ſecundum Nicol. Garc.
*d. c.*2. *n.* 108. Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſ.
part.*2. *cap.*2. *num.* 34. Maſſobr. *d. requiſ.*4. *dub.*4.
ubi quod Epiſcopus debet expectare, ut Examina-
tores renuntient, ſed non tenetur eligere ex col-
tatione votorum habita ratione calculorum, &
*dub.*5. aſſerit deciſum, Epiſcopum non habere vo- 92
tum deciſivum in concurſu, ſed tantum accederet,
ubi vota ſunt paria, vel ſingularia, & *dub.*6. oſten-
dit, quando dicantur vota paria, & quando ſin-
gularia.

Epiſcopus poteſt eligere extra locum examinis, 93
& etiam abſentibus Examinatoribus, ut poſt Nic.
Garc. *d. c.*2. *n.*59. reſolvit Maſſobr. *in d. praxi*,
*req.*5. *dub.*20. *ubi dub.*21. cum eodem Garc. *d.c.*2.
*n.*109. tenet, quod poteſt Epiſcopus eligere eum,
qui tantum dimidiam partem votorum tulerit, &
*dub.*21. cum eodem Garc. id intelligit, etiam reje-
ctis iis, qui omnia vota reportarunt, & *dub.* 22.
diſſerit, an, & quando electus in concurſus jus
acquirat conſiderabile.

Electio facta de magis idoneo ſignificanda eſt 94
intra quatuor menſes, & ſi fuerit tranſmiſſa, nec
perveherit ad manus collatoris intra dictum tem-
pus, proviſio devolvitur, ut per Maſſobr. *in d.praxi
requiſ.*6. *dub.*2. cum Garc. *d. c.*2. *n.* 8. reſolvit ſi-
gnificationem electionis fieri poſſe extra præſen-
tiam Examinatorum.

Electio hæc, & proviſio in concurſu parochia- 95
lium facta de digno, omiſſo digniore, eſt nulla,
& ſubreptitia, uti forma Conc. & *d. conſt. Pii V.*
non obſervata, ſtante decreto irritante in eis ap-
poſito, ut tenet Azeved. *conſ.*9. *num.* 30. Nicol.
Garc. *d. c.*2. *n.*225. Rot. *in Dertuſen. parochialis*,
18. *Decembris*, 1591. coram Giptio; & *in Tuden.
parochialis*, 18. *Aprilis* 1603. coram bon. memor.
Cardinal Sacrato, ubi firmavit, concluſionem in
beneficiis curatis ex idoneis magis idoneum eſſe
eligendum, iterum *in Ripana parochialis*, 1. *Junii*
1600. coram Ortembergo, refert, & ſequitur
Beltramin. *in annot. ad deciſ.* 11. *Greg. XV.* & ſic
conſequente digniore, revocaretur collactio facta
digno de beneficio curam animarum babente, me-
diante concurſu, juxta Conſtitutionem Pii V. ut
advertit Joan. Valer. *de differ. inter utrumque fo-
rum*, *verb. electio*, *differ.*2. *n.*4.

Prælati enim non aliter ſatisfaciunt ſuæ obliga- 96
tioni, quam ſi de digniore Eccleſiæ parochiali pro-
videant *c.licet* 8.*q.*1. *c.*2. *& ibi* gloſſ.*verb.melioris*,
*de offic. cuſtodis c.*3. *de jurepatr.* Conc. Trid. *ſeſſ.*24.
*de reform. c.*1. *&* 18. reſolvunt Sylveſt. *in ſumm.
verb. electio*, 1. *n.*18. Rebuff. *in praxi*, *tit. requi-
ſita ad bonam collat. a n.* 23. Covar. *in reg. pecca-
tum*, *par.*2. §.7. *n.*3. nam in rebus publicis datur
obligatio eligendi ſemper digniorem, *l. ad ſubeun-
da, C. de decurionib.l.* 10. *& Auth. de Monach.* §.*or-
dinatione*, *collat.*1. & conſtat inter res ad bonum
publicum pertinentes non minimum locum habere
pro-

provisiones Ecclesiarum, & ideo hanc partem multis conatur defendere Vasq. in *opusc. moralib. intr. de benefic. c.2. §.3. num.50. cum seq.*

97 Quæ omnia supra resoluta procedere videntur, non solum quando per viam collationis Ecclesiæ providentur, sed etiam quando per viam electionis: adhuc enim providentes tenentur eligere illum, qui majoribus juvatur meritis, ut probatur in *cap. si forte 63. dist. & in d. Auth. de Monach. §. ult.* optime Conc. Trid. *d. cap.* 1. resolvunt Doctores supra citati, & dicit communem Covar. *d. n.* 3. Verum quamvis supradicta resolutio de stricto juris rigore procedat, tamen post dictam electionem, non videtur omnino recipienda, ex ea ratione, quam reddit S. Thom. *2.2. qu. 63. art. 2. ad* 3. quia alias omnis electio, vel præsentatio calumniam pateretur, dareturque locus prope infinitis litibus, si electiones de digno, prætermisso digniore, revocari permitterentur, quod quidem neque tolerandum, neque Reipublicæ christianæ convenire probant Covar. *d.§.7.n.4. & 5.* Prælat. & Menes. *in l.cum quidem, n. 8. ff. de legat.* 2. Molin. *de primog. l. 2. c. 5. num. 47.* Joan. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. electio, diff. 1. a princ.* ubi ostendit, electionem factam de digno, omisso digniori, quoad Prælaturas valere, & sufficere in foro exteriori, idque propter tranquillitatem, & pacem Reipub. & quod alias daretur occasio ad multas lites, & quævis electio posset impugnari, & calumniam pati.

98 Unde Rota coram Emin. Card. Pamphilio jun. impressa per Farin. *dec. 40. part. 1. recen.* hac de re agens, ita loquitur. *Quamvis pro validitate electionis satis sit, si dignus eligatur, & electio de digno, omisso digniori, sustineatur, id tamen procedit, postquam celebrata est electio, quæ ex omissione dignioris non retractatur, ut litium occasiones amputentur; sed ante electionis celebrationem omnia jura clamant, quod meliores, & sane sanctiores eligantur, & ideo peccant, qui scienter, omisso dignori, eligunt dignum.* Quæ sane decisio fundatur communi illa Doctorum sententia, quæ habet, electores sub pœna peccati mortalis teneri digniorem, seu meliorem eligere, electionem tamen digni sustineri in foro fori. Ita S. Thom. *2. 2. qu. 63. art. 2. in corpore*, ubi Cajetan. *in fin.* Doctores in *c. constitutus l. 2. de appell.* ubi Joan. Andr. *gloss. 3. nu. 21.* Zabarel. *gloss. 3. sub nu. 2.* Butr. *nu.* 4. Abb. *notab. 3. n. 3. & not. 4. nu. 7.* & Franc. *nu. 4. & seq. item in d. cap. licet 8. q. 1. gloss. verb. qui præstantior*, Archid. *nu.* 3. Bellarm. *nu.* 5. Turrecrem. *num. 1. cum seqq.* & Alex de Nevo, *notab. 4. sub num. 13. & sub num. 20. & seq.* S. Antonin. *par. 2. tit. 1. cap. 20. §. 1.* Martin. de. Ledesm. *4. p. 2. quest. 18. dub. 9.* Sot. *de justit. lib. 3. q. 6. art. 2.* Lamber. *de jurepatron. lib.2. part.1. quæst.10. art. 3.* & præcipue *num. 26. vers. in circa*, Ego ipse *d. alleg. 60. n. 67.* ubi *numer.* 99. assero, hanc obligationem conferendi beneficia sub mortali dignioribus, intelligi de possibilibus haberi in Diœcesi.

99 Amplia procedere etiam quoad illos, qui jus habent conferendi hujusmodi beneficia per provisionem liberam, ut sunt Reges, & Summus Pontifex, si vera loquitur Less. *de just. l.2. c. 34. dub. 14. numer. 64.* ubi sic ait: *Qui libere conferunt beneficia, graviter peccant, si digniores prætermittant, sive sit Papa, sive Princeps sæcularis, non enim sunt domini beneficiorum, sed œconomi*, & idem fere tenent Joann. Valer. *d. verb. electio, differ. 2. n.* 3. Fernandez in *exam. Theolog. moralis, par. 4. cap. 7. §. 2. num.* 10. & novissime Mauric. d'Alzedo, *de præexcellentia episcopalis dignitatis, part.1. cap. 3. num.* 13. ubi *num.*14. subdit, quod tenentur perquirere a suis Confessariis, & ab aliis Religiosis piis, & eruditis viris, quis sit dignior; hoc non cum tanto rigore admittit Valer Reginald. in *praxi fori pænit tom. 2. lib.30. tract. 3. cap. 14. num.179.* dum ita loquitur; *Qui jus habent conferendi beneficia per provisionem liberam, ut Papa, & nonnunquam Princeps ex privilegio, vel consensu tacito Ecclesiæ, non tenentur eligere digniores, nisi in promptu sint, sed sufficit eligere dignos, alioquin enim semper tenerentur digniorem quærere, quod a Papa, vel a Rege exigere durum est*; & etiam ad Prælaturas Regula- 100
res tenetur Generalis digniores eligere secundum Turian. *tom. 2. num 2. disput. 2. dub. 4. num. 1.* Petr. Navar. *de restit. lib.2. c.2. n.159. in dub. Regular. verb. electio n.6.*

Limita primo supradictam resolutionem, quæ 101 habet, electores sub pœna peccati mortalis teneri digniorem, seu meliorem eligere, ut non procedat in renunciante beneficium suum in favorem alterius, quia cum iste resignans non sit distributor, jure permittitur, resignare in favorem digni, cui voluerit, neque hoc casu est locus concursui, tamquam ad commune bonum ex parte totius distribuendum, sed pars parti jus suum transfert; & ideo sic resolvunt Petr. de Arag. 22. *quæst. 63. art.2.* Valer. Reginald. *d. l.30. tract. 3. capit. 14. num.179.* Less. *d. cap.34. dub. 13. num. 61.* Mald. *2. 2. tract.9. cap. 2. dub* 7. quidquid dicant Sot. *de justit. lib. 3. quæst.6. art. 2. in fin.* Navar. *de Ora. miscel. 38. num.7.* Vas. *in opus. de benef. c.2. §.4. dub.7. num.*100.

Animadversio.

☞ Quod jure permissum sit, ut beneficium quis resignare possit, cui voluerit, nullibi reperitur. Debet enim vel libere resignare, vel si resignet cum pensione, resignatio non admittitur, nisi accedat consensus apostolicus.

Cum autem in sensu Auctoris ageretur de beneficio curato, cum asserat in hoc casu, non esse locum concursui, quo cæteroquin opus est in conferendis parochialibus, exceptis iis, quæ sunt de jurepatronatus, percipi nequit, quare resignans non teneatur digniorem proponere, quoties idem Auctor numero antecedenti senserit, ad id teneri quoscumque jus habentes beneficia conferendi.

Ex eadem ratione admitti nequit, Patronum laicum non teneri præsentare digniorem ad beneficium curatum, ut asserit Auctor numero sequenti, quod dumtaxat verum esset, quoties jus præsentandi restrictum esset ad personam certæ Familiæ, in quo quidem casu satis esset, hanc esse idoneam.

Neque ex eo, quod Tridentinum permittat Episcopo repellere non idoneum, a laico præsentatum, sequitur intendisse hunc eximere ab onere præsentandi digniorem, cum Episcopus non teneatur inquirere de judicio Patroni, sed id illius curæ,

ræ, & conscientiæ relinquere, ficuti neque tenetur quoad Patronum ecclefiasticum, ut declaravit Benedictus XIV. in fecundo refponfo ad Archiepifcopum Florentinum, a me relato in Additamentis in fine hujus capituli §. *Quoad præsentatos*, quos tamen æque repellere poteft, fi idonei non fuerint.

Notanda eft damnatio Propofitionis poft n. 103. tranfcriptæ.

102 Limita fecundo, ut non procedat in patrono laico, etiam quoad beneficia curata, illum enim non teneri præfentare digniorem, colligitur ex Conc. Trident. *seff.* 25. *de reform. c.* 9. ibi, *ad hæc liceat Episcopo præsentatos a patronis, si idonei non fuerint, repellere*, & *seff.* 24. *de reform. c.* 18. ubi differentiam facit inter patronos ecclefiafticos, & laicos, vultque, ut ecclefiaftici teneantur præfentare digniores, laici vero, fi præfentaverint dignos, admittantur, & ideo hanc limitationem tradunt Lambert. *de jurepatron. p.* 1. *l.* 2. *q.* 10. *art.* 3. *n.* 17. Petr. Navar. *de restit. l.* 2. *c.* 2. *n.* 150. Banes 2. 2. *q.* 63. *dub.* 4. Petr. de Ledefma *in sum. part.* 2. *tr.* 7. *cap.* 2. *conclus.* 7. *de offic.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 16. *num.* 19. Aloyf. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 3. *decis.* 306. *n.* 4. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. electio, differ.* 2. Quamvis patronum, qui non eft primus fundator beneficii, fub peccato mortali debere præfentare digniorem exiftimaverint Molin. *de primog. l.* 2. *c.* 5. *n.* 69. Azeved. *conf.* 24. *dub.* 4. *n.* 4. Turrian. 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 22. *dub.* 5. *n.* 6. Gutier. *Canon. l.* 2. *c.* 11. *n.* 26. Vafq. *in opusc. de benef. c.* 2. §. 2. *dub.* 5. *n.* 75. Leff. *d. l.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. *n.* 55. *in fine*. Azor. *instit. mor. p.* 2. *l.* 6. 21. *q.* 5. Malder. *d. c.* 2. *dub.* 2.

103 Limita tertio, ut non procedat in Canonicatibus, Perfonatibus, & Dignitatibus, cæterifque Præbendis, & dimidiis Præbendis Ecclefiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in præftimoniis, & aliis fimplicibus beneficiis curam animarum non habentibus; in his enim licitum effe eligere dignum, prætermiffo digniore, refolvunt Petr. Nav. *d. l.* 2. *c.* 2. *n.* 172. Petr Ledefma *d. concl.* 8. *diffic.* 15. Gutier. *d. c.* 11. *n.* 12. Nic. Garc. *d. p.* 7. *c.* 16. *n.* 16. quia Conc. Trid. in diverfis locis fola epifcopalia beneficia, & curata dignioribus effe conferenda decrevit, unde videtur conceffiffe cætera beneficia ad arbitrium Prælati diftribui poffe. Quamvis Vafq. *d.* §. 2. *dub.* 8. *numer.* 78 exiftimaverit, mortale effe in omnibus beneficiis digniorem prætermittere; quamvis Leffius *d. c.* 34. *dub.* 14. *n.* 64. Rebell. *de obligat. justit. p.* 1. *lib.* 3. *q.* 4. *n.* 12, Mald. *d. c.* 2. *dub.* 7. diftinguant inter electionem ad beneficia fimplicia minora. Et denique, quamvis idem Leff. *d. dub.* 14. *n.* 66. & Valer. Reginald. *lib.* 30. *tract.* 3. *c.* 15. *n.* 179. *in fine*, putaverint in Canonicatibus, & cæteris beneficiis fimplicibus minoris momenti non videri peccatum mortiferum femel, vel bis prætermittere digniorem, modo conferatur ei, qui vere dignus fit, videri tamen effe mortiferum, fi quis id paffim faciat, aut fi raro curet, ut digniores præferantur.

Animadversio.

Sententia communis, ac vera videtur, quod qui etiam femel, aut bis electionem digniorís prætermittit, peccet mortaliter, five agatur de beneficio curato, five de fimplici. Cujus fententiæ fundamentum repeti poteft, tum a Tridentino, indiftincte loquente de beneficiis curatis, & fimplicibus, tum a fequenti Propofitione ab Innocentio XI. profcripta, tum a non levi præjudicio Ecclefiæ obfuturo, quando beneficia tam curata, quam fimplicia conferuntur minus idoneis; tum a non levi juftitiæ commutativæ læfione; tum denique a contraria intentione eorum, qui talia beneficia inftituerunt, ut nempe his Ecclefiæ utilitati, & decori confuleretur, ac præftantiores pietate, & doctrina iifdem inftituerentur tamquam in præmium. Quæ omnia verificantur, five paffim, five femel, aut bis aliter fiat.

Propofitio autem ab Innocentio profcripta 2. Martii 1669. quæ eft la XLVII. in ordine, ita fonat = Cum dixit Conc. Trident. eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nifi quos digniores, & Ecclefiis magis utiles ipfi judicaverint, ad Ecclefias promovent, Concilium vel primo videtur per hoc digniores non aliud fignificare velle, nifi dignitatem eligendorum, fumpto comparativo pro pofitivo, vel fecundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat Indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio, quando fit concurfus.

Supereft nunc videre, an quando per concurfum, & oppofitionem beneficii provifio facienda eft (prout in hoc cafu, de quo agimus) teneatur quis ad reftitutionem, fi, omiffo digniore, dignum eligat? Quæftio eft dubia, in qua pars negativa ex eo fuadetur: quia per edictum, feu per oppofitionem tantum promittitur beneficium, præbenda, feu cathedra ipfis oppofitoribus, & inter ipfos ille, qui fecundum formam oppofitionis dignior fuerit judicatus, atque ideo licet verum fit, quod ex eo habeant jus quæfitum oppofitores contra illos, qui oppofitores non funt, etiam digniffimus, non vero inter ipfos habet ille jus quæfitum, qui vere dignior eft, non enim promittitur beneficium, nifi tantum illi, qui fuerit electus a majori parte fecundum formam oppofitionis, is enim dignior reputatur, unde quamvis lex præcipiat, ut eligentes vere digniorem eligant; tamen, fi contra fiat, læditur folum juftitia diftributiva, quæ ad reftitutionem non obligat ex S. Thom. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 1. ex quibus hanc opinionem tenent Martin. Ledefm. 24. *quæst.* 18. *ar.* 2. *ad fin. vers. secunda conclusio* Navar. *in man. cap.* 17. §. *yansi, dizen los Theologos, vers. esto no lo figuo*. Nicol. Garz. *de benefic. part.* 7. *cap.* 16. *num.* 43. Et idem de quocumque eligente docent Sot. *de justit. lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. *concl.* 2. Covar. *in reg. peccatum*, *p.* 1. §. 7. *n.* 72. Nav. in *man. c.* 17. *n.* 72. Perez. *in l.* 2. *tit.* 6. *l.* 1. *Ordin.* Molin. *de primog. l.* 2. *cap.* 5. *n.* 57. Spin. *in speculo testam. gloss.* 29. *princ. n.* 9. & 10. Gutier. *Canon. l.* 2. *c.* 11. *a n.* 47. Tolet. *in instruct. Sacerd. l.* 5. *c.* 4. *vers.* Cavall. *commun. contra commun. q.* 639. *num.* 12. Leff. *de justit. l.* 2. *c.* 34. *dub.* 15. Azor. *instit. moral. part.* 2. *l.* 6. *cap.* 15. *quæst.* 12. Rebello *de obligat. justit. part.* 1. *l.* 3. *q.* 4. & 5. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. electio, differ.* 1. *num.* 2.

Verum pars affirmativa, videlicet quod teneatur quis ad reftitutionem, fi dignum eligat, omiffo digniore, quando per concurfum, & oppofitionem pro-

104 (margin, beside "Supereft nunc videre")

105 (margin, beside "Verum pars affirmativa")

provisio facienda est, videtur verior, quia ex hujus
edicti propositione, quidam quasi contractus obli-
gatorius inter digniorem, & electores resultat,
ex quo oritur obligatio, prout in causa subhasta-
tionis, in qua promittitur res plus offerenti, ut
concludit Bar. *in l. licitatio*, *ff. de public.* unde o-
mittens digniorem, censetur offendere non solum
justitiam distributivam, verum etiam commutati-
vam, ortam ex illo quasi contractu, & ex fide in
illo data. Juvat, quia eligentes constituuntur judi-
ces a lege inter oppositores, ut illos examinent,
& digniorem suo suffragio declarent; atque ideo
si scienter inique judicent minus dignum esse di-
gniorem, veluti lædentes in jure quæsito, ad re-
stitutionem tenebuntur, juxta illa, quæ de ju-
dice injuste judicante resolvunt communiter Do-
ctores, & ita in specie tradunt Molin. *de primog.*
lib.2. c.25. n. 59. Barthol. de Medina *in instruct.*
Confess. in 7.præcepto, §.32. Petr. Navar. *de restitut.*
lib.2. c.2. n.177. Gutier. *Canon. lib.2. c. 11. n.55.*
cum seq. Vasq. *in opusc. morali, tract. de benefic. c.2.*
§.3. *n.117.* Fernandez *in examine Theologiæ moral.*
p.4. c.4. §.1. *num.2. & c.7.* §. 2. *n.* 11. Ego ipse
de officio, *& potest. Episcopi p.3. alleg.60. n.68.*

106 Simoniam igitur committet dignus, offerendo in
concursu pecuniam digniori, ut desistat ab oppo-
sitione, & tenetur ad cedendum beneficio, & ad
restituendos fructus perceptos, ut late probant Sot.
de justit.l.9.q.6. art.1. ad 2. Navar. *in manual.c.23.*
n.102. §.8. Beja *respons. casuum consc. p. 2. casu 5.*
Fernandez *d. p. 4. c. 14.* §. *& 2.* Ratio est, quia
dignior candidatus habet jus ad rem in illo bene-
ficiu concursui exposito; jus vero illud est quid
annexum ad spirituale, scilicet ad beneficium: da-
re autem pecunias pro annexo spiritualibus, ut spi-
ritualia sunt, est quædam emptio, & venditio rei
annexæ spiritualibus, atque vendere, aut emere
annexum spiritualibus, prout spiritualia sunt, est si-
monia, S. Thom. 2.2. *q.100. art.4.* Navar. *d. c.23.*
n.99. ergo cum in hac datione, & acceptatione in-
terveniat emptio, & venditio rei annexæ spirituali-
bus, ut spiritualia sunt, intervenit etiam simonia.

107 Simoniaca tamen non erit electio, nec illicita,
si quis tradiderit pecuniam electoribus indignum
eligere volentibus, ne illum eligant, Sotus *ubi su-*
pra. Gregor. de Valent. *t.3. disp.6. q.16. puncto 3.*
col.16. vers.4. Cajet. *t.2. opusc. tr.9. de simon. q.3.*
Suar. *de Relig. t.1. lib.4. de simon. c.50. n.35.* Less.
de justit. l.2. c.35. dub.19. Paul. Layman. *in Theo-*
log. moral. l.4. tract. 10. c. ult. §. 2. *n.* 23. Bonac.
de simon. q.4. punct.5. n.12. Illustr. D. meus Rode-
ricus a Cunha, *in commene. ad c. inutile, num. 4.*
dist.88. Ratio est, quia hæc est mera redemptio
injuriæ, seu læsionis injustæ; Ecclesia enim habet
jus, ut non detur ei minister ineptus, tum quia non
eligere ineptum, non est quid spirituale, nec directe
108 munit viam ad spirituale: pro electione autem
particularis personæ, etiam dignissimæ, non est
licitum pecuniam offerre, Lessius *d. dub.19.* Illustr.
D. meus a Cunha *d. loco n.* 1. ex eo, quia hoc es-
set emere actionem spiritualem, & *num.5.* subdit,
licitum tamen esse offerre prætium pro electione
personæ idoneæ in genere.

109 Idonejor judicandus, ac propterea præferendus
ille est, qui altero, cum quo concurrit, fuerit se-
nior, ita Tiraq. *de jure primog. in præfat. num.182.*
Lambert. *de jurepatron. p.2. l.2. q.2. princ. art.26.*
num.4. Illustr. D. meus Rodericus a Cunha *in com-*
ment. ad cap. consuluit 9. n.2. dist.74.

Originarius idonejor quoque judicandus, ac præ- 110
ferendus est, si alter sit extraneus, Dec. *cons.142.*
n.13. Lambert. *l.2. p.3. q. 7. princ. art. 4. num. 3.*
& ar.5. Covar. *pract. c.35. sub n. 5. vers. secundo*
notandum est. Fusc. *de visitat. lib.2. cap.15. n. 13.*
& 14. & cap.21. num.25. Rot. *decis.299. part. 1.*
divers. Et ita potest eligi dignus de civitate, vel
gremio Ecclesiæ, posthabito digniore extraneo, Læl. 111
Zech. *de benef. cap.12. n.36.* Piasec. *in praxi Episc.*
p.2. cap.5. n.19. Ugolin. *de Offic. Episc. d. cap. 50.*
§.8. *n.4.* Ego ipse *d. alleg.60. num.102.* Originarii
enim semper præferuntur peregrinis, ad not. per 112
Alciat. *de præsumpt. reg.1. præs.36. num.* 1. Cassan.
in Catalog. gloriæ mundi, part.10. consil.82. & p.11.
consid.22. Ratio est, quia præsumuntur magis dili-
gere patriam, Menoch. *illust. c.5. num.16. & c. 11.* 113
num.31. Flamin. Parif. *de resignat. benef. lib.5. q.3.*
num.142. cum seq.

Animadversio.

☞ Si extraneus admissus est ad concursum, &
est dignior originario, vel alio de gremio Eccle-
siæ, nescio quomodo posthaberi possit citra justi-
tiæ læsionem. ☜

Doctor præfertur non Doctori, Aloys. Ricc.
in decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec. 135. num. 1.
par.4. Rot. *dec. 36. n.2. part. 2. recent.* & Doctor
utriusque juris præfertur Doctori unius tantum, 114
Decian. *t.1. resp.21. num. 50.* Attamen minus du-
ctus, modo idoneus, cujus mores sunt noti, & 115
approbati, præfertur Doctori, cujus vita ignora-
tur, Piasec. *d. c.5. n.19.* Gona. *ad reg. 8. Cancell.*
glos.4. num.112. Nicol. Garc. *part.9. cap.2. n.11.*
Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 425.*
in 1. edit. alias *resol. 362. n. 1. in 2. edit.* Ego ipse
alleg.60. n. 102. Rot. *in Barcinonen. parochialis 29.*
Novembr. 1613. coram bon. mem. Buratto, inter
ejus impressas, *dec.22. & ibi* Ferentil. *sub litera D.*
qui alias Rotæ decisiones cumulat.

Nullum habens beneficium, præfertur habenti,
Carol. de Grassi *decis.1. n. 10. de jurepatron.* Lam- 116
bert. *par.3. lib 2. q.5. art.3.* Rot. *in decis. 16. n.7.*
part.2. recent. & in Calaguritana beneficii de Jecora
9. Junii 1621. coram bon. mem. Ubaldo, *& in*
Urbinataten. parochialis 12. Februarii 1629. coram
R. P. D. Veruspio. Ad concursum tamen admit-
titur habens aliam parochialem, Sac. Cong. Con-
cilii, teste Rota, *decis.61. in fine p. 1. recentissim.*
alias *impostbum. Farinacii*.

Habilior is dicitur, qui muneri, cui præficitur,
est aptior, ut per Lambert. *d. p. 3. lib. 2. q. 5.* 117
art. 17. in fine. Covar. *in reg. peccatum p. 2.* §. 7.
nu. 4. vers. dignior. vero Rot. *decis. 537. nu. 14.*
part. 1. recen. & in d. Urbinaten. Parochialis.

Dives potius, quam pauper eligi debet, si Eccle-
sia, cui est providendum, sit pauper, gloss. *verb.* 118
impotentiam, *in c. constitutis*, *de appellat.* ubi Abb.
num.10. dicit, quod melius providetur, seu consu-
litur Ecclesiæ per divitem, seu potentem, & *num.*
11. subdit, quod etsi pauper sit idoneus, non est
tamen utilis Ecclesiæ, sicut dives, refert, & se-
quitur Grilenzon. *cons.* 151. *nu.* 55. & ideo dicit
Fer-

Fernand. *in examine Theologiæ moralis*, *par. 4. cap. 4. §. 1. nu. 5.* quod ſi potentia divitiarum, vel nobilitas conferat ad comprimendos Chriſti adverſarios, præferendi ſunt ditiores, & nobiliores tenuibus, & ignobilibus.

119 Sacerdos præfertur alteri inferiori Ordine Inſignito, Roland. *d. conſ. 47. nu. 71.* Dec. *conſ. 542. nu. 13.* & in pari attenditur quis prius aſſequutus fuerit ſuos Ordines, & gradus, Joan de Platea *in lib. 2. nu. 1. cap. de Primicer. lib. 12.* Natt. *conſ. 638. num. 18.*

120 Nobilitatem majorem habens, præferendus eſt, Lambertin. *lib. 2. part. 3. qu. 2. art. 6.* Grilenzon. *conſ. 55. nu. 55.* Pereg. *conſ. 33. n. 32. tom. 1.* ubi, quod nobilior ex præſentatis in paritate vocum præferri debet, Contra Sigiſ. a Bononia *de elect. dub. 32. n. 4.* exiſtimantem non ſine probabilitate nullo pacto eſſe attendendam nobilitatis qualitatem ad effectum eligendi digniorem. Et quod nobilitas ſit triplex, Decian *t. 1. reſp. 21. nu. 41.*

Additio.

☞ Quod non ſit attendenda nobilitas in paritate vocum ad effectum eligendi digniorem, nedum eſt ſententia probabilis, ſed certa, & probabilior, juxta ſupra notata poſt n. 103. ☜

121 Diſpenſatione non indigens, præfertur indigenti, ut per Seraph *deciſ. 767. num. 2. part. 1.* ubi etiam, quod qui nullum obtinet beneficium, præferri debet in concurſu obtinenti, refero ego ipſe *d. alleg. 60. num. 103.*

122 Poterit tamen in electione parochialis vacantis etiam non doctior, nec ſanctior præferri Doctori, ſi is juxta munus, & rem, cui præficiendus eſt, aptior rei miniſterio apparet, & ſic non ſolum conſideratur idoneitas reſpectu ſcientiæ, ſed etiam reſpectu ætatis, morum, prudentiæ, & hujuſmodi ad Eccleſiam parochialem gubernandam, ita Covar. *in reg. peccatum*, *part. 2. §. 7. n. 4. ad med. verſ. dignior vero* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 4. n. 10.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. elect. diff. 1. n. 1.* Nic. Garc. *d. c. n. 232. & ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea*, *reſol. 348. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 135.* & Fe-
123 rentil. concordantes adducit, *ſub litera C.* Et ad Epiſcopum ſolum, non vero ad Examinatores ſpectat judicare, quis ex concurrentibus ſit magis idoneus, ut reſolvunt Doctores ſupra citati, n. 90.

Additio.

☞ Circa hoc judicium vide notata in fine hujus capituli in materia concurſus ad parochiales Eccleſias. ☜

124 Quando vero Parochialis vacans fuerit juriſpatronatus eccleſiaſtici, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Epiſcopo præſentare tenetur, ut ab eo inſtituatur: cum vero inſtitutio ab alio, quam ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectet, ita ſtatuit Conc. Trid. *d. c. 18. verſ. ſi vero juriſpatronatus*, & tradunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 116.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori Eccleſ. reſol. 351. verſ. amplia ſexto.* Zerol. in *praxi Epiſc. p. 1. verb. juriſpatronatus*, *§. 10.* Azor. *d. p. 2. lib. 5. cap. 12. qu. 15.* Ego ipſe *d. alleg. 60. num. 16.* Salgrado de Protect. Regia tom. 1. part. 3. cap. 9. cit. n. 80. ubi n. 82. ſubdit, quod ſi patronus eccleſiaſticus aliquem præſentaverit, antequam ſit ita ab Examinatoribus approbatus in concurſu, præſentatio erit nulla, nec ejus virtute facienda erit inſtitutio ab Epiſcopo, tamquam minus legitime facta, niſi denuo iterum expreſſe, vel tacite fuerit præſentatus, poſtquam ipſe ſit intra terminum edictorum, ſeu re integra, oppoſitus, & inter cæteros deſcriptus, & inter dignos approbatus.

Si Eccleſia parochialis ſit juriſpatronatus, par- 125
tim Eccleſiæ, partim laici, vel pro duabus partibus pertineat ad laicum, & pro una tantum ad Eccleſiam, Doctores communiter docent, ſervandam eſſe formam examinis per concurſum, *in d. c. 18.* poſitam, quam Concil. ibi præſtitit in conferenda parochiali, quæ ſit juriſpatronatus mere eccleſiaſtici, ita Gam. *de. offic. Legati*, *l. 3. num. 369.* Gonz. *d. gloſſ. 6. n. 135.* Gallet. *in Margarita caſuum conſcient. verb. juſpatronatus pag. 145. col. 2.* Nic. Garz. *d. c. 2. n. 278.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccl. dec. 420. in 1. edit. alias reſolut. 357. nu. 3. in 1. edit.* Mareſcot. *var. reſol. l. 1. c. 52. n. 7. adden. ad dec. 498. Greg. XV.* Vivian. *in praxi juriſpatron. l. 1. c. 1. n. 33. & 34. in ult. impreſſ.* Maſſobr. *in d. praxi habendi concurſum pral. 8. dub. 25. n. 2.* Salgrado *d. c. 9. ex n. 108.* Ego ipſe *d. alleg. 60. n. 17.* Ferentill. *ad d. dec. 25. in fin verſ. & hoc procedit*, ex eo, quia favor Eccleſiæ eſt, quod provideatur per concurſum, qualitas autem clericalis prævalet, quando illa Eccleſiæ prodeſt, ut ratiocinatur Nic. Garz. *d. c. 2. n. 279.*

Verum noviſſime ſacra Congr. Concilii Trid. *ſub* 126
die 5. Februarii 1628. cenſuit, in collatione Eccl. parochialis juriſpatronatus mixti, id eſt, partim eccleſiaſtici, & partim laicalis, non requiri formam examinis per concurſum, quam declarationem authenticam, & originalem mihi (alias dubitanti) Romæ oſtendit Reverendiſſ. D. Vivianus Epiſcopus Salonen, & illius meminit *in appendice ſuæ praxis juriſpatronatus*, *ad lib. 10. c. 1. n. 34. pag. 760. in noviſſ. impreſſ.* & hanc partem multis tuetur Gabriel Pereira *de manu Regia*, *part. 1. cap. 7. nu. 32. cum ſeqq.* ubi ad hoc ex eo principaliter movetur, quia juſpatronatus laicorum adeo favorabile eſt, ut ſemper manere debeat illæſum, niſi de illo ſpecifica fiat mentio, eo maxime, quia videtur hoc privilegium in remunerationem conceſſum patronis, ſcilicet propter Eccleſiarum ædificationem, ac proinde irrevocabile, ex juribus vulgaribus. Unde, cum *in d. cap. 18. Concilii* nulla derogatio generalis, nec ſpecialis ſit, per quam privilegio patroni laici derogatum ſit, illæſum eſſe debet, etiam quando beneficium ſit mixtum, ut ſuo præſentandi jure fruatur ſine ulla diminutione, ex *reg. capit. 2. de privileg.* Nec eſt verum abſolute, quod per concurſum melius provideretur Eccleſiæ, quia poſſibile eſt per præſentationem, vel melius, vel æque bene provideri illi poſſe, ex his, quæ tradit Nav. *de pœnit. fol. 317. poſt n. 170.* Neque obſtat, quod qualitas eccleſiaſtica dignior eſt,

est, laicali, *gloss. fin. in c. unic. de jure patron. lib.6.* & magis dignum attrahit ad se minus dignum *c. quod in dubiis, de consecr. Eccles.* cum citatis per me *Axiom.72. n.1.* quia non procedit in jurepatronatus, ubi primum enim est mixtum, totum laicale reputatur quoad juris effectus, sicque debent exponi verba *Conc. d. c.* 18. quod concursus solum exigat, quando Eccl. sit liberæ collationis, aut patronatus ecclesiastici in solidum, nam verba illa debent intelligi in potiori significatu, *l.1. §. fin. ff. si ager vestig.* eo maxime, si consideremus juspatronatus, mixtum non dici simpliciter juspatronatus, sed cum illo additamento mixtum, ergo cum lex simpliciter loquatur de patronatu ecclesiastico, non debet intelligi de mixto: & sic ratio nos movet, ut interpretemur in favorem patroni laici, ne a fundatione retrabatur, vel a reædificatione, si modo contingat post Conc. quod Eccl. curruat, vel aliqua indigeat reparatione, late Gab. Pereira *d. c. 7. n.34.* ubi *n.36. vers. quam resolutionem*, id procedere affirmat non solum in jurepatronatus mixto, quando majorem, vel æqualem partem habet sæcularem, sed & quando ecclesiastica sit major; subditque, Eminentissimos Cardinales Conc. Trid. interpretes super beneficio de Ribadancora Barcharen. diœcesis interrogatos Romæ a Petro Leitano in Romana curia tunc degente, quem postea Canonicum Brachareus. agnovi, proposito dublo respondisse, prout sequitur.

Primo, si beneficium curatum juris patronatus ecclesiastici in mesibus Sedi Apostolica reservatis vacaverit, Episcopus ipse ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarii, a Summo Pontif. instituendum, sicut fit in aliis Curatis, quæ non sunt de jurepatronatus? Secundo, si juspatronatus mixtum sit laicale, & ecclesiasticum, quoad examen velut ecclesiasticum censendum est? Tertio, si in collatione Ecclesiæ parochialis, quæ sit jurispatronatus partim laici, servanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstitit in conferenda parochiali, quæ sit jurispatronatus mere ecclesiastici? Item quid dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, & pro una tantum ad Ecclesiasticum?

Super primo Congreg. Conc. voluit, particulariter videri standum reg. 8. mensium reservatorum, per quam Sanctitas Sua reservat liberæ suæ dispositioni omnia beneficia etiam jurispatronatus ecclesiastici. Super secundo censuit, tamquam laicale esse judicandum. Super tertio, ut ad proximum, Hieron. Card. Maffæjus, quam declarationem apud se authenticam esse affirmat idem Gabr. Pereira *cit. loco*.

127 Si institutio ad parochiales Ecclesias, quæ jurispatronatus ecclesiastici sint, facienda erit a Summo Pontifice, quia forte in mensibus reservatis vacaverit; jus eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet, qui transmittere debet attestationem examinis facti per concursum, quotquot in eo fuerint approbati, & quem ex approbatis, ut digniorem, cui Sanctitas sua gratiam faciat nominare, refert decisum Salgrado, *d. cap. 9. num.* 99. ubi
128 etiam subdit, pariter fuisse decisum, quod si beneficium curatum jurispatronatus Ecclesiæ in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacaverit, Episcopus ipse ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, ac Romam pro obtinenda collatione a Sede Apostolica, & fidem approbationis, ac rationem concursus manu sua, seu ejus Vicarii subscriptam intra quatuor menses a die habitæ notitiæ vacationis numerandos, mittere.

In vacatione autem Parochialium, quæ sunt ju- 129
rispatronatus laicorum, examen per concursum fieri non debet, sed sufficit, quod deputetur a patronis, & examinetur ab Examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus judicetur, ita statuit Concil. Trident. *d. c. 18. vers. quod si juspatronatus laicorum*, tradunt Læl. Zech. *de Republ. Ecclesiast. c. 28. de Parocho, n.6.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. l. 8. q.9. num.* 111. Rot. *decis.* 579. *n. 4. p.2. recent. & in Pampilonen. Parochialis 26. Junii* 1666. coram bon. mem. Buratto, inter ejus impressas, *decis.* 952.

Quando vero in vacatione Parochialium de ju- 130
repatronatus laicorum plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, & ex his, qui, facto examine, idonei ab Examinatoribus renuntiati fuerint, Episcopus eum eliget, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alium instituat juxta decretum Concil. *d. cap.* 18. ut per Flamin. Paris. *de resignat. benef. l. 6. q.5. num.* 21. Gonz. *gloss. 6. num.* 133. & fuit resolutum *in Pampilonen. Parochialis 27. Januar.* 1642. coram D. meo Coccino Decano, *& in Verden. portionis de Pertusa* 12. *Decembris* 1613. coram bonæ memor. Buratto, inter ejus impressas *decis.* 35. ibi Ferentill. *in annot. num.* 10. Massobr. *requis. 7. dub. 25. num.* 5. ubi intelligit, quando inter plures præsentatos omnes æqualibus vocibus gaudent: nam si aliquis plures haberet voces, is solus esset examinandus, & idoneus repertus instituendus, ut per Nic. Garc. *c. 2. num.* 357. & fuit dictum *in Pampilonen. Parochialis 26. Junii* 1626. coram bonæ mem. Buratto inter ejus decisiones impressas, *decis.* 952. *num.* 2. nisi is se etiam subiiceret examini, & concursui cum cæteris nominatis, quia tunc sibi præjudicaret, cum faceret se eis parem, ita Beltramin. *in annot. ad decis. 493. Gregorii XV. num.* 4. Massobr. *in praxi, prælud. 3. dub. 3. n.* 15. Salgrado *d. c. 9. num.* 128.

Parochialis collatio si, cessantibus reservationibus Apostolicis, spectet ad inferiorem collatorem, & in concursu facto per Ordinarium sint renuntiati plures æque idonei, facultas eligendi magis idoneum ad ipsum Episcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet, sive Parochialis in in mense Apostolico, sive ordinario vacet; ita censuit Sac. Cong. Conc. *in Asculana 1. Decemb.* 1618.

Juspatronatus laicale devolutum ad Ordinarium 131
confertur per concursum pro illa vice, ita a Sacra Congr. Concil. decisum fuisse referunt Galet. *in Margar. casuum consc. verb. jus patronatus*, Ego ipse *d. alleg. 60. n.18. in fin.* Salg. *d. tom. 1. p. 3. c. 11. n.89.* ubi attestatur, resolutum in collatione Parochialium, quæ jure devoluto conferuntur, servandam esse formam examinis per concursum, quia patronus non læditur, quia, sublato obstaculo præsentationis, & jurispatroni illa vice exclusi, res cedit ad Ordinarii potestatem, *n.* 90. subdit hoc

procedere etiam in Parochialibus jurispatronatus laicorum, in quibus non habet locum concursus, quando providentur ad eorum præsentationem per Ordinarium, & in hoc casu institutio, quam habebat Episcopus per devolutionem, resolvitur in vim plenariæ dispositionis, & collationis, secundum
132 Paris. *cons.* 344. *num.* 20. *p.* 4. contra Massobr. *in praxi*, *requis.* 1. *dub.* 22. existimantem hujusmodi Parochiam jurispatronatus laicalis ad Ordinarium devolutam, per eum absque concursu conferri posse.

Utrum autem in collatione Parochialium, facta jure devoluto, forma examinis, quæ coram inferiore requiritur, servari debeat, quæstio est dubia in qua non requiri, sed dumtaxat locum habere, quando jure ordinario Parochialis confertur, vel instituitur, colligi videtur ex his, quæ tradit Nicol. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 222. dum resolvit, quod in doctoralibus, & magistralibus præbendis devolutis ad superiorem ob non eorum factam electionem intra sex menses a jure statutos, non requiritur forma concursus, quia ea dumtaxat apposita videtur Episcopo, & Capitulo.

133 Verum requiri formam examinis per concursum tuetur nervose Salgrado *d. c.* 11. *n.*84. *cum seqq.* tum quia hoc casu devolutio fit cum omnibus suis qualitatibus, quæ a principio inerant beneficio, & ad Superiorem devolvitur cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior providere tenebatur. Gabed. *de patronat. Regiæ Coronæ c.* 22. *n.* 3. *&* 4. Lusit. *decis.* 52. *n.* 4. *& decis.*72. *n.* 9. *p.* 2. Gutier. *cons.* 1. *n.* 31. *& cons.* 2. *n.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 46. *n.* 33. tum quia natura beneficii mutari non debet, Cephal. *cons.* 358. *n.* 8. *col.* 3. Hier. Gabr. *cons.* 185. *n.* 2. *vol.* 2. tum quia superior, ad quem est devolutum, debet providere habenti qualitates a fundatore requisitas, ut plures referens tradit Perez de Lara *de anniverss. & Capellan. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 27. tum denique, quia Marescot. *l.* 1. *c.* 52. *num.* 24. *in fin.* resolvit, quod Conc. *d. c.* 18. & Motus proprius Pii V. dum loquuntur de Ordinario, habent locum etiam de Episcopo subrogato.

134 Forma Concilii Trident. *d. c.* 18. ut supra explicata circa concursum faciendum in vacatione parochialis Ecclesiæ, est ad unguem observanda, nec potest per æquipollens adimpleri, ut resolvunt Flamin. Paris *de resign. benef. l.* 8. *quæst.* 9. *n.* 86. Mossobr. *in d. praxi requis.* 17. *dub.* 4. & *dub.* 2. animadverti, formam Concilii circa concursum servandam esse dumtaxat, ubi Concilium ipsum receptum fuerit, & jam esset coacta Synodus, ac in ea electi Examinatores synodales.

135 Collatio Parochialis facta sine examine per concursum, est nulla, & irrita, & præfata Parochialis eo modo collata vacat, ejusque collatio ad Sedem Apostolicam spectat, ita Zerol. *d. p.* 1. *verb. Parochia*, §. 2. *dub.* 2. novissime Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. p.* 4. *resol.* 55. *n.* 1. Rot. *apud Farinac. dec.* 151. *in* 1. *collect. noviss.* alias *p.* 4. *diverss.* Et in foro conscientiæ non potest acceptari, aut retineri, sicut nec retineri valet beneficium provisum, non servata forma requisita a jure, ut bene resolvunt Petr. Navar. *de restitut. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 350. Salon. 2. 2. *quæst.* 5. *de dominio*, *artic.*4. & *in* Canon. *quæst.* 62. *de dominio*, *pag.* 160. Gabr. Vasq. 1. 2. *quæst.* 163. Less. *de justit. lib.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 3. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 75. *n.* 2. Ita ut 136
etiam Vicarius Episcopi, si velit subire concursum, teneatur observare formam positam a Concil. Tridentin. *d. cap.* 18. ut bene resolvunt Sbroz. *de Officio Vicarii*, *lib.* 2. *quæst.* 188. Filliuc. *tract.* 41. *num.* 439. Massobr. *in d. praxi*, *requis.* 2. *dub.* 5.

Prædictorum autem Examinatorum relationem, 137
quominus executionem habeat, nulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, vel Primates, vel Patriarchas interposita impedire, aut suspendere potest, ut statuit idem Conc. Trid. *d. c.* 18. *vers. nec prædictorum*, & per illud. notant Navar. *in man. c.* 25. *n.*139. *in fine*, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. 1. *in annot. contra nullis*, *num.* 186. *&* 209. *& d. gloss.* 6. *a num.* 163. Ugolin. *d. capit.* 50. §. 13. *num.* 1. Aloys. Ricc. *praxi rerum fori Eccles. decis.* 426. *in* 1. *edit.* alias *resolut.* 373. *in* 2. *edit. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol p.* 4. *dec.* 19. Ego ipse *alleg. num.* 104. Rot. *in Barcinonen. Parochialis*, 29. *Novemb.* 1613. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impressas *decis.* 22. *ibi* Ferentill. *sub lit. A.*

Dupliciter tamen hac in re appellari potest; pri- 138
mo a reprobatione, seu mala relatione Examinatorum: secundo, ab electione mala Episcopi, seu irrationabili ejus judicio in eligendo. Appellatio, quæ primo modo fit, idest a reprobatione Examinatorum, datur, non solum a relatione super scientia, sed etiam super idoneitate, & habilitate, sicut ex Rot. docet Aloys. Ricc. *d. dec.* 19. *n.* 1. *p.* 4. & tunc devolutivum tantum, non vero suspensivum effectum tribuit, ut resolvunt Camp. *in diverss. juris Canon. rubr.* 11. *c.* 13. *n.* 476. *post med.* Nicol. Garc. *cap.* 2. *num.* 241. tenet dari appellationem a relatione Examinatorum in Parochialibus patronatis laicorum, quando unus tantum est præsentatus, & *dub.* 7. cum eodem Garc. *præcitato c.*2. *num.* 275. subdit, appellationem a reprobatione Examinatorum dari in provisis in forma *dignum*.

Quando vero appellatur secundo modo, idest 139
a mala electione Episcopi, advertendum est, appel- 140
lationem non dari simpliciter ab electione Episcopi in concursu; non enim potest quis appellare ab irrationabili judicio Ordinarii, dum fuit approbatus ab Examinatoribus synodalibus, sicut & electus, quia tunc locus est gratificationi, *cap. cum autem*, ubi Abb. *n.* 3. & alii *de jurepatron.* Lambertin. *de jurepatron. quæst.* 5. *part.* 3. *lib.* 2. *n.* 1. Seraphin. *decis.* 152. *in fin.* Rot. *in Calaguritana beneficii de Murillo*, 13. *Novembris* 1620. coram bonæ mem. Uoaldo sen. *& in Pampilonen. Abbatiæ de Aresso*, 22. *Aprilis* 1622. coram R. P. D. Navarro, libera est enim Episcopi facultas unum ex æque idoneis eligendi, a laicis quolibet tempore præsentatum, *cap. cum autem* 24. *de jurepatron. cap. de causis*, *de offic. deleg.* non datur appellatio, nisi ubi constaret de dolo, & irrationabili ejus judicio Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 23. *&* 24. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 4. *numer.* 139. *& in annot. ad gloss.* 9. *num.* 209. Massobr. *d. requis.* 5. *dub.* 2. *n.* 42. Gregor. *decis.* 538. *ad fin.* Rot. *in Hieracen. jurispatronatus* 1. *Maii* 1722. coram bonæ

bonæ mem. Buratto, inter ejus impressas, *decis.*
625. ubi Ferentill. alias Rotæ decisiones affert.
Ratio est, quia facta electione per Episcopum, in-
141 terpretatio est facienda ad illius favorem, quod
omnia consideraverit, & magis idoneum arbitrio
suo elegerit, *arg. c. in præsentia de renunc.* Achil.
dec. 1. *n.* 4. *de confess.* Gonz. *d. gloss.* 4. *n.* 132.
142 quem refero ego ipse *d. alleg.* 60. *in fine*; ille enim
præsumitur instructus de vita, & moribus concur-
rentium, Ferentill. *in annot. ad decis.* 20. *Burat.*
quare pro ejus judicio multum præsumitur, ita ut
irrationabilitas debeat esse manifesta, ut fuit di-
ctum *in Ravennat. Paroch.* 2. *Dec.* 1592. coram
Card. Arigonio, cujus meminit Marsobr. *d. requis.*
143 5. *dub.* 2. ex *n.* 7. Quibus autem conjecturis ar-
guatur dolosum, & irrationabile Episcopi judicium
in hac materia, ostendit Aloys. Ricc. *in decis. Cu-*
144 *riæ Archiep. Neapol. dec.* 95. *p.* 4. Et quod ex fa-
miliaritate multum tollatur de præsumptione,
quæ alias esset pro Episcopo, tradit Aloys. Ricc.
d. dec. 96. *n.* 20. Rot. *in Sabinen. concursus*, 6.
April. 1609. cor bon. mem. Card. Sacrato, *& in
Urbinaten. Parochialis*, 12. *Febr.* 1629. coram
R. P. D. Verospio, *& ex d. Ravennat. Parochialis*
collegi ego ipse *in collect. ad c.* 18. *n.* 2. *in fin de ju-
repatron.*

145 Quæ quidem appellatio a mala electione, sive
irrationabili judicio Episcopi admmittitur solum
ad effectum devolutivum, non autem suspensivum,
quia interim provisus, appellatione pendente, a
Parochiali amoveri non debet, ut ex dicta constit.
Pii V. *vers. hæc tamen* notant Nicol. Garc. *d. cap.*
2. *nu.* 236. *&* 246. Beltramin. *in annot. ad decis.*
538. *Gregorii XV. num.* 7.

146 Verum hæc resolutio dupliciter limitatur, pri-
mo, quando appellatur a sententia Metropoli-
tani, seu alterius judicis appellationis revocato-
ria electionis prius factæ ab Ordinario in concursu
ad Parochiales, quia tunc datur appellatio ad ef-
fectum suspensivum, & devolutivum, ut per Gu-
tier. *Canon. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 25. Nicol. Garc. *d. c.* 2.
n. 247. Beltramin. *in annot. ad dec.* 538. *Gregor. XV.*
n. 8. & Ferentill. *ad dec.* 22. *Buratti sub littera A.*
147 Secundo, quando, facto concursu, appellatur inter
præsentatos, vel patronos laicos super pertinentia
jurispatronatus, videlicet ab institutione facta ad
præsentationem alicujus ex patronis, quo casu pos-
sessio per appellationem suspendi debet, ut fuit
dictum *in Placentina Archipresbyteratus*, 4. *Julii*
1614. coram Eminentiss. Cardin. Panphilio jun.

148 Illud hac de re nove, & singulariter adverten-
dum duxi, quod sacra Congr. Conc. *in una Urbi-
naten. sub die* 9. *Septembris* 1628. censuit, rejectum
in concursu Parochialis posse provocare præele-
ctum ad novum examen coram judice appellatio-
nis, etiam antequam doceat de irrationabili judi-
cio Episcopi, atque ita intelligendam esse Constitu-
tionem Pii V. alias dixit eadem Sac. Congreg. *in
una Montis Regalis* 2. *Augusti* & novissime *in*
149 *alia Pisana*, *sub die* 17. *Junii* 1630. pariter censuit,
rejectis, dum in concursu parochialis Ecclesiæ ap-
pellant a mala electione, dandum esse novum con-
cursum in Urbe, ad quem vocandus est præele-
ctus. Et iterum *in Reatina*, *sub die* 16. *Mar.* 1630.
censuit, rejectum in concursu parochialis posse ap-
pellare a mala electione, & permittendum esse
novum concursum in Urbe, ubi debeat vocari
præelectus ab Episcopo, sed quia in casu illius de-
cisionis sacræ Cong. præelectus noluit accedere,
eadem sacra Cong. *sub die* 17. *Aug. ejusdem anni*
mandavit significare D. Datario, ut expediret Bul-
las ad favorem appellantis, amoto a beneficio de-
tentore.

Perfecto examine juxta formam Conc. Trid. 150
præfati, & electione per Episcopum de magis ido-
neo facta, si Parochialis vacavit in mense ordi-
nario, debet ipse intra sex mensium spatium a die
vacationis ejusdem provisionis, & collationis
hujusmodi patentes litteras conficere. Si au-
tem ejus collatio Summo Pontifici, & Sanctæ
Sedi generaliter, vel specialiter, & ex quasi cau-
sa reservata, seu affecta existit, aut aliis, ex in-
dulto Sedis Apostolicæ competit, tenetur Episco-
pus personam per examen, concursu mutuo habi-
to, juxta d. Conc. Trid. formam approbatam, &
magis idoneam electam, Summo Pontif. aut iis,
ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinen-
da intra quatuor mensium spatium, a die illius va-
cationis significare, ut clare disponitur *in dict. Con-
stit. Pii V.* super collatione parochialium Ecclesia-
rum, ita ut, si intra præfixum tempus approbatam
personam, & magis idoneam non elegerit, aut
electam, ut supra non significaverit, omnimoda
ejus dispositio ipsi Summo Pontif. & Sedi Aposto-
licæ reservetur, ut *in d. Const.* latius continetur. 151

Debet parochialis Ecclesia, quamvis concursu
conferenda non sit, in titulum conferri, ac pro-
pterea est interdictum curatas Eccl. conductitiis
committi Presbyteris, *c. fin.* 21. *q.* 2. quia dicitur
in c. quoniam ne Prælati vices suas, dum Sacerdo-
tium sub hujusmodi mercede venale disponitur,
ad æternæ retributionis præmium consideratio non
habetur. Sed nec plures uni sunt committendæ Re-
ctori, quia solus per totas Ecclesias, nec officium
valet persolvere, nec rebus earum necessariam
curam impendere, ut dicit Tolet. Conc. *in c. uni-
co §. pen.* 10. *q.* 3. ita nec una Ecclesia est inter
duos dividenda, sed unum tantum habere debet
Sacerdotem, qui eam tamquam sponsam caste, &
sincere regat, ut dicitur in Remen. Concil. rela-
to *in c. sicut* 21. *qu.* 2.

In parochialibus Ecclesiis, quæ subsunt Mona- 152
chis, non Monachus, sed Clericus per Monacho-
rum tamen consilium est instituendus, *cap.* 1. *de
Capell. Monach.* Greg. Lop. *l.* 25. *verb. yglesias*,
tit. 7. *p.* 1. Paul Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 1.
Fr. Em. *qq. Regul. t.* 1. *q.* 24. *art.* 4. quamvis in
aliis possit, necessitate cogente, Religiosus insti-
tui, *c. in Parochia*, 16. *q.* 1. & sic ad arbitrium
superioris ipsorum Regularium, non autem ad ar-
bitrium Episcopi, nisi quod examinari, & appro-
bari prius ab eo debeat, ut referunt decisum Gon.
zal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 3. *nu.* 34. Piasec.
in praxi Episc. part. 2. *c.* 3. *n.* 46. *pag.* 183. & sub-
est Episcopo in omnibus, quæ ad curam pertinent
animarum, quamvis ipsi Monachi, vel Ecclesia-
stici sint ab Episcopi jurisdictione exempti, Con-
cil. Trid. *sess.* 25. *de Regular.* c. 11. ubi disponi-
tur, quod in Monasteriis, aut domibus virorum,
seu mulierum, quibus imminet cura animarum,
præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum,
seu locorum familia, personæ tam Regulares,

quam Sæculares, hujusmodi curam exercentes subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum, in quorum diœcesi sita sunt, de quo late diximus *de officio, & potest. Episc. p.3. alleg.73. n. 18.* & novissime Greg.XV. *in sua Constit. Inscrutabili, sub dat. 9.Februar.* 1622. nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, possunt deputari, nisi de eorum Ordinariorum consensu, & prævio examine per eum, vel ejus Vicarium, & Examinatores synodales faciendo, exceptis aliquibus Monasteriis, & capitibus Ordinum. Ab ipsis vero Monachis Clericus in parochiali Ecclesia ab Episcopo instituendus, præsentatur. Vide *supra, hoc cap.* 219.

153 Hanc autem de Vicariis ad Parochiales præsentationem Episcopi non admittant, nisi tantum præsentato de proventibus ipsius Ecclesiæ fuerit coram eo assignatum, unde jura episcopalia solvere, & congruam possit sustentationem habere, tum ex jure communi, *in cap. ex Lateranensi, & in cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend.* ubi notat Abb. *num.* 3. *in fine*, Azor. *institut. moral. p.* 2. *l.* 6. *c.* 29. *q.* 2. tum ex Conc. Trident. quod septem in locis hujus congruæ portionis meminit. Primo, quippe *in c.* 2. *sess.* 6. *de reform.* ibi. *Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, &c. congruæ portionis fructuum assignationem providere debent, ne cura animarum negligatur*. Secundo, *in c.* 5. *sess.* 7. *etiam de reform.* ibi. *ipsi Ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur*. Tertio *in cap.* 7. *ejusdem sess.* ibi, *cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinarium, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur*. Quarto *in c.* 2. *sess.* 21. *de reform.* ibi, *illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam Matricem quomodocumque pertinentibus*. Quinto *in c.* 6. *ejusdem sess.* ibi, *aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum ejusdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint*. Sexto, *in d. cap.* 18. *sess.* 24. *de reformat.* ibi, *idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur*. Septimo, & ultimo, *in c.*16. *sess.*25. *de refor.* ibi *illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur*. Multa tamen perscrutari oportet, antequam Episcopus hanc decernat congruam portionem, nempe qualitates, & circumstantias loci, beneficii, personarum, morum regionis, & alia quamplurima recensita a Rebuff. *in tract. de congrua, q.*8. *præcipuæ, nu.* 61. Valenzuela *consil.* 54. *a nu.* 42. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 23. *n.* 44. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 366. *a nu.* 17. *& c.* 399.

154 Qua de re post Conc. Trid. supervenit sanctæ mem. Pii V. Constitutio, incipit *Ad exequendum sub dat. Kalend. Novembr. anno Incarnationis Dominic.* 1567. quæ circa congruam portionem istam definiendam pro Vicariis Parochialium ita statuit, *& Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio facienda, se continere, & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquag. scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur, &c.* Ex qua constat quotidianas distributiones, aliaque incerta numerari in hujusmodi portione, ut animadvertit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.7. *præem. n.* 185. Et consuluit Joan.Gutier. *cons.*8. eleemosynas vero, Altarium, funeralium (addo, & aliorum similium jurium parochialium) in congrua hujusmodi numerandas non esse, recte admonuit Franc. Leo. *in thesauro fori Eccles. p.... c.*31. *sub n.*6. eo quod isthæc percipit Vicarius ex suo officio, & labore, & verba illius Constitutionis intelliguntur de obventionibus, & emolumentis, quæ sunt incerta respectu summæ, quæ in specie ignoratur; venit tamen verificanda ex eo, quod in præteritum communiter, atque ut plurimum consuevit percipi. Illud advertere oportet, quod ad sciendum, an sit Vicaria perpetua, vel temporalis, attendendus est ultimus status, Gonz. *ad reg.*8.*Cancel. gloss.*5. §.3. *n.*18. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. ubi subdit, quod si non constat de erectione tituli in Vicariam perpetuam, & non præsumitur, cum sit quid facti, non est attendendus ultimus status, nempe quod sit collata, ut Vicaria perpetua, nisi probetur spatio 40. annorum, & addit, stante Bulla unionis cum facultate ponendi Vicarium amovibilem, & decreto irritanti, requiri immemorialem.

Post Parochorum canonicam electionem, & collationem modo relato factam, deveniri debet ad parochialis Ecclesiæ possessionem, Censeretur autem acquisita, & probata possessio illius per exercitium curæ animarum, & spiritualium actuum ad Curatum pertinentium, & per actus divinorum officiorum, ac per administrationem temporalium, Feret. *cons.*2. *sub num.* 7. Menoch. *remed.*3. *retin. n.* 586. Mascard. *de probat. concl.*1180. *n.*7. Rot. *decis.*560. *sub n.*4. *part.*2. *recent.* Cavaler.*decis.*609. *n.*2. Atque per perceptionem fructuum, decimarum, primitiarum, & oblationum, Rot. *d. decis.* 560. *sub num.* 4. *part.* 2. *recentior.* refert Ludov. Post. *in tractat. mandati, de manutenendo observ.*30. *num.*1.

Animadversio.

☞ Circa scuta, de quibus sermo est in Piana Constit., licet Rota *Decis.*18. *num.*14. *part.* 19.*recentior.* & juxta eam Pitonius *part.* 2. *discept.* 46. *n.*4. senserit, intelligenda esse de moneta loci, in quo Ecclesia existit, ex posteriori tamen declaratione Innocentii XIII. Constit. *Apostolici ministerii* 23. Maii 1723. confirmata a Benedicto XIII.Constit. *In supremo militantis Ecclesiæ* 23. Sept. 1724. intelligenda sunt de argenteis juliorum decem monetæ romanæ.

Insuper, licet in dicta Innocentii Constit. declaretur laudatam Pii Constit. pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum parochialium, quæ aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis unitæ sunt, attendenda est tamen novissima Constit. Bened. XIV. ad

ad omnes locorum Ordinarios, per Italiam constitutos, *Cum semper* 19. *Augusti* 1744. *in qua* §. X. comprehensi sunt etiam temporanei; & quoad congruam, tam his, quam illis assignandam dicta Piana Constitutio redacta est ad terminos Conc. Trid.

Quia vero sæpe laudata Piana Constit. statuit in dicta respective summa scutorum centum, vel quinquaginta computanda esse omnia etiam incerta emolumenta, & alias obventiones communiter percipi solitas, ortum est dubium, an nomine incertorum veniant emolumenta ratione stolæ. Cui dubio satisfacit Pitonius *part.* 2. *discep.* 46. *num.*4. = Inter incerta (ait) alia esse, quæ sunt mere eventualia, & voluntaria, quæ pendent a sola populi devotione, quorum non esse habendam rationem pro congrua firmat de Luca de Parocho *discurs.* 18. n. 12. & alia incerta solvenda occasione Sacramentorum, vel sepulturæ, quæ sunt aliqualiter certa, quorum ratio haberi debet, cum proinde populus non possit non mori, non nasci, non baptizari, & non contrahere matrimonium, ut subjungit idem Cardinalis: ubi etiam notat, quod in plerisque parochiis nullum alium redditum habentibus, ista sola emolumenta ob populi numerositatem, adeo magnum redditum constituunt, quod sufficiat etiam ad sustentationem Collegii, cujus beneficia adeo pinguia reputantur, ut etiam pensionibus graventur =

Quoad undecim perpetuas Vicarias Urbis, idem S. Pius Constit. *Etsi omnibus* 5. *Novem.* 1571. unicuique suam respectivam taxam præscripsit: quibus præficiendi sunt tantum ex approbatis a Cardinali Urbis Vicario, prævio examine per concursum coram Examinatoribus ejusdem Urbis, ad nominationem tamen Capituli Basilicarum, & Ecclesiarum, in quibus dictæ Vicariæ constitutæ sunt.

Aliam etiam Vicariam perpetuam erexit in Ecclesia parochiali S. Mariæ in Aquiro Orphanorum Urbis, ut ex ipsius Constit. *In praclara B. Petri* 19. *Febr.* 1571. registrata *Tom. LXXX.* Bullarum ejusdem Pontificis in Archivio secretiore Apostolico Vaticano; quæ etiam asservatur in Archivio Venerabil. Hospitalis S. Mariæ Pietatis pauperum dementium Urbis. ☜

Additio.

☞ Circa Concursum ad Ecclesias parochiales, de quo in hoc cap. tractat Auctor a num. 14. ad totum 53. notanda sunt a me addita in calce hujus ejusdem capituli in Opere *Expositio* juris Pontificii.

Cum in *Cap. XVIII. Sef. XXIV. de refor.* fieri præcipiat Tridentinum hunc concursum, ac nulla in eo certa, ac peculiaris proponatur forma, seu methodus servanda pro examine concurrentium, hæc hodie statuta legitur tam in literis encyclicis Clem. XI. quam in Constit. Bened. XIV. *Cum illud* 14. Decem. 1741. in quibus, hæc servanda statuuntur.

I. Ut Episcopus, habita notitia vacationis beneficii curati, statim in ea deputet Vicarium cum congrua fructuum assignatione ad curæ onera sustinenda, donec de Rectore provideatur.

II. Ut edicto intimetur concursus, præfigaturque terminus, intra quem tantum Cancellario Episcopi, vel alii ab hoc deputato exhibeantur in Actis Concurrentium requisita. Romæ præfigitur terminus decem dierum.

III. Ut hæc redigantur in compendium, & ejus copia die concursus tradatur tam Ordinario, quam Examinatoribus, ut hi una cum illo judicium ferant, ne dum super doctrina, sed etiam super vitæ honestate, aliisque Concurrentium dotibus ad animarum curam exercendam necessariis. Romæ, si scrutinium fieri nequeat eadem die, differtur ad duos, vel tres dies, obsignatis interim responsis sigillo Eminentissimi Vicarii.

IV. Ut coadunatis Concurrentibus, omnes claudantur in eodem conclavi, unde nemo egredi, vel alius quispiam eo ingredi possit, donec confecerint intra certum, & idem temporis spatium omnibus constitutum, exhibuerintque scripta, & subscripta propria cujusque manu responsa casuum, uno, eodemque tempore dictatorum latine exarata, & sermonem, seu Oratiunculam conscriptam eo idiomate, quo ad populum haberi solet, super textu Evangelii, eodem pariter tempore omnibus tradito. Romæ proponuntur resolvendi novem Casus.

V. Ut singula responsa, & Oratiunculæ subscribi debeant ab Ordinario, vel ejus Vicario, Examinatoribus, & Cancellario Concursus.

VI. Cavetur etiam, ne peracto hoc modo concursu, collataque Ecclesia parochiali magis idoneo, ac digniori, admittatur appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur, & ne judex ad quem, possit pronuntiare, nisi secundum acta concursus, ad ipsum clausa, & obsignata trasmittenda, vel originalia, vel eorum authentica exempla confecta a Cancellario concursus, & ab altero Notario collata coram Vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, eligendo ab Episcopo, ac subscripta ab Examinatoribus, qui concursui interfuerunt. Et hoc juxta cit. Bened. Constit. diserte vetantem, posse recipi documenta cujuscumque generis post concursum expiscata; derogando hac in parte præfatis literis encyclicis id permittentibus.

VII. Quod si Ordinarius, posthabito uno, vel altero ex approbatis, parochiam contulerit magis idoneo ex informata conscientia, hanc sibi tantum notam causam per literas familiares indicabit judici appellationis; qui nec illam revelare, nec postulare poterit, ut ea juridice probetur. At si eidem Ordinario suspecta sit fides Judicis, ad quem, dictam causam aperire teneatur Præfecto Congr. Conc.

VIII. Statuitur præterea, ut si sententia Judicis appellationis sit uniformis prælectioni factæ ab Ordinario, non possit ulterius provocari; si vero fuerit contraria, possit prælectus ab Ordinario ad alium appellare; retenta tamen interim parochiæ possessione: sed ubi secundus Judex pronuntiaverit, is parochiam obtinere debeat, cui duæ assistunt sententiæ, ne cum animarum curæ jactura, justo longiores sint provocationes.

IX. Ultimo cavetur, ut semper liceat Episcopo, nulla petita a sancta Sede licentia, concursum

ſum indicere, & complere pro parochialibus, aut aliis dignitatibus animarum curam adnexam habentibus; ſive vacaverint in menſibus reſervatis, ſive ex alio capite eidem S. Sedi reſervatæ ſint: hac tamen lege, ut ſi reſervatæ tantum ſint ratione menſium, eligat magis idoneum, & Datariæ ſignificet abſque tranſmiſſione actorum concurſus, niſi ab eadem Dataria requirantur. Si vero reſervatæ ſint ex alio capite, abſtineat a ferendo diginoris judicio, & acta concurſus ultro Datariæ exhibeat. Relinquitur tamen Ordinariorum arbitrio familiaribus literis denuntiare Datario perſonam magis dignam, eumdenque monere, an occulta aliqua, & in actis juſta reticita ſubſit cauſa, quæ cuipiam obſtet ad parochiam obtinendam.

Circa tempus decem dierum Epiſcopo, & Patronis præfixum ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis Examinatoribus, in Conſt. S. Pii V. *In conferendis* 18. *Martii* 1567. §. V. iiſdem prohibetur, ne illud audeant, vel preſumant ultra alios decem dies prorogare. Verum Fagnanus in cap. XIIII. *Cum ſit cauſa de ætat. & qualitat. Præficiendor.* a n. 41, ad 46. (quidquid in contrarium ſentiat Zypæus *in Annalitica enarratione juris Pontificii novi lib. III. n. 19. de Elect.*) probat, quod licet a Tridentino Cap. XVIII. ſeſs. XXIV. de refor. præſcribatur, debere Epiſcopum intra decem dies dictos Clericos, ut ſupra, nominare, non inde ſequitur, hoc tempus præſcribendum eſſe ſtatim ab habita notitia vacationis, cum *li ſtatim*, relationem habeat ad deputationem Vicarii, non vero ad concurſum pro examine nominandorum faciendo: ideo concludit tam ex hac Decretali, quam ex Trident., & Conſtit. S. Pii V. *In conferendis*, dictum terminum decem dierum præfixum eſſe Epiſcopo pro deſcriptione Concurrentium tantum, non vero ad finem accelerandi edictorum affixionem, ac propterea, etiam juxta praxim, differre poſſe electionem uſque ad ſex menſes, ſi parochia in ſuis menſibus vacaverit, & uſque ad quatuor, ſi vacaverit in menſe, Sedi Apoſtolicæ reſervato.

In eo autem, quod Tridentinum præcipit, ut ſi prædictum examen factum fuerit, non ſervata forma ab eo præſcripta, coucurſus, & collatio nulla ſit, ut declarat circa finem cit. cap. ampliatum eſt a S. Pio V. *Conſtit.* mox cit. decernente, præter dictam collationis nullitatem hanc devolutam eſſe ad Sedem Apoſtol. ſeu ad eos, quibus jus competit parochiam conferendi.

Præterea in cit. Bened. Conſtit. §. VII. ſtatuitur, ut ſi Epiſcopus minus habilem elegerit, magis idoneis rejectis, poſſint hi a mala hac electione ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus ſit, vel exemptus, ad viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apoſtolicæ delegatum, vel alias ad eamdem Sanctam Sedem apellare, ac præelectum ad novum examen coram ipſo apellationis Judice, ejuſque Examinatoribus provocare. Verum cum ex hac appellationis forma plura ſubſequerentur abſurda, enumerata lib. XIII. *de Synod. diæc. cap. 9. num.* 19. decretum eſt a Clemente XI. per encyclicas literas ad locorum Ordinarios expeditas 10. *Jan.* 1721. inſertas in cit. Conſtit. *Cum illud*, ut ſalvo conceſſæ a S. Pio apellationis remedio, examina Concurrentium, tam quoad conſuetam Evangelii expoſitionem, quam quoad reſolutionem moralium quæſtionum eiſdem propoſitarum, non amplius fiant oretenus, ut prius, ſed ſcripto proprio eorumdem charactere exarentur, ipſorumque authentica documenta ſuper meritis, & qualitatibus inter acta concurſus ſerventur, ad effectum ea omnia in caſu interpoſitæ apellationis ad ſuperiorem Judicem tranſmittendi: qui, eis inſpectis, decernere poſſit, an recte apellatum fuerit, & an rationabiliter, aut ſecus ab Epiſcopo judicatum, abſque eo quod proviſus Eccleſiam interim relinquere cogatur.

Circa Examinatores, de quibus agit Auctor a n. 52. ad tot. 91. hi juxta Tridentinum cap. XVIII. ſeſ. XXIV. de refor. ſingulis annis in diæceſana Synodo ad minus ſex proponendi ſunt. Quod ſi ex deſignatis in ultima Synodo, durante anno, ſex ſaltem non ſupereſſent, vel ob mortem, vel ob diſceſſum a Diæceſi, in vim decreti Clementis VIII. relati a Benedicto XIV. lib. IIII. de Synod. diæceſana cap. VII. n. 7. poteſt Epiſcopus alios ſubrogare, modo prædicti ſint qualitatibus a Trid. requiſitis, & a Capitulo approbentur, qui una cum ſuperſtitibus electis in Synodo ſenos non excedant, duraturi uſque ad futuram Synodum, elapſo anno cogendam juxta cap. II. ſeſſ. XXIV.

Quæ ſi, elapſo anno, non celebretur, licet ex eodem decreto dictorum ſubrogatorum ufficium expiret, non expirat tamen munus illorum, qui electi fuerunt in ultima Synodo, dummodo ſex ex iis remanſerint. Si autem vel unus ex his deceſſerit, nullus ex ſuperſtitibus adhiberi poteſt in concurſu ad parochiales, ſed obtinenda eſt facultas unum, vel plures ſubrogandi, ut probat idem Bened. loco cit. n. 8., & 9.

Iidem autem Examinatores ex declaratione laudati Benedicti in literis encyclicis ad omnea Epiſcopos, incipien. *Cum illud* 14. Decembris 1742. ſuo deeſſent muneri, ſi doctrinæ tantum judices eſſent: ideoque, juxta etiam plura decreta ab ipſo relata lib. IV. de Synod. diæc. cap. VIII. n. 3. *edit. an.* 1755. nullus eſſet concurſus, ſi non retulerint idoneos quoad omnes ſupra enunciatas qualitates.

Quamvis vero ad eos pertineat ſimul cum Epiſcopo hanc relationem facere, non tamen ad eos ſpectat una cum Epiſcopo relatio magis idonei ex approbatis, ut declaratum eſt in dictis litteris §. XI. in quo confirmatur decretum Congr. Conc. relatum in cit. lib. IIII. de Synod. n. 6.

Circa apellationem a mala relatione præfatorum Examinatorum, de qua agit Auctor n. 137. a Trid. interdictam d. cap. 18, hodie, attentis ſupra citatis encyclicis literis Clemen. XI, & Conſtit. Benedicti XIV. *Cum illud*, permittitur, eo pari modo, quo permiſſa eſt a S. Pio V. cit. Conſtit. *In conferendis* ab irrationabili judicio Epiſcopi.

Circa præſentationem factam a patrono laico ad parochialem, de qua agit Auctor a n. 129. ad 131. in Decretali Lucii III. relata in cap. XXIV. *Cum autem de jure patronat.* ſtatuitur, ut ſi patronus laicus præſentaverit unum, & ſucceſſive, non revocata priori præſentatione, præſentaverit alterum æque idoneum, relinquendum ſit Epiſcopi judicio præferre, quem maluerit. Si vero præſenta-

sentati fuerint a patrono ecclesiastico, præferendum esse primo præsentatum.

Ex hoc tamen non inferas, posse patronum ecclesiasticum plures successive præsentare; quidquid enim sit, quod una, & eadem vice simul possit plures præsentare, non minus ac patronus laicus, ea conditione, quod Episcopus unum ex iis instituat, quem maluerit, ut cum Rocho a Curte affirmat Gonzalez ad cap. V. *Quod autem*, hoc tit. n.6. circa finem, nihilominus DD. in hoc communiter conveniunt, soli patrono laico competere facultatem plures successive præsentandi; & quidem prius unum, & postea alium tantum, & non amplius, prout servatum fuisse in praxi tum in consulendo, cum in judicando testatur Lambertinus *de Jurepatron. part.II. lib.II. quæst. 2. art.23.* Imo cum patronus laicus secundum præsentat, juxta communiorem sententiam nequit primum excludere, sed huic tantum illum accumulare, adeo ut Episcopus gratificari possit ex iis, cui vult, supposita in utroque idoneitate: circa quam, & quoad exceptiones, vide Fagnan, ad hoc cap. & Gonzal. loc. cit.

Unum hic placet addere, scilicet, quod si patronus laicus præsentavit indignum, non per hoc excidit pro ea vice a jure præsentandi; lex enim hanc pœnam imponens, loquitur de patrono ecclesiastico, ut pluribus relatis notat Benedict. XIV, *de Synod. diœcef. lib. IX. cap.VII. num. 6.* subdens, nec eamdem afficere quemlibet patronum ecclesiasticum, sed eos tantum, qui scienter indignum præsentaverint. Unde qui ignoranter id fecerit, sive sint patroni laici, sive ecclesiastici, si tempus ipsi a jure præscriptum elapsum non fuerit, possunt alium idoneum præsentare; quia cum præcedens præsentatio de jure fuerit nulla inculpabiliter, inter præsentationes computari non debet, nec ponit impedimentum; cum hoc non præstet, quod nullum de jure fortitur effectum. Neque dicendum, indigni facta præsentatione, Episcopum jure suo posse Ecclesiam ordinare; id enim verum est, si talis præsentatio facta fuisset culpabiliter, ac expirasset tempus præsentationi præscriptum. Dici etiam potest, valere institutionem alterius idonei factam ab Episcopo, si intra tempus præscriptum patronus alium idoneum ipsi prius non præsentet; secus vero, si e contra; cum enim, nondum elapso tempore, patronus adhuc jus habeat idoneum præsentandi, electio non est adhuc Episcopo in rigore juris devoluta.

Cum vero præsentari possint plures a patrono laico ad beneficium, etiam curatum, non semel ortum est dubium, an in hoc casu requiratur forma examinis per concursum, eo pari modo, quo ex Trid. cap. XVIII. sess.XXIV. de refor., & Constit. S. Pii V. *In conferendis* 18. *Martii* 1567. necessaria est in provisionibus parochialibus, tam liberis, quam de jure patronatus ecclesiastici, in quarum vacatione proponenda sunt edicta ad vocandos quoscumque, etiam non præsentatos. Cui dubio provisum satis est a Cong. Conc. a qua declaratum fuisse refert Fagnanus ad hanc eamdem Decretalem n.31. non requiri.

Addit tamen n.33. = *Declarationem Sac. Cong. non excludere hunc concursum*, sed ex mente Conc. & Constitutionis S. Pii omnes præsentatos examinandos esse, eumque instituendum, quem ex cæteris approbatis magis idoneum ad Ecclesiam gubernandam Episcopus judicaverit = Quod summopere attendendum est ab Episcopo, ne præcise sistendo in dispositione transcriptæ Decretalis, utendo libertate, sibi indultæ gratificationis, minus salubriter provideat Ecclesiæ parochiali =

An autem requiratur forma concursus, quando juspatronatus est mixtum, puta laicorum ex una parte, & ecclesiasticorum pro duabus, vide cit. Fagnan. ad cap. XXVII. *Cum propter*, hoc eodem *tit.* n. 80. dicentem, non requiri, ex declaratione S. Cong. Conc. ad Ecclesias parochiales, pro quibus juxta Tridentin. cap. XVIII. sess. XXIV. de refor. indicendus est concursus.

Quoad præsentatos a patronis ecclesiasticis faciunt responsa Benedicti XIV. ad sequentia postulata, sibi facta ab Archiepiscopo Florentino, ut in ejus Epistola Decretali, *Redditæ nobis* eidem rescripta sub die 9. Aprilis 1746.

I. An Patronus ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad beneficium curatum eum, qui inter approbatos ab Examinatoribus magis idoneus, & magis dignus est?

II. An Episcopus, ad quem spectat dare institutionem, debeat sequi judicium patroni de magis idoneo, magisque digno, an potius inquirere, rectum ne sit patroni judicium, an secus?

III. Si appellaverit, qui se digniorem esse putat, & posthabitus est, an suspendi debeat institutio præsentati, an vero hæc debeat suum effectum sortiri (paucis, idest uno verbo) an appellatio interposita locum habeat in devolutivo tantum, an potius etiam in suspensivo?

Summa autem responsorum est

Ad I. Patronum ecclesiasticum teneri in foro externo præsentare ad beneficium curatum magis idoneum, & magis dignum inter approbatos ab Examinatoribus.

Ad II. Episcopum debere beneficium conferre præsentato a patrono absque eo quod inquirat de illius judicio, si inter examinatos nemo de hoc queretur; si vero sit, qui queratur, teneri in dictum judicium inquirere.

Ad III. Admittendam esse appellationem in devolutivo tantum, interpositam ab eo, qui se digniorem existimat, & est posthabitus, non retardata possessione præsentati, si Episcopi, & patroni judicium de magis digno conveniat: si vero non conveniat, tunc si quis ex approbatis ab Examinatoribus, & tanquam magis dignus præelectus a patrono putet, se gravatum esse ab Episcopo, & ideo appellat, ejus appellationem operari debere ad effectum suspensionis; & interim Ecclesiam parochialem remanere sub Episcopo, donec lis finiatur.

Notandum, quod quamvis Constitutio S. Pii V. *Quanta* 1. *Aprilis* 1568. prohibens §. *Præcipimus*, ne Episcopi, beneficia in eorum manibus resignata, suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus conferant, alioquin irrita sit collatio, non loquatur de beneficiis vacatis per concursum conferendis, Gregorius tamen XIII. ex sententia Cong.Conc. in *Cremonensi an.*1573. ut *lib.* 1. *decretor. ejusd. Cong. pag.* 145, declaravit, eam etiam locum habere in beneficiis curatis conferendis

dis per concursum magis idoneis juxta Trident. cap. XVIII. sess. XXIV. de Refor. ideoque præfati Consanguinei, affines, & familiares non sunt admittendi ad concursum; & si fuerint admissi, quamvis reperti fuerint magis idonei, beneficium, seu Ecclesia nemini ex ipsis conferri potest, ut patet ex eodem responso per extensum relato a Benedicto XIV. *de Syn. Diœc. lib. XIII. cap. XXIV. num. 4.* Oppositum tamen dicendum, si beneficium, aut Ecclesia non vacaverit per resignationem, sed per obitum; cum enim Bulla Piana loquatur in casu vacationis per resignationem, ad illum vacationis per obitum extendi non debet: praeipue cum in hoc casu cesset illa ratio suspectarum pactionum, & fraudum, quæ in resignationibus facilius intervenire possunt. Atque ita occasione causæ Patavinæ statuit Sixtus V. cujus decretum *die 15. Junii* 1589. S. Conc. Cong. commendavit, & in posterum sic in casibus occurrentibus respondendum decrevit, ut videri potest apud eundem Benedictum ibid. *num. 5, & 6.* qui pariter animadvertit *num. 9, & 10.* Pianam Constitutionem complecti quidem, ac prohibere etiam beneficiorum permutationes, quæ mala fide, a fraudulenter coram Ordinariis fiunt, eas tamen admittere, quæ bona fide, ac seclusa omni fraude, uno verbo, quæ a canonicis sanctionibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur: quæ nimirum respiciunt utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ, aut in quibus permutantium utilitas quodammodo vergit in utilitatem Ecclesiæ.

In *Eluen. Jurisdictionis* inter alia ortum fuit dubium, septimo loco propositum Congregationi Conc. = An in concursu parochialium (sede vacante) debeat intervenire arbitrium Vicarii capitularis, vel debeat pendere ab arbitrio Capituli, facto concursu in præsentia Capituli, vel in absentia, & an debeat attendi consuetudo Regni in casu &c. = S. Cong. *die 1. Decem.* 1736. respondit = Ad VII. affirmative quoad 1. partem ad formam juris, in reliquis negative = Ut in folio dicti diei in Thesauro Resolut. ejusd. Congreg. tomo VII. pag. 352.

C A P. III.

De gravitate formidandi oneris, quod Parochorum humeris imponitur, dum illis animarum cura committitur.

S U M M A R I U M.

1 *Animarum curam gerere nihil aliud est, quam illarum esse necessario quidem laborantem, & sollicitum.*
2 *Parocho ducis nomen, & officium convenit.*
3 *Dux viatorum, qui ad Dei Regnum per iter arduum contendunt, est Parochus.*
4 *Ægrotantium multorum medicus est Parochus.*
5 *Navium gubernatoris nomen, & munus Parocho convenit.*
6 *Judex spiritualis est Parochus.*
7 *Parochus, antequam munus pascendi animas suscipiat, accurate consideret, quanti Deus illas fecerit.*
8 *Peccata aliena Parocho damnationis causa erunt, si ut verus Pastor oves suas non curaverit, aut ipsæ ejus negligentia, & incuria perierint.*
9 *Parochus Dei honorem, & lucra animarum, non bona fugacia quærere tenetur.*
10 *Animæ unius dignitas magna est.*
11 *Animæ Deo gratissimæ sunt, & earum lucrum gratissimum.*
12 *Præmium maximum, & eximium propositum est illis, qui animas a diabulo ad Deum, a vitio ad virtutem traducunt.*
13 *Ratio accurata, & exacta exigenda erit ab iis, quibus animarum cura commissa est.*
14 *Curatores salutis animarum ardentes, & seduli maxima gloria, & honore in judicio ornabuntur.*
15 *Negligentes animarum curatores gravissimas Deo daturi sunt pœnas.*

Nihil aliud omnino est animarum curam gerere ei, qui rem exacte perpenderit, quam 1
illarum Pastorem esse necessario quidem laborantem, & sollicitum, quam ipsos de suis ovibus Pastores, quibus omni æstimatione pretiosiosæ sunt tum unæ, quam alteræ. Hoc plane ex ore Christi Domini accepimus, qui quidem cum animarum nostrarum provinciam primo, & præcipuo Ecclesiæ Pastori Petro commendaret, eas sæpe oves dixit, atque ut tales illi pascendas demandavit. Quin etiam apud Ezechielem hujusmodi Pastorem plerumque nuncupat, & apud sacras Canonum institutiones, ejus, qui Pastoris spiritualis partes suscipit, pastorale officium vocatur. Caveat igitur Parochus, ne hoc nomen in Episcopis, ac cæteris Superioribus præcipuum esse cernens, sibi convenire existimet, imo ipsa præcipue veritas proximum animarum Pastorem quemquam esse, cui Parochiæ suæ proxime adhæret cura.

Nec satis est Parocho, se hominum Pastorem intueri, sed alia ex parte illorum quoque ducem, 2
& præfectum considerare oportet. Ipse ejusmodi dux armorum vi cœlum expugnaturus prævius factus, suos monere, & hortari, ac docere industriam milites eo animosius, & ardentius ad pugnam debet, quo adversarii, qui aditum impediunt, fortiores sunt, & in vincendo callidiores. Quod autem hoc ducis nomen, & officium Parocho conveniat, inficias iri non potest, qui ut debet, vitam hominum esse cum Jobus ait, militem esse fateatur: atque æterni Patris sapientia satis innuit, memorans a diebus Joannis Baptistæ cælum cælestem pati se expugnari, & Apost. in *Epistolis ad Hebræos* nos admonet, ut ad bellum nobis propositum curramus, quia etiam alibi arma ad id necessaria describit. Cum igitur animas nostras in assiduo versari bello videamus, æquum est, ut Parochus animarum se præfectum fateatur;

Præterea meminerit, viatorum se esse ducem, 3
qui ad Dei Regnum per iter arduum, perplexum, angustum, & periculosum contendunt. Quod autem viatores simus, quis dubitat, ex Christo Domino viam esse agnoscimus, qui duas nobis ante oculos proponens vias, unam quidem arctam esse docet, quæ dirigit ad vitam, alteram vero spatiosam, quæ ducit ad interitum. Ejusdem quoque rei monitus nos jubet Apostolus, videlicet dum omnes hic lutea vasa portamus, peregrinari,

ri; neque hic civitatem nos habere permanentem, sed futuram conquirere. Quæ cum ita sint oblriti per fidem omnes viatores esse confiteri, & illos profecto hujus viæ indices, & duces dicere debemus, quorum quidem potissimæ partes sunt ejusmodi semitam explorare, & docere alios.

4 Deinde manifeste verum est, ipsummet Pirochum multorum ægrotantium esse medicum, quorum ita periculosi, & diversi sunt morbi, ut qui ex illis intereunt, viventes perpetuo moriantur. Quid enim peccata præter languores animæ, atque ægritudines esse solent? Itaque David hujusmodi ægrotantem se intelligens, sanitatemque anhelans, Deum precabatur: *Sana animam meam, Domine, quia peccavi tibi*, & alibi, *Sana me Domine, quoniam infirmus sum*. Ex quo fit, ut ad ejusdem Regii Profetæ sententiam longe sit ab omnibus peccatoribus salus. Quamobrem qui animas his malis tergendi curam suscipit, medicus spiritalia optime meretur appellari.

5 Nec minus navium gubernatoris nomen, & munus cum eodem cohæret. Victores enim, re vera sunt, qui istius vitæ mare ad portum cælestis patriæ, quo conditæ eorum sunt animæ, pernavigant: cum minime fieri possit, ut alium præter hunc, qui verus, & tutus sit portus, capere valeant, ad quem, ut perveniant ob periculorum multitudinem passim naufragari contingat. Vitam vero nostram navigando periclitari probe novit S. Doctor August. idque diserte *in suis Soliloquiis*, c. 35. explicavit, sic dicens. *Infelices, hen nos, & miseri, qui per hujus magni maris fluctus, procellasque, & voragines navem trahimus, ignorantes, an ad portum salutis pervenire valeamus, guberna Domine navem nostram tua dextera clavo Crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, ne absorbeat nos profundum, sed unco Crucis retrahe nos ab hoc pelago ad te solamen nostrum*. Cum hoc, ubi jactamur, exilium mare sit, ut etiam sanctus asserit Chrysostomus super Matthæum, his verbis. *Habeamus pro mari mundum, pro navi Ecclesiam, pro velo pœnitentiam, pro gubernaculo Crucem, pro nauta Christum, pro vento Spiritum Sanctum*. Idemque censet Ecclesia Virginem Dei matrem stellam ante omnes certissimam omnibus navigantibus appellans, hinc necessario sequitur, illos animarum nostrarum gubernatores esse, qui earum custodiis, & excubiis præcipue, & in universum indulgent.

6 Tandem his aliis, hoc est spiritualis judicis accedit titulus, quod ad eum cogitationes, opera, & exempla audire pertinet, nec non & pronunciare, si perpetuum pro illis luere supplicium, aut ad tempus expugnari mereantur, ut satisfactionem quantam brevis vitæ terminus tolerare debet, ac potest, adjudicet, & imponat.

7 Cum denique hoc officium tot, ac talia contineat officia, tantaque doctrina, & experientia indigeat, æquum est, ut antequam quis illud suscipiat, accurate consideret, & ita consideratum, & susceptum diligenter exequatur. Memoria recolet, quanti Deus animas fecerit, ut cum millia millium Angelorum possideret, qui fidele semper ei obsequium præstiterunt, & quosvis alios plures suæ gloriæ participes adhuc condere potuisset, Filium suum unigenitum mittere voluerit, qui nostro indutus spolio, mortem, quam ignominiosissimam ei inferre noverunt, & potuerunt, pro illis occumberet. Cogitet etiam, quo studio, & amore ipsas præcipuo Vicario suo Petro commendaverit.

Meminerit etiam ipsæ, qui earum curam susce- 8
perit, utcumque propriis virtutibus præditus existat, aliena vitia, & peccata propriæ damnationis sibi causam fore, si ut verus Pastor, & Parochus, quantum in se fuerit, oves suas non curaverit, aut ipsæ ejus negligentia, & incuria perierint. Quod si (ut christiani hominis interest) animæ suæ bene velit, & cupiat, nunquam sibi acquiescat, intelligens, in eo salutem sibi esse positam, dum illos, quorum se medicum ipse obtulit, ægrotantes viderit, propterea jam non ei justitia ad salutem sufficit, & dicere jure optimo poterit, quamvis antea in manu sua propriæ animæ salutem positam habuerit, nunc ipsam dependere a multis, & salutem propriam, quam cum Deo dumtaxat negotiari poterat, jam deinde cum aliis involutam procurare debere etiam cum Davide, ut sibi ab alienis parcat, Deo supplicare compelli.

Dei honorem, & lucra animarum, non bona fugacia quæret Parochus, Christi sanguinem pro ani- 9
marum salute profusum præ oculis habeat. Deique præsentiam assidue cogitet, advertatque Parochos sanctitate, prudentia, zelo animarum, fortitudine, vigilantia, patientia, comitate, diligentia instructos esse oportere. In eam curam toto animo incumbat, ne se mortiferi sceleris labe inficiat, ne divinum sacrificium polluto animo per summum sacrilegium offerat, neve Sacramenta indigne suscipiat, aut ministret. In iis, quæ ad se pertinet, forti animo ferat contemni se, & maledictis proscindi, si contemptus, divino honori, saluti ejus, aut creditarum ovium noceat, non ferat, sed sedato animo justa remedia adhibeat, expleat munus suum, etiamsi id viris improbis displiceat: Evangelica enim, & Apostolica instituta carnalibus viris non placent, horum vocibus aures claudat, Christum audiat, mente reponat Apostoli dictum, *Si hominibus placerem, Christi servus non essem*.

Animadvertat, quanta sit unius etiam animæ 10
dignitas, quam nec totus aspectabilis mundus exæquare potest, quod Christus Dominus noster confirmat Matth. 16. vers. 26. *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur?* Quare & sapientissimus ille mercator Deus, qui pro mille mundis nec sanguinis guttulam dedisset, pro anima vitam cum sanguine universo libentissime profudit; paratissimus pro singulis animabus eadem, & acerbiora tormenta sustinere, quæ sustinuit pro omnibus, si operæ prætium fuisset. Hæc anima expressa Dei imago, & similitudo est, capax divinitatis, quam sola ejus cupiditas expleri potest par Angelis, filia, & sponsa Dei, hæres æternæ felicitatis, quis labor, quis sumptus pro hac recusandus?

Attendat, & reputet, quam Deo charissimæ sint 11
animæ, & earum lucrum gratissimum. Parcis, inquit Salom. Sapient. 11. v. 27. *omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas*. Hoc ingens gaudium suum declaravit *Lucæ* 15. cum ait: *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat; dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore pænitentiam agente*. S. Chrysostomus hom.

mil. 3. in Genes: *Nihil ita gratum est Deo, & ita cura, ut animarum salus*. Quod sciens Apostolus Paulus, semper charitatis flamma in proximum mirabiliter exarsit. Optavit enim, si Deus voluisset, aut fieri potuisset, anathema esse a Christo, ejusque gloria, & beatitudine divelli, ut Judæi converterentur, & salvarentur, & pro multis ipse solus hanc pœnam sine culpa sua, & Dei offensa lueret. *Optabam*, inquit ad Romanos 9. vers. 3. *ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Sic & Corinthis scribens, 1. epist. cap. 9. vers. 19. *Cum liber essem ex omnibus* (nulli obstrictus) *omnium me servum feci*, (abiiciendo me ad quamcunque indigentiam, & miseriam, accomodando me ad aliorum voluntatem, & infirmitatem) *ut plures lucrifacerem*, & vers. 22. *omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos*. Et eadem 1. Epist. capitul. 10. vers. 33. *Ego per omnia omnibus placebo* (placere fatago, ut omnes ædificem, neminem offendam) *non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant*. Qui rursus *epist. 2. ad Corinth. 7. c. 7. vers. 3.* ostendit, se tanto in illos flagrare amore, ut cum illis, & pro illis vivere, & mori paratus sit: *In cordibus nostris*, inquit, *estis ad commoriendum, & convivendum*.

12 Consideret, & perpendat eximium, ac maximum præmium iis propositum, qui animas a diabolo ad Deum, a vitio ad virtutem traducunt, Math. 5. vers. 19. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cælorum*. Servum, qui, acceptis talentis lucrum fecerat, ita Deus alloquitur Matth. 25. *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*. Qui ad aliorum salutem procurandam invigilant, propriorum peccatorum veniam impetrant, Dei gratiam conciliant, virtutem, meritum, & gloriam sibi exaugent. *Ut anima*, inquit S. Chrysostom. homil. 3. in Genes. *corpore melior est, ita hi, qui indigentibus pecunias, & facultates suppeditant, majoribus præmiis digni sunt his, qui admonendo, & continuo docendo, in viam rectam supinos, & desides inducunt, monstrando eis divinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum maleolentiam*.

13 Expendat, quam accurata, & exacta ratio ab iis exigenda sit, quibus animarum cura commissa est, *Unicuique quidem*, ut ait Ecclesiasticus cap. 17. vers. 12. *mandavit Deus de proximo suo, ut eum diligat, sicut se ipsum quisque diligit*, & proinde ut sibi ita, & illi velit efficaciter salutem, eumque pro virili portione promoveat, & qui hoc non facit, pœnæ reus est, multo tamen magis delinquunt, qui ex officio hoc præstare deberent, & exactionem rationem reddituri, & acerbiores pœnas daturi sunt, Ezech. 34. vers. 10. *Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum*. Apost. ad Hebræos. 13. vers. 17. *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*. Bene ergo argumentatur S. Augustinus homil. 7. lib. 50. *Si pro se, fratres charissimi, unusquisque vix possit rationem reddere, quin de Sacerdotibus futurum est, a quibus sunt omnium animæ exquirendæ?*

14 Ante mentis oculos ponat quanta gloria, & honore in judicio ornantur seduli, & ardentes animarum salutis curatores, Apost. 1. ad Thess. 2. vers. 19. *Quæ est enim spes, & gaudium, aut corona gloriæ nonne vos ante Dom. Jes. Christ. estis in adventu ejus? vos enim estis gloria nostra, & gaudium*. Quanta vero ignominia, in extremo judicio negligentes animarum Pastores afficientur? qua de re S. Gregorius *homil 17. in Evangelia*, monet. *Pensandum, qui opera nostra conversi, luxuriam, avaritiam, superbiam deseruerunt, quod animarum lucrum accepto talento fecerimus, quomodo in illo districto judicii examine Petrus Judæam, Paulus Mundum, Andreas Achaiam, Joannes Asiam, Thomas Indiam, a se conversam in judicis conspectu ducent, & alii alias provincias, & populos; quo tempore Sacerdotes pudefacti obmutescent, nescientes, quid dicturi sint*.

Cogitet, & ponderet, quod etiam negligentes 15
gravissimas Deo daturi sunt pœnas, Matth. 25. vers. 30. *Inutilem servum eiicite in tenebras exteriores; ubi erit fetus, & stridor dentium*. Inutilem ait, non prodigum, non dissipatorem, non fraudolentum, non impium, non sceleratum, sed otiosum, torpentem, lucrum, & quæstum animarum non facientem. Hinc & D. Prosper lib. de vita contemplat. cap. 20. *Ille, cui divini Verbi dispensatio commissa est, etiamsi sancte vivat, & tamen perdite viventes, aut arguere erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente, perierunt, perit*. Et S. Greg. hom. 11. super Ezechiel. *Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus. Et si homicida, non habet vitam æternam in se manentem* 1. Joan. 2. *quæ supplicia in animarum interfectores expendentur?*

CAP. IV.

De professione Fidei per Parochum intra duos saltem menses a die adeptæ possessionis facienda, & obedientia Romano Pontifici præstanda.

SUMMARIUM.

1 *Parochi Ecclesiis parochialibus præfecti post adeptam possessionem, intra duos saltem menses Fidei professionem emittere tenentur.*

2 *Professio Fidei potest fieri coram Vicario, etiam Episcopo non impedito.*

☞ *Vide Additionem.*

3 *Professio Fidei potest fieri per procuratorem, speciale mandatum habentem, contra citatos, num. 4.*

☞ *Animadversio.*

5 *Professio Fidei facienda est a proviso de Parochiali tam per obitum, quam per resignationem, & etiam Sede episcopali vacante, ut num. 6.*

7 *Professionem Fidei tenetur emittere etiam qui semel emisit in adeptione ulterius Parochiæ.*

8 *Provisi de Parochialibus tenentur ultro se offerre ad Fidei professionem emittendam, adeo ut non requiratur de necessitate monitio ad eam faciendam.*

9 *Provisus de Parochiali habitu, non tenetur emittere Fidei professionem, quamvis contingat illam ad actum revocari.*

10 *Provisus de Parochiali semper tenetur ad Fidei pro-*

professionem emittendam etiam elapsis duobus mensibus post captam possessionem.

☞ *Ignorantia non excusat.*

11 *Terminus duorum mensium a die captæ possessionis computandorum ad professionem Fidei emittendam, non currit proviso, qui possessionem non accipit, quamvis per ipsum stet, quominus illam accipiat.*

12 *Possessio pacifica requiritur, ut post illam currant duo menses, ad emittendam Fidei professionem præfixi.*

13 *Probare tenetur provisus, se fecisse Fidei professionem, quando Ordinarius super illam inquirit.*

14 *Parochi omittentes facere Fidei professionem, peccant mortaliter, nisi id per ignorantiam faciant.*

☞ *Vide Animadversionem.*

15 *Professionem Fidei non facientes, fructus decursos post lapsum duorum mensium a die pacificæ possessionis computandorum amittunt.*

16 *Ordinarius non potest condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem.*

17 *Provisus ante Fidei professionem non potest haberi pro præsenti in Capitulo, nisi faceret ex indulto Apostolico.*

☞ *Vide Additionem.*

18 *Professionem Fidei omittens, non potest regula de annali aut longissima possessione se tueri, quoad dictos fructus percipiendos, quamdiu professionem non emiserit.*

19 *Fructus amissos ob non factam Fidei professionem non tenetur in conscientia restituere provisus, donec condemnetur, seu sequuta sit sententia, contra citatos, num. 20.*

☞ *Vide Additionem.*

21 *Fructus amissi ob non factam Fidei professionem sunt impendendi, vel in usus pauperum, vel in fabricam Eccl.*

☞ *Vide Animadversionem.*

22 *Possessio non suffragatur Fidei professionem non emittendi quoad fructuum perceptionem.*

23 *Possessio adepta per provisum, qui tenebatur facere Fidei possessionem, est manutenibilis etiam post tempus.*

24 *Possessores non emittentes Fidei professionem, non possunt molestari super titulo, & possunt se tueri quocumque remedio possessorio, etiam reintegrandæ, ut numero 25.*

1 PArochi Ecclesiis parochialibus peræfecti, post adeptam possessionem, intra duos saltem menses Fidei peofessionem emittere tenentur, sicut Tridentina Synodus peæcipit *sess. 24. de reform. c. 12.* his verbis .; *Provisi etiam de beneficiis quibuscumque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram generali ejus Vicario, seu Officiali, orthodoxæ suæ Fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac jurent.* Formam vero dictæ professionis faciendæ ordinavit Pius IV. *in ejus Constit. incip. Injunctum, sub dat. Idibus Nov.* 1564. quam referunt Aechiepisc. Bononiens. *part. 2. in princip.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Fidei professio.* Pias. *in praxi Episcop. part. 2. c. 5. num. 26. pag.* 540. novissime Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 41.*

Potest peæfato Concilii decreto satisfieri, faciendo hanc professionem coram Vicario, etiam Episcopo non ioipedito, ut optime resolvunt Nicol. Garc. *de Benefic. p. 3. c. 3. n. 33.* Filliuc. *in qq. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 6. n. 8.* Squillante *de oblig. Cleric. p. 1. n. 92.* Ego ipse *de offic. & potest Episcop. p. 3. allegat. 61. n. 16.* advertentes, veeba illa Conc. *in manibus ipsius Episc. vel eo impedito*, &c. solum poni ad admooitionem, & denotandum, convenientius esse eam facere coram Episcopo, cessante impedimeoto. 2

Additio.

☞ Ab hoc onere oon eximuntur deputati ad beneficia cueata Ord. S. Jo. Hierosolymitani ex deceeto Cong. Conc. io Pragen. Jurisdict. 14. Jan. 1708. relato in thesaue. Resolution. ejusd. Cong. tom. IX. io Indic. dicti Tomi pag. 227. ☜

Noo solum fieri potest per seipsum, sed etiam pee Procuratorem, speciale mandatum habentem, ut resolvunt Navae. *conf. 4. sub n. 2. de sum. Trinit. in antiq. alia conf. 1 t. de jurejur. in novis* Petr. de Ledesma *in sum. p. 2. tract. 1. c. 4. post 10. concl. diffic. 6.* Azoe. *Instituт. moralium, part. 2. l. 7. cap. 2. quæst. 6.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Fidei professio* Saochez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 7.* Campan. *in diversorio juris Canon. rub. 8. cap. 3. num. 19.* Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existent, lib. 1. cap. 13. a* n. 21. Vivian *in praxi jurispatr.* lib. 15. *cap. 3. num. 27. in ultim. impress.* Novae. *in singul. Canonic. sign. 114. numer. 8.* in citato in hoc loco late, & eleganter Massobr. *in tr. de Synodo Diæcesana c. 40. dub. 40. per tot. secundum Romanam impress.* ubi disertissimis fundamentis hanc sententiam enixe pro me defendit, Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 8. q. 3. n. 11.* Ego ipse *d. allegat. 61. num.* 20. Rot. *in Varmien. Canonicatus, 13. Junii* 1608. coeam Caedio. Sacrato, ubi etiam fuit dictum, speciale mandatum ad hoc censeri datum, noo solum quando datue expressum ad faciendam Fidei professiooem, sed etiam ex mandato ad capiendam possessionem. Ratio principalis resolutionis est, quia oeque Concil. Triden. neque Constitutio Pii IV. utuntur verbis significantibus personalitatem, & propterea succedit reg. = Quicumque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per Procueatoeem, = *lib. 1. ff. de procurator. c. qui per alium, &c. potest quis de reg. jur. in 6.* tum quia id expresse colligi videtue ex *cap. optatum in fin. 100. dist.* io illis verbis, *nec aliquem, qui hanc jurejurando firmaret, miseris*, ubi Præpos. hoc expeesse notat. 3

Animadversio.

☞ Hodie corrigendi sunt asserentes Fidei *professionem* fieri posse per Procuratorem, atteota clarissima declaratione Conge. Conc. in Cathacen. sub die 25. Jan. 1726. ad secundum dubium, ut io thesauro eesolutiooum ejusdem Coogr. tom. 3. pag. 269. ☜

Contra *Addict. ad dict. conf. 11. Navarri*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. n. 169. vers. similiter* Ugolio. *de officio Episcopi, c. 50. §. 16. n. 1.* Nic. Garc. *de Benefic. part. 3. cap. 3. num. 75.* Squillante 4

de oblig. Cleric. part. 1. *num.* 91. Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 166. *n.* 22. Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 50. *num.* 3. parum religiose de me loquentem, existimantes absque bono fundamento, hanc Fidei professionem debere fieri per semetipsum, adeo ut non sufficiat fieri per Procuratorem, quorum fundamentis abunde respondet Massobr. *d. dub.* 40.

5 Amplia primo, præfatum Concilii dispositionem procedere in proviso, tam per obitum, quam per resignationem, ut per Flamin. Paris. *de resign. ben. l.* 3. *qu.* 9. *in princ.* Ricciul. *d. l.* 1. *cap.* 13. *n.* 17.

6 *Secundo* amplia in proviso, Sede episcopali vacante, Nic. Garc. *dict. c.* 3. *n.* 24. Squillante *dict. part.* 1. *n.* 94. Ego ipse *d. alleg.* 61. *n.* 17. & 18. Ricciul. *d. c.* 13. *n.* 15. qui etiam resolvunt, non sufficere facere hujusmodi professionem coram Capitulo, sed coram ejus Vicario.

7 *Tertio* amplia etiam in eo, qui semel emisit Fidei professionem in adeptione alterius similis Parochialis, ut per Ugolin. *d.* §. 16. *in princ.* Azor. *d. part.* 2. *l.* 7. *c.* 2. *q.* 8. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 17. ubi *in addit. sub n.* 18. id procedere ait etiam in eo, qui denuo adipiscitur Parochialem, quam antea habuerat, & amisit, Squillante *d. par.* 1. *n.* 90. Campan. *in divers. juris Canon. rub.* 8. *c.* 3. *num.* 20. Ricciol. *d. c.* 13. *n.* 19. Sigismd. a Bononia *d. dub* 50. *n.* 4. Tambur. *d. q.* 3. *n.* 8. Mochado, *d. docum.* 4. *n.* 5. plures refero ego ipse *d. alleg.* 61. *n.* 8.

8 *Quarto* amplia, seu potius declara, ut provisi teneantur ultro se offerre, adeo ut non requiratur de necessitate monitio ad faciendam Fidei professionem. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 19. & 29. Ricciul. *d. c.* 13. *n.* 18.

9 Limita in Parochiali habitu, utpote quia olim habuit Parochianos, sed nunc habere desiit, de ea enim provisus non tenetur Fidei professionem emittere, cum de illa judicetur, perinde ac si esset beneficium simplex, gloss. *verb. Parochialis Ecclesia, vers. quod si Ecclesia, in c. licet canon. de elect. l.* 6. Feder. de Senis *cons.* 183. *per tot.* & præsertim *n.* 1. *vers.* & *posito* Rebuff. *in praxi, tit. de promotis intra annum, n.* 34. Ricciul. *in terminis, d. l.* 1. *c.* 14. *a n.* 2. Quod adeo verum est, ut si contingat hujusmodi Parochialem habitu ad priorem statum revocari, videlicet quia Parochiani redeunt ad habitandum, etiam tunc provisus de illa, minime tenebitur emittere Fidei professionem, ut optime resolvit Ricciul. *dict. l.* 1. *c.* 15. *per totum*, quia quando Ecclesia revertitur ad pristinum statum, titularis non dicitur de novo provideri, sed continuare, & persistere in antiqua provisione, qui casus non videtur comprehensus in Concilio, cujus dispositio tanquam pœnalis convenit restringi magis, quam dilatari *c. statutum de elect. l.* 6. *c. in pœnis*, & *c. odia, de reg. juris, eodem l.* qui enim continuat, non attentat, gloss. *in Clement.* 2. *ut lite pend.* Natt. *cons.* 606. *n.* 13. *l.* 3. plene Lancellot. *de attent. part.* 2. *c.* 4. *limit.* 1. *n.* 2.

10 Datus est terminus duorum mensium ad minus a die captæ possessionis computandorum pro hac Fidei professione emittenda, ut decrevit Conc. Trident. loco citato, non tamen si intra præfatum tempus non fiat, ob id facere debens, solutus remanet ab obligatione illam in posterum emittendi, sed nihilominus semper ad eam faciendam tenetur, quia hujusmodi terminus a Concilio assignatus, non est præfixus ad remittendam, ac terminandam obligationem, sed ad differendam pænam, ita Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 119. *n.* 7. Petr. de Ledesm. *d. c.* 4. *post.* 10. *conclus. differ.* 3. Azor. *d. part.* 2. *l.* 7. *cap.* 2. *q.* 5. Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 29. Aloys. Ric. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 220. *num.* 4. *part.* 1. Anton Ricciul. *d. cap.* 13. *n.* 37. Tamburin. *d. q.* 3. *nu.* 9. Squillante *d. p.* 1. *nu.* 96. Ego ipse *d. alleg.* 61. *num.* 22.

Non currit proviso, qui non accepit possessio- 11
nem, quamvis per eum stet, quominus illam accipiat, ut tenet Nicol. Garc. *dict. c.* 3. n. 32. quem refero ego ipse *d. alleg.* 61. *n.* 25. addo Anton. Ricciul. *dict. c.* 13. *n.* 50 ubi *n.* 62. dicit, quod ad effectum, ut incipiant currere præfati duo men- 12
ses, non sufficit adeptam fuisse possessionem, sed requiritur pacifica possessio, *n.* 63. subdit possessionem dici pacificam, si sit pacifica respectu curæ, in cujus exercitio non fuerit statim turbatus de jure, vel de facto, sed in eo steterit sine turbatione per unum, vel duos menses absque molestia, quamvis illa pacifica possessio deinde non duret continuo, nec sit pacifica respectu omnium fructuum, seu majoris partis ipsorum.

Probare autem tenebitur provisus, se fecisse Fi- 13
dei professionem, quando Ordinarius super illam inquirit ex officio, ut per Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 3. *n.* 48. *cum seqq.* Ricciul. *d. cap.* 13. *n.* 40. Emissa vero creditur, si pars dicat illam fecisse, dummodo collatio beneficii sit decennalis, ita Campan. *d. c.* 3. *a n.* 24. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.* 681. *in* 1. *edit.* alias *resolut.* 580. *in.* 2. Ego ipse *d. allegat.* 61. *num.* 21.

Contra Parochos omittentes facere Fidei professionem imponuntur plures pœnæ.

Prima est peccati mortalis, ut colligitur ex 14
Conc. Trid. *d. c.* 12. quod utitur gravibus verbis, & infert gravem pœnam, quo casu obligat ad culpam mortalem, juxta notata *in cap. nam concupiscentiam, de Constitut.* ita Petr. de Ledesma *d. tract.* 1. *c.* 4. *concl.* 10. Fr. Emman. *d. c.* 19. *num.* 7. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 65. *in fine* Squillante *d. p.* 1. *num.* 95. Sanch. *d. l.* 2. *c.* 5. *ante n.* 2. Verum si Parochus per ignorantiam, incogitantiam, seu inadvertentiam illam non fecerit, mortaliter peccare non videtur, cum bona fide legem humanam transgrediens, mortale peccatum non committat, sicut resolvunt Navar. *consil.* 2. *de summa Trinit. decis. in antiq.* alias *cons.* 12. *de jurejur. in novis* Sayr. *in floribus, dec. sub illo tit. de summa Trinit. dec.* 3. Azor. *d. c.* 2. *q.* 2. Flamin. Paris. *de resign. benef. l.* 10. *q.* 9. *n.* 8. *cum seq.* Sanch. *d. l.* 5. *c.* 13. *num.* 5. Ego ipse *d. alleg.* 61. *num.* 29. Aloys. Ricc. *d. part.* 1. *decis.* 220. *a num.* 6.

Animadversio.

☞ Non videtur excusandus Parochus, omittens professionem Fidei ob ignorantiam, quandoquidem sub gravi pœna id onus a Trid. cap. XII. sess. XXIV. injungitur, & cæteroquin cum Parochus ratione sui status hoc scire teneatur, sequitur, hanc ignorantiam etiam sub gravi illi esse imputandam. Nec opinio Navarri citati est in sensu absolutæ ignorantiæ, sed in facti specie cujusdam Canonici, qui

qui omisit Fidei professionem, non quia ignoraverit ad eam teneri, sed quia bona fide credidit, se huic oneri satisfecisse, ex quo eam emiserit in receptione doctoratus, antequam adeptus esset canonicatum, eamque postea iterum emiserit una cum Episcopo in Synodo, ut videre est in cit. cap. XII. de jurejurando. ☜

15 *Secunda* pœna est fructuum amissio, quam expresse statuit Conc. Trid. *d. c.*12. decursorum scilicet post lapsum duorum mensium, non vero in ipsis duobus mensibus, secundum Nicol. Garcias *d. p.*3. *c.*3. *n.*39. quem refero ego ipse *d. alleg.*61. *n.*23. Aloys. Ric. *d. p.* 1. *decis.* 200. n. 10. Non enim facta professio proficit ad recuperandos fructus amissos post dictos duos menses, sed tantum ad quærendum futuros, ut per Navar. *dict. cons.*4. *alias* 11. *n.*3. Flamin. Paris. *d. lib.*10. *q.* 9. n. 12. *& seq.* Nicol. Garc. *d. c.*3. *num.*30. Ricciul. *d. c.* 13. *num.*39. Ego ipse *dict. alleg.*61. *n.* 23. Rot. *in Oveten. mercedis* 12. *Decembris* 1605. coram Rev. D. meo Coccino Decano, impressa post tract. Alexandri Monet. *de destribut. quotid.*

16 Quæ pœna procedit usque adeo, ut nec Ordinarius possit condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem, quia Ordinarius non potest remittere pœnam inflictam a Concilio, nisi in casibus ibi expresse permissis; Navar. *cons.*3. n. 1. *de Cleric. non resid.* ita docent Paul. Fusc. *de visitat. libr.*2. *cap.*3. *num.*14. *in fine*. Nicol. Garc. *d. c.*3.
17 *num.*53. Ego ipse *d. alleg.*61. *num.*32. Neque ante Fidei factam professionem provisus potest haberi pro præsente in Capitulo, secundum Nicol. Garc. *d. cap.*3. *num.*50. Rot. *in d. Oveten. mercedis.* Ricciul. *d. lib.*1. *cap.*16. *num.*8. ubi *num.*9. declarat, nisi forte hoc factum fuisset ex indulto Apostolico, non solum explicite concedendo, ut possit percipere fructus ante factam Fidei professionem, sed etiam implicite; nempe si paulo post provisionem concedatur sibi indultum de percipiendis fructibus in absentia.

Additio.

☞ Fructus male percepti ob omissionem professionis fidei condonari solent a Sede Apostolica, si omissa fuerit, vel male emissa bona fide, injuncta aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi, vel Confessarii juxta plura exempla relata in folio Congreg. Conc. 13. Aprilis 1728. in Toletana pag. 175. cum onere eam emittendi, vel repetendi, si male fuerit emissa, coram Episcopo, & Capitulo juxta decreta in supradicto thesauro tom. VIII. pag. 219. 6. Octobris 1738. in Capuana Profess. fidei.

Ita tenentur eam repetere qui ex Indulto Cong. Conc. illam emiserunt coram Urbis Vicario, quando ob locorum distantiam coram Episcopo, & Capitulo intra duos menses a die provisionis emittere non poterant, ut de praxi testatur Bened. XIV. Institut. Ecclesiast. VI.

Non tenentur autem repetere, si eam emiserunt Romæ coram Datario, neque omittunt fructus, ex Decreto dictæ Cong. 26. Maii 1739. in Toletana ad dub. IV. in folio ejusdem diei in cit. thesauro pag. 162. ☜

18 Nec Fidei professionem omittens, potest regula de annali, aut longissima possessione se tueri, quoad dictos fructus percipiendos, quamdiu professionem non emiserit, ut resolvunt Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*8. *q.*9. *num.* 122. Fr. Emman. *in Sum. tom.*1. *c.*119. *num.* 7. Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *num.*34. Prosper de Augustino *d. verb. beneficiorum possessio*, *lit.* 3. *in fine*. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.*220. *num.*14. *part.*1. Ricciul. *d. c.*16. *num.*13. Ego ipse *d. alleg.*61. *n.*26.

Additio.

☞ Illam omittens, neque juvatur Regula XXXVI. de triennali, cum hæc constituta sit non ad obviandum hæresibus, ut inductum est onus professionis fidei, sed ad convalidandum dumtaxat titulum, possessionem, cæteraque beneficii jura, quibus provisus minime privatur per dictam omissionem, ut ex decreto laudatæ Cong. 2. Septembris 1591. relato a Gallemart. ad Tridentin. cap. XII. sess. XXIV. de Refor. n. 7. & ex altero relato in mox cit. Catbacen. ☜

Non tenetur tamen in conscientia fructus sic a- 19
missos restituere, donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria, ut per Navar. *cons.* 3. *n.*1. *de sum Trinit. in antiq. alias cons.*12. *num.*1. *de jurejur. in novis* Fr. Emm. *q. Regul. tom.*2. *quæst.*72. *art.*3. Ego ipse *d. alleg.*61. *num.*28. Sanchez *dict. cap.*5. *num.*10. Ratio est, quia Concilium *d. c.*12. est pœnale, ac proinde etiamsi pœnam ipso jure irroget, non obligat in foro conscientiæ.

Contra Azor. *d. cap.*2. *q.*1. *in fine*. Petr. de Le- 20
desma *d. tract.*1. *cap.*4. *conclus.*10. *diffic.*1. Nicol. Garc. *d. c.*3. *n.*35. Squillante *d. p.*1. n. 98. Ugolin. *d.* §.16. *num.*4. Ricciul. *d. cap.* 13. *num.* 43. existimantes intra dictos duos menses Fidei professionem non emittentes ita fructus suos non facere, ut in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interveniente aliqua sententia.

Additio.

☞ Hæc secunda sententia est verior, cum hujusmodi pœna non sit privatio, & proprie pure pœnalis, privans jure perfecte quæsito, sed conventionalis, & imperfecte ob defectum conditionis. Thesaur. de pœnis Ecclesiasticis cap. 1. Verb. fidei professio n. 2, & 3. ☜

Sed cui assignandi, & applicandi sint fructus 21
amissi ob non factam Fidei professionem, cum id Conc. non determinet, solet ab aliquibus in dubium revocari: in quo communis omnium fere sententia tenet, eos esse impendendos vel in usus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ, sicut fructus eorum, qui non resident, per *c.*1. *vers. si quis autem, sess.*23. *de reform.* firmant Paul. Fusc. *de visit. l.*2. *c.*13. *n.*4. Lzl. Zech. *de benefic. & pension. cap.*1. *n.* 4. *vers. quod si Parochiales*. Flamin. Paris. *d. lib.*10. *quæst.*9. *num.*123. *& seq.* Nic. Garc. *d. cap.*3. *num.*36.

Additio.

☞ Hæc sententia locum habet quoad Parochum, ac Canonicos omittentes dictam professionem, quoties hi habent fructus distinctos, & separatos a massa capitulari, non vero quando habent a massa communi; tunc enim distribuendi sunt inter cæteros Canonicos, prout refertur in supracitata causa Toletana ☜

Ter-

22 *Tertia* pœna est, ut possessio minime suffragetur
isti Fidei professionem non emittenti, ut habetue
*in d.c.*12. *Concil. Trid.* quod non tollit omnino pos-
sessionem, sed impedit ejus effectum quoad fru-
ctuum perceptionem, ita Navae. *conf.*5. *in antiq.*
alias 3. *in novis*, *de verb. signific.* & *conf.* 7. & 8.
de jurejur. Saye. *in floribus*, *decis. sub illo tit. de*
verb. signific. dec. 6. Sanchez *d. lib.*2. *c.*5. *num.*10.
Azor. *d. cap.*2. *q.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 61. *n.* 26.
Rot. *in Varmien. Canonicat.* 28. *April.* & 13. *Junii*
1608. & 4. *Febr.* 1611. coram bonæ mem. Card.
23 Sacrato, ubi etiam fuit resolutum, possessionem a-
deptam pee provisum, qui tenebatue facere Fidei
peofessionem, esse manutenibilem etiam post tem-
pus, & *in Tiburtina Parochialis*, 27. *Junii* 1629. co-
24 ram R. P. D. meo Pirovano, ubi quod ita censuit
Sacra Congeegatio ejusdem Concilii in illa causa.
Unde infertue, tales possessores juvari reg. de
triennali, quia Concilium non tollit neque titulum,
neque possessionem, peæteequam ad effectum lu-
crandi fructus, ut bene scribunt Flam. Paris. *d.l.*10.
*q. ult. n.*4. & *seq.* Sanchez *d. c.*5. *num.*9. Ricciul.
*c.*16. *num.*12. quod verum intelligit ad effectum,
ne possit molestari supee titulo, & ad hoc possit
25 se tueri quocumque remedio possessorio, secus ve-
ro, ut possit consequi fructus, ut supra ostendimus.

Deinde infertur, talem possessionem suffragari etiam remedio reintegrandæ, dummodo ad illud non agatur respectu fructuum, ita Ricciul. *d. cap.* 16. *num.* 4.

C A P. V.

De Sacerdotio per Parochos suscipiendo infea annum a sibi commissi regiminis tempore numerandum.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus eenetur se facere ad Sacerdotium promoveri infra annum a sibi commissi regiminis tempore numerandum.*

Declaratur texe. in capit. licet canon. de elect. in 6. *ibid.*

2 *Parochialis Ecclesia conferri potest illi, qui Sacerdos non est eempore provisionis, si tamen in ea sit aeate, & alias idoneus, ut intra annum possit promoveri ad Sacerdotium.*

Beneficium curatum obtinens, non tenetur esse Diaconus, aut Subdiaconus. ibid.

☞ *Vide Animaversionem.*

3 *Declaratur text.* in cap. si peo Cleeicis 8. de præbendis lib.6.

4 *Parochialis, qua daeur in commendam, debet Sacerdoti conferri, qui statim possit per seipsum ei deservire.*

5 *Annus, intra quem provisus de parochiali eenetur ad Sacerdotium se facere promoveri, incipit a tempore suscepti regiminis, & pacifica possessionis.*

6 *Possessionem pacificam habere dicitur ille, qui nedum illam tenee ratione beneficii, & tituli, seu exercicii, & curæ, sed etiam bonorum, & fructuum beneficii, seu majoris partis.*

7 *Possessionem beneficii pacificam non videtur pacifice adeptus, qui statim ex ea fuit deturbatus, seu lis ei fuit mota.*

8 *Provisus de parochiali, si illius possessionem aliquando, idest saltem per duos menses obtinuit sine litigio, eenetur infra annum ad Sacerdotium promoveri, & sufficit, quod semel cœperit pacifice possidere, quamvis postea lis ei moveatur.*

9 *Pœna eorum, qui intra anni spatium ordinati non sunt ad Sacerdotium, quando beneficium obtinent parochiale, est privatio illius ipso jure.*

20 *Declaratur* cap. cum in cunctis §. inferiora, veeb. admoniti *de elect.*

11 *Parochialem obtinens, & intea annum non faciens se ad Sacerdotium ordinari, beneficium in conscientia retinere non potest, ad fructusque restitutionem tenetur.*

12 *Beneficium vacans per non promotionem ad Sacerdotium intra annum, licet possit per alium impetrari, possessio eamen in conscientia non vacat, quousque spolietur.*

13 *Beneficio privato, eo quod intra annum ad Sacerdotium non se promoveri fecit, non poterit ea vice id beneficium iterato conferri.*

14 *Fructuum ad restitutionem tenetur, qui parochialem suscepit animo absoluto eam dimittendi, & non suscipiendi Sacerdotium.*

☞ *Vide Additionem.*

15 *Beneficium curatum recipiens animo assumendi Sacerdotium intra annum, non tenetur fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit mentem, restituere, quamvis postea mutata voluntate, minime promoveatur intra annum ad Sacerdotium.*

16 *Parochialem Ecclesiam adeptus, si infra annum Sacerdos factus non est, potest illi cedere aut in favorem resignare ultimo die anni, dummodo absque dolo, & fraude id faciat.*

17 *Pœna* cap. licet canon. de elect. c. 6. *non habet locum, quando parochialem obtinens, justo impedimento intra annum non potuit promoveri; quid si impedimentum proveniat sua culpa, ostenditur, & num.*20.

18 *Impedito non currit tempus.*

☞ *Vide Animadversionem.*

19 *Parochus intra tempus, quo promoveri tenetur, legitime impeditus, cessante impedimento, quoad utrumque forum non alium annum integrum, sed tantum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit, ad promovendum acquirit, & quid si culpa sua non se promoveri fecit, n.*20.

21 *Parochialem Ecclesiam adeptus, si intra annum non faciat se ad Sacerdotium ordinari, an excusetur, si impedimentum interveniat eo tempore, quando ordinari non potest, scilicet in fine anni, ostenditur.*

22 *Dispensare potest Episcopus de jure communi cum habentibus Parochialem causa studii, ne usque ad septennium ad Sacerdotium promoveatur, & quid post Conc. Trident. ostenditur.*

☞ *Vide Additionem.*

23 *Licentia de non promovendo ad Sacerdotium usque ad septennium causa studii hodie non conceditur.*

24 *Annum, intra quem Parochialem adeptus tenetur ad Sacerdotium se promoveri facere, an possit Episcopus prorogare, ostenditur.*

25 *Pœna privationis ipso jure, de qua* in cap. licet canon. de elect. l. 6. *non habet locum in Ecclesiis, etiam parochialibus, si Collegiata sint.*

26. *Mi-*

26 *Mixenm non continetur appellatione simplitis .*

27 *Jura loquentia de parochialibus non habent locum in Collegiacis curatis .*

28 *Beneficiorum appellatione in generali dispositione qualificata beneficia sæpe non includuntur .*

29 *Parochiali Ecclesiæ habien cantum , & non actu Parochianos babenti , qui præficitur , non tenetur intra anni spatium Presbyter fieri .*

30 *Parochialis babitu regulatur ad modum beneficii simplicis .*

31 *Pœna* cap. licet canon. de elect. lib. 6. *non habet locum in Decanis , Præpositis , Abbatibus , Prioribus , & Archipresbyteris , curam animarum , sed non parochialem Ecclesiam habentibus.*

32 *Pœna ejusdem* capit. licet canon: *non babet locum in parochialibus Ecclesiis accessorie unitis.*

33 *Canonicatus , vel alia beneficia sacrum Ordinem requirentia, præter parochiales obtinentes, non incurrunt pœnam privationis , de qua* in capitul. licet canon. de elect. in 6. *si intra annum non susceperunt Ordinem requisitum, annexum suis beneficiis .*

34 Cap. licet canon. de elect. l.6. *solum procedit in Parochialibus .*

35 *Parochialem Ecclesiam insufficientem ad victum obtinens, non tenetur se promoveri facere ad Sacerdotium infra annum , sed eam dimittere cogitur .*

1 INfra annum a sibi commissi regiminis tempore numerandum, debet Parochus se facere ad Sacerdotium promoveri , quod si infra id tempus promotus non fuerit , Ecclesia sibi commissa , nulla etiam præmissa monitione, est ipso jure privatus , ut disponitur expresse *in c.licet can.* 14. *de elect. l.6.* & late docent Rebuff. *in prax. tit. de non promot. intra ann.* Navar. *in man. c.* 25. *nu.* 118. *vers.* 8. & *consil.* 1. *in antiq. alias* 12. *in novis de rescript.* Sayr. *in flor. dec. sub eod. tit. decis.* 1. ubi quod ignorantia non excusat, Hojed. *de incompat. benef. part.* 1. *c.* 24. *n.* 19. Spin. *in spec. testam. gloss.* 4. *prin. n.* 65. Petr. Henriq. *consil.* 9. *n.*7. Morl. *in emptorio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 9. *n.* 45. ubi intelligit text. *in d. c. licet canon.* quod necessario requiratur sententia ad omnimodam privationem, per glos. celebrem, *verb. justo impedimento cessante, in c.commissa de elect. l.6.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 8. *q.* 2. Aloys. Ricc. *in coll. dec. par.* 5. *collect.* 1988. Ugol. *de off. Episc. c.* 25. §. 2. Gozal. *ad reg. Cancell.* 15. *n.* 17. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 4. *n.* 3. & *n.* 52. *cum seqq.*

2 Hinc notabis obiter, parochialem Ecclesiam conferri posse ei , qui Sacerdos non est tempore provisionis , si tamen in ea sit ætate , & alias idoneus, ut intra annum possit promoveri ad Sacerdotium , sicut colligitur ex *c. cum in cunctis* , §. *inferiora , de elect.* & *ex c.* 2. *de instit. l.* 6. notant Rebuff. *in praxi tit. requisita ad collationem bonam n.* 34. Roch. *de jurepatron. verb. honorificum* , n. 24. Rolan. *cons.* 47. *n.* 59. *l.* 1. Unde S. Cong. Conc. teste Garc. *de benef. p.*7. *c.*4. *n.*48. censuit, obtinentem beneficium curatum , non teneri esse Diaconum , aut Subdiaconum , sed intra annum debere promoveri ad Sacerdotium. Et sic primam Tonsuram sufficere , & requiri tempore provisionis per text. *in c. ex literis , de transact.* ibi *nondum fuisse consuratum* , &c. decent Abb. *ibi* , & Rebuff. *loco prox. cit. num.* 33.

Additio .

☞ Ex praxi, teste Fagnano ad cap.V. *Praeterea* de ætate , & qualitate Præficiend. n. 8. Parochialis Ecclesia conferri potest sine ulla dispensatione, etiam Prima Tonsura tantum initiato , si intra annum obtentis dispensationibus pro temporum interstitiis, promoveri se faciat ad Presbyteratum: idque probat ex decreto Cong. Conc. approbato a Clem. VIII; consulta enim = an matrimonium contractum coram Parocho, adhuc intra annum ad Sacros non promoto , sed prima tantum Tonsura initiato , sit validum , nec ne , censuit esse validum . ☜

Non obstat *text. in c. si pro Clericis* 8. *de preb.* 3
l. 6. ibi , *nec de effectu Ordinum in eisdem literis mentio habeatur*; quia verba hæc intelligenda sunt de defectu materiali, vel simplici carentia Ordinum sacrorum, non vero de defectu formali , quasi aliquid deficiat de jure necessarium , atque ita facile cessant plura , quæ circa illum text. disputant scribentes, ut per Bero *in c. ad aures* , *n.* 26. *de rescrip.* Rebuff. *tit. forma mandati* §. *volentes , verb. pro expressis , vers.* 24. & alios , de quibus Roland. *cons.* 47. *n.* 57. *l.* 1.

Intellige autem *primo* , seu potius declara, omnia 4
supradicta procedere in ea Parochiali , quæ datur in titulum; illa namque, quæ datur in commendam, debet Sacerdoti conferri , qui statim possit per se ipsum ei deservire , ut expresse probat *c. nemo deinceps , de ele. l.* 6. Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *q.* 7. quem refero Ego ipse , *de off. & pot. Ep. p.* 3. *all.* 59. *n.* 23.

Secundo intellige, annum præfatum , intra quem 5
Parochialem adeptus , se ad Sacerdotium promoveri facere tenetur , incipere a tempore suscepti regiminis , & illius pacifice possessionis , ut decidit tex *in c. commissa* 35. *vers. annus autem de elect. l.* 6. ex quo notarunt Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 10. *n.* 113. & §. 36. *glos.* 3. *n.* 5. Cal. Per. *de renovat. emph. q.* 5. *n.* 31. Azor. *inst. mor. p.* 2. *l.* 7. *c.* 16. *q.* 11. & obtinentibus Dignitates , Præbendas , aut portiones , qui infra annum initiari tenentur iis Ordinibus , quos hujusmodi Præbendæ, seu Dignitates requirunt , idem censuit S. Conc. Congr. his verbis , *die* 13. *Septembris* 1631. *Sacra Congr. Cardin. Conc. Trident. Interpretum respondit , annum de se promoveri faciendo ad sacros Ordines computari debere a die habitæ possessionis , dummodo per provisum non steteric , quo minus antea possessionem perceperit* , R. Cardin. Ubaldinus , Franc. Paulutius , Sac. Cong. Conc. Secr. quam declarationem originalem , & authenticam vidi , & præ manibus habui .

Ille dicitur habere pacificam possessionem , qui 6
nedum illam habet ratione beneficii, & tituli , seu exercitii , curæ , sed etiam bonorum, & fructuum beneficii , seu majoris partis eorum , gl. *verb. pacificam vers. licet possess. in d. c. commissam* , Rebuff. *In tract. de pacific. poss. n.* 168. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 582. Nic. Garc. *de benef. par.* 11. *cap.* 5. *num* 123.

Non videtur tamen adeptus fuisse pacificam be- 7
neficii possessionem , qui statim ex ea fuit deturbatus , seu super illa lis mota , gl. *d. verb. pacificam*

cam

cam verf. quod si in continenti. Tiraq. *in l. si unquam verb. susceperit liberos*, *n.* 149. & 185. *C de revoc. don.* Bell. *decis.* 169. Cassad. *decis.* 9. *de causa poss.* Hojed. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 13. *n.* 40. & 80. Masc. *de probat. concl.* 143. *num.* 42. Flamin. Paris. *de resig. benef. l.* 3. *q.* 1. *n.* 130. ubi *num.*131. subdit, quod relinquitur arbitrio judicis, quomodo interpretetur verbum illud *in continenti*,
8 Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. *nu.* 115. Verum si provisus de Parochiali, possessionem illius aliquandiu, idest saltem per duos menses, obtinuit sine litigio, tenetur infra annum ad Sacerdotium promoveri, & sufficit quod semel cœperit pacifice possidere, quamvis postea lis ei moveatur, ita gl. *d. ver. pacificam*, *in verf. si autem possessionem* Staphil. *de lit. grat. tit. de qualit. & statu benef.* §. *hujusmodi n.* 12. Sarn. *in reg. de triennali*, *q.* 53. *verf. & ideo* Petr. Greg. *de re benef. c.* 25. *num.* 10. quidquid dicat Nicol. Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *n.* 118. ubi tamen *n.* 121. refert Sacr. Cong. Episcopo Veronen. sic respondisse. *Obtinentes parochialem Ecclesiam per provisionem Sedis Apost. habentes liberum curæ exercitium, & omnium bonorum fructuum, & proventuum possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tenetur se promoveri facere intra annum, lite pendente* Et iterum sic. *Quod si beneficium esset litigiosum, & curam animarum haberet, tenebitur obtinens sacros Ordines suscipere, si modo liberum habeat Curæ exercitium.* In casu tamen particulari excusaretur Parochus pacifice possidens, si sacris Ordinibus se initiari non fecerit, ut in seq. declaratione, quam ad literam refert Nicol. Garc. *dict. tract. p.* 3. *c.* 4. *n.* 9. *parochus, si eo morbi genere teneatur, ut ad functionem sui Sacerdotii, nec ad res divinas per se obeundas minus idoneus esse videatur, non tenetur, durante talis morbi genere, sacris Ordinibus se initiari facere.*

9 *Tertio* intellige pœnam eorum, qui intra anni spatium ordinati non sunt ad Sacerdotium, quando beneficium obtinent parochiale, esse privationem illius ipso jure, ut probat text. *in d.c. licet canon*, *verf. quod si*, ibi, *nulla etiam præmissa monitione sint præsentis constitutionis auctoritate privati*, & docent Rebuf. Navar. Hojed. Gonzal. & alii, quos supra citavi, *n.* 1. Petr. Gregor. *d. c.* 25. *n.* 8. Azor. *d. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *quæst.* 11.

10 Quibus tamen non leviter obstat text. *in d. c. cum in cunctis* §. *inferiora* ibi, *moniti* juncto, ibi, *removeantur*, quod verbum non latam sententiam, sed ferendam importat, per ea, quæ late tradit Tiraquel *in l. si unquam verb. revertatur*, *ex n.* 132. Quare Doctores communiter ex eodem Tiraquell. *cit. loco*, interpretantur olim *per d.* §. *inferiora*, monitionem fuisse necessariam, & sententiam ferendam; sed jam de jure Sexti privationem incurrit ipso jure, sed non plane satisfaciunt, sicut multo minus nec alii citati a Petr. Greg. *ubi proxime*, qui aliter, atque aliter conciliare nituntur. Ego igitur advertendum dico, *in d.* §. *inferiora*, agere Pontif. non solum de beneficiis, sed etiam de Decanatu, & Archidiaconatu, at vero *in d. c. licet canon*, non de his dignitatibus, neque etiam de omnibus Curatis, sed solum de Parochialibus, ut patet ibi, *decernentes collationes de Paroch.* &c. Unde cum lex illa pœnalis sit, in solis Parochialibus obtinebit, in reliquis autem beneficiis etiam curatis, salva manet decisio *d.* §. *inferiora* dum monitionem, & judicis sententiam requirit, ut bene explicat gl. *verb. privatus ad med. in d. c. licet canon.*, confirmaturque ex vulgari *l. præcipimus Cod. de appellat.*

Ex qua privationis pœna ipso jure irrogata colliguntur plures effectus, & in primis se offert ille 11
quod, anno elapso, beneficium in conscientia retineri non potest, fructusque restitui debent ante judicis sententiam, ut notant in terminis Navar. *in man. dict. c.* 27. *n.* 118. & *conf.* 1. *num.* 2. *in antiq. alias conf.* 12. *in novis de rescript. & de Orat. c.* 22. *num.* 46. Squill. *d. p.* 1. *n.* 101. *in fine*, Salz. *ad Bern. in pract. c.*55. *in princ. in ult. impress.* Less. *de justit. l.*2. *c.*34. *n.* 101. Nicol. Garc. *de benefic. p.*11. *c.*10. *ex n.*28. & *p.*3. *c.*4. *n.* 5. Fernandez *de* §. 5. *num.* 2. non obstante doctrina illa vulgari, quod pœna in conscientia non debetur ante sententiam, quia constat de mente legislatoris volentis, quod ante monitionem, & judicis sententiam privatio incurratur, ut *in d. c. licet canon.* ibi, *nulla etiam præmonit.* quamvis Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. benefic.* §.4. *dict.* 4. Saliag. *in c. fin. de sequestrat. possess. n.*81. Moral. *in emptorio juris*, *p.* 1. *tit.*1. *q.*9. *num.*45. existimaverint, non teneri Parochum dimittere parochialem, nisi post latam sententiam, ante judicis pronunciationem.

Verum licet hujusmodi beneficium vacans per 12
non promotionem ad Sacerdotium intra annum, possit per alterum impetrari, possessio tamen in conscientia non vacat, quousque spolietur, secundum Henriq. *in summ. l.*10. *c.* 23. §. 5. *juncto commento lit. V.* Garc. *d. c.*30. *n.*34. Ant. Ricc. *de jure personarum extra gremium Eccles. existent. l.* 7. *c.* 5. *num.* 33.

At si quis privatus declaratur beneficio hujusmo- 13
di, eo quod intra annum ad Sacerdotium non se promoveri fecit, non poterit ea vice iterato id beneficium eidem conferri, ut probat *d. c. commissa*, ibi, *nullatenus ea vice poterit iterato conferri*, & tradunt Tiraq. *de retractu lig.* §.8. *gloss.* 7. *n.*16. & *in l. boves*, §. *hoc sermone*, *limit.* 1. *n.* 31. *ff. de verb. signific.*

Circa fructus autem perceptos intra annum ab 14
eo, qui parochialem suscepit animo eam dimittendi, & non suscipiendi Sacerdotium, text. est principalis *in d. c. commissa*, *verf. cæterum*, qui probat ad fructuum restitutionem teneri; explicant Navar. *de Orat. cap.* 21. *num.* 4. Gutier. *canonic. lib.*1. *cap.*5. *numer.*50. Mexi *in tract. taxæ panis*, *concl.*6. *num.*108. late, & eleganter Squill. *de oblig. cleric. p.*1. *n.*193. *cum seqq.* Azor. *d. p.*2. *l.* 6. *c.*8. *q.*10. *verf. quæres*, & *c.* 9. *q.* 1. Sanch. *de matr. l.*7. *disp.*45. *à princ.* Quod tamen intelligendum est de impetrante parochialem animo absoluto non suscipiendi Ordines; non ita, si animo dubio, & conditionali, nisi aliud convenientius sibi offeratur, ut in exemplo quotidiano de fratre minore natu, qui Ecclesiam suscepit eo animo, ut si successio fratris majoris sibi obvenerit, vel majoratus, beneficium dimittat, & ita servare consuetudinem totius christiani orbis testantur Nav. *conf.* 17. *de Cler. non resid.* & *in man. d. c.*25. *n.*118. *ante fin.* & *de Ora. d.c.*21. *n.*45. Fernand. *d.* §.5. *n.*4. Nic. Garc.

Garc. *d. p.3. c.4. n.* 40. Squill. *d. p.1. n.* 107. *&* 108. quidquid dicant Sot. *de justit. l.*10. *q.5. art.6. col.*2. & Sanch. *d. disp.*45. *n.* 10. patetque, si advertamus, legem Canonicam hoc casu non requirere animum certum, & deliberatum suscipiendi Ordines, ut beneficiarius fructus suos faciat, sed magis requirere certum, & deliberatum animum non suscipiendi ad effectum, ut fructus non acquirat, sicut patet ex verbis *dict. vers. cæterum* ibi, *promoveri ad Sacerdotium non intendens*, juncto, ibi, *ipsam postmodum dimissurus*, qualem animum non suscipiendi non habet is, qui modo vult Ordines suscipere, sub conditione tamen, ut si postea aliud convenientius sibi contingat, beneficium dimittat.

Additio :

☞ Romæ, antequam quis admittatur ad examen pro cura animarum, hoc præstat juramentum: Ego NN. Juro, spondeo, ac promitto, quod non eo animo, nec ea intentione me examini subjicio, ut si parochialem Ecclesiam S. N. N. assequar, illam postea dimittam, sed ad illius residentiam quantocitius me conferre intendo: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia &c. = ☜

15 Si autem quis parochialem suscipiat animo assumendi Sacerdotium infra annum, sed postmodum, voluntate mutata, minime promoveatur, non tenebitur fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit intentionem, restituere, *gloss. verb. non intendens*, *in d. c. commissa*. Franc. Emm. *in sum. tom.2. c.30. concl.6. num.6.* Azor. *d. p.2. l.6. c.* 3. *q.*10. *vers. quæres* Paul. Comitol. *respons. moral. l.*1. *quæst.* 79. *n.2.* Sanch. *de matrim. l.5. disp.45. n.1. cum seqq.* Less. *de justit. l.2. c.34. dub.26. num.*134. Squillante *d. p.1. n.*103. quia *ex d.c. commissa §. cæterum*, solum ad illius fructus restitutionem obligatur accipiens Curam, nec promoveri intendens, sed iste intendebat revera promoveri ad Sacerdotium, nec est aliud jus, in quo hoc sit expressum, & hoc est certum quantum ad fructus perceptos a tempore, quo fuit voluntas suscipiendi Sacerdotium; at vero quoad fructus perceptos a tempore, quo voluntatem mutavit, magna est inter scribentes controversia, in qua ob allatam proximam rationem non esse restituendos existimant Navar. *d. cap.25. num.*118. *vers.* 10. Fr. Emman. *d. c.30. n.6. conclus.6.* Less. *dict. c.34. n.*134. Sed ego contrarium existimo, cum hoc casu militet illa ratio text. ac si ab initio non habuerit intentionem; nam negari non potest, istum peccare mortaliter, & cum fraude beneficium ipsum retinere, & percipere illius fructus, dum mutato animo non se promovendi, ad fructus lucrandos residui temporis illud retinet; & ideo hanc partem tenent Sot. *dict. art.6. conclus.*1. *col.* 1. Jacob. de Graff. *in aureis decis. par.*1. *lib.*2. *c.* 97. *n.* 54. Cardin. Tolet. *in Instruct. Sacerd. lib.*4. *c.*18. *n.* 4. Nicol. Garc. *dict. part.* 4. *c.* 4. *num.* 55. Squillante *dict. part.*1. *num.* 104. ubi *num.*106. resolvit, illum, qui accepit curatum beneficium sine intentione assumendi Sacerdotium, si intra annum mutata voluntate promoveatur, non teneri restituere fructus, quos percepit ante mutatam voluntatem.

16 Unde infertur, posse illum, qui parochialem Ecclesiam adeptus infra annum Sacerdos factus non est, illi cedere, aut in favorem resignare ultimo die anni, cum adhuc jus in beneficio habeat, ut bene resolvunt Rebuff. *in praxi tit. de promotis intra annum*, *n.* 48. Salze. *ad Bernard. in practic. c.* 55. *littera A. in fine*, *vers. prædicta*, *in ultima impress.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.* 3. *quæst.* 2. *n.* 9. *& q.* 5. *num.* 4. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *q.*4. Nald. *in sum. verb. Parochus*, *n.* 18. dummodo absque dolo, & fraude id faciat, per ea, quæ tradit idem Azor. *institut. moral. dict. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *quæst.* 10. *vers. quæres*, ex ea ratione, quia si Clericus in ultima anni die mortuus fuerit, beneficium vacabit per mortem, Paris. *consil.* 19. *num.* 24. *volum.* 4.

Quarto intellige obligationem hanc, & pœnam non habere locum, quando justo impedimento intra annum non potuit promoveri, ut probat expresse text. *in d. c. commissa*, ibi, *tibi non currit, si promoveri justo impedimento*, &c. notant Rebuff. *dict. tit. de promotis intra annum*, *n.* 49. Bernard. Diaz. *dict. c.* 55. *nu.* 3. Navar. *dict. cons.* 1. *alias* 12. *num.* 1. *cum seqq. de rescript.* Emmanuel Sà *in aphorism. verb. beneficium*, *num.* 7. Tiraquel. *de retract. lign.* §. 35. *gloss.* 4. *n.* 14. *&* 22. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 6. *num.* 25. qui omnes varia adducunt impedimenta, & inter alia de infirmo, ignorante, & similibus. 17

Sed illud usu frequentissimum est de Episcopo, qui non potuit, vel noluit Ordines conferre, ut in terminis notant Bernard. *dict. n.* 3. Nald. *d. ver. Parochus*, *n.* 11. & optime Petr. Gregor. *d. c.* 25. *num.* 9. Confirmaturque eadem declaratio ex generali regula, quæ docet, impedito non currere tempus, *c. quia diversitatem*, *de concess. præb.* cum similibus, de quibus Pinel. *in auth. nisi*, *num.* 47. *C. de bonis mater.* Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 28. *num.* 2. & plena manu ego ipse *de Axiomat. juris usu. freq. Axiom.* 116. *n.* 1. 18

Illud in hac materia est consideratione dignum, quod Parochus intra tempus, quo promoveri tenetur, legitime impeditus, cessante impedimento, quoad utrumque forum, non alium annum integrum, sed tantum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit, ad promovendum requirit, ita Navar. *cons.* 1. *de tempor. ordin. in antiq. alias cons.* 1. *de in integr. restit. in novis*. Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. de tempor. ordinationum*, *decis.* 1. Nic. Garc. *de benefic. p* 11. *c.* 5. *nu.* 120. Galet. *in sua Margarita casuum conscientiæ verb. impedimentum* 1. 19

Dixi, requiri impedimentum justum, hoc est proveniens sine culpa illius, qui impeditur sacros Ordines suscipere, quia si culpa præcesserit, annum currere impedito receptum est communiter ex *gloss. verb. privati*, *in d. c. licet canon.* Bernard. & Petr. Gregor. *locis proxime citatis*, sic intelligentes textum difficilem *in c.* 1. *de ætate, & qualit.* juxta *gloss. ult.* ibi dum probat amittere beneficium, qui propter justam causam ordinari non potest, præcedente scilicet culpa sua. Verum hæc resolutio non transit sine difficultate, quia impedito etiam culpabiliter tempus non currere optime probat text. *in d. cap. quia diversitatem*, ibi, *& si culpa sua fuerit suspensus*, & Doctores communiter secundum Quesad. *divers. quæstion. capit.* 1. 20

numer. 7. Pinel. & Gutier. *num. 6. dictis locis*. Sed solvitur difficultas, generali illa præhabita distinctione, an culpa ad casum impedimenti fuerit ordinata, & procedit communis resolutio, de qua supra, vel sufficienter ordinata non fuerit, & habet locum dictum *cap. quia diversitatem*, & juxta hoc ultimum distinctionis membrum existimo absque dubio, intelligendam esse decisionem Sacræ Congregationis, quam referunt Salzed. *ad Bernard. d.c.55. in princ.* & Anton. Fernandez *in examire Theologiæ moralis, part.3. cap.13. §. 5. n. 1.* ut sequitur. *Pœna Canonis præscripta eis, qui intra annum Sacerdotium non susceperunt, non habet locum in Rectore, qui intra annum a die adeptæ possessionis parifica, vel infra tempus comparuit, & se promoveri petiit, offerens, quantum in eo erat, se paratum ad suscipiendum Sacerdotium, sed Ordinarius noluit eum propter illiteraturam, vel aliam causam promovere.*

21 Dubium occurrit non omittendum, in quo Doctores quærunt, an excusetur iste, si impedimentum interveniat eo tempore, quando ordinari non potest, scilicet in fine anni? Et excusandum non esse probatur ex regula receptissima, quod impedimentum superveniens tempore, quo actus fieri non potest, non excusat, docente Jureconf. *in l.qui commeatus*, ibi *dum tamen tam tardius &c. ff. de milit. & in libro 2. vers. si quis tamen, ff. si quis cantion.* prosequitur Dec. *in r ex ratione, n 16. cum seq. de appell.* Menoch. *de arbitr. rasu* 118. *num.* 5. *& rasu* 153. *num.*15. Gutier. *lib. 2. Canonic. c. 6.* n. 11. *vers. similiter*, ex quibus in his terminis ita resolvit Bellem. *decis.*83. contra quem tamen scripsit Rebuff. *de tit. de promotis intra anenm, n.* 48. & Salzed. *d. c.55. lit. C.* ea scilicet ratione, quia etiam in fine anni quamvis promoveri non possit, potuit tamen resignare beneficium, vel permutare, vel impetrare rescriptum Summi Pontif. ut omnes Ordines susciperet, ac subinde impedimentum tunc superveniens, dicit excusare. Ego tamen adverto, si proponamus casum, in quo impedimentum superveniat, quando jam ordinari non poterat, priorem sententiam veriorem esse, & omnino tenendam, & concludit ipsius fundamentum, quod si casus proponatur, in quo per rescriptum possit ordinari, vel alias renuntiare, aut permutare, nisi impedimentum supervenisset, excusabit impedimentum, ut evincit ratio contrariæ sententiæ: non autem admitto potentiam illam remotam, quod poterit renuntiare, vel permutare, nisi appareat de renunciando agere, cum impedimentum supervenit, quod confirmatur ex vulgari doctrina, secundum quam potentia proxima, non autem remota in unoquoque actu attenditur, *l. naturalem, §.1. in fine*, ibi, *multa accidere possunt, ut ex ea non rapiamus, ff. de arquir. rerum domin.* l. *quemadmodum, §. item Labeo*, ibi *cum incertum sit &c. ff. ad legem Aquil.* cum aliis, quæ Doctores communiter notant in materia lucri cessantis, ut per Gutier. *de juran. confir. p.1. c.2. n.8.* D. Barbo. *in l.2. ff. soluto matr. p.1. n.47. vers. est sane advertendum*, Petr. Navar. *de restit. l. 3. c. 2. num.* 301.

22 *Quinto* nota cum habentibus parochialem Ecclesiam posse Episcopum causa studii dispensare, ne usque ad septennium ad Sacerdotium promoveantur, ita tamen ut ad Subdiaconatum intra annum suscipiendum adstringantur, ut decidit text. *in r. rum ex ro, 34. de elect. lib. 6.* & resolvunt Hojed. *de incompatib. benefic. p.1. r. 24. n. 19.* Navar. *in man. c.25. n.118. vers. potest. autem*, Petr. Gregor. *de re benefir. c.25. n.9.* Emman. Sà *in aphoris: verb. beneficium, n.8.* Rebuff. *de privileg. Scolast. privileg.* 36. Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q.10. n.4.* Sanch. *de matrim.* l.8. *disp. 1. n.* 24. ubi quod talis Parochus, cum quo sic dispensat Episc. ne intra annum promoveatur, minime incurrit pœnam amissionis beneficii, de qua *in d. c. licet ranon.* Ratio autem hujus dispensationis est, quia multi recusabant Ecclesias parochiales cum eo onere acceptare, & cum facultates eis aliunde non suppeterent, studendi opportunitas auferebatur in maximum damnum universalis Ecclesiæ, quæ viris literatis noscitur indigere, quam rationem expressit text. *in d. r.cum ex eo*, ubi quoque eam præstat, quare dispensati ad studendum teneantur intra annum ad Subdiaconatum promoveri, dum dicit, *ne sicut à multis de Christi patrimonio sublatis factum esse dignoscitur, à statu retrocedere valeant clericali*. Et ubi Episcopus dispensaverit in septennio hujusmodi, ante illud tempus finitum non poterat dispensationem revocare, gloss. *verb. septennium, in d. c. cum ex eo*. Rebuff. *de priv. Schol. priv.* 37. Sanch. *d. l 8. dis.33. n.12.* Et ad illum tamen, non vero ad Prælatum spectabit, illo septennio durante, Vicarium deputare, idem Sanchez *de matrim.* l.3. *disp.31. n.11.*

Sed restat, ut videamus, an post Concil. Trident. facultates istæ de non promovendo ad Sacerdotium usque ad septennium causa studii licitæ sint? Partem affirmativam suadere videtur idem Concil. Trid. *sess.7. de reform.* r. 12. dum facultates de non promovendo ad annum adstringit, excipit tamen casus a jure expressos, inter quos hunc nostrum præcipuum esse, & expressum *in d. c.rum ex eo*, ex dictis constat, & notavit gloss. marginalis, *in d. c.* 12. juvatque idem Concil. *sess. 5. de reform. r.1. in fine*, dum generaliter inquit, docentes, & studentes sacram Scripturam gaudere omnibus privilegiis a jure concessis de perceptione fructuum beneficiorum in absentia. Pars autem negativa probari videtur ex eodem Trident. *sess.8. de reform.* r.2. dum revocat omnia privilegia, seu exemptiones, quæ tollunt residentiæ necessitatem, quod repetit idem Trident. *sess.23. de reform.r.1. ad fin.* In quo advertebat D. Ludovicus Correa, olim in celebri Conimbricensi Accademia Pontificii juris primarius Professor, Concilium *d. c.2.* agere de privilegiis perpetuis de non residendo, & *in d. c.* 1. de exemptionibus, quæ personis propter particulares necessitatea conceduntur, atque ita non revocari ibidem privilegia, quæ ad tempus Accademiis, & studentibus in illis a jure sunt concessa, in quibus salvum esse voluit suum privilegium Concil. *dict. sess. 5. c. 1. in fine*, quæ interpretatio licet forsan placere posset, & eam amplecti mihi foret jucundissimum, ob debitam eximio Præceptori reverentiam, magia tamen apud omnes valere debet Eminentiss. D. D. Cardinalium a Sanctissimo D. Papa approbata auctoritas, qui responderunt, quoad Parochiales impetratas post confirmationem Tridentini nullam li-

cen-

centiam dandam ad percipiendos fructus in absentia ratione studii, cujus declarationis meminerunt Petr. Henriq. *conf.* 23. *num.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glof.* 6. *n.* 251. Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decif.*502. *in* 1. *edit. alias resolut.* 393. *in fine*, *in* 2. *edit.* Sanctarel. *var. quaest.*3. *num.*25. Ego ipse *de officio*, & *potestate Episcopi*, *p.*3. *alleg.* 53. *n.*77. & *alleg.*56. *n.* 30. Unde cum ex hujusmodi declaratione DD. Cardinalium constet, licentias ad studendum hodie dari non posse habenti parochialem, necesse est, ut dicamus, cessare jam dispositionem *dict. c. cum ex eo*, & supra resoluta circa licentiam Episcopi ad septennium, & minime excusandum Parochum a suscipiendo Sacerdotio propter causam studii.

Animadversio.

☞ Quoad facultatem tributam Episcopo a Bonifacio VIII. in Cap. XXXIV. *Cum ex eo* de electione in VI. dispensandi Parochum a residentia per septennium causa studiorum, Episcopus post Conc. Trident. ea amplius uti non potest. Cum enim in cap.XVIII. sess.XXIV. de Reform. Concilium statuerit, parochiales Ecclesias non esse conferendas, nisi per concursum, conferri nequeunt, nisi personis actu idoneis repertis, ideoque cessat ratio a Bonifacio considerata. Praeterea cum, teste Fagnano, in Cap. V. *super specula* de Magistris propositum fuisset in S.Cong. Conc. seq. dubium = An Ordinarius possit concedere licentiam Parocho, qui parochialem post Concilium obtinuit, ut in publica Universitate studiis S. Theologiae, vel Canonum vacare possit? = Sanctissimus respondit, non posse, justitque Episcopum ab ejusmodi licentiae concessione abstinere = Idem pluries declaravit laudata Cong. ut videre est lib. I. decretor. ejusdem, pag.46. lib. VIII. pag.129. & 140. a tergo, & lib. XVI. pag. 292. Propterea nullo modo audiendi sunt Castropalaus disp. III. punct.9. §. IX, Mendo de Jur. Accadem. Lib. IV. in Append. q.2. aliique, negantes a Trident. revocata fuisse privilegia jure communi concessa causa studiorum, immo dictitantes, eadem potius reservata, ac renovata ab eodem cap. I. sess.V. in fine de reform. eoquod studiorum causa sit vere rationabilis, & tot Juribus probata, signanter in Cap.V. *super specula* de Magist. Non sunt, inquam audiendi cum Tridentini interpretatio non ad privatos Doctores, sed privative spectet ad Sac. ejusdem Congregationem. Quam futilis vero sit relatorum D. D. ratio, satis ostendit Card. Petra tom.IV. Comment. ad Constit. X. Bonifacii VIII. n. 14. & seqq. ad quem Lectorem remitto. Ex stylo receptissimo Datariae nec SS. Pontifex tales dispensationes concedit, sed praecise servatur Constitutio Gregor. X. *Licet Canon.* de Elect. & elapso anno ab eodem Greg. praescripto, passim conceduntur impetrationes contra illos, qui non fuerunt ad Sacerdotium promoti ☜

23 *Sexto* nota, exceptis casibus a jure expressis, qualis,illo attento, erat causa studii ex modo dictis, non posse Episcopum prorogare hujusmodi annum; ratio facilis est, cum enim hoc tempus a generali Conc. Lugdun. fuerit statutum *in dict. c. licet canon*, succedit regula receptissima, quae docet, contra generale Concilium Episcopum, atque etiam Legatos Sum. Pont. dispensare non posse, notat gloss. *verb. aetate*, per text. *ibi in cap. cum dilectus*, 32. *de elect. in c. dilectus*, *in verbo*, *cum sr facultas de praebend.* sequuntur Doctores communiter ex Dec. *in c. at si Clerici*, §. *de adulteriis n.* 9. *in verf. quarto fallit. de judic.* Duen. *reg.* 248. Gutier. *Canon. l.*1. *c.*5. *n.* 10. & confirmatur ex Concil.Trident. *sess.*7. *de reformat.c.*12. ubi facultates de non 24
promovendo minime suffragari ultra annum expresse constituit: quibus omnibus addo non posse Episcopum annum istum a Jure concessum restringere, neque monere, neque cogere Rectorem Ecclesiae parochialis, ut intra brevius tempus Sacerdotium suscipiat, cum enim annus iste a jure concedatur, non est ab Episcopo auferendus, juxta *reg. indultum*, *de reg. juris*, *lib.* 6. ex quo in terminis notavit Bonif. *in Clement. unic. num.* 45. *de offic. Vicar.* Rebuff. *d. tit. de non promotis intra annum*, *n.*19. Petr. Greg. *d. c.* 25. *n.* 8. *post med.* Si vero ante annum finitum dispenset Praelatus in anno illo ad assumendos Ordines praefixo, prorogando terminum, non incurritur poena *d. c. licet canon.* ita Sanch. *in praecepta Decalogi*, *tom.* 1. *l.* 4. *c.* 22. *n.*25.

Septimo nota, in Ecclesiis etiam parochialibus, 25
si collegiatae sint, locum non habere poenam privationis ipso jure, de qua *in d. c. licet canon.* ita in terminis probat text. *in c. statutum*, 22. *de elect.* *l.*6. & resolvunt Selv. *de benef. p.*1. *q.*3. *n.*6. Reb. *d. tit. de non promotis intra annum*, *n.*27. Azor. *dict. p.*2. *l.*6. *c.*8. *q.*4. Navar. *consil.* 3. *de tempor. ordin.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. glof.*5. §. 7. *n.* 12 Galet. *in Margarita casuum conscientiae verb. Sacerdos*.

Ratio est, quia unum mixtum, quale est Ec- 26
clesia collegiata parochialis, non continetur appellatione simplicis, quale est parochialis, de qua fit mentio *in d.c. licet canon.* arg. text. *l. si ita scriptum ff. de liberis*, & *posthum.* & sic jura loquentia 27
de Parochialibus non habent locum in collegiatis curatis, gloss. *verb. Collegiatas*, *in dict. c. statutum* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.*8. *q.*9.*num.*94. quia in generali dispositione beneficiorum qualifi- 28
cata beneficia saepe non includuntur, ut per Gonz. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*9. *n.*2. nec sub dispositione simplici comprehenditur casus qualificatus, Valasc. *consult.*51. *num.*51.

Octavo nota, illum, qui Ecclesiae parochiali ha- 29
bitu tantum, & non actu Parochianos habenti praeficitur, non teneri lege, quae lata est *in d. c. licet canon.* nempe quod debeat intra anni spatium Presbyter fieri, ita gloss. *verb. Parochialis*, *verf. quid si Ecclesia olim habuit Parochianos*, *in d. c. licet canon.* Rebuff. *d. tit. de promotis intra annum*, *num.*34. Federic. de Senis *consil.*84. Navar. *consil.*4. *alias* 13. *de praebend.* Azor. *dict. p.*2. *lib.*6. *c.*8. *q.*9. & *l.*9. *c.*3. *quaest.*14. *verf. quaestionis dubiae est*, Rota *decif.* 112. apud Farinac. *part.*4. *suae praxis crim.* Valenzuela *consil.*26. *num.*25. *cum seq. tom.*1. Steph.Gratian. *discept. forens. c.*291. *num.*22. Anton.Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiae existent. l.*1. *c.*14. *n.* 2. ubi *num.* 4. & 5. subdit hujusmodi parochialem, habito respectu populi, non obligare ad residentiam, neque ad Sacerdotium, neque inducere incompatibilitatem. Unde in Rot. apud Ca-

30 val. *decis.* 164. *n.* 3. fuit dictum, parochialem habitu regulari ad modum beneficii simplicis, nec faciendam esse mentionem curæ habitu in impetratione.

31 *Nono* nota, pœnam *dict. c. licet canon.* vires, & locum non habere in Decanis, Præpositis, Abbatibus, Prioribus, & Archipresbyteris, curam animarum, sed non parochialem Ecclesiam habentibus, gloss. *d. verb. Parochialis*, *vers. sed nunquid erit idem in Decanatu*, Boer. *decis.* 119. *in fine* Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *q.* 3.

32 *Decimo* nota, eandem pœnam locum etiam non habere in parochialibus Ecclesiis accessorie unitis, ut resolvunt Rebuff. *dict. tit. de non promotis intra annum*, *n.* 29. *vers. ideo qui possedit*. Boer. *d. decis.* 119. n. 7. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 8. *q.* 8.

33 *Undecimo* nota, obtinentes dignitates, Canonicatus, vel alia beneficia sacrum Ordinem requirentia, non incurrere dictam privationem ipso jure, si intra præfatum annum non susceperint Ordinem requisitum, & annexum suis beneficiis, quia *d. c.*
34 *licet canon.* solum procedit in Parochialibus, ita Squillante *de obligat. Cleric. p.* 2. *n.* 102.

35 *Duodecimo* nota, quod in Sac. Congr. Concilii propositum fuit sequens dubium, an obtinens parochialem Ecclesiam insufficientem ad victum, teneatur promoveri ad Sacerdotium infra annum, juxta *c. licet canon.* cum Concil. *sess.* 21. *de reform. cap.* 2. videtur declarasse, *d. cap. licet*, intelligi de beneficio ecclesiastico sufficienti ad victum, imo prohibeat, posse promoveri ad sacros Ordines. Sacra Congr. censuit, non teneri, sed tantum expedire, ut Sanctissimus declaret, eum debere dimittere: Sanctitas sua probavit hanc sententiam, ut dimittat, refert Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *num.* 121.

C A P. VI.

De vita, & honestate Parochorum.

S U M M A R I U M.

1 *Parochi ad exemplum eorum, quorum cura sibi commendata est, debent suam vitam, & mores componere:*
2 *Vestimenta, aut calceamenta Parochis non licet habere, nisi quæ Religionem deceant.*
☞ *Vide Additionem.*
3 *Color viridis, aut rubeus Clericis prohibetur.*
4 *Color rubeus permittitur tantum Cardinalibus, & viridis Episcopis.*
5 *Anulas deferre in digitis non possunt Parochi.*
6 *Cultu nimio in vestitu uti, peccatum est.*
7 *Decor, & competens vestium ornamentum morum manifestissima solent esse signa.*
8 *Vestibus nec fulgidis, nec sordidis se ornare debent Parochi, sed inter utrumque medium quoddam est capiendum.*
9 *Parochi non possunt mulieres in habitationes suas recipere, aut retinere, & multo minus cum suspectis fœminis conversari.*
10 *Parochus etiam senex famulam quamtumvis senem ad mandatum Episcopi removere tenetur.*
☞ *Vide Additionem.*
11 *Convivia inhonesta, & comessationes fugere debet Parochus.*
12 *Conviviis honestis, & quæ fiunt gratia charitatis, & dilectionis, Parochi interesse possunt.*
13 *Convivium benedictione inchoari debet, & gratiarum actione terminari.*
14 *Lectio divinarum Scripturarum in omni clericali convivio misceri debet.*
15 *Ebrietatem, & crapulam fugere debent Parochi, & sub qua pœna ostenditur.*
16 *Ebrietas quot mala gignat ostenditur.*
17 *Propinare populis in publico Clerici non debent, secus in cellis adinvicem.*
18 *Mimis, joculatoribus, & histrionibus intendere non debent Clerici.*
19 *Citharam pulsare, & saltare non semper licet Clericis, nisi secreto, & in suis ædibus.*
20 *Cauponas, vel tabernas ingredi non licet Parochis, nisi longioris itineris causa.*
21 *Tabernæ sunt hodie loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ.*
22 *Choreis, & saltationibus interesse non licet Parochis, ne propter motus obscenos oculi eorum contaminentur.*
23 *Comœdiis interesse non licet Parochis.*
24 *Comœdiarum impudicarum auctores mortiferi criminis rei fiunt.*
25 *Comœdiis interesse ob solam vanam curiositatem, absque periculo probabili lapsus, & cessante scandalo, non est peccatum.*
☞ *Vide Animadversionem.*
26 *Taurorum agitationibus adesse non debent Parochi, & qualiter id permittatur in Regnis Hispaniarum, ostenditur.*
27 *Ludere non licet Parochis, & aliis Clericis ad aleas, & taxillos.*
28 *Ludus, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis, Parochis est permissus, si secreto, & in suis ædibus ludant, dummodo admixtos laicos non habeant.*
29 *Sacchorum, sive latrunculorum ludus non est Clericis prohibitus, modo ludatur causa recreationis, non causa voluptatis, aut avaritiæ, vel cupiditatis, & dummodo non distrahantur a divinis propter longum tempus, quod in tali ludo conteritur.*
30 *Ludus scacchorum non multum convenit literatis hominibus.*
31 *Canes, accipitres, vel hujusmodi ad venandum habere non lices Parochis, nec venationes facere periculosas, seu clamorosas.*
32 *Clerici sanitatis, vel recreationis causa venationibus uti non prohibentur, dummodo id faciant cum silentio, & modestia.*
33 *Venatio in dubio præsumitur facta causa recreationis.*
34 *Venationi deditus dignus est reprehensione.*
35 *Venatorem cur nunquam legisset sanctum asserat D. Hieronymus, ostenditur.*
36 *Piscare Parochis, & Clericis licet, si id non assidue exerceant.*
37 *Negotiari, & mercaturam facere lucri causa non possunt Parochi, & alii Clerici.*
38 *Emere, vel vendere, aut conducere possessiones propter cupiditatem Clericis non licet, nisi necessitas instet.*
39 *Conductori succedere possunt Clerici, ac perseverare*

re in conductione usque ad tempus, quo durare debet conductio.

☞ *Vide Additionem.*

40 *Clerici emere non possunt, vel contractu oneroso acquirere, ut ex illius venditione lucrum referant, secus si emant rem eo animo, ut domi consumant, aut ut vendant, quæ de rebus suis recollecta fuerint.*

41 *Negotiationem exercere possunt Clerici non lucri, sed necessitatis causa, ut se, suosque alant, cum aliunde, unde vivant, non habeant.*

42 *Clerici, si semel, vel iterum negotiaverint, non peccant mortaliter.*

☞ *Vide Additionem.*

43 *Clerici negotiari possunt per alios, justa causa interveniente, & sine avaritiæ, vel ambitionis vitio.*

☞ *Vide Animadversionem.*

44 *Clerici pretio currenti, vel etiam cariori, quam emerant, possunt vendere, quæ superfunt ex emptis ad se, suamque familiam sustentandam.*

45 *Locare animalia, boves, & oves possunt Parochi, si habent ex decimis, aut successione.*

46 *Clerici agros proprios colere possunt, & greges in suis prædiis alere, ut fructus vendant.*

47 *Clerici possunt a locis piis terrena in affictum accipere.*

☞ *Vide Additionem.*

48 *Vinum suum etiam minutim vendere possunt Parochi.*

49 *Parochi, quibus non suppetit ex Sacerdotio, possunt honesto aliquo artificiolo victum quærere, dummodo non impediantur munera obire, quibus incumbere debent.*

50 *Apostoli laborabant manibus suis, ne quemquam gravarent.*

51 *Arma deferre non possunt Clerici.*

52 *Clericorum arma sunt orationes, & lacrymæ.*

53 *Arma portare possunt Clerici, si subsit justa causa, & quæ illa sit, ostenditur.*

54 *Clerici, quæ pro honestate, ac bonis moribus vitare teneantur, ostenditur, & n. 55.*

☞ *Vide Additionem.*

1 Quod sacrum Concil. Triden. de omnibus Clericis dixit *sess.22. de reformat. c.1.* ad Pastores animarum præcipue pertinet, in eos enim potissimum plebes oculos suos coniiciunt, & ad exemplum eorum suam vitam, & mores componunt; & ideo plurimum refert, quod Parochi suam instruant vitam ad ipsius Concilii præscriptum, cujus verba sunt quæ sequuntur. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac Religione plenum præseferant, levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei, & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda, statuit sancta Synodus, ut quæ alias a Summis Pontif. & a sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, nec non sæcularibus negotiis fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum eisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quam primum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.* Ex quo.

Primo colligitur, parochis, & aliis quibuscumque Clericis non licere uti, aut habere vestimenta, aut calceamenta, nisi quæ Religionem deceant, ut ex text. *in c. Clerici 23. dist. c. fin. 41. dist. & 21. q. 4. per tot. c. Clerici officia, de vita, & honest. clericor.* Concilio Trid. *sess. 14. de reform. c.6.* quia inquit Anicet. Papa in epist. sicut discreti debent esse in conversatione, ita & in omni habitu apparere tenentur, specialiter autem illis prohibetur, & præcipue in Constit. quam Pius V. de Cleri Romani reformatione edidit, secundum antiquorum Canonum auctoritatem, ne vestes holosericas, aut pelles pretiosiores habeant, sed a variis quoque laicorum consuetudinibus induendi, atque odoramentis abstineant, eorum autem vestes debere esse talares, idest, longas usque ad talos, decrevit Sixtus V. *in sua Const. incip. Sacrosanctam, sub dat. 5. Id. Januarii 1588. in Bullario novo, tom. 2. pag. 653.* 2

Additio.

☞ Quoad Sixti V. Constit. statuentem, Clericos in Sacris constitutos, & Beneficiatos vestem talarem non deferentes sub pæna privationis beneficiorum, & extinctionis pensionum ipso jure incurrenda, videtur emollitum fuisse rigorem ejusdem Constit. a Benedicto XIII. Constit. *Catholicæ Ecclesiæ* 2. Martii 1725. quandoquidem, licet in hac Constitut. mentio fiat Sixtinæ Constit. infliguntur tamen pænæ in solos Beneficiatos, laicales dumtaxat vestes deferentes, & ne ullum quidem verbum legitur de talaribus.

Rursum, quamvis idem Benedictus in Concilio Romano *tit. XVI. de Vita, & honest. Cleric. cap. III.* confirmaverit edictum circa vitam, & honestatem Ecclesiasticorum Almæ Urbis, ipsius jussu publicatum sub die 20. Decembris 1724. injungatque Episcopis, aliisque respective, ut illud in suis Diœcesibus publicandum, & omnimodo observandum curent, in quo præcipitur, ut constituti in Sacris, & Beneficiati, tenue etiam beneficium possidentes, juxta resolutionem Cong. Conc. sub die 13. Septembris 1677. deferant talarem vestem ab ortu solis, usque ad dimidium noctis horæ; nihilominus valde admodum in eo recessum est a rigore Sixtinæ Sanctionis, cum in contravenientes infligatur pæna dumtaxat decem scutorum pro qualibet vice, & totidem dierum detrusionis in carcerem.

Huic moderationi accessit etiam usus, & praxis timoratorum, ac tollerantia, & acquiescentia Suc-

Succeſſorum Pontificum, & eccleſiaſticorum Præſulum, quos videmus ſummopere quidem inniti ſuper delatione veſtium clericalium, non autem talarium, niſi quando ſupra enunciati Clerici Eccleſiam ſunt ingreſſuri, ſive ad Miſſarum, ſive ad divina officia, & eccleſiaſtica munia obeunda, ut clariſſimè patet ex eorum edictis, & ſynodalibus ſtatutis, Sacrorum Canonum rigorem emollientibus, relatis a Benedicto XIV. in cit. *Synod. diœc. lib. XI. cap. VIII*, imo ipſemet, cum eſſet Archiepiſcopus Bononienſis, in binis ſuis Inſtitutionibus ad Clerum Bononienſem la XXXIV, & LXXI. in ordine, non obſtante Sixti Conſtit. *Sacroſanctum*, quam citat. dicta Inſtit. LXXI. obligationem veſtem talarem deferendi limitavit ad ſolos Sacerdotes, Miſſam celebrantes: de qua obligatione iterum ſermonem inſtituens *cit. cap. VIII. Synod. diœc.* ſe ad eaſdem Inſtitutiones dumtaxat retulit.

Nota II. cum eodem *cap. VIII.* quod quamvis Tridentinum talaris veſtis non meminerit, cum tamen remittat judicio Epiſcoporum ſtatuere quænam veſtis ordini, & dignitati Clericorum conveniat, hi nullatenus contravenire poſſunt eorumdem edictis, in quibus ſub certis pænis præcipiatur delatio veſtis talaris. ☜

3 Requiritur præterea honeſtas in veſtium colore,
viridem enim, aut rubrum expreſſe improbat text.
in c. pen. verſ. pannis, de vita, & honeſt. Cleric.
Clem. 2. in fine, eod. tit. ubi multa habentur de hac
veſtium honeſtate, de quo etiam Garcia *in ſum.*
moral. tr. 1. diffic. 2. dub. 1. puncto 2. n. 4. nam ru-
4 beus color permittitur tantum Cardinalibus, &
viridis ſolum Epiſcopis, ſecundum Menoch. *de ar-*
bitr. caſu 392. n. 12.

5 Aliud quoque indecens in veſtitu prohibetur il-
lis, puta deferre anulos in digitis, niſi quibus
competit ex officio, & dignitate, *d. c. pen.* Bellet.
diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de diſcip. Cleric. §. 16. *n.* 22.
Carol. de Graſſis *d. tr. effectu.* 41. *n.* 1. ubi *num.* 2.
ſubdit, poſſe Doctores, vel in aliqua dignitate
6 conſtitutos in ſuis manibus deferre anulos. In
veſtitu nimio cultu uti peccatum erit, ut ſcribit
S. Gregor. *homil. ult. Quadrag.* his verb. *Sunt non-*
nulli, qui cultum ſubtilium, pretioſarumque veſtium
non putant eſſe peccatum, quod ſi videlicet culpa non
eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprime-
ret, quod dives, qui torquetur apud inferos, byſſo, &
7 *purpura indutus fuiſſet.* Laudandus quippe eſt decor,
& competens veſtium ornamentum, quæ morum
manifeſtiſſima ſolent eſſe ſigna, inquit enim Ambr.
l. 1. offic. Decor. corporis non ſit affectatus, ſed natu-
raliter ſimplex, neglectus magis, quam exquiſitus, non
præciſis, aut albentibus indutus ſit Clericus veſtimen-
tis, ſed communibus, ut honeſtati, & neceſſitati nibil
8 *deſit, nibil accedat nitoris.* Debent enim nec ful-
gidis, nec ſordibus veſtibus ſe ornare, ſed inter
utrumque medium quoddam eſt capiendum, quod
eleganter deſcribit Hieronym. *epiſ. 2. ad Nepot.*
c. 11. Veſtes pullas æque devita, ut candidas, orna-
tæ, ut ſordidæ pari modo fugiendæ ſunt, quia alte-
rum delicias, alterum gloriam redolet. Forma veſtium,
inquit Bernardus l. 3. de conſiderat. c. 11. *deformi-*
tatis mentium, & morum indicium eſt, quid ſibi vult,
quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt, nempe
habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exbi-
bent, nam neque pugnant ut milites, neque ut Clerici
evangelizant.

Secundo colligitur, Parochum teneri omnem in- 9
continentiæ ſuſpicionem evitare, ac proinde non
poſſe mulieres in habitationes ſuas recipere, aut retinere, & multo minus cum ſuſpectis fœminis converſari, ut id aperte probant *cap. præter hoc, cap. interdixit, cum ſeq. 32. diſtinct. c. Clerici 81. diſtinct. cap. 2. cum ſeq. 34. d. c. ut Clericorum, de vita, & honeſt. Cleric. & per tot. de cohabit. Cleric. & mulier.* optime multis comprobant Creſpet *in ſum. Catholicæ Fidei, verb. Clericus, §. Clericis mulierum contubernium, & verb. mulier, in princip.* Squillante *de obligat. Cleric. part. 2. n. 48.* Bellet. *diſquiſ. Clerical. p. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 25.* Carol. de Graſſis *de effectib. Cleric. effect. 26.* Galgagn. *de jure publ. l. 3. tit. 5. ex num. 29.* Machado *en ſe perfetto Confeſſor. l. 4. p. 1. tract. 13. docum. 2.* Joan. Baptiſta Finus *de regul. juris, hom. 22. verſic. adde*, ubi ex Sanctis Patribus oſtendit fœminarum conſortium quatenus a viris ſpiritualibus fugiendum.

Unde conquerente apud Sacram Congreg. Epi- 10
ſcoporum, & Regularium Presbytero Jacobo Sanctino, in 60. ætatis ſuæ anno conſtituto Epiſcopum Senogal. ſibi injunxiſſe, ut famulam ætatis 60. annorum removeret, eandem Sac. Congregat. ſupplicavit, ut Oratorem hac de cauſa moleſtari minime permitteret. Sacra vero Congreg. *die 15. Feb. 1619.* eundem Jacobum parere debere reſpondit. Idem cenſuit *in una Ferrar. die 7. Junii ejuſdem anni* contra Presbyt. Joannem Baptiſtam Rebollum annor. 64. & ejus famulam annor. 66.

Additio.

☞ Praxis fere univerſalis Epiſcoporum in ſtabilienda in Synodo ætate mulieris a Parocho domi pro famulatu retinendæ, ea eſt, ut hæc annis quinquaginta ſit maior, ut refert Bened. XIV. Inſtit. Eccleſiaſt. LXXXIII. ac videre eſt in Synodo Fulginatenſi §. III. n. 13. habita an. 1722. & Civitatis Caſtellanæ tit. IV. cap. I. n. 15. habita an. 1756. in quibus etiam præcipitur, ut antequam Parochus eam domi recipiat, teneatur licentiam petere ab Epiſcopo in ſcriptis gratis concedendam, & quotannis renovandam ſub pœna arbitrio ejuſdem Epiſcopi infligenda: a quo numquam concedatur, niſi ſub his binis conditionibus, ut mulier ſit honeſtæ vitæ, & communi opinione probata; pro quarum verificatione laudatus Bened. Inſtit. Eccleſiaſt. LXXXII. hæc addit = Magnum ſane diſcrimen intereſt cum plures ſimul mulieres, aut mulier una cum viro ſuo, aut conſanguinea cum Parocho eadem domo continentur. Diverſo modo ſe res habet, cum ſola mulier, nulla ſanguinis propinquitate, ſed famulæ tantum conditione accita, cum Parocho verſatur, qui fortaſſe per hyemem longiſſimum noctis ſpatium non precibus, aut libris impendit, ſed cum ipſa famula prope ignem vanis colloquiis inſumit. Itaque neceſſe eſt, ut eædem mulieres teſtimonio ſui Parochi, cui ſubjectæ ſunt, omnino commendentur: Sin autem ad eumdem Parochum ſpectent, qui ipſas mulieres famulas accerſit, teſtimonium vicinioris Parochi, aut Vicarii foranei requiritur.

tur. Pro ætate illarum cognoſcenda teſtimonium obſignatum baptiſmi proferatur =

Cæterum Parochus, cujuſcumque provectæ ætatis, & probatæ vitæ ſit, tam ipſe, quam famula, ſibi dictum putet illud S. Hieronymi Epiſt. ad Nepotianum = Nec ſub eodem tecto maneas, nec in præterita caſtitate confidas, nec ſanctior David, nec Sampſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemper, quod Paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier ejecerit =

11 *Tertio* colligitur, Parochos, & alios Clericos commeſſationes, & inhoneſta convivia fugere debere, *c. cum decorem de vita, & honeſt. Clericor. & in c. 1. ne Cleric. vel Monach.* Nam Hieron. ep. 2. ad Napol. de vita Cleric. cap. 23. *Convivia*, inquit, *tibi vitanda ſunt ſæcularium, & maxime eorum, qui honoribus tument*, & cap. 17. *Conſolatores nos chriſtianis potius in mœroribus ſuis, quam convivas in proſperis noverint, facile contemnitur Clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium, non recuſat*. Idem omnino ſubdit Sanctus Amb. lib. 1. offic. cap. 20. *Habet ſuos ſcopulos*, ait, *verecundia, non quos ipſa invehit, ſed quos ſæpe incurrit, ſi in intemperantium incidamus conſortia, qui ſub ſpecie jucunditatis venenum infundunt bonis, hi aſſidui ſunt, & maxime in convivio, ludo, ac joco enervant gravitatem illam virilem. Caveamus itaque, cum animum relaxare volumus, ſolvamus omnem harmoniam quaſi conſenſum quemdam bonorum operum. Uſus enim cito inflectit naturam, unde quod prudenter facitis, convenire eccleſiaſticis, & maxime miniſtrorum officiis arbitror, declinare extraneorum convivia, vel ut ipſi hoſpitales ſint ſuis peregrinantibus, vel ut ea cautione nullus ſit obbobrii locus, Convivia quippe extraneorum occupationes habent, tum etiam epulandi produnt cupiditates, ſurrepunt etiam fabulæ frequenter de ſæculo &c.*

12 Honeſtis vero conviviis, & quæ fiunt gratia charitatis, & dilectionis, poſſunt bene intereſſe, *c. quando l. 1. & 2. diſt.* 44. Cov. *in c. ult. n. 1. de teſt.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſc. cler. §. 2. n.* 24. item, & iis, quæ fiunt in anniverſariia defunctorum, ſive in ſolemnitatibus Sanctorum, *c. nullus* 44. *diſt. c. nullus de confec. diſt.* 5. Cov. *in d. c. ult. n.* 2. Joan. Gar. *de expenſ. c.* 8. *n.* 12. Cened. *ad decretam, coll.* 46. *num.* 5. Bellet. *d. tit. de diſcip. cler.* §. 22. n. 28. ubi admonet, quod in hujuſmodi conviviis nulla abſentium vita morderi permittatur, nullus ex irriſione reprehendi, nec in eis inanes ſæcularium negotiorum fabulæ plauſus, riſus inconditi audiendi, ſeu referendi, aut cantandi, nec turpia joca, vel urſo, vel tornatricibus,
13 aut larvas ante ſe fieri patiantur. Imo convivium benedictione inchoari debere, & gratiarum actione terminari probatur, *in d. c. quando autem*, 44. *diſt.* & a S. Jo. Chryſ. didicimus, qui *hom.* 79. *ad Antiochum*, ita ait: *Opus eſt, nos, & menſam petentes, & deſiſtentes, Deo gratias agere. Menſa ab Oratione ſumens initium, & in Oratione deſinens, nunquam deficiet, ſed fonte largius omnia nobis afferet bona*. S. Hieron. epiſt. 22. ad Euſtach. c. 16. *Nec cibi ſumantur, niſi oratione præmiſſa, nec recedatur a menſa, niſi referatur Creatori gratia*, alias adducit SS. Patrum auctoritates Gisb. Schevic. *de Eccleſiaſticorum vita, moribus, & officio, lib.* 3. *c.* 36.
14 Bellet. *d.* §. 2. *n.* 26. ubi *n.* 27. ſubdit, quod in omni clericali convivio lectio divinarum Scripturarum miſceri debet, *per cap. pro reverentia*, 54. *diſt.* & advertit Navar. *de Or. c.* 18. *n.* 42. quod Sacerdotes non benedicentes menſam, peccant tantum venialiter; quamvis Præp. *num.* 2. *in d. c. non liceat*, 44. *diſt.* exiſtimaverit, peccare mortaliter.

Quarto colligitur, Parochos, & omnes Cleri- 15
cos a crapula, & ebrietate diligenter abſtinere debere, ita ut ſi non abſtinuerint, & a Superiore commoniti non ſatisfecerint, ab officio, & beneficio ſuſpendendi ſint, ita *c. A crapula, de vita, & honeſt. cler.* Menoch. *de arbitr. caſu* 404. *num.* 4. Superioris autem arbitrio relinquitur, quando Clerici a crapula, & ebrietate non abſtinentes, ab officio, vel benef. ſint ſuſpendendi, gloſſ. *verb. vel benef. in d. c. a crapula*. Menoch. *d. caſu* 404. *n.* 4. Gut. *canon. l.* 2. *c.* 4. *num.* 63. Soar. *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 2. *n.* 12. nam vinolentum Sacerdotem & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet, *c. vino-*
lentum 35. *diſt.* quia multa ex ebrietate mala gi- 16
gnuntur; aufert enim memoriam, diſſipat ſenſum, corrumpit ſanguinem, obtundit viſum, infirmat nervos, obturbat auditum, onerat cerebrum, reſolvit viſcera, balbutit linguam, confundit intellectum, enervat, & fœdat corpus, omnia membra debilitat, exhaurit ſubſtantiam, ſecreta pandit, libidinem provocat, rixas excitat, prout hæc & multa alia referunt Menoch. *d. caſu* 404. *a prin.*

Specialiter vero uſum illum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit, penitus abolendum, præſertim in Clericis decernit Innocentius III. in Lateranenſi Concilio, de quo *in d. c. a crapula*, ſub ſuſpenſionis pœna ab officio, & beneficio refert Bellet §. 22. *n.* 33. & Zozimus Papa (ut dicitur *in libro Pontificum*) conſtituit, ut nullus Clericus pocula in publico populis propinaret, poſſent tamen Clerici in cellis ſibi ad invicem propinare, ut habetur in Conc. Nannaten. *de quo in c. quando autem* 44. *diſtinct.* ubi modus præſcribitur ſervandus a Clericis in conviviia, *& in c. quando Presbyteri eadem diſtinctione*, ſic dicitur *qui volunt panem cum charitate in domo fratris ſui, ſimul cum fratribus frangant, & ſingulis ſingulos bibere faciant, & maxime ultra tertiam vicem populum non conſtringat*, item *in c. nullus Presbyter eadem diſt.* legitur, quod nec præſumant alios ad bibendum cogere, vel aliena precatione ingurgitare.

Quinto colligitur, Parochos, & alios quoſcum- 17
que Clericos mimis, joculatoribus, & hiſtrionibus intendere non debere, *d. c. penult. de vita, & honeſt. cleric. c. Presbyteri*, 34. *diſt. c. non oportet, de confecrat. diſt.* 5. ſcurrilibus, aut joculatoriis verbis, vel adulationibus inſervire, aut vacare, *c. clericum* 46. *diſtinct.* ubi ſic dicitur *clericum ſcurrilem, & verbis turpibus jocalatorem ab officio eſſe retrahendum cenſemus*, *c.* 1. *ne cleric. vel Monachi* Sicut & maledicere, vel detrahere, & calumniare, maxime in Sacerdotes, *capitul. clericus maledicus, ead. diſtinct.* 46. & denique riſus, & fabulas vanas, & tumultus in conſeſſu, & Eccleſia vitare monentur, aut indiſcretis vocibus perſtrepere, vel obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere, & his ſimilia, quibus vituperetur miniſterium eorum, facere prohibentur, *c.*

quando

18 *quando autem* 44. *distin. c. in loco* 5. *quæst.* 4. Qui vero, inquit Bonifacius VIII. *in c. unic. de vita & honest. cler. l.6.* se joculatores, aut gogliardos faciunt, vel buffones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, sunt ipso jure infames; si vero breviori tempore, & moniti non resipuerint, ipso jure omni privilegio clericali carent, refert Ugol. *de offic. Episc. cap.* 13. §. 20. *n.* 2. ubi subdit, præfatum annum requiri continuum, & excipit, ut pœnam hanc evadant, ubi in oculto id facerent, utpote inter amicos, vel infirmitatis alterius, aut honestatis gratia.

19 *Sexto* colligitur, Parochis, & aliis Clericis ob honoris gravitatem, & dignitatem citharam pulsare, & saltare non semper licere, nisi secreto, & in suis ædibus, ut per Abb. *in c. cum decorem, de vita & honest. cleric.* Viv. *opin.* 467. *n.* 3. *vers. & hinc est.* Ugol. *dict. c.* 13. §. 26. *n.* 2.

20 *Septimo* colligitur, Parochis, & Clericis cauponas, vel tabernas, nisi longioris itineris causa, ingredi non licere, *c. non oportet, cum duobus sequentibus,* 45. *dist. dict. c. penult.* late Bellet. *tit. de disciplina cler.* §. 20. *a princ.* ubi *n.* 15. subdit, quod sicut vitium frequentandi tabernas reprehenditur in Clericis, ita nec est laudabile in sæcularibus. Quamvis enim olim cauponarum institutio non fuerit voluptatis causa, sed necessitatis, *l. licet gratis* §. *in factum, ff. naut. caupon. stab.*
21 hodie tamen tabernæ sunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ *l. quæ in adulterium in princ. & ibi* gloss. *C. ad legem Iul. de adulter. l. athlas*, §. *ait prætor, ff. de his, qui notantur infamia l. palam* §. *si qua cauponem, ff. de ritu nuptiarum.* Quæ autem dicantur tabernæ, & illarum nomine quid veniat, dixi *in meo tract. de appellativa verborum utriusque juris signific. appell.* 257. *n.* 1.

22 *Octavo* colligitur, Parochis minime licere choreis, & saltationibus interesse, ne propter motus obscœnos oculi eorum contaminentur, *c. Presbyteri* 19. *dist.* 34. *l.* 57. *tit.* 5. *p.* 1. ubi Greg. Lopez. *in gloss.* 1. *& lib.* 34. *tit.* 6. *part.* 1. ubi *gloss.* 7. Ugolin. *d. cap.* 13. §. 30. *num.* 1.

23 *Nono* colligitur, eis quoque minime licere comœdiis interesse, cum ut plurimum sint de rebus lascivis, turpibus, & amoribus mundanis, provocantes auditores ad malum, & libidinem, ac spectatores suo accessu, & præsentia causam afferunt scœnicis turpia agendi, Paul. Comitol. *respons. moral. l.* 5. *q.* 11. *n.* 8. *cum seqq.* ubi *n princip.*
24 *illius quæst.* probat, comœdiarum impudicarum auctores multiferi criminis esse reos, easque ob id damnant Petrus Gregor. *syntagm. juris*, *l.* 39. *c.* 15.

25 Verum, si comœdiæ audiantur ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus, etiam si res turpes repræsententur, & modus repræsentandi sit turpis, ego puto, non esse peccatum mortale, cessante scandalo, quod existimo modo non esse, quia frequentissimum est Clericis comœdiis interesse: non obstat prohibitio *d. c. penult.* quia secundum Innocent. ibi est tantum de honestate, vel quod verius credo cum Cajet. *in summ. verb. clericorum peccata*, ille text. non obligat sub mortali, cessante scandalo, & contemptu; quare ita resolvunt Fr. Emma. *in sum. tom.* 3. *c.* 71. *n.* 1. Joan. Salas *in* t. 2. *tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. *sect.* 24. *n.* 165. Paul. Squillante *de obligat. cleric. par.* 2. *n.* 45. Galet. *in sua Margarita casuum conscientiæ, verb. comœdiæ,* Sanchez *de matrim. l.* 9. *disput.* 46. *n.* 41. Bonacin. *eodem tract. quæst.* 4. *puncto* 9. *n.* 22. Anton. Dian. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 3. *Miscel. resol.* 35. addo Lezana *sum. quæst. Regul. cap.* 10. *num.* 7.

Animadversio.

☞ Hæc verba *verum, si comediæ* usque ad *interesse*, jam transcripserat Lucius Ferraris, Prompta Bibliotheca, verbo *Clericus* cap. IV. n. 17. in prima ejus editione, quæ tamen in posteriori, Romæ Typis data an. 1757. dempta sunt. Quæ opinio jam reprobata fuerat a Bened. XIV. lib. XI. cap. X. numer. 12. de Synod. diœc. edit. an. 1755. tamquam = Nimis laxa, ne dicam, aperte erronea, & scandalosa = Et merito quidem, cum percipi nequeat, quomodo Sacerdotes, & Clerici, ac Parochi potissimum, non essent scandalo laicis, interesentes comediis, quando in iis res turpes repræsentantur, & modo repræsentandi est turpis. Nonne sua præsentia eisdem laicis ansam præberent ad efformandum judicium, idipsum sibi licere? ☜

Decimo colligitur, illos minime adesse debere 26
agitationi taurorum, cum id eis prohibuerit Greg. XIII. quadam sua Constit. cujus tenorem recenset Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 72. *alias* 75. *In noviss. edit.* Stephan. Quarant. *in sum. Bullarii, verb. torneamenta.* Postea Clem. VIII. pro Regnis Hispaniarum pœnas, & censuras contra eos, & alios Clericos imposita sustulit, & amovit (exceptis Monachis, & Fratribus Mendicantibus, cæterisque Regularibus cujuscumque Ordinis, & Instituti) ad terminos juris reducendo. Monet tamen sua Sanctitas, & in Domino hortatur Clericos sæculares, beneficia ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in ecclesiastica dignitate constitutos existentes, ne paterna hac ejus benignitate abutantur, prout plenius in suis literis *sub die* 13. *Januarii* 1596. continetur, quarum literarum contextum referunt Quarant. *ubi supra,* & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 68. *ar.* 2. & de illis meminere Azor. *instit. moral. part.* 3. *l.* 2. *c.* 15. *in princip.* Lezana *ubi supra cap.* 10. *num.* 7.

Undecimo colligitur, Parochis, & aliis Clericis 27
ad aleas, & taxillos ludere non licere, *d. c. pen. de vita, & honest. Cleric. c. cum inter dilectos, de excess. Prxl.* Conc. Triden. *sess.* 24. *de reformat. c.* 12. *l.* 57. *tit.* 5. *p.* 5. Paul. Comitol. *respons. moral. l.* 1. *quæst.* 90. Ugolin. *de offic. Episcop. c.* 13. §. 22. *n.* 2. ubi subdit, hoc procedere in omnibus Clericis, qui ordine sacro initiati sunt, vel in minoribus constituti, si beneficium habeant ecclesiasticum, & n. 3. addit, quod nec per alium ludere possunt, & in fine restringit, ubi animi gratia secreto, & modice luderent absque scandalo, & §. 23. *n.* 1. resolvit, eos peccare mortaliter, si aleis, & taxillis ludant.

Ludus tamen, qui consistit in ingenio, aut virtu- 28
te corporis, illis est permissus, si secreto, & in suis ædibus ludant Ugolin. *d. c.* 13. §. 25. *&* 26. Bell. *d.* §. 24. *n.* 8. *&* 9. ubi *n.* 15. intelligit, modo non ludant in publico: dummodo etiam admixtos laicos non habeant, gloss. *in verb. ejusdem, in c. continc-*

tinebatur de homicid., ubi Hoſt. *num.* 1. & Abbas *num.* 3.

Unde ſcacchorum, ſive latrunculorum ludum non eſſe Clericis prohibitum reſolvunt Abb. *n.* 4. *verſ. & hoc intellectu*, *& n.*12. Jo: Andr. *num.*13. Paul. Comitol. *d. lib.*1. *q.*91. Bellet. §. 24. *num.*7. ubi *n.* 10. intelligit, modo ludatur cauſa recreationis, & non cauſa voluptatis, aut avaritiæ, vel cupiditatis, & *n.* 15. etiam dummodo non diſtrahantur a divinis propter longum tempus, quod in tali conteritur. Et quamvis hujuſmodi ludus ingenio conſtet, ac proinde permiſſus cenſeatur, non multum tamen literatis hominibus convenire arbitramur, quod mentem jam literarum ſtudiis fatigatam recreare magis ceſſatione, & quiete, quam novo meditationis labore gravare oporteat, ut bene advertit Joan. Baptiſta Finus *de reg. juris*, *hom.* 22. *in fin.*

31 *Duodecimo* colligitur, eiſdem quoque non licere canes, accipitres, vel hujuſmodi ad venandum ha-
32 bere, *cap.*2. *in fin. de cleric. venat.* Sanitatis, vel recreationis cauſa Clerici, venationibus uti non prohibentur, dummodo id faciant cum ſilentio, & modeſtia, quod etiam poſt alios advertit Illuſtriſs. D. meus Roderic. *in comment. ad cap.* 9. *num.* 2.
33 *diſt.* 86. In dubio autem venationem præſumi factam cauſa recreationis tenent Anam. *in d. cap.*1. *de Cleric. venat. col.*2. Alex. *conſ.*71. *n.*13. *vol.*1. Menoch. *dict. conſ.* 221. *n.*51. *& de præſumpt. lib.*5. *præſ.*3. *num.*116. Belle *d.* §. 19. *num.*7. Illuſtriſs. D. meus Rudericus *in comment. ad cap. videu.*10. *diſtinct.* 86.

34 Unde Nicolaus Papa *in dict. cap.*1. *diſt.*34. Laufredum venationi deditum reprehendit, additque
35 ex S. Hieronymo, venatorem numquam legiſſe ſanctum, cujus dicti ratio poterit eſſe, quia venatores miſerandam in animalibus exercendo carnificinam, multum inde ſanguinariæ crudelitatis aſſumunt, & ſic mentem induunt ab omni pietate alienam, Pined. *in Job. cap.* 16. *verſ.*10. *num.*3. *&c.* 7. Ferdinand. Salazar. *proverb. cap.* 12. *verſic* 27. *num.*123. ubi fraudolentos homines venatori dicit perſimillimos, ipſamque artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis eſſe conjunctam, & Martin. Delr. *in adag. ſacra*, *adag.*13. *per tot.* firmat, quod ſacer textus venationis nomine omnem tyranidem, crudelitatemque deſignat. Non obſtat, quod objicit gloſſ. *verb. venatorem in eod. cap.*1. *diſt.*34. de Sancto Euſtachio, quia benè ſolvit, dicens, quod deſerviens venationi non eſt ſanctus, ſed qui ſemel fuit venator, poteſt poſtea effici ſanctus, peracta jam pœnitentia, ſequitur Abb. *in dict. cap.*1. *verſ. & pro illa, de Clerico venatore*, declarat Abulenſ. *in Matth. cap.*6. *q.* 43. *verſ. ſi autem objiciatur.*

Additio.

☞ Cum duo ſint genera venationum, una ſcilicet clamoroſa, ſeu ſaltuoſa, quæ fit magno armonum, canum, accipitrum apparatu, & tumultu ad capiendos apros, cervos, & majores feras: altera quieta, quæ nimirum exercetur ſolis laqueis, & retibus, aut etiam cum armis, ſed paucis adhibitis canibus, ſine ullo ſtrepitu ad occidendum volucres, minoreſque feras, non feroces, communior DD. ſententia eſt, ut clamoroſa dumtaxat ſit interdicta: quamvis contraria ſit ſanctioni Decretalis relatæ *in cap.*1. *de Cleric. venat. & canonis XV. Concil. IV.* Lateranenſis conformior. Juxta hanc diſtinctionem animadvertit Zipæus *in Juris Pontificii novi analytica narratione*, *tit. de Cleric. venator.* videri non male accipi poſſe *cap. XII. Concil. Trident. ſeſſ. xxiv. de reform.* dum non ſimpliciter, ſed ab illicitis venationibus Canonicos omnes jubet abſtinere, & ſic etiam accipiendum eſſe *cap. I. Epiſcopum de Cleric. venat.*, quod præcipit abſtinere ab immoderata omnium beſtiarum, & volucrum venatione, prout ſibi præfefert ly *ſæpius*.

Cæterum audiendi non ſunt, qui auſi fuerunt aſſerere, ut eos redarguit laudatus Zipæus *loc. cit. tit. de vit. & honeſt. Clericor. num.*11. Titulum de Clerico venatore hodie non obtinere, uſuque abrogatum eſſe: ſed argumentantur ex facto abuſivo, quod juri non derogat, apud pios Clericos Jus nihil immutatum eſt, qui meminerint illud Hieronymi, quod venatorem nunquam legimus ſanctum, *Can. quorumdam diſtinct. xxxiv.* Nemroht non ſanctus, ſed robuſtus venator dicitur = Aliud enim eſt, dictum *cap. Epiſcopum*, una cum allatis textibus contraria conſuetudine abrogatum eſſe quoad prohibitionem venationis clamoroſæ, & aliud, non eſſe communiter uſu receptas juxta præſentem Eccleſiæ diſciplinam pœnas ibi inflictas contra Clericos eidem vacantes: quas quidem hodie relinquendas videtur Epiſcoporum arbitrio ex deductis a Benedicto XIV. *de Synod. Diœceſan. edit. ann.* 1755. *lib. XI. cap. x. num.* 8, *&* 9. Quæ tamen pœna non debet eſſe nimis rigoroſa, præſertim pro prima vice, nec ſub excommunicatione ipſo facto, aut privatione privilegij clericalis, ut ex Decretis *Congreg. Epiſcop. & Regul. in Aſſiſien.* 16. *Martii* 1622. & in *Eugubina* 16. *Januar.* 1596. *in Licien.* 18. *Junii* 1602, *&* 5. *April.* 1604, ac in *Squillacen.* 15. *Juli* 1605. relatis a Lucio Ferraris *Prompt. Biblioth. verbo Clericus art.* 6. *n.*35.

Clericis autem in ſacris conſtitutis prohiberi poteſt ab Epiſcopo delatio ſclopi ſub pœna ſuſpenſionis a divinis, ipſo facto incurrenda, ut declaravit Congreg. Concil. *in Sarſinaten.* 12. *Aug.* 1641. *lib. XVII. Decretor. pag.* 499.

Nequit autem Epiſcopus aliis Clericis, arma deferentibus comminari, aut infligere pœnam privationis privilegii fori, ſed aliis pœnis animadvertendi ſunt ad præſcriptum Concilii Viennenſis *in Clem. I. de vita*, *& honeſt. Clericor.*, ut eadem Concil. Congr. reſpondit ad dubium ann. 1625. prout legitur *lib. XII. Decretor. pag.*317. ☜

Piſcari autem eiſdem licere non eſt dubium, 36 exemplo Apoſtolorum, quos piſcatores ad ſe Salvator noſter vocavit *Matth.* 4. *Marc.*1. *Luc.*5. Ita Salzed. *ad Bernard. dict. cap.*70. *lit. A*, *verſ. piſcatio*. Bellet. *dict. tit. de diſcipl. cleric.* §. 19. *n.* 8. Ugolin. *dict. cap.*13. §. 22. *num.*10. qui, id dupliciter reſtringunt, & primo, dummodo artem illam piſcandi diebus præſertim ſolemnibus (quibus eccleſiaſticis officiis intereſſe debent, & inſervire) non exerceant, in aliis feſtis permittitur, ubi neceſſitas ſuaderet, *cap. licet*, *de feriis*. *Secundo*, ſi non aſſiduè id exerceant, non enim Apoſtoli, poſtea-

posteaquam gratiam Dei noverunt , piscationibus operam dabant assiduè , sed relictis retibus, secuti sunt Christum Dominum .

Additio.

☞ Cum piscatio sit opus servile , æque ac venatio , interdictum est omnibus , etiam laicis, eidem operam dare quibuscumque diebus festis, excepta consuetudine , si sit tolerata , vel excepta necessitate , & hac ingruente , & quidem gravi , a locorum Ordinariis cognoscenda , & cum eorumdem licentia , ut declaravit Alexander III. io cit. cap. Licet . Quare non ob quamcumque necessitatem dictis diebus licita est. ☜

37 *Decimotertio* colligitur, Parochos, & alios Clericos negociari , & mercaturam facere lucri causa non posse , ut probat text. *in cap. negociatio* 88. *dist. & cap. cum secundum 6. ne Cler. vel Monachi* , ubi decernitur , ut excommunicentur , *& in cap. sed nec eod. tit.* ubi præcipitur , ut suspendantur ab officio ecclesiastico, *& in cap. clericus, dist.*94. ubi imponitur eis depositionis pœna , & in *cap. canonum* 14. *qu.* 4. Ubi jubetur , ut explodantur a clericali consortio .

38 Amplia *primo*, procedere quocumque contractu negociatio fiat, utpotè vel emendo, vel vendendo, ut resolvit Ugol. *dict. cap*13. §.16. *num.*1. *in fine*, vel conducendo possessiones propter cupiditatem, ut probat text. in *cap.* 1. *vel Monac.* ubi Abb. *n.* 8. Marc. Anton. Genuens. *in tract. Archiep. Neapol. cap.* 62. *num.* 12. Bellet. *dict.* §. 21. *num.*31. nisi necessitas instet , videlicet ad sui , vel suorum sustentationem , ut declarant Host. *in cap.* 1. *num.*2. *de obligat. ad ratiocin.* Sylvest. *in sum. verb. Clericus* 3. *num.*2. Marc. Anton. Genuen. *cit. loco.* Bellet. *dict.* §. 21. *num.* 33. ubi *num.* 25. subdit, quod possuot conducere omnes obventiones Eccle-
39 siæ . Vel nisi conductores succedant , quia poterunt perseverare in conductione usque ad tempus , quo durare debet conductio Glos. *verb. conductore , in dict. cap.*1. ubi Abbas *num.* 8. Felin. *in c. quia lit. C. num.* 3. *vers. ideo ipse, de judic.* Barbat. *cons.*1. *n.*50. *vol.*3. Sylvest. *in sum. verb. Clericus* 3. *num.*2. Gregor. Lop. *l.* 45. *verb. arrendatores , tit.* 6. *par.*1. Bonacos. *comun. crimin. par.*2. *verb. Curiales, fol.*20. Redoam. *de spoliis Cleric. in præfat. qu.*2. *num.*12. Bellet. *dict.* §. 21. *num.*32. Molin. *dict. tract.* 2. *disp.* 342. *n.*7. Less. *dict. l.* 2. *cap.*21. *num.* 6. Ugol. *dict.* §. 16. *num.*2. *vers. quid igitur* .

Additio.

☞ Circa prosequutionem negociationis vide addita post num. 43. ☜

40 Amplia *secundo* , seu potius declara , procedere in illis , qui aliquid emunt , vel contractu oneroso acquirunt , ut ex illius venditione lucrum referant , secus autem si emant rem eo animo , ut domi consumaot , vel ut eam reducant ad aliquam formam , aut ea vendant , quæ de rebus suis recollecta fuerint . Vide Tiraq. *in præfat, retractus lig. num.*78. Mexi. *in tract. taxæ panis , conclus.*1. *num.* 170. Mart. *dict. casu* 3. *num.* 10. Ceval. *commun. contra commun. qu.* 810. *num.* 16. *&* 17. Quarant. *in summ. Bullarii , verb. vectigal vers. tertio quatenus* Suar. *tom.*5. *disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 21.

Limita *primo* , quando negociationem exercue- 41
rint non lucri , sed necessitatis causa , ut se , suosque alant , cum aliunde , unde vivant , non habeant , & bona Ecclesiæ ad eorum victum non sufficiant, ita Salzed. *ad Bernard. dict. cap.*58. *vers. necessitatis tamen causa* , Navar. *cons.*3. *num.*3. *ne Clerici , vel Monach.* Ugolin. *dict. cap.* 13. §. 16. *num.* 2. *vers.* 2. Farin. *dict. lit. C. verb. Clericus , num.*169. ubi *num.*170. subdit , quod in dubio negociatio præsumitur facta ex causa cupiditatis, & lucri , oisi probetur necessitas .

Secundo limita , ubi semel , vel iterum negocia- 42
tio fiat , quia in hoc casu non peccarent mortaliter , Cened. *ad Decretum , collect.*37. *num.*2. *in fin.* Ugolin. *dict. cap.*13. §.15. *num.*2. *&* §.16. *num.*1. Carol. de Grassis *dict. effectu* 6. *num.* 19. Anton. Diana *moral. resol. tract. de contract. resolut.* 72. *vers. limita* .

Additio.

☞ Circa hanc Seotentiam in praxi caute procedendum crederem , attenta sequenti prohibitione . ☜

Tertio limita , si negocientur per alios, justa in- 43
terveniente causa , ut per Navar. *de spoliis Clericor.* §. 8. *in fin.* Tabien. *verb. emptio qu.*26. Malder. a. 2. *tract.*5. *cap.* 2. *dub.*4. Molin. *d. tract.*2. *disp.*342. *num.*10. Less. *dict. l.* 2. *cap.* 21. *dub.* 1. *num.* 6. Contrarium tamen tuentur Megal. a. 2. *l.* 2. *cap.*5. *qu.*157. Marc. Ant. Genuen. *in pract. Archiepisc. Neapol. cap.* 62. *num.* 6. Ugolin. *dict.* §. 17. *num.*2. sed eorum opinionem existimo, procedere eo casu , quo Clerici quæstui potissimum anhelantea negociationem per alium exercent , secus vero dicendum , ubi negociatio per modum alicujus liciti artificii exercetur , & nullum avaritiæ, vel ambitionis vitium in Clericis notari potest, in quibus terminis sunt intelligendi DD. primo loco citati .

Animadversio.

☞ Circa Clericos sub alieno nomine negociationem exercentes , transcribo a me jam addita ad Thesaurum de pœnis ecclesiast. in fine cap.1, verb. *Negociatio* . Quæcumque statuta sunt a Summis Pontificibus, & Conciliis contra Clericos , sæcularibus oegociis se immiscentes sub pœnis ab iisdem impositis , & etiam majuribus , arbitrio Ordinariorum infligendis, ex decreto Conc. Trident. sess.22. cap.1. de reform. ampliata sunt a Bened. XIV, Constit. *Apostolicæ* 25. *Febr.*1741. dictas pœnas extendente ad Clericos , illicite sub alieno nomine negocia exercentes , perinde acsi per se , & proprio eorum nomine , eadem exercereot .

Et nota , nomine oegociorum Clericis prohibitorum , venire etiam cambia activa , per interpositam licet personam contracta , ut post citat. Constit. magis declaravit idem Beoed. lib. X. de Synod. Diœces. edit. 1755. cap. 6. num. 4, & 5.

Idem declaravit Clemens XIII, in epistola ad Pa-

Patriarchas &c. *Cum primum* 17. Sept. 1759.

* Insuper in cit. Bened. Constit. decernitur:

I. Ut omnia, & singulá bona, sic ab eis alieno nomine acquisita, sub spolii pœna subjiciantur, juxta Constit. Pii IV. *Decens* 5. *Novemb.* 1560.

II. Ut negocia per laicos prius inchoata, & ad ipsos Clericos delata continuari nequeant sub iisdem pœnis, nisi urgeat necessitas, & de licentia Congreg. Concil., aut etiam Ordinarii extra Italiam, ad tempus dumtaxat concedenda; ita tamen, ut pertractentur per interpositam laici personam.

III. Ut exempti a spolio ad effectum testandi, aut transmittendi in hæredes, ab eo non eximantur, quoad bona sic acquisita, non obstante Indulto Pii IV. Constit. *Romanus Pontifex* 5. *Februar.* 1560, & Pauli V. *In eminenti* 8. *April.* 1606. favore Curialium, incolarum, & originariorum Urbis, etiam presbyterorum in ipsa urbe, & ejus districtu intra decem milliaria, quibus Constitutionibus a Sanctitate sua in hac parte derogatur.

Licitum tamen est eis in terris propriis, non tamen conductis, agriculturam exercere ex Constitut. Clement. VIII. *Inter multiplices* 4. *December* 1600.

Addere hic libet, quæ de quæstuosa negociatione a Missionariis exercita habet idem Bened. cit. lib. X. de Synod. Diœces. cap. 3. num. 4. ibi = Ad idem præcavendum scandalum, Evangeliique præconum consulendum famæ, & dignitati, Summus Pontifex Clemens IX sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibuit quibuscumque ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus, degentibus, sive in Insulis, provinciis, & regnis Indiarum orientalium, sive in partibus Americæ, tam australibus, quam septentrionalibus, ne unquam cujusvis causæ, occasionis, & tituli prætextu, quæstuosam exerceant negociationem, sive per se, sive per alios, sive nomine proprio, sive religiosorum Ordinum, quorum forte sint alumni; voluitque, statutas a se in prædictos negociatores pœnas neque eum evadere, qui semel tantum mercaturam facit: quod videre est in Constitutione ejusdem Pontificis impressa inter Apostolicas Constitutiones, respicientes missiones Sinarum, & Tunchini in unum volumen collectas, editasque Parisiis anno 1676. par. 1. pag. 73. = ☜

44 *Quarto* limita, si emissent pertinentia ad se, suamque familiam sustentandam per totum annum, & præter propositum empta superessent, vel diminutione familiæ, aut alia ratione; tunc enim pretio currenti, etiam cariori, quam emerant, absque negociationis periculo vendere possunt, ut per Prosp. de Augustin. *in addit. ad Quarant. verb. vectigal. vers. tertio*, ibi *idque extendit* Ugolin. *dict.* §. 16. *vers.* 5.

45 *Quinto* limita, ubi mercaturam exercuerint cum suis animalibus, & prædiis, possunt enim locare animalia, ut boves, & oves, si habent ex decimis, aut successione, vel si habentes pascua multa, emunt eadem animalia, ut illa depascerent ad sustentationem sui, & suorum, ut per Redoan. *de spol. Cleric. qu.* 2. Molin. *dict. disput.* 342. *n.* 14. Bellet. *dict. tit. de favore Cleric.* §. 11. *n.* 34.

46 *Sexto* limita, ubi agros proprios colerent, ut fructus vendant, lapides, vel metalla ex suis fundis cederent, vel eruerent, sive ea mutent in aliam speciem, sive non, greges in suis prædiis alerent, ut ex fætu, lacte, lana pecuniam conficiant, aut ut ipsa animalia adulta, & saginata vendant, ita Less. *dict. l.* 2. *cap.* 15. *dub.* 1. Paul. Comitol. *dict. lib.* 1. *qu.* 53. *num.* 2. Fernandez *ubi sup. num.* 5.

Septimo, limita, ubi a locis piis terrena in affictum acceperint, quia non debeat hoc casu prætextu illicitæ negociationis molestari, ut Nuncio Neapolis rescripsit Sacra Congr. Episcoporum, & Regularium *sub die* 19. *Januar.* 1593. 47

Additio.

☞ Hoc decretum ita indistincte hic relatum, intelligendum est cum limitatione, quæ legitur in responso Cong. Concil. ad sequens dubium V. ci inter alia propositum a Clericis Diœcesis Caputaquensis, relatum ab eodem Auctore lib. XI, Jur. Eccles. univers. cap. 1. num. 127.

An Clerici pauperes ad suam, suæque familiæ sustentationem possint terras Ecclesiæ conducere.

Ad V. Clericos pauperes ad suam, suæque familiæ sustentationem posse terras Ecclesiæ conducere absque reatu illicitæ negociationis; bona vero laicorum non posse, nisi ex mera, & præcisa necessitate. ☜

Octavo, limita, ubi vinum suum, etiam minutim, vendiderint: cum advertentiis tamen sibi per Episcopum præscriptis, prout Aversano Episcopo eadem Sacra Congregatio rescripsit, *sub die* 5. *Maii* 1593. 48

Decimoquarto colligitur, Parochos, & quoscumque alios Clericos ab omni sordido quæstu, & vili, aut ignominioso artificio abstinere debere: quibus vero non suppetit ex sacerdotio, possunt honesto aliquo artificiolo victum quærere, *cap. Cleric.* 1. *&* 2. *disp.* 91. Strach. *de mercat. par.* 3. *num.* 5. Vivi. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 43. *vers. & Consilium*, *pag.* 565. Navar. *comment.* 2. *de Regular. num.* 37. Less. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *dub.* 2. Ugolin. *dict. cap.* 13. § 18. *num.* 1. *vers. excipio*. Fernandez *in examine Theologiæ moralis*, *pat.* 4. *cap.* 5. §. 3. *num.* 7. 49

Sic Apostoli laborabant manibus suis, ne quempiam gravarent, D. Paul. 1. *Thessal.* 2. *&* 1. *ad Corinth.* 4. *& Actor.* 2. *cap.* 18. *cap. nunquam de consecr. dist.* 5. Et Sanctus Lucas manibus operabatur in pingendo, & S. Antonius in colendo terram, & texendo fiscellas; unde eis permissum erit, & maximè quibus Ecclesia non sufficit, ut victum, & vestitum quærant, ut exerceant opera rusticalia, veluti fiscellas juncis texere, canistra viminibus plectere, sarrere humum, areolas æquo limite dividere, in quibus cum olerum jactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ inserere fructuosas arbores, vel gemmis, aut surculis, apum alvearia fabricare, & lina texere pro capiendis piscibus, proprias vineas putare, vel fodere, domus suas reficere, & alia hujusmodi facere, *capitulo Presbyter, cap. Clericis victum, nonagesimaprima distinctione*, dummodo tamen non impediantur mu- 50

munera, quibus iocumberę debent, Stephanus Grat. *discept. foreas. cap.57. aum. 27.*

51 *Decimoquiato* colligitur, eos arma deferre non posse, portantes enim excommunicari debent,
52 *cap. Clerici 2. de vita, & honestat. clericor.* Clericorum enim arma sunt orationes, & lachrymæ, *cap. fiual. 36. dist. cap. porro 16. qu. 3. cap. convenior, cap. noa pila, cum aliis 23. qu. 8.*

53 Verum si subsit justa causa, poterunt arma porre, veluti si per loca perieulosa iter faciant, ad terrorem latronum, ut per gloss. *verb. Clerici, in dict. cap. Clerici*, ubi Bald. *num.2.* & Abb. *num 8.* Soecin. *reg.30. lim.6.* Menoeh. *de arbier. casu 394. n.58.* Deeian. *in tract. crim. lib.8. cap.3. a.34.* Farin. *dict. q. 108. num.110.* Ugolin. *dict. cap.13. §.12. vers. excipitur*, Carol. de Grassis *dict. effectu 20. num.33. cum seq.* Bellet. *d. §.18. num. 15.* Vel si essent in obsidione, aut haberent inimicitias, seu ex aliqua juxta alia causa, Bald. *in dict. cap. Clerici nam.7.* Jacob. de Graff. *in aureis, decis. par.2. lib.3. cap.7. num.3.* Ugolin. *d. §. 12. vers. 2.*

54 Denique de his, quæ Clerici pro honestate, ac bonis moribus vitare tenentur, Isidor. *de Eccles. offic. lib.2. cap.2.* relatus in *cap. his igitur 23. dist.* quasi omnia, quæ dicta sunt supra, compendiosè complectens, scribit in hæc verba: *His igitur lege Patrum caveeur, ut a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant, non spectaculis, non pompis intersiat, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed & sobria colant, usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studium appetant, amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negociaque abjiciant, honoris gradus per ambitiones non subeaat, pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiaat, dolos, & conjurationes caveant, odium, æmulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant, noa vagis oculis, non effræna lingua, aut petulanti, flaidoque gestu incedant, sed pudorem, & verecundiam mentis, simplici habitu, incessuque ostendant, obscoenitatem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur, viduarum, & virginum frequentationem fugiant, contubernia extraneaarum fœminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, aut certè unius matrimonii vinculo fœderentur, senioribus quoque debitam obedientiam præbeant, neque ullo jactantiæ studio semetipsos attollant, postremò doctrinæ lectionibus, Psalmis, Hymnis, Canticis exercitio jugiter incumbaat. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se maacipando student exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.*

Additio.

☞ Interdictum etiam eisdem, & potissimum Parochis, exereere officium Judicis tam criminalis, quam civilis, Procuratoris, Advocati in foro sæculari, Notarii, Tabellionis, Principis vicesgerentis, Cancellarii, Officialis, & similis, cap. Clericus, cap. sicut, oe Clerici, vel Monach. cap. ut officium §. verum de Hæret. in VI. *cap. Clerici de vita, & honestat. clericor. cap. 1. de postulan.*

Ex Constit. Clem. XIII. *Cum primum* 17. Septemb. 1759. interdictum est etiam tam Sacerdotibus, quam Clericis, se in laicorum domibus obsequiis, abjectisque servitiis addicere, licet sub quovis honestiori titulo susceptum servitii genus obtegere nitantur. ☜

Debet igitur Parochus vitam suam ita institue- 55
re orationis frequentia, cibi, ac potus temperantia, corporis castitate, locutionis modestia, in pauperes misericordia, erga omnes humanitate, & charitate, ut quod verbis in Ecclesia populum edoeet, ipse opere confirmet, ac veluti in imagine ostendat, & quod aliis tanquam ad salutem necessarium, aut utile suadet, idem consilium sibi det, & exequatur, alioquin enim apparet subditis, Pastorem non ex animo hortari ad charitatem Dei, & proximi, continentiam, & temperantiam, vitiorumque omnium fugam, si videant ipsummet talia facere, quæ in aliis damnat; nam qui sibi malus est, quomodo aliis bonus esse posset, cum proximus quisque sibi sit? & *Eccl. c. 30.* dicat, *Miser. animæ tuæ, placens Deo.* Si, inquam, Pastor propriam animam sibi conjunctissimam non curat, quomodo curam aliarum geret ex animo? aut quomodo eum fructu alios excitabit ad charitatem Dei, & rerum cælestium desiderium, si ipsemet eo igne cœlesti privatus sit, quomodo alios exortabitur ad temperantiæ, & castitatis virtutem, si ipsemet vino deditus, & impurus existat; quomodo commendare poterit mutuam charitatem, pacem, & mansuetudinis christianæ decorem, si ipsemet lites alat, impatientia, & iracundia æstuet?

CAP. VII.

De vigilantia Parochorum erga suas plebes.

SUMMARIUM.

1 *Parochi oves suas non solum in genere, sed etiam in specie, & in individuo agnoscere debent.*
2 *Baptizatos describere debet Parochus cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio nati sunt, & patrinorum, qui eos de Baptismo susceperunt de die, mense, & anno.*
3 *Formula describendi baptizatos ponitur.*
4 *Baptismi liber per Parocham descriptus probat quem baptizatum, & illius ætatem.*
☞ *Vide Additionem.*
5 *Origo probatur ex partita libri Baptismi per Parochum extracta.*
6 *Parochus tenetur describere illos, qui contrahunt matrimonium in Parochia sua.*
7 *Matrimonium probatur ex libro Parochi, in quo illud describit.*
8 *Parochus tenetur sub mortali peccato librum describere eorum, qui in sua Parochia matrimonium contrahunt.*
☞ *Vide Additionem.*
9 *Formula observanda a Parochis in describendis matrimoniis ponitur.*
10 *Matrimonium plene probatur ex partita, extracta de libro Parochi, etiam mortuis testibus, & Parocho.*

11 *Cor-*

11 *Formula partitæ in libris mortuorum per Parochum describendæ ponitur.*
☞ *Vide Additionem.*
12 *Mors, & sepultura probatur ex partita extracta per Parochum de libro mortuorum, etiam ad effectum reservationis.*
13 *Parocho adnotanti mortem Parochiani creditur.*
14 *Mors probatur ex libro Societatis, si Confraternitas habet pro instituto hoc officium generale sepeliendi mortuos.*
15 *Mors probatur ex libro hospitalis, cui consuevit fides adhiberi.*
16 *Confirmati, an, & quando, & quomodo scribendi ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*
17 *Matriculam omnium, qui sunt sub sua Parochia pro ejus arbitrio conficere debet Parochus.*
18 *Parochus notare debet eos, quibus de bonis Ecclesiæ subvenit.*
19 *Parochus fidem de libris suis faciens, potest accipere pro sua mercede illud, quod in loco consuetum est dari; si vero solitum sit fieri gratis, gratis & ipse faciet.*
20 *Libri matricularum non sunt per Episcopum de Parochorum potestate extrahendi, sed penes illos debent conservari.*
21 *Fides extracta per Parochum ex suis libris, ut in judicio probet, est necessario facienda cum formali transcriptione partitæ de verbo ad verbum.*
22 *Fides extracta per Parochum, lite pendente in Rota, sine citatione, & recognitione, non probat.*
23 *Parochus debet facere diligentem instructionem ingeniorum suæ curæ.*
☞ *Vide Animadversionem.*
24 *Parochus tenetur curare, ut sana, & orthodoxa doctrina, & boni mores in plebibus suis conserventur, & vitia avertantur, & profligantur.*
Parochus curet discordias inter filios spirituales quantocius componi.
25 *Parochus invigilare debet circa pauperes, & miserabiles personas.*
26 *Infirmos suæ Parochiæ visitare, eosque opportunis remediis juvare debet Parochus.*
☞ *Vide Animadversionem, & Additionem.*

1 Curæ animarum Præfecti debent in primis, quemadmodum Tridentina Synodus docet *sess.*22. *de refor. c.*1. oves suas agnoscere, non solum in genere quoad earum numerum, sed in specie familias singulas, & in individuo personas quaslibet, earumque ætatem, & qualitates, ut possint ipsimet, vel si opus fuerit, Ordinarii locorum necessaria ad salutem singulorum opportune subministrare, quod facilius exequentur, si juxta novum Rituale librum componant, in quo familias, & personas subditorum cum ætatis nota, & Sacramentorum, præsertim ad salutem necessariorum receptione, & alia hujusmodi describant.

2 Ultra hunc librum principalem debent Parochi alios quatuor, sive matriculas habere, in quibus describant primo omnes, qui in Ecclesia sua Baptizantur, cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio nati sint, & patrinorum, qui eos de Baptismo susceperunt, ac die ... mense ... & an:.. Conc. Trid. *sess.*24. *de reform. matrim. c.* 2. Possevin. *de officio Curati, cap.* 8. *n.* 48. ubi ponit formam videlicet, *Die ... mense ... ann ... Paulus filius* 3
Petri de N. & Bertæ de N. ejus uxoris baptizatus est a me N. compatre, & commatre N. & N. (Et si baptizatus fuerit domi, post verbum baptizatus, addatur nomen baptizantis,) *& reliqua Sacramentalia perfecta sunt a me N.* &c. Vel melius ita potest hæc formula concipi. *Die ... mense ... ann. Ego N. Archipresbyter, sive Rector, aut Curatus Ecclesiæ Sancti N. baptizavi N. Filium* (hic ponantur nomina, & cognomina, & loca, ubi habitant, *secundum ritum, & præscriptum S. R. E. patrinus, & matrina fuerunt N. & N.* (hic ponantur nomina, & cognomina patrini, & matrinæ.) Quod si infans spurius, & illegitimus fuerit, & parentes cognosci nolint, scribatur; Ego N. &c. ut supra, *baptizavi N. filium parentum ignotorum, secundum ritum*, &c. ut *supra*. Quod si domi baptizatus ad exorcismum fuerit allatus, adnotentur nomina patrinorum, qui in exorcismo eum tenuerunt in hac forma. *Fuit Baptizatus, & susceptus N. filius, & N.* &c. *secundum ritum*, &c. ut supra, *quem ego N.* &c. *exorcizavi, & fuerunt patrini N. & N.* (hic ponantur eorum nomina, & cognomina, ut supra, qui ad exorcismum tantum eorum tenuerunt,) Datum, &c. Titulus autem sic concipiatur: *Liber baptizatorum in Ecclesia parochiali Sancti N. pro ann.*

Ex partita ab hujusmodi libro Baptismi, per Parochum extracta probatur quis baptizatus, & illius ætas, sicut docent communiter. 4

Additio.

☞ Quæres hic obiter, an Parochus citra irregularitatem dare possit absque ulla protestatione ad petitionem judicis fidem baptismi alicujus, rei sententiæ capitalis, certo sciens, ideo eam peti, ut si minoritatem excedat, prout revera ex libro Baptizatorum excedere constat, morte multandus sit. Cong. Conc. in hac eadem facti specie sibi ab Episcopo Liciensi propositi, sub die 10. Decemb. 1661. respondit, *non contrahi irregularitatem*, prout ego ipse legi in lib. XXII. Decretor. ejusd. Cong. pag. 756. ☜

Et probatur etiam origo per librum Baptismi, secundum Rebuff. *de pacific. possess. n.* 217. Genoa *d. l.*5. *q.*3. Piasec. *in praxi Episcop. p.*1. *c.*1. *n.* 9. Mascard. *de probation. concl.* 1147. *n.* 21. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell. gloss.*9. §.1. *a n.*112. ubi *n.* 13. hoc intelligit, cessante fraude. Et per illum probatur impedimentum cognationis spiritualis, Marc. Anton. *var. l.*1. *resol. fin. casu* 33. 5

Secunda matricula fieri debet a Parocho, illorum scilicet, qui contrahunt matrimonium in Parochia sua, ut si dubietas aliqua contingat, possit fidem de matrimonio contracto præstare, unde & nomina testium, & locum contractus describere debet, ut statuit Conc. Trid. *d. sess.* 24. *de reform. matr. c.*1. *vers. habeat Parochus.* 6

Ex quo libro probari matrimonium tenent Lancel. Gallia *cons.*15. *num.*3. Genoa *d. lib.* 5. *quæst.*6. Franc. Vivi *decis.* 489. *num.* 9. Camill. Borell. *par.* 2. *tit.* 22. *num.* 27. cum Parocho deponenti de pertinentiis ad suum officium credatur, Menoch. 7

ch. *de arbitr. caſu* 99. *n.* 3. Surd. *dec.* 70. *n.* 13. Stephan. Gratian. in terminis *diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 653. *num.* 60. Et cum ſupradicta ad ſolemnitatem Sacramenti pertineant propter finem neceſſa-
8 rium vitandi litea, obligare ſub mortali tenent
Sanchez *de matrim. l.* 3. *diſp.* 15. *n.* 22. Poſſevin. *cap.* 12. *nu.* 44. Ego ipſe *de offic. & potrſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 32. *n.* 174.

Additio.

☞ Si agatur de matrimoniis occultis, conſcientiæ vulgo nuncupatis, de licentia Ordinarii attendenda eſt diſpoſitio Conſtitutionis Benedicti XIV. *Satis vobis* 17. Novemb. 1741. in qua ſtatuitur.

I. Ut hujuſmodi matrimonia contrahenda cum denunciationum diſpenſatione celebrentur coram parocho alterius ex contrahentibus; nec ſine gravi cauſa adhibeatur alius ſacerdos; & tunc a ſolo Epiſcopo deputandus.

II. Ut documenta ſic celebrati matrimonii, ſtatim a parocho, vel alio ſacerdote, ut ſupra deputato, ad Epiſcopum tranſmittantur, tranſcribanturque in libro diſtinto ab altero, in quo adnotantur matrimonia publice contracta, in epiſcopali cancellaria ſigillis obſignato aſſervando, & nunquam aperiendo, niſi de licentia Epiſcopi: documenta autem a parocho tranſmiſſa, vel ſacerdote, qui illius vices geſſit, ſerventur in ſecretiori loco penes ipſum Epiſcopum.

III. Ut proles inde ſuſcepta baptizetur in Eccleſia, in qua aliis baptiſmus diſtincte confertur, denuncieturque Epiſcopo intra triginta dies a nativitate dictæ prolis numerandos, vel per parentes, vel per literas eorum charactere exaratas, vel per aliam perſonam, ab ipſis deſignatam, ac ejuſdem prolis, & utriuſque parentis vera nomina in libro adnotentur diſtincto ab altero matrimoniorum eodem modo, quo hic, cuſtodiendo.

IV. Ut Conjuges aperte moneantur a parocho, vel ſacerdote, ut ſupra deputando, harum binarum conditionum adimplendarum, lege & pacto eis permitti ſecreti matrimonii celebrationem ſub pœna evulgationis matrimonii per Epiſcopum faciendæ licet hoc contractum ſit, data per eundem Epiſcopum ſecreti fide.

Cum autem in eadem Conſtitutione §. 12. caveatur, dicta matrimonia evulganda eſſe ab Epiſcopo in eo ſolo caſu, quo eidem certo conſtiterit, prolem ex his procreatam, & baptizatam fuiſſe, ſuppreſſis Parentum nominibus, nulla ſibi præſtita notitia intra triginta dies a nativitate numerandos, ut dictum eſt ſupra; quæri poteſt quid faciendum ſit a Parocho, ſi his connubiis non evulgatis, ſcandalum oriatur, quod indubitanter contingere poteſt, in parvis præſertim oppidis, ac in vicinia, reſpectu eorum, qui ſecreta hæc matrimonia ignorantes, videntesque occultos conjuges iſtos continuo ſe maritali affectu tractare, aut ſaltem ſecum invicem ſæpe frequentare, non conjuges, ſed concubinarios vel reputant, vel de iis palam, acſi talea eſſent, obloquuntur.

Circa hoc dubium ſæpius ego conſultus, fui in ſenſu, evulganda omnino eſſe, & quidem a Parocho, cujus præcipuum munus eſt ſcandala a populo ſibi commiſſo removere. Cum vero præfatum ſcandalum eidem parocho innoteſcere poſſit, vel quia parochiani hunc in fidem ipſum adeunt, ut illud impediat, vel quia, nemine etiam reclamante, publicum eſt. In primo caſu ſatis erit, conſulto tamen prius Epiſcopo, eis ſuadere, ſibi conſtare, tuta illos conſcientia ſimul cohabitare poſſe. In ſecundo autem caſu Mumeri ſuo ſatisfaciet, ſi ſerio monuerit dictos occultos conjuges, ut vel ſecretum matrimonium evulgent, vel eo modo ſe gerant, quo ſcandalum omnino removeatur: quod quidem ſub mortali peccato avertere tenentur tam lege naturali, quam divina. Quod ſi poſt ſeriam monitionem evulgare detrectent, onus erit Parochi Epiſcopum, & de ſcandalo, & de hac conjugum reluctantia certiorem reddere, cujus partes erunt, quando nullum aliud ſuppetat remedium, dictum ſcandalum avertendi, initum conjugium manifeſtare.

Neque in his caſibus manifeſtatio adverſatur menti Pontificis, præcipientis, ne hujuſmodi matrimonia evulgentur, excepto caſu in §. XII. expreſſo; cum & ipſe §. II. optime animadverterit, per occultam matrimonii celebrationem = non rependi illata per ſcandalum diſpendia = ideoque quoties hoc adſit, ut plurimum contingit, dicendum eſt, tacite declaraſſe, & in tali caſu manifeſtandum eſſe.

Quæri hic tamen poſſet, quid conſilii capiendum, ſi ex hujuſmodi manifeſtatione, ſive ab Epiſcopo, ſive ab ipſiſmet conjugibus ex parochi monitione facta, graviſſimum aliquod damnum iiſdem obveniret? In hoc certe diſcrimine aliud fortaſſe remedium, meo judicio, non ſuppeteret, quam, vel ut ſe ad remotas terras transferrent, vel ita caute ſe invicem frequentarent, ut quælibet mali conſortii ſuſpicio penitus adimi poſſet. Quod ſi nec hæc ſine graviſſimo incommodo adhiberi poſſent, notiſſimum eſt, divino, ſub pœna damnationis æternæ, obſtringi præcepto, quodcumque po[illegible] malum, ac mortem ipſam ſubire, quam Deum offendere.

In pluribus Germaniæ locis, matrimonium conſcientiæ vocatur matrimonium morganaticum, ſeu ad morganaticam contractus, cum videlicet vir nobilis, defuncta prima uxore, pariter nobili, ſuſceptiſque ex ea liberis, ad vitandum periculum incontinentiæ, nubit cum fœmina inferioris conditionis coram parocho, & teſtibus, diſpenſatis tamen denunciationibus, ſed eo pacto, ut tam iſta, quam liberi ex eis naſcituri contenti ſint alimentis dumtaxat, habeanturque extranei ab omnibus titulis, dignitatibus, inſignibus, ac paternorum, avitorumque honorum ſucceſſione, ut ſtatuitur lib. II. Feudorum, tit. XXIX. Circa hoc matrimonium, ejuſque validitatem adeantur Scriptores Germani, inter quos Remigius Maſchat Scholar. Piar. Inſtit. Canonic. a me noviſſime cum additionibus typis editæ, lib. IV. tit. V. de Condit. appoſit. in deſponſation. num. 24.

Adeatur etiam Liber ſingularis de Matrimonio conſcientiæ, Franciſci Mazzei, a cap. XIII. ad XX. nuper editus Romæ 1766. ☜

Formula autem obſervanda a Parochia in de- 9
ſcribendis matrimoniis in libris ad id deputatis,
talis

talis esse poterit, *Die ... mense ... ann ... Petrus, & Berta, factis intra Missarum solemnia trinis denunciationibus tribus diebus festivis continuis, videlicet die .. mense .... dicti anni, & nullo impedimento allato, servatisque aliis servandis, conjuncti sunt matrimonio a me N. in Parochia N. talis loci, & inter Missarum solemnia ibidem benedictionem matrimonialem receperunt* (quando est danda) *præsentibus N. & N. testibus*. Si fuerit dispensatio obtenta a Sanctissimo Domino super aliquo gradu, post illa verba, *nullo impedimento allato*, addatur, *& obtenta dispensatione a Sanctissimo super gradu ... & admissa per D. Vicarium*, &c. Vel forsan melius hæc formula sic concipi potest. *Ego N. Rector parochialis Ecclesiæ Sancti N. fidem facio, me tribus diebus festivis continuis, videlicet primo die ... mense ... ann... secundo die mense ... anno, tertio die mense ... anno... in Ecclesia parochiali Sancti N. inter Missarum solemnia publice denuntiasse matrimonium inter A, & B, nulloque legitimo opposito impedimento, ac viro, & muliere a me interrogatis, eorumque mutuo consensu intellecto, matrimonium inter dictos A, & B in facie Ecclesiæ, juxta formam Tridentini Concil. die... mense ... ann. in dicta Ecclesia Sancti N. fuisse legitime celebratum, præsentibus N. & N. testibus* &c. *Ego N. Rector parochialis Ecclesiæ Sancti N. manu propria*.

10 Ex supradicta partita, etiam mortuis testibus, & Parocho scribente, absque aliis probationibus matrimonium plene probatur, ut bene resolvunt Cavalc. *dec.* 12. *sub n.* 22. *vers. & liber Parochi*, *part.*2. Mascard. *de probat. concl.*672. *num.*18. *cum seq.* Aloys. Ricc. *d. resol.* 318. *a princ.* Menoch. *cons.* 199. *n.*3. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.*15. *num.* 22.

11 *Tertia* matricula erit mortuorum, qui in Parochia sua sepulti fuerint, cujus descriptionis formula ita concipi solet, *Die ... mense ... ann. N. de N. omnibus Sacramentis susceptis, cum animæ commendatione obiit in sua domo plateæ nuncupatæ N. & sepultus fuit in hac paroch. Eccl. Sancti N.* &c.

Additio.

☞ Nedum in dicta matricula notari debent eorum nomina, qui in Ecclesia parochiali sepulti fuerunt, sed etiam in quacunque alia, ut parochus semper testari possit de eorum morte juxta opportunitatem petentium. ☜

12 Ex qua partita probari mortem, & sepulturam tradunt Menoch. *d. l.*1. *præs.*51. *num.*53. *cum seq.* Paul. Fusc. *d. l.*2. *cap.*3. *n.* 28.

13 Parocho enim adnotanti mortem Parochiani creditur, quia ad illum, & onus sepeliendi defunctos suæ Parochiæ, & hujusmodi adnotatio spectat, ut per Cravet. *de antiq. temp. p.*1. §. *vidimus*, & abunde *n.* 1. Joseph Lodovic. *concl.* 29. *amp.* 24 Rot. *in Elven. eremitorii*, 7. *Febr.* 1631. coram R. P. D. Merlino, ubi etiam fuit dictum,

14 quod circa mortem alicujus credendum est libro Societatis, si Confraternitas habet pro instituto hoc officium generale sepeliendi mortuos, & quod credatur Scribis deputatis ab istis Confraternitatibus in Regno Lusitaniæ, consuluit Valasc. *consul.* 10. *n.*1. *p.*1. quem refert Perex. de lara *De Capellan. & aniversar. l.*2. *c.*4. *n.* 92. *&* 93. novissime post aliquas hujus tract. impressiones a me visas. Escobar. *de puritate, & nobilit. probanda p.* 1. *q.* 6. §. 1. *n.* 30. prout etiam ex libro Hospitalis, cui 15 consuevit fides adhiberi, probari mortem dicit Surd. *cons.*355. *num.* 36.

Quarta matricula est Confirmatorum, maxime 16 in oppidis, ad quæ Episcopus ad confirmandum accedit, non habens secum Notarium scribentem, nam in civitatibus illa necessaria non erit, cum Confirmatio conferatur in Cathedrali, & ibi notentur Confirmati, ita Possevin. *d. tract. de officio Curati*, *c.*12. *num.*43. In hoc autem libro describi debent nomina, & cognomina Confirmatorum, patrumque, & matrum Parochiæ, in qua habitant item similiter patrinorum, seu matrinarum, nec non ipsius Episcopi administrantis: tum dies, mensis, & annus, & nomen ipsius Ecclesiæ, in qua Chrisma fuit administratum, in hanc formam, *Die ... mense ... ann.. N. ætatis annorum, filius N. N. ex Parochia S. N. Chrismatis Sacramento fuit confirmatus a Reverendiss. D. Episcop. N. patrinus, seu matrina fuit N. ex Parochia S. N. administratum vero fuit hoc Sacramentum in Ecclesia parochiali Sancti N.* Titulus libri sic concipiatur. *Liber Confirmatorum Sacramento Chrismatis Sancti N.*

Additio:

☞ Parochi præter onus conferendi Baptismum, tenentur sæpius monere suos Parochianos inter missarum solemnia, tunc maxime, cum iisdem innotuerit proxima futura Confirmationis administratio, ut filios, & servos mittant ad illam recipiendam *Conc. Mediolanen. IV. part.* 2. ad Sacram. Confirm. §. *Videant*, & §. *Quare* postquam tamen pervenerint ad rationis usum, & ordinarie post septimum ætatis annum, juxta *Cathech. Rom. de Confirm. cap. XIII.* §. 17. nisi ex juxta causa hoc tempus præveniendum esset, putas, si puer tali sit indole præditus, ut manifeste ratiocinari dignoscatur; vel si post illam, quam nunc habet opportunitatem, non possit postea facile confirmari, Braschius in *Promptuar. Synod. cap. XXII.* 2. 9. *ac Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib. VII. cap. X. n.* 6, *&* 7. & tunc potissimum, si morbo decumbens, sit cito moriturus, ut cum *S. Thom. part.* 3. *q.* 73. *art. VIII. ad* 4. tamquam limitationem *Cathech. Roman. sustinet* idem *Bened. XIV. loc. cit.* Idque ob eam rationem, quod cum Confirmatio, per quam Spiritus Sanctus traditur, quasi perficiat Baptismum, juxta eumdem *S. Thom. d. p.* 3. *de Sacram. p.* 65. *art.* 4. *in corpor. ac Cathech. Roman. de Sacram. Confirm.* §. 21. *puer* tunc evadit plene christianus, Can. *Omnes Fideles, cum Can.* 3. *&* 5. *part. III. de Consecr. dist. V.* & sicut hanc recipiendo, majorem obtinet gratiam, ita majorem in Cælo consequitur gloriam, præfatus Doctor Angelicus *loc. primo cit.*

Monere etiam debent confirmandorum parentes, eos gravi peccato obnoxios esse, si ex contemptu, vel cum scandalo, vel etiam ex sola negligentia, negligant suos filios mittere ad hoc Sacramentum suscipiendum *Conc. Costantien. sess. ult. in Constit. Martini V.* circa medium, *S. Thom. par.* 3. *q.* 27. *art.* 8. Quod

Quod si monitioni obstinate non paruerint, onus erit Parochi eorum contumaciam Episcopo referre, ut præscribitur in *Conc. Mediolanensi IV. par. 2. tit. Quæ pertin. ad Sacram. Confirm.* §. videant, & §. Quare.

Antequam autem confirmandi, quicumque illi sint, accedant ad illud recipiendum, præcipuæ partes erunt Parochum illos instruere circa rudimenta Fidei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, Præcepta Dei, & Ecclesiæ, Sacramentum, quod sunt recepturi, ac mysteria præcipua christianæ Religionis, Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis, quorum inscii admittendi non sunt. *Pontif. Rom. de Sacram. Confirm.*

Nec erit immunis a gravi culpa, si eos non instruat, ut cum communi sentit Bened. XIV. *Instit. Eccles.* VI. n. 10.

Eosdem insuper hortabitur, si sint rationis usu pollentes, ad præmittendam huic Sacramento confessionem sacramentalem, etiamsi peccati mortalis conscios prudenter non esse se sciant, sicuti & ut sint jejuni juxta consilium Pontificalis Romani.

Qua instructione perhabita, ipsis tradere debent schedulam a se subscriptam, deferendam Episcopo confirmanti, in qua exprimatur nomen, agnomen, parochia, ætasque confirmandi, ac nomen, agnomen, & Parochia Patrini, & respective Matrinæ *Conc. Narbonens. an. 1609. cap. 15.* atque confessionis præmissæ, si confirmandus sit adultus, *Cathech. Rom. p. 2. cap. III. n. 18. Synod. Isclan. an. 1716. p. 2. cap. VI. n. 3.* in qua etiam exprimatur inesse confirmando necessaria requisita, *Conc. Benevent. an. 1693. tit. 36. cap. XIII.*

Et quamvis schedulæ a Cancellario episcopali describendæ sint in libro ad hoc designato cum expressione Episcopi, diei, mensis, & anni collatæ Confirmationis, modo a Rituali Romano præscripto *tit. Formulæ scribendi in libris*, & ulterius ut exaratæ fuerunt a Parochis; potest tamen Episcopus præcipere, ut ita etiam describantur a Parocho illius Ecclesiæ, in qua Confirmatio conferri solet, Braschius *loc. cit. cap. XXII. n. 43.* Qui insuper *n. 44.* addit: Sed & cunctis Parochis inesse debet suus liber peculiaris (in quo nihil aliud scribatur) grandior, bene compaginatus, & chartulatus, ubi nomina Confirmatorum illius parochiæ, prout supra, notentur: ut & ibi par memoria conservetur, *Concil. Mediolan. I. p. 2. tit. quæ pert. ad Sacram Confirmat.* §. *Omnem*, *Synod. Islen. an. 1716. c. 6. n. 6.*

Ac n. 45. subdit, attestationi susceptæ Confirmationis ab ipsis respective parochis exaratæ fidem adhibendam esse, acsi exaratæ fuissent ab episcopali Cancellario.

Notandum vero, quod nedum pueri ante septennium proxime morituri muniri possint, & debeant Chrismate, sed etiam muti, & surdi, ac perpetuo amentes, & multo magis, qui ante amentiam sacramenta petebant, *Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. p. 2. alleg. 30. n. 20, & 21.* cum D D. ab eo allegat. Verum Antistes provide sanciet, hos non esse inserendos numero Confirmandorum, ipso inconsulto.

17 Alias quoque duas matriculas aliqui pro suo arbitrio conficere solent, non tamen de necessitate, sicut ad supradictas obligantur. *Una* est omnium omnino, qui sunt sub Parochia sua, ut scilicet notent continuo eos, qui successive nascuntur, vel domicilium sub Parochia sua statuunt, & eos, qui inde discedunt, ut sciant etiam, pro quibus sit orandum, & eleemosyna facienda, *arg. c. a nobis, l. 2. de sentent. excomm. Altera* eorum, 18
quibus de bonis Eccl. subvenit, ut sic possit Ecclesia servari indemnis, cum teneantur rationem singulis annis de redditibus, & beneficii sui possessionibus per Archidiaconum Episcopo reddere secundum juris communis dispositionem, ne in nihilum contingat redigi, aut aliter dilabi, & ne quod in eleemosynam datum est, fiat in peccatum, ut dicitur *in c. injustum, de rerum permut.*

Quatuor matriculis, seu libris supradictis bo- 19
nam custodiam adhibere tenetur Parochus, ne possint ad aliorum manus facili negocio pervenire, falsentur, vel rumpantur, & ubicumque requisitus fuerit, tenetur de illis fides facere necessarias, potest accipere pro sua mercede illud, quod in loco solitum est dari; si vero solitum sit fieri gratis, gratis & ipse faciet, quia Sac. Congreg. Episcoporum, & regularium Episcopo Caven. 20
sub die 3. Junii 1604: rescripsit, nihil pro hujusmodi fide recipi posse, subdens, hujusmodi libros non esse per Episcopum de Parochorum potestate extrahendos, sed penes illos debere conservari, dummodo tamen, si necessarium fuerit, copia pro illorum conservatione detur.

Fides autem ut in judicio probet, est necessario 21
facienda cum formali transcriptione partitæ de verbo ad verbum, sicut jacet, præmittendo hæc verba, videlicet, *Ego N. infrascriptus Parochus Ecclesiæ Sancti N. de N. fidem facio, qualiter in libro defunctorum dictæ Ecclesiæ, fol ... adest sequens partita, videlicet, die ...* &c. *In quorum fidem*, &c. *Datum*. &c. *Ego N. de N. Parochus supradictus manu propria*. Aliter autem facta fides, seu attestatio Parochi, quibuscumque verbis concepta sit, absque formali, ut supra, transcriptione partitæ, non probat, Gregorius *dec. 359. n. 5.* Beltramin. *in annot. ad dec. 359. ejusdem n. 9.* & fuit dictum *in Toletanæ Capellæ 18. Maii 1615.* coram R. P. D. meo Pirovano, *& in Aesina bonorum, 17. Maii 1617.* coram bon. mem. Andræa, Ferentil. *in annot. ad dec. 11. Baratti, n. 5.* Prout nec probat, si extracta 22
sit lite pendente in Rota sine citatione, & recognitione, quæ tamen necessaria non erit, si tempore productionis non fuerit de hoc oppositum, ut censuit Rot. *in Romana nullitatis obligationis, 16. Januar. 1626.* cor. R.P.D. Duran. *vers. non obstat 1.* Judex enim, parte non opponente, potest adhibere fidem scripturis, etiam informibus, cum possint quandocumque recognosci, Socinus *in Auth. si quis in aliquo n. 18.* & *ibi* Dec. *n. 27. vers. si vero judex, C. de edendo*, Pute. *dec. 405. l. 1.* Rot. *dec. 487. p. 1. recent.*

Præter hos libros, quos Parochi ex debito officio facere tenentur, & penes se habere debent, in aliis nonnulla annotare solent, quæ Ecclesiæ, & Parochianis necessaria videntur, veluti cum scribunt, aliquem fuisse excommunicatum, quæ scriptura probat, ut tenet Joseph Ludovic: *conclus. 29. col. 2. in fin.* Mascard. *de probat. conclus. 673. n. 12.*

n. 12. Genoa *de scriptura privata*, *l. 5. tit. de plebanorum libris q. 4. in fine*. Vel notant dominium alicujus rei ad dominium suarum Ecclesiarum spectantis; quæ adnotatio similiter probat, nisi sit contra tertium, quia tunc solum præsumptionem, & indicium facit, Mascad; *d. conclus. 673. n. 7. & 8.* Genoa, *ubi supra quæst. 5.*

23 Deinde, libris, seu matriculis confectis, debet facere Parochus diligentem instructionem ingeniorum suæ curæ, redeundo in primis ad pacem eos, qui longa, & diuturna obstinatione in odio proximi exiitere reperti fuerint: arcere enim eos poterit a fidelium cœtu, si noluerint obedire, ut colligitur ex text. *in c. placuit 90. dist.* quem commendat, & notabilem appellat Abb. *in c. ult. n. 2. de major. & obed. & in c. cum pridem, n. 6.* Felin. *in rubr. de tregua, & pace, n. 4.* Nec in quacumque re agenda considerare prius omittat, an liceat, an deceat, an expediat id agere, sapienter, prudenter, humiliter præesse studeat, lente festinet, oculatam manum gerat, nec temere quæcumque credat; præteritorum memor, præsentia intueatur, & consideret, futuraque præcogitet, pertinaciam, & inconstantiam fugiat, illa superbiam, hæc levitatem matrem agnoscit.

Animadversio.

☞ Hic Auctor ex Can. IX. *Placuit* XC. dist. desumpto ex Can. XXXI. Concil. Agathen. adstruit Parocho facultatem excommunicandi suos Parochianos. Sed cum in hoc Can. hæc potestas tributa sit non quibuscumque Sacerdotibus, sed *Sacerdotibus Civitatis*, pro his intelligi debent Episcopi: olim enim in primitiva Ecclesia idem erat Presbyter, qui & Episcopus, Can. V. *Olim* dist. XCV. ut fuse Fagnanus ad hunc eumdem Can. in Cap. IV. *Quanto* de consuetud. n. 10. & seqq. De hac asserta potestate fusius notatum est supra part. 1. cap. 1. post n. 9. ☜

24 Curet quammaxime, ut sana, & orthodoxa doctrina, & boni mores in plebibus suis conserventur, & vitia, ac mali mores, potissimumque falsa dogmata, & hæreses ab eis omni conatu avertantur, & profligantur; quod enim præcipit Trid. Synodus *sess. 24. de reform. c. 3.* Visitatoribus, qui præcipue in Republica ecclesiastica instituti sunt pro salute animarum, merito transferri potest ad Parochos, quibus peculiariter post Episcopos cura animarum demandata est.

25 Debet quoque invigilare circa pauperes, & miserabiles personas, quas illi Conc. Trident. *sess. 23. de reform. c. 1.* commendatas esse vult: quod autem in ista velit Concil. commendatione, declaravit perspicue S. Carol. *Actor. Mediolanen. part. 1. in cap. de diligentia ab Episcopo adhibenda in statu uniuscujusque Parochiæ cognoscendo*, in hunc modum: *Inquirat autem*, scilicet Parochus, *studiose de pauperibus suæ Parochiæ, præsertim puellis nubilibus, de viduis, orphanis, pupillis, ægrotis, senio confectis, aliisque personis temporali, vel etiam spirituali misericordia indigentibus, quibus & ipse pro viribus opitulari, & alios suo exemplo, & hortatu ad id officium incitare studeat. Præcipue vero de his hominibus sæpe certiorem faciat Episcopum, ut qui communis eorum pater est, iisdem paternam curam, & pietatem quacumque poterit ratione præstet.*

Discordias inter filios spirituales nequaquam permittere debet Parochus, sed velociter illas componere curet, insistet, & arguat. Ita Petr. Sot. *in instit. Sacerd. tract. de officio Pastoris §. secundum vero requisitum ad officium Pastoris.* Joan. Sanc. *in select. disput. 47. num. 23. & num. 21.* ait Parochum nimiam cum Parochianis familiaritatem evitare debere.

Demum tenetur, ubi necesse fuerit, ad visitandos infirmos accedere, eosque opportunis remediis juvare, ad quam rem in promptu semper habere debet argumenta ad animum consolandum, & erga res divinas, ac æternas exercitandum opportuna, conquisitia Psalmorum versiculis, & aliis Scripturæ locis, Sanctorum exemplis, atque hortetur infirmum, ut peccatorum suorum dolore concepto, spem in divina misericordia concipiat, atque infirmitatis suæ molestias, ipsamque mortem Deo in satisfactionem pro peccatis suis offerat: commonefaciat, quandoque ægritudines provenire a Deo, ita disponente, ut homo ad cor redeat, vitamque suam emendet, cujus proinde firmum propositum concipere debeat, si corporis sanitatem recepturus sit; nam, ut inquit S. Chrysostom. homil. 38. in cap. 8. Matth. *ægrotationes plurimæ ab animæ peccatis originem trahunt*, & Innocentius III. *in Concil. generali*, prout refertur *in c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss.* ait, infirmitatem corporis nonnunquam ex infirmitate animi procedere. Et si infirmus incipiat agonizari, advertat Parochus majorem ei incumbere adjuvandi obligationem, ac magnum, & necessarium ministerium esse moribundis opem ferre in eo statu, a quo, vel in bono, vel in malo dependet æternitas. Dionys. Cartus. *de quatuor novissimis, ar. 37.* Homobon. *in tr. de arte adjuvandi infirmos in spiritu par. 1. cap. 1.* & novissime *in respons. quæst. moralium, p. 1. respons. 49. in fine.* 26

Animadversio.

☞ Ob hanc rationem penitus rejicienda est quorumdam opinio, eximens Parochum a mortali culpa, non assistentem Infirmo morti proximo post recepta sacramenta, gravissimæ enim culpæ reus esset, si cum commode posset, eum desereret; cujus quidem culpæ gravitas repetenda est ab ea temporis circumstantia, in qua infirmus, si quando sui Pastoris ope indiget, tunc certe est, cum Diabolus ipsius calcaneo insidiatur.

Huic necessitati accedit, & alia gravior animadversio, quod nempe infirmus indigeat iterum ob aliquod novum peccatum confiteri, qui casus cum non raro contingat, quisque intelligit, Parochum dictum infirmum deserentem a mortali culpa excusari non posse.

Non omittat insuper Parochus, antequam infirmus morti proximus, sensibus destituatur, si fieri potest, quateous subdelegatus sit ab Episcopo, eidem impertiri benedictionem in articulo mortis, ut indulgentiam plenariam consequi possit, pro qua acquirenda specialiter injungere ei debet, tamquam conditionem, sine qua non, ut mortem

acceptet in ſpiritu reſignationis ad Dei voluntatem. Sciat autem Paróchus ſubdelegatus ab Epiſcopo ſuam ſubdelegationem non expirare per ceſſum, aut deceſſum ejuſdem Epiſcopi, ut hæc omnia ſtatuuntur a Benedicto XIV. *Conſtit. Pia Mater, nonis April.* 1747., in qua inſertus eſt modus cum precum formula pro impertienda dicta benedictione, pro opportunitate temporis ſervandus, ab eodem Benedicto approbatus, quem hic tranſcribimus.

Benedictio in articulo mortis, cum ſoleat impertiri poſt Sacramenta Pænitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum ſana mente, & integris ſenſibus erant, ſeu veriſimiliter petiiſſent, vel dederint ſigna contritionis, impertienda iiſdem eſt, etiamſi poſtea linguæ, cæterorumque ſenſuum uſu ſint deſtituti, aut in delirium, vel amentiam inciderint; Excommunicatis vero, (intellige, niſi prius abſoluti fuerint) impænitentibus, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, eſt omnino deneganda.

Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui &c; ac deinde ægrotum, cubiculum, & circumſtantes aſpergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: Aſperges &c.

Quod ſi ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & abſolvat. Si confeſſionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia, ac virtute, ſi tempus fuerit, breviter admoneat; tum inſtruat, atque hortetur, ut morbi incommoda, ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque ſeſe paratum offerat ad ultro acceptaudum quidquid ei placuerit, & mortem ipſam patienter obeundam in ſatisfactioaem pænarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipſum verbis conſoletur, in ſpem erigens fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pænarum remiſſionem, & vitam ſit conſecuturus æternam. Poſtea dicat.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit Cælum, & Terram.

Antiphona.

Ne reminiſcaris Domine delicta famuli tui (vel Ancillæ tuæ) neque vindictam ſumas de peccatis ejus. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos a malo. ℣. Salvum fac ſervum tuum (vel Ancillam tuam, & ſic deinceps.) ℞. Deus meus ſperantem in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Clementiſſime Deus, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque ſperantem, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice propitius Famulum tuum N., quem tibi vera fides, & ſpes chriſtiana commendant. Viſita eum in ſalutari tuo, & per Unigeniti Tui Paſſionem, & mortem, omnium ei delictorum ſuorum remiſſionem, & veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus ſui Te Judicem propitiatum inveniat, & in ſanguine ejuſdem Filii tui ab omni macula abluta, tranſire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum &c.

Tum, dicto ab uno ex Clericis adſtantibus Confiteor &c. Sacerdos dicat, Miſereatur, &c. Deinde.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apoſtolo ſuo dedit poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, per ſuam piiſſimam miſericordiam recipiat confeſſionem tuam, & reſtituat tibi ſtolam primam, quam in Baptiſmate recepiſti, & ego facultate mihi ab Apoſtolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam, & remiſſionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris &c.

Per ſacroſancta humanæ Reparationis myſteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes præſentis, & futuræ vitæ pænas. Paradiſi portas aperiat, & ad gaudia ſempiterna perducat. Amen. Benedicat te omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus ſit adeo morti proximus, ut neque Confeſſionis generalis faciendæ, neque præmiſſarum precum recitandarum tempus ſuppetat, ſtatim Sacerdos benedictionem ei impertiatur.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum confirmationis, prorogationis, ampliationis, & conceſſionis, mandatorum, ſtatutorum, decretorum, ac derogationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum &c. ☜

Additio.

☞ In editione veneta hujus Operis an. 1705. apud Natalem Feltrini in fine hujus Capitis legitur hæc opinio = Parochus ſub mortali non obligatur Infirmum reducere, ut teſtamento res ſuas diſponat = quæ in hac editione pariter veneta an. 1720. apud Antonium Mora non legitur. Circa quam opinionem pro Parochi regula adnotandum crederem, quod quamvis prædicta opinio, ordinarie loquendo, poſſet eſſe vera, in aliqua tamen facti ſpecie eſſet falſa, puta, ſi Infirmus teſtamentum condere nollet, & inde poſt ejus mortem orirentur lites, & damna; vel ſi forte eſſet obnoxius reſtitutioni, incertis perſonis faciendæ, nec hæc fieri poſſet, niſi aliquod pium Legatum relinqueret favore pauperum. In quibus caſibus nemo non videt, Parochum ſub mortali teneri illum inducere ad teſtamentum condendum. Quia vero poſſet dari caſus, in quo ob defectum temporis, vel vocari nequiret Notarius, vel non adeſſet in loco; tunc Parocho liberum eſſet teſtamentum ſcribere; ſicuti etiam, ſi Infirmus illud condere vellet coram eo, & non coram Notario. In utraque hypoteſi teſtamentum coram eodem Parocho, ac tribus, vel duobus teſtibus factum valeret, acſi ſcriptum fuiſſet a Notario, nedum ad pias cauſas, quod in univerſo terrarum orbe valeret, etiam factum coram duobus dumtaxat teſtibus) ſed & ad profanas, hoc tamen valiturum intra totum Eccleſiaſticæ ditionis ambitum, ut ſatis oſtendi in noviſſimo meo Opere, cui titulus = Expoſitio Juris Pontificii &c. a pag. 310. ad tot. 313. cum Benedicto XIV. Inſtit.

ſtit. Eccleſiaſt. CV. ex cap. X. *Cum eſſes*, & XI. *Relatum de Teſtam. & ultim. volunt*.

Pro valida vero Teſtamenti confectione ſequentes formulæ a Parocho adhibendæ erunt. ☞

FORMULA TESTAMENTI

Quod, abſente Notario, conficitur a Parocho.

In Nomine Domini, Amen.

N. N. quondam N. N. ditionis, ac diœceſis N. N. Dei beneficio, ſana mente, ac ſenſibus præditus, viſu, loquela, atque intellectu, ſed corpore ægrotus, & lecto decumbens, ne ipſum improviſa mors opprimeret, antequam de bonis ſuis teſtaretur, me inferius obſignatum ore ſuo, & clara voce rogavit, tanquam ipſius Parochum, abſente notario publico, ut ejus teſtamentum exciperem, & ſcriberem; ac reipſa coram teſtibus inferius adnotatis, & ob hanc cauſam accitis ab eodem teſtatore N. N. ego excepi, iterumque excipio idem teſtamentum, quod manu mea deſcribo, tum teſtator ipſe tractim enunciat quæ ſuprema voluntate deliberat; haſque tabulas, re peracta, notario committam: quibus N. N. bona ſua diviſit, ac dividit eo modo, qui ſubjicitur, nempe.

Primum, animam ſuam teſtator Deo Optimo Maximo commendat; cujus opem implorat, morte præſertim proxime impendente, ut ad ſempiterna Cœlitum gaudia excipiatur.

Præcipit, corpus ſuum ſepulturæ mandari in Eccleſia N. N. poſtquam in cadaver redactum fuerit, proque animæ ſuæ expiatione ſacra fieri.

Item ratione legati, & quocunque meliori modo, relinquit ſummam pecuniæ N. numerandam N.

Pro reliquis autem bonis, mobilibus, immobilibus, ſemoventibus, rebus, rationibus, & actionibus, tum præſentibus, tum futuris idem teſtator N. ore ſuo, & clara voce hæredem ſuum inſtituit, nominat, declarat, & vult N. N. libera voluntate, ac ratione (hoc loco addantur ſubſtitutiones, aliæque conditiones, quas teſtator præſcribet, & quæ notari clare debebunt.)

Commiſſarios autem, & executores poſtremæ hujus voluntatis idem teſtator N. deſignat N. N. quibus facultatem tribuit, ut &c. (hoc loco deſcribantur facultates generales, ſeu peculiares, quas illis conferendas teſtator judicabit.)

Porro ipſe teſtator declaravit, hanc eſſe ſuam poſtremam voluntatem, ac teſtamentum; quod ſi ratione teſtamenti vim non aſſequatur, decernit, illud valere tanquam codicillum, vel donationem cauſa mortis, aut cujuſcumque poſtremæ voluntatis, quæ valida, & efficax habeatur. Revocat autem, obliterat, & irritam facit aliam quamcumque voluntatem, aut teſtamentum, quod ipſe alio quocumque tempore, vel ratione condiderit, ita ut hoc poſtremum valere ſolum debeat, & perpetuo obſervari a ſuis hæredibus, & ab aliis, ad quos pertinebit; idque totum fieri præcipit quocunque meliori modo, qui rationi conſentaneus ſit.

His omnibus, & ſingulis continue præſentes adfuerunt in eodem oppido, ac domo teſtatoris, nempe in cubiculo, ubi ipſe ægrotus decumbit, jam nominati teſtes N. filius N. &c. qui teſtatoris ore proprio rogati fuerunt, ut teſtimonium facerent. In fidem &c. manu mea has ſupremas teſtamenti tabulas obſigno, & ſigillum Eccleſiæ meæ ſuperaddo.

FORMULA SERVANDA.

Dum Parochus teſtamentum Notario publico committit.

Reverendus D. N. Filius D. N. N. Rector Eccleſiæ parochialis N. coram teſtibus inferius ſignatis, ut obſervantiam teſtamenti inferius deſcripti certam, ac perpetuam redderet, commiſit, deditque mihi notario publico folium, in quo aſſeruit, contineri teſtamentum, & voluntatem ultimam N. N. in ſua parochia commorantis (nempe, ſi adhuc ſuperſtes fuerit, ſin autem e vivis deceſſerit, addatur) in ſua parochia commorantis, dum viveret, & dum animam poſtremo exhalavit, quod teſtamentum ab eodem reverendo Parocho conditum fuit, rogante ipſo teſtatore, & abſente notario publico die menſis hujus anni Idem teſtamentum exceptum coram teſtibus, in ipſo deſcriptis, & ſimiliter ab eodem teſtatore rogatis, ſcriptumque fuit manu ipſius reverendi Parochi, teſtatore dictante, quæ vellet; qui ſane teſtator, dum ſupremas has tabulas conficeret, corporis quidem ægritudine tenebatur, mentis tamen ſanitate, ſenſu, viſu, auditu, intellectuque præditus erat; in quibus tabulis teſtator affirmat, legata decreviſſe, hæredem ore ſuo declaraſſe, & reliqua omnia, prout in teſtamento continentur, libere conſtituiſſe; & inſuper poſtulat, ut traditum mihi, exceptumque ſuum teſtamentum publica fide confirmarem, & illud in acta mea referrem; quæ omnia meliori modo &c. Sententia vero ejuſdem teſtamenti eſt hujuſmodi (hoc loco referatur teſtamentum.

FORMULA DEPOSITIONIS PAROCHI,

Cum interrogatur de iis, quæ in teſtamento continentur.

Ac deinde interrogatus a me notario idem reverendus Parochus de iis, quæ habentur in teſtamento, mihi tradito, ipſe, jurejurando interpoſito, & tacto de more pectore ſacerdotali, deferente me notario publico, reſpondit hæc, quæ ſequuntur.

In teſtamento peracto, ut ſuperius expoſitum fuit, tibique tradito N. teſtator, anima ſua prius Deo commendata, decretoque ſibi tumulo in Eccleſia N. & pro animæ expiatione Miſſarum Sacrificiis indictis præcepit, numerari N. ſummam pecuniæ N. (hoc loco cætera legata, & alia, ſiquæ propoſita fuerint a teſtatore, ſingillatim enumeret.)

Hæredes bonorum ſuorum generales inſtituit N. N. ore ſuo, & clara voce (hoc loco explicentur ſiqui alii ſubſtituti ſint, vel aliquid aliud circa hæredis inſtitutionem a teſtatore decretum fuerit.)

Postremo Commissarios suos designavit N. N. & reliqua omnia , prout in testamento describuntur , quod ego testor , & approbo , illud idem esse, quod excepi , scripsi , obsignavi , addito pariter sigillo Ecclesiæ meæ parochialis .

FORMULA DEPOSITIONIS TESTIUM ,

Cum interrogantur de eodem testamento .

Post hæc idem reverendus Parochus adduxit jam nominatos , & inferius scriptos testes , qui condendo testamento interfuerunt .

Ac primum N. filius N. N. oppidi N. interrogatus a me de rebus in eodem testamento contentis , jurejurando interposito , tactisque scripturis , deserente me notario publico , in hunc modum respondit .

Die .... Mensis .... Anni .. .. accersitus domum .... in oppido .... ubi ipse gravi morbo decumbebat , ore suo , claraque voce me rogavit , & etiam N. , ut testes essemus postremis suis tabulis , ultimæque voluntati . Quare reverendum N. Parochum suum illic præsentem exoravit; ut , absente notario publico , testamentum suum exciperet; illud reverendus idem Parochus N. excepit , scripsitque, enunciante testatore , quæ vellet . Is quidem anima sua Deo commendata , sepeliri corpus jussit in Ecclesia &c. (hoc loco describatur responsum ejusdem testis ad singula capita testamenti , quemadmodum in responsione, a Parocho facienda superius exposuimus ; deinde notarius hoc modo prosequatur .)

Insuper testamenti tabulas ego notarius testi N. N. palam ostendi , quas ipse diligenter expendit , & nomen suum in fine obsignatum , vel ejus loco crucis signum perspexit , cui subjiciebantur ipsius nomen , & cognomen ; quibus peractis, testis ipse jurejurando dixit . Hoc est revera testamentum N. N. cui ego testis interfui cum alio teste , quem superius nominavi . Super his omnibus &c.

Post hæc notarius depositionem eliciet ab illo , vel aliis testibus, qui forte interfuerint , & pro hac eadem causa coram adducantur .

Quod si testamentum manu testatoris obsignatum fuerit , nullum tunc examen Parochi , vel testium requiritur , & satis erit, si ipsi testamentum idem agnoscant eo modo , quem explicavimus, & etiam superaddant legata , hæredis institutionem, aliaque omnia decreta ab ipso testatore , prout in ejus supremis tabulis exhibetur ; nec opus est, ut singillatim enumerent &c. ☜

C A P. VIII.

De residentia Parochorum .

S U M M A R I U M.

1 *Residere tenentur de jure divino in suis Ecclesiis Parochi , & alii animarum Rectores .*

2 *Papa qualiter possit dispensare in residentia , ostenditur .*

3 *Parochus non solum habens curam animarum , quæ exercetur in foro animæ , sed etiam obtinens illam , quæ pertinet ad forum exterius , tenetur de jure divino in sua Ecclesia residere .*

4 *Residere tenetur, Parochialem etiam tenuem habens, & etiamsi tres , vel quatuor incolæ remanserint .*
☞ *Vide Additionem .*

5 *Residere non tenetur Parochus in Ecclesia , quæ in totum Parochianos habere desierit .*

6 *Monasterium , seu Abbatiam obtinens , quæ cura , & Conventu caret , residere non tenetur .*

7 *Baptismalem Ecclesiam obtinens , cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi , & existentes sub cura Archipresbyteri , tenetur ad residentiam .*

8 *Residere tenetur obtinens parochialem Ecclesiam cum libero curæ exercitio , & omnibus fructibus , licet ei in limine adeptæ possessionis mota lis fuerit per aliquem in petitorio .*

9 *Parochus , si duas habet Ecclesias unitas , tenetur residere in digniori , si vero non constet , quæ sit dignior , in frequentiori .*

10 *Residere tenetur Parochus in civitate, si populus dividatur , & pars una habitet in civitate , & altera extra .*

11 *Parochiales duas perpetuo invicem æque principaliter unitas habens , potest , in qua maluerit residere .*

12 *Parochialem Ecclesiam cum Canonicatu ex legitima dispensatione habens , in Parochiali residere debet ; sed si sunt in eodem loco , & potest utrique servire , quotidianas distributiones percipiet.*

13 *Parochialem in civitate , & Canonicatum in Cathedrali habenti non est molestia inferenda , si potest utriq; inservire .*

14 *Parochialis si vacet , non potest Episcopus illam habenti Canonicatum conferre , etiamsi tenues admodum præbendæ essent .*

15 *Parochialis Ecclesia , inconsulto Papa , conferri non debet habenti dignitatem tenuem in Ecclesia cathedrali , quæ de distributionibus quotidianis non participat .*

16 *Residens in Parochiali, si non longe absit ab Ecclesia , in qua habet Canonicatum , potest ex indulgentia diebus ferialibus ad Ecclesiam accedere , & in ea Divinis inservire .*

17 *Canonicatum , & Parochialem in duabus Diœcesibus habens , & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi , cogendus est residere in Canonicatu .*

18 *Parochialem obtinens , in qua Vicarium perpetuum legitime instituit , eo vivente , residere non tenetur , intellige , ut ibi .*

19 *Capellanus in Parochiali auctoritate Apostolica institutus Coadjutor , tenetur residere, sicut ipse Rector .*

20 *Coadjutor, ubi datur ratione infirmitatis, non ob id proprius Parochus excusatur a residentia .*

21 *Vicarius amovibilis in exercitio curæ arguit curam esse penes deputantem .*
☞ *Vide Additionem .*

22 *Residere in Parochiali , vel Prioratu curato unito Dignitati , aut Canonicatui accessorie , & in perpetuum, non tenetur ille , qui obligatur residere in Ecclesia dignitatis , vel Canonicatus .*

33 *Parochi extra residentiam in servitio Episcopi, aut Eccle-*

Ecclesiarum cathedralium permanere non possunt, ut sint Vicarii, Visitatores, Secretarii, Fiscales, &c.

23 *Parochus Ecclesiæ cathedralis potest Vicariatus officio fungi.*

Presbyteri parochiales obtinentes Ecclesias non possunt esse judices ordinarii, vel delegati illius in Provincia Toletana ibid.

Extenditur ad omnes Ecclesias parochiales regni Castellæ, & Legionis. ibid.

25 *Subcollectoris Apost. officio fungentes non excusantur a residentia parochiali.*

26 *Inquisitoris officium exercentes non excusantur a residentia in suis Ecclesiis parochialibus.*

Privilegium Inquisitorum, Consultorum &c. ad lucrandos fructus in absentia quorumcumque beneficiorum, excipit parochiales Ecclesias, & perpetuos Vicarios, cateraque beneficia curam animarum habentia ibid.

27 *Parochiales Ecclesias obtinentes non possunt hodie ab illis studiorum causa abesse.*

☞ *Vide Additionem.*

28 *Parochus non potest abesse a sua Ecclesia, ut doceat in civitate, quamvis non inveniatur alius idoneus ad legendum.*

☞ *Vide Additionem.*

19 *Parochus propter intemperiem aeris minime excusatur a residentia, ut alibi possit habitare, etiam relicto Vicario approbato.*

☞ *Vide Additionem.*

30 *Parochus, si esset infirmus, & in loco parochiali curari non valeret, tunc posset ab Ordinario dari ei trium, aut quatuor mensium dilatio, ut in locis vicinioribus maneat recuperandæ sanitatis causa.*

☞ *Vide Additionem.*

31 *Parochus non excusatur a residentia propter Principis, & populi furorem, seu ob pestem, aliumve morbum contagiosum.*

☞ *Vide Additionem.*

32 *Inimicitia capitales non excusant Parochum a residentia, sed solet Sacr. Congr. licentiam concedere, ut se absentare possit ad sex menses, ut interim aut resignet, aut permutet.*

☞ *Vide Additionem.*

33 *Senectus non excusat Parochum a residentia, quamvis Ordinarius jam provideret illius insufficientiæ, apponendo idoneum Vicarium.*

☞ *Vide Additionem.*

34 *Parochus debet residere in domo ipsius Parochiæ, vel in alia intra limites Parochiæ, quatenus propriam non habeat.*

35 *Parochus si non habuerit domum parochialem, debet eam in Parochia conducere.*

36 *Parochus non excusatur hodie, quin intra Parochiam residere debeat, quamvis non adsit commoda domus parochialis.*

37 *Parochus, parochiali domo relicta, poterit in paterna, vel cognatorum domo intra fines Parochiæ habitare, si ex ea possit residentiæ muneri satisfacere.*

☞ *Vide Additionem.*

38 *Parochia si sit intra, & extra civitatem, tenetur Parochus habitare prope Ecclesiam civitatis.*

39 *Parochus non potest haberi pro residente, si inhabitet in civitate, etiam docendo, a qua distat sua parochialis duobus, aut tribus miliaribus, etiamsi Dominicis, & festis diebus ad eam accedat.*

☞ *Vide Additionem.*

40 *Residere tenetur Parochus personaliter, nec alio modo satisfacit officio suo, etiamsi populo per alium æque bene, & forte melius serviatur.*

☞ *Vide Additionem.*

41 *Parochus officio suo non satisfacit, si residet quidem, sed totam curam relinquit Capellano.*

☞ *Vide Animadversionem.*

42 *Parochus, qui parvo tempore abest, non efficit quominus dicatur continuo adesse.*

43 *Parochus debet talem sui copiam facere, ut indigentes non careant necessaria copia, sed non arctatur, ut debeat manere quasi in compedibus.*

☞ *Vide Additionem.*

44 *Parochus, si rationabiliter judicaverit, se non fore necessarium, puta quia nullus infirmatur, potest abesse per aliquas horas, etiamsi nullum substituat, tota vero die potest esse damnosum.*

45 *Parochis poterit prohibere Episcopus sub pœna pecuniaria, ne ultra biduum a sua Ecclesia absint.*

46 *Christiana charitas,*
47 *Necessitas urgens,*
48 *Obedientia debita,*
49 *Utilitas Ecclesiæ, vel Reip. evidens.*
Parochum a residentia excusant.

50 *Parochi quando, & quo tempore relaxandi animi causa possint a suis Ecclesiis abesse, ostenditur.*

51 *Parochus justa de causa abesse volens, sive cum licentia, sive absque ea, tenetur relinquere Substitutum, qui pro se populo serviat, & quid si absentia sit repentina.*

52 *Parochus abesse volens, Vicarium sive Substitutum etiam idoneum, & admissum in illo Episcopatu pro administratione Sacramentorum relinquere, inconsulto Episcopo, non potest, nisi ad sex, vel septem dies.*

☞ *Vide Animadversionem.*

53 *Curatus vicinus bene potest substitui in absentia Parochi.*

54 *Parochus sine licentia Episcopi ex justa causa an possit abesse ad duos menses continuos, vel divisos, ostenditur, & num. 55.*

56 *Parochus non potest per hebdomadam abesse, non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo per Ordinarium approbato.*

57 *Constitutio Episcopi valet, ne Parochi possint abesse ultra duos dies sine licentia.*

58 *Parochus, ut legitime ultra bimestre possit abesse, quæ requirantur, ostenditur.*

39 *Parochus habens justam causam abeundi extra parochiam per duos menses, aut tres, non satisfacit suæ conscientiæ, si petat licentiam, jurans se gravem habere causam, quam non expedit manifestare.*

60 *Parochus petens licentiam, fingendo causam justam, quam revera non habet, peccat mortaliter, & tenetur restituere fructus.*

61 *Absentia justa causa in Parochis an judicialiter, probari debet remissive.*

62 *Episcopus cognoscere debet de causis absentiæ, etiam ab Ecclesiis parochialibus, quarum collatio ad inferiores spectat.*

63 *Ordinarii locorum Episcopo inferiores possunt dare licentiam Parochis se absentandi a suis Ecclesiis.*

64 *Vicarius idoneus relinquendus in absentia Parochi quis, remissive.*

65 *Li-*

65 *Licentiam expressam Episcopi obtinere debet Parochus abesse volens, quia tacita non sufficit.*

66 *Parochum non excusat distantia loci, etiam cum necessitate eo discedendi, ut possit abesse a sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis necessitas repente se offerat, qua non patiatur dilationem.*

67 *Parochus, qui absque legitima causa a sua Ecclesia abest, præter culpam mortalem incurrit privationem fructuum pro rata absentiæ.*

68 *Restitutio fructuum ob non residentiam amissorum facienda est fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, nec obtineri potest compositio.*

☞ *Vide Additionem.*

69 *Restituere tenentur Parochi fructus amissos ob non factam residentiam, etiam ante ullam judicis sententiam.*

70 *Fructuum appellatione in materia restitutionis ob non factam residentiam veniunt naturales solum, ac naturales artificiales, non autem industriales.*

71 *Parochus aliis juris remediis, etiam usque ad privationem, compelli potest ad residentiam.*

72 *Parochus non residens, etiam monitus, non est hodie ipso jure privatus parochia.*

73 *Parochi ad privationem ob non residentiam non est necessariam, quod prius procedatur per alias pœnas, nempe per censuras, ac sequestrationem, & subtractionem fructuum.*

74 *Conc. Trid.* sess. 24. c. 12. vers. præterea, *non afficit Episcopos, qui possunt procedere ad privationem ob non residentiam, tametsi illa temporum intervalla non fuerint observata.*

75 *Beneficio, ut quis legitime privetur ob non residentiam, debet prius personaliter citari, & quid si personaliter citari non potest.*

☞ *Vide Additionem.*

1 Parochi, & alii animarum Rectores tenentur de Jure divino in suis Ecclesiis residere, ut aperte colligitur ex Conc. Trid. *sess. 23. de refor.* c. 1. dum sic ait: *Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt: sed mercenariorum more deserviunt, Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in judicio, & veritate pascant, & regant.* Hactenus Conc. quod licet loquatur de Episcopis, tamen quia in fine habet omnia, quæ dixerat superius de Episcopis, intelligenda etiam esse de Parochis, bene ex eo evincitur, illorum residentiam esse de Jure divino; quia isti sunt Pastores, ac proinde tenentur residere, cum non possint recte fungi proprio officio, nisi personaliter resideant; tum quia isti sunt veluti gubernatores, & præfecti gregis sibi commissi, ac Princeps non constitueret Gubernatores urbium, & præfectos oppidorum, quos putaret frequenter abesse ab iis locis sibi commissis, & solum eos gubernare per alios. Et quamvis non reperiatur hoc præceptum de residentia expresse in sacris literis; ex illis tamen necessario, & non obscure deducitur, & præcipue Proverb. 27. *Cognosce vultum pecoris tui, & greges tuos diligenter considera.* Ecclesiast. 7. *Pecora tibi sunt, attende illis.* Act. Apost. 20. *Attendite universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit.* Nec est enim necesse, ut omnia præcepta divina expresse in Sacra Scriptura exprimantur; nam cum Parochi sint Pastores, quibus committitur cura gregis, eo ipso ex hoc deducitur, de Jure divino teneri eos residere. Quare ita resolvunt Cajetan. 2. 2. *q. 185. art. 5. & in sum. verb. beneficium, l. 1. vers. & si beneficium est curatum*, præclaræ mem. & summæ sanctitatis vir D. Barthol. de Martyribus Archiep. Bracharen. *in stimulo Pastorum p. 2. fol. 51. cum sequentibus*, Silvest. *in sum. verb. residentia num. 1.* Alphons. à Castro *de justa hæreticorum punit. l. 3. cap. 4.* Covar. *lib. 3. var. cap. 13. n. 9.* Navar. *in man. c. 25. num. 121.* Paul. Camitol. *respons. moral. l. 1. q. 59. a. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 24. n. 139. & glos. 41. n. 8. & glo. 43. n. 163.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 7. c. 4. q. 1.* Less. *de justit. l. 2. c. 34. dub. 29. n. 153.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol. 393. n. 5.* Sanch. *de Matrim. l. 8. disp. 6. n. 5. & in præcepta Decalogi, tom. 1. l. 4. c. 37. n. 15.* Possevin. *d. tr. de officio Curati c. 1. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. n. 16.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 53. n. 2.*

Et quamvis hinc inferri videatur, Papam in re- 2
sidentia dispensare non posse, utpote quia dispensare non potest in iis, quæ sunt de Jure divino, *c. sunt quidam 25. quæst. 1.* gloss. *verb. auctoritate, in c. non est de voto*, junctis late adductis per citatos à Sanctarel. *var. res. q. 1. n. 5.* & per me *in tr. de jure Eccl. l. 1. c. 2. n. 120.* nihilominus hæc illatio non est indistincte vera, quia in hoc casu non dispensat proprie, tollendo vinculum, quo Parochus obstrictus est ad residentiam, sed justa, & legitima existente causa, declarat, vinculum illud cessare ob rationabilem causam, quæ supervenit; & Parochum non teneri in aliquibus casibus residere, & Dei voluntatem esse, ut tunc non cogatur ad residentiam; & quando Pontifex id facit, Deus talem declarationem ita approbat, ut ab obligatione præcepti divini hominem ipso facto liberet. Quare Papa non dispensat ut agens principale, sed ut agens instrumentale, seu ministeriale, quatenus ex officio, & cum auctoritate declarat, esse justas causas, ob quas Deus relaxat obligationem, & ita Deus tunc ut agens principale tollit illam obligationem. Videant Parochi, an allegata causa sit legitima, & sua absentia valde utilis, & necessaria universali Ecclesiæ, vel saltem propriæ, quia si Papa sine hac, vel alia justa causa dispensaverit, ipsi tamen peccabunt, si non resideant. Sot. *dicto l. 10. q. 3. art. 4.* Valen. *tom. 3. disp. 3. q. 10. puncto 5. vers. & hactenus*, Azor. *d. p. 2. l. 7. c. 4. quæst. 1. ad fin. & c. 5. q. 6.*

Quod adeo verum est, Parochum teneri de Jure 3
divino in suis Ecclesiis residere, ut ad id non solùm adstringatur habens curam animarum, quæ exercetur in foro animæ, sed etiam obtinens illam, quæ pertinet ad forum exterius circa correctionem morum, qualis est, qui potest visitare, corrigere, excommunicare, suspendere, & interdicere, non quod de illo loquatur Concil. *d. c. 1.*

sed

ſed quia comprehenditur aliis auctoritatibus, quas
ex S. Scriptura ſupra adduximus, & ſub diſpoſi-
tione Conſtitutionis bonæ mem. Pii IV. incip. *In*
ſuprema, ſub dat. 7. Kalend. Decembris, 1564. ita
Sanctarel. *d. q. 1. n. 11.* Armend. *loco infra citan-*
do, n. 173. Unde Præpoſituram curam tantum ju-
riſdictionalem obtinentem eſſe comprehenſam in
Bulla Pii V. *de reſidentia Parochorum*, quæ incip.
Cupientes, ſub dat. 8. Idus Julii 1568. referunt de-
ciſum Nicol. Garc. *de beneſ. p.3. c.2. n.179. in* 10.
declarat. & Armendar *loco proxime citato, n.*140.
Et procedit etiamſi parochialis ſit tenuis, Re-
4 buff. *in tr. nomin. q.8. n.37.* Valer. Regin. *in praxi*
fori pænit. l.30. n.294. verſ. ſi objicies. Ego ipſe
d. p.3. alleg.53. n.70. me citato illo loco, Sancta-
rel. *var. reſol. q.4. num.45.* Et etiamſi in Parocbia
tantum remanſerint tres, vel quatuor incolæ, Ni-
col. Garc. *de beneſic. p.3. cap. 2. n.* 179. Armen-
dar. *in addit. ad recopil. legum, Navarræ, l.2. tit.*
23. *l.2. §. 2. ſub rub. ſed an Parochi debeant reſide-*
re in ſuis Curatis, n. 142.

Additio.

☞ Ita etiam declaravit Cong. Conc. 3. Octob.
1671. ut lib. XXVII. Decretor. pag. 229. Cum
enim Bernardus Monuzzi Parochus Fognaui pe-
tierit = eximi a reſidentia, ſtante parvo numero
familiarum, cui vicinus Parochus ſupplebit, re-
ſpondit, etiamſi in illa Parochia eſſent tres tan-
tum, vel quatuor incolæ, teneri reſidere. ☜
Niſi parochialis Eccleſia in totum Parochianos
5 habere deſierit, quia tunc de illa proviſus non te-
neretur perſonaliter reſidere, cum de ea judicari
debeat, ac ſi eſſet beneficium ſimplex, ut late pro-
bat Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extra gre-*
6 *mium Eccleſ. exiſtent. lib.1. cap.14.* ſicut nec tene-
retur reſidere obtinens Monaſterium, ſeu Abba-
tiam, quæ cura, & Conventu caret, Nicol. Garc.
dicto num. 179. *in 9. declar.* Armenda *dicto loco,*
num. 139.
7 Baptiſmalem Eccleſiam obtinens, cui incumbit
ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, &
exiſtentes ſub cura Arcbipresbyteri, tenetur ad
reſidentiam, ad minus tanquam Coadjutor Eccle-
ſiæ parochialis, ita Armend. *d. loco, num.*178.
8 Parocbialem Eccleſiam obtinens per proviſio-
nem Sedis Apoſtolicæ, habens liberum curæ exer-
citium, & omnium bonorum, fructuum, & pro-
ventuum ad dictam Eccleſiam parochialem per-
tinentium poſſeſſionem, licet in limine adeptæ
poſſeſſionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in
petitorio, tenetur ad reſidentiam in dicta Eccleſia:
ita Aloyſ. Ricc. in *praxi rerum fori eccleſ. reſ.* 393.
num. 5.
9 Parochus, ſi duas habeat Eccleſias unitas, reſi-
dere tenetur in digniori, ſi vero non conſtet, quæ
ſit dignior, in frequentiori, ſed ſi una fuerit extra,
& altera intra Urbem, reſidere debet in ea, quæ
eſt intra. Ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. nu-*
*mer.*179. *in declar.* 14. Armenda *d. loco n.* 142.
10 Unde, ſi populus dividatur, & una pars habitet
in civitate, & altera extra, & idem Parochus ex
conſuetudine ambas parochias obtineat, reſidere
debet in civitate, Nicol. Garc. *d. n. 179. in decl.*
15. Armendar. *dicto loco, num.*143.

Et hinc habens Parochiales duas unitas perpe- 11
tuo invicem æque principaliter, & non unam al-
teri acceſſorie, ita ut una non ſit dignior, & prin-
cipaliter altera, poteſt in qua maluerit, reſidere,
idem Nic. Garc. *dict. n.* 179. *in declarat.* 16. Ar-
mendar. *dicto loco, n.*144.
Parochialem Eccleſiam cum Canonicatu ha- 12
bens ex legitima diſpenſatione, in Parochiali reſi-
dere debet, cum prima, & præcipua debeat eſſe
cura animarum, juxta d. Conſtit. Pii V. quæ in-
cip. *Cupientes*, & percipere fructus præbendæ,
& ſolum ejus diſtributiones quotidianas perdit, &
ſi quid præterea abſentes juſta alia de cauſa non
percipiunt, ita Armendar. *d. loco n.* 135. adver-
tens ibi, quod ſi Canonicatus eſt in eodem loco,
ubi eſt Parochialis, poteſt utrique ſervire, & quo-
tidianas diſtributiones percipere, & citat Nicol.
Garc. *d. n.*179. *declar.*7.
Unde Parochialem in civitate, & Canonicatum 13
in Cathedrali habenti, ſi poſſit utrique inſervire,
non eſſe moleſtiam inferendam deciſum refert idem
Armendar. *in addit. ad recopilat. legum, Navarræ*
*lib.4. tit.7. de beneſic. incompat. num.*49. ubi *n.*48.
ſubdit, ſi vacet Parocbialis, non debere Epiſco- 14
pum illam Canonicatum habenti conferre, etiamſi
tenues admodum præbendæ eſſent, ſed Papam
conſulere debere, & veros redditus Canonicatus,
& Parochialis exprimere: idem fuit dictum in Ro-
ta *in una Leodien. Canonicatus 5. Junii* 1610. co-
ram Reverendiſſimo D. meo Coccino Decano,
prout refert Jo. Cochier, *in comment. ad reg.* 52.
Canc. a n.4. p.577. cum ſeqq.
Et ideo nec habenti dignitatem tenuem in Ec- 15
cleſia cathedrali, quæ de diſtributionibus quotidia-
nis non participet, Eccleſiam parochialem, in-
conſulto Papa, conferri debere dicit reſolutum Ar-
mend. *d. tit.7. de beneſ. incompatib. n.* 51.
Si autem reſidens in Parochiali non longe abſit 16
ab Eccleſia, in qua habet Canonicatum, poteſt
ex indulgentia diebus ferialibus ad Eccleſiam ac-
cedere, & in ea Divinis inſervire, dummodo Pa-
rochus omnibus diebus, & horis ſuis, & congruis
parochiali inſerviat, & nihil prorſus relinquat ex
debito ſervitio ipſius, prout a ſacra Congr. fuiſſe
deciſum teſtantur Nic. Garc. *dicto num.*179. *in de-*
*clarat.*8. Armend. *ſub dicta rub. ſed an Parochi de-*
beant reſidere in ſuis Curatis, num. 136. At obtinens
Canonicatum, cui eſt unita parochialis ad vitam
obtinentis tantum, tenetur in parochiali reſidere,
ut pariter reſolutum referunt idem Nic. Garc. *d.*
*num.*179. *in declar.*13. & Armendar. *ſub dicta rub.*
*ſed an Parochi debeant reſidere in ſuis Curatis, n.*137.
Canonicatum, & Parochialem in duabus diœ- 17
ceſibus habens, & non reſidens in parochiali ex
permiſſu Epiſcopi, ut tenetur ex *dicta Conſt. Pii V.*
cogendus eſt reſidere in Canonicatu, ut per Nic.
Garc. *d. p.3. c.2. n.*184. Armend. *in addit. ad re-*
cop. legum Navarræ l.2. tit.23. l.2. §.2. de reſident.
Canon. num. 14. quos refero ego ipſe *d. p. 3. alleg.*
53. *num.* 113.
Parochialem obtinens, in qua Vicarium perpe- 18
tuum legitime inſtitui obtinuit, eo vivente, reſidere
non tenetur, ut per Armendar. *ſub d. rub. ſed an*
Parochi debeant reſidere in ſuis Curatis, n. 193. ubi
*n.*126. intelligit, ſi tota animarum cura tranſlata
fuerit legitime in ſolum Vicarium perpetuum, &

*n.*127.

*n.*127. fubdit, quod Parochus Ecclefiæ, in qua fuit conftitutus Capellanus, cui ex inftitutione Capellaniæ impofita fuit tota animarum cura, feu perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non te-
19 netur in ea refidere. Teneretur tamen ficut ipfe
Rector, parochialis Capellanus in illa Coadjutor
auctoritate Apoftolica inftitutus, ut bene refolvunt
Gonaal. *ad reg.*8. *Cancel. gloff.* 5. §. 9. *n.*17. Aloyf.
Ricc. *In praxi rerum fori ecclef. refolut.*393. *ampl.*5.
20 Si autem datus fit Coadjutor ratione infirmitatis,
non ob id proprius Parochus excufatur à refidentia, ut dicit refolutum Armendar. *d. tit. fed an Parochi debeant refidere in fuis Curatis*, *num.* 129.
21 In exercitio curæ Vicarius amovibilis arguit cu-
ram effe penes deputantem, & ideo ipfum teneri ad refidendum, ut pariter decifum atteftantur idem Armendar. *citato loco n.* 141. & Nic. Garc. *dict. n.*179. *n.*11. *in declar.*

Additio.

☞ Circa Coadjutores Parochorum attendenda funt laudatæ Congregationis refponfa fub die 6. Novem. 1620. in Brixien. ad fequentia dobia.

I. Quæritur, utrum Coadjutores omnes, quomodocumque fint Capellaniæ inftitutæ, teneantur ad refidentiam perfonalem, eadem lege Conc. feff. 23. cap. 1. de reform. qua Rectores ipfi Parochialium tenentur. = Congregatio cenfuit, teneri =

II. Quæritur, an faltem ab ea lege excipiantur ii, qui ex inftitutione poffunt per alium fervire = Cong. cenfuit, hofce dumtaxat excipi =

III. Utrum Epifcopus teneatur cogere ad refidentiam illos etiam Coadjutores, quibus nulla expreffa perfonalis refidentiæ obligatio injuncta eft = Congr. cenfuit, teneri cogere bos, ficut ipfos Ecclefiæ Rectores. =

IV. Utrum poffit Epifcopus com aliquo ex his Coadjutoribus difpenfare fuper refidentia = Cong. cenfuit, non poffe, prout nec cum Rectoribus ipfis poteft. =

V. Utrum illi, qui ad beneficia hujufmodi proponuntur admittendi, fint eodem jure examinandi, quo Rectores ipfi earumdem Parochialium examinari jubentur ad parochiales Ecclefias ipfas obtinendas ex cap. 18. feff. 24. = Cong. cenfuit, ita effe examinandos. = ☜

22 Refidere in Parochiali, vel Prioratu curato unito dignitati, aut Canonicatui accefforiè, & in perpetuum, non tenetur ille, qui obligatur refidere in Ecclefia dignitatis, vel Canonicatus, ex eodem Armendar. *cit. loco n.* 136. & Nicol. Garc. *d. numer.*179. *in* 12. *declar.*

23 Et hodie eft adeo præcifa refidentia in Parochis, ut illi ab ea excufari non valeant, etiam ex illis caufis, ob quas Canonici refidere non coguntur; & ideo eos minime poffe in fervitio Epifcopi permanere, aut Ecclefiarum Cathedralium, ut nempe fint Vicarii, Vifitatores, Secretarii, Fifcales, &c. refolvunt Gonaal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloff.* 6. *n.*258. Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori ecclefiaftici dec.* 502. *in* 1. *edit. alias refol.* 393. *in* 2. *edit.* Piafec. *in praxi Epifcop. p.*2. *c.*3. *num.*27. Nicol. Garc. *de benefic. p.*3. *c.*2. *n.* 43. Poffev. *de officio Curati*, *c.*1. *num.* 12. Congr. Conc. *fub die* 12.
Maji 1628. nam ultra duos menfes Epifcopus non
poteft uti opera Parochi, ut cenfuit S. Congr. Con-
cil. *fub die* 8. *Januarii* 1628. fi autem Ecclefiæ Ca- 24
thedralis Parochus fit, poterit Vicariatus officio fungi, ut bene refolvit Aloyf. Ricc. *in dec. Curiæ Arch. Neap. p.*4. *dec.* 319. In tota Provincia Toletana Presbyteri parochiales Ecclefias obtinentes, non poffunt effe judices ordinarii, vel delegati Ordinarii appellationum, ut ftatuit Paulus V. *in fua Conftitut.* incip. *Ecclefiæ univerfæ fub die* 17. *Aug.*1615. quam Gregor. XV. *in fua Conftit.* incip. *Alias a fælicis*, *fub die* 9. *Maji* 1622. extendit ad Ecclefias omnes parochiales totius Regni Caftellæ, & Legionis.

Nec etiam a refidentia parochiali excufari 25
Subcollectoris Apoft. officio fungentes, tenent
Nic. Garc. *d. c.*2. *n.*42. *in* 3. *declar.* Aloyf. Ricc.
*d. refol.*393. *n.* 4. Ugolin. *de offic. Epifc. c.*15. §. 3.
*num.*3. *verf. decimo*, Gonzal. *d. gl.*6. *num.*266. Ar-
mendar. *d. tit. fed an Parochi debeant refidere in fuis*
Curatis, *n.* 168. aut Inquifitoris officium exercen- 26
tes, ut contra Spin. & Cened. docent Gonaal., *d. gl.*6. *n.*266. *& glof.*43. *n.*264. Aloyf. Ricc. *d. refol.*393. *n.*3. Ceval. *commun. contra commun. q.*585. *n.*12. Ego ipfe *d. p.* 3. *alleg.*52. *num.* 156. me citato in illo loco, Sanctarel. *var. refolut. q.*11. *n.*4. & Alzedo *de præftantia Epifc. dignit. p.* 2. *c.*9. *num.*7. Privilegium conceffum Inquifitoribus contra hæreticam pravitatem, Confultoribus, & Procuratoribus in Romana Curia, & alias ubilibet refidentibus, Secretariis Fifcalibus, Relatoribus ac Commiffariis actu fervientibus ad lucrandos fructus in abfentia quorumcunque beneficiorum, excipit parochiales Ecclefias, & perpetuos Vicarios, cæteraque beneficia, curam animarum habentia, Paulus V. *in fua Conft.* incip. *Alias per nos accepto fub die Martii* 1610.

Quamvis olim potuerit Parochus ftudiorum 27
caufa abeffe per feptennium ex confenfu, & licentia Epifcopi, ut deciditur *in cap. cum ex eo, de elect. lib.* 6. hodie tamen id non permittitur, cum illius text. difpofitioni derogatum videatur per Conc. Trident. *feff.* 23. *de reform. cap.*1. dum tenet, ut habentes curam animarum non poffint abeffe, nifi caufa prius per Epifcopum cognita, & probata, & difcedendi licentiam ultra bimeftre tempus non obtineant, nifi ex gravi caufa; at declaratum eft per Sacr. Congregat. ftudium non effe gravem caufam, ut obtinentes beneficia curata poffint abeffe, cum illa obtineantur per concurfum, juxta Conc. Trid. *feff.* 24. *de reformat. cap.* 18. & fupponitur illos, quibus conferuntur, effe idoneos, & jam ftuduiffe, & confequenter non effe neceffe, ut ftudiorum caufa abfint a fuis Ecclefiis, ne ob abfentiam debito fervitio defraudentur, eo vel maximè, quia hodie funt alii, qui Theologiæ, & Juri canonico, abfque tanto Ecclefiarum, & animarum detrimento ftudere poffint. Unde non femel Concil. Trident. Congreg. cenfuit, poft Concil. Trident. obtinentes Ecclefias parochiales non poffe ab illis ftudiorum caufa abeffe, & fi abfunt, non poffe percipere fructus, nec Ordinarios poffe talem licentiam concedere, prout referunt Aloyf. Ricc. *dict. refol.* 393. *in fine*, *& refol.* 310. *num.*1. Profper de Auguftino *in addit. ad Quarant. in fumm.*

Bul-

Bullarii, verb. residentia, vers. item limita. Gonzal. *d. gloss. 6. n.51.*

Additio.

☞ Congreg. Concil. pluries ita censuit, & præsertim 1. Octob.1594. ☜

28 Et quamvis docentes in theologica facultate, dum in scholis docuerint, integrè per annos quinque percipere possint de licentia Sedis Apostol. proventus præbendarum, & beneficiorum suorum, non obstante aliqua alia consuetudine, vel statuto, cum denario defraudari non debeant in vinea Domini laborantes, ut expressè habetur *in cap. ult. in fin. de magistr.* tamen post Concil. Trid. Parochus non poterit abesse a sua Ecclesia, ut doceat in civitate, quamvis non inveniretur alius idoneus ad legendum etiam grammaticam, & fuerit quoque relictus idoneus Vicarius, & approbatus cum congrua mercede, & solemnibus diebus pariter ipse Parochus interesset, ex allatis rationibus, prout testantur a Sac. Cong. resolutum, Gonzal. *gloss.6. n.254.* Aloys. Ricc. *de resol. 393. num.2.* Armendar. *dict. loco num.124. in fin.* Ego ipse *dict. alleg. 53. num. 76.* me citato Sanfelic. *dict. qu.3. num. 32.*

Additio.

☞ Resolutionem hanc Congr. Concil. refert etiam Quaranta in summa Bullarum verb. *Residentia*, sicut & quamplurimas alias hic ab Auctore citatas. ☜

29 Propter intemperiem aeris Parochus non inde oriundus minimè excusatur a residentia, ut alibi possit habitare, etiam relicto Vicario approbato, ut per Ugolin. *de offic. Episc. cap. 15. §.3. vers.6.*, Zerol. *in praxi Episc. par. 1. verb. residentia §.7.* Armendar. *sub dict. titul. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis*, *num.32.*

Additio.

☞ Ita declaravit Congreg. Concil., die enim 7. *Julii* 1646., *ut lib. XVIII. Decretor. pag.164.* respondit = Aeris intemperiem non excusare Parochum a residentia, etiamsi Parochia sub tanta cæli inclementia constituta sit, ut nemo, nisi indigena ibidem, absque vitæ periculo immorari possit = ut respondit *ann.1573.* ad dubium: sibi propositum ab Episcopo Regiensi, prout *lib.1. decretor. pag. 51.* ☜

30 Advertendum, quod si Rector infirmus esset, & in loco Parochialis curari non possit defectu Medicorum, medicinarumve, tunc posset ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor mensium, ut in locis vicinioribus maneat, recuperandæ sanitatis causa, interea ab ipso Ordinario in Parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus Parochialis constituto, & ideo Armend. *dicto loco num.18* asserit, decisum cum Ordinarii consensu intemperiem aeris excusare a residentia.

Additio.

☞ Ita etiam respondit eadem Sacra Congregatio dicto anno 1573. laudato Episcopo Regiensi. ☜

Nec propter Principis, & populi furorem, seu 31 ob pestem, aliumve morbum contagiosum a residentia Parochus excusatur, ubi detrimentum ovium suarum immineret in spiritualibus, & nulli adessent ministri, qui sufficienter id præstarent, juxta ea, quæ supra resolvimus *hoc eodem capite vers. quinto est notandum*.

Additio:

☞ Quod tempore pestis teneatur in parochia residere, Fagnanus in cap. XVI. *Clericos de Cleric. non residentibus a num.37. ad 41.* refert, ita declaratum fuisse a Congreg. Concil. cum approbatione Gregorii XIII. *die 11, & 26. Octob.*, ac *6. Decemb.1576.* Unde infert Benedictus XIV. *de Synod. Diœcef. lib.* VIII. *cap. XIX. num. 2.* = post hujusmodi rescripta, sive resolutiones aditus, locusque amplius relinqui non potest eorum DD. opinioni, qui affirmarunt, & docuerunt, licere ei, qui animarum curam exercet, a residentiæ loco abscendere, modo Sacerdotem idoneum adinveniat, qui accedente Episcopi licentia, vices ejus adimpleat; veluti rectè perpendit Muratorius, in suo Tract. *de Peste lib. III. cap. IV. pag.359.* primæ editionis Mutinensis. =

Nec Parochis suffragatur sententia quorumdam Theologorum, & Canonistarum, opinantium, quod sicut eis licet non residere propter capitales inimicitias ex cap. *IX. Ad supplicationem de Renunciat.*, ita & propter pestem: optimè enim refellitur hujusmodi sententia, discrimenque inter casum, & casum palam fit per ea, quæ Gratianus adnotavit post *Canon. XLVIII. Adversitas, caus. VII. quæst.1. §. Hoc tunc servandum*, ibi = Cum vero (Pastor) specialiter quæritur, fugiat exemplo Christi, qui a facie Herodis fugit in Ægyptum; fugiat exemplo Pauli, qui a fratribus per murum submissus est in sporta. Unde Augustin. ait: Fugiat Minister Christi, sicut ipse Christus in Ægyptum; fugiat, & qui specialiter quæritur, dum per alios firma est Ecclesiæ salus. Hinc etiam ait Dominus discipulis: si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abscondit se, & exivit de Templo, quando Judæi lapides tulerunt, ut jacerent in eum. Cum vero non Prælato tantum, sed generaliter periculum omnibus imminet, & animarum salus salva esse non potest, debet Prælatus animam suam ponere pro ovibus suis = Quam doctrinam, & rationem secutus est etiam S. Thom. 2. 2. *quæst.185. art. 5.*, & novissime Petrus Ballerin. *in Notis ad summam Theologiam S. Antonini par.I. tit. V. cap.1. col.358. edit. Veron. ann.1740.* ubi paucis complectens, celebrem hac in re S. Augustini epistolam CCXXVIII. ad Honoratum Episcopum Thiarensem, ita ex illius mente distinguit Sanctus Doctor, & universim statuit = Pastoribus illicitum eo in periculo a suis gregibus

recedere, idoneis licet Vicariis relictis; tum vero cum solum casum fugæ approbat, ac supplendi per alios, cum periculum proprium solius Pastoris est, uti cum Pastor ipse per se ad necem quæritur, non autem cum periculum commune est Pastoris, & ovium. =

Quod autem Gregorius XIII. ex sententia Congreg. indulserit Parochis, administrare posse tempore pestis Baptismi, & pœnitentiæ Sacramenta, etiam per alios, dummodo personaliter, & formaliter resideant, licet Trident. illis injungat, ut per se ipsos Sacramenta administrent, id ita provisum fuisse advertit Fagnanus *loc. cit. num.*47. in favorem, & commodum parochianorum, quorum aliqui nondum peste infecti, nollent ea ab ipsis recipere, quos scirent eadem administrasse aliis peste laborantibus.

Non defuere Auctores, inter quos novissime Muratorius, qui loco supra citato *pag.*355. censet, in praxi licere absolutionem impertiri peste infecto, quamvis integram peccatorum confessionem non expleverit, quoties ex diuturniori mora, cum hoc Confessarius probabiliter timeat, ne & ipse morbum contrahat. Quam tamen opinionem acriter cum aliis non paucis oppugnat Marchinus *Tract. de peste par.III. cap. IV. num.*5, *& seqq.* tum ad rectum ferendum judicium de statu pœnitentis, quod haberi nequit ex dimidiata confessione; tum ad in tuto ponendam Sacramenti validitatem, juxta rei naturam, & Pontificum decreta. Et quamvis pœnitens excusetur ab integritate confessionis, quando aliquod grave damnum sive sibi, vel alteri probabili fundamento obventurum timeat, quando tamen pœnitens proximus morti integre confiteri cupit, non excusatur Confessarius ab onere audiendi integram illius confessionem, etiam cum periculo contrahendæ pestis; quandoquidem ex officio propriam ipse vitam pro concreditarum sibi animarum salute cuilibet periculo exponere tenetur. ☜

32 Nec propter inimicitias capitales, ut colligitur ex decisione quadam Sacr. Congr. negociis Episcoporum, & Regularium præpositæ, apud quam cum Laurentius Siscarellus terræ Ripæ Archipresbyter ob capitales inimicitias ab ejus Ecclesia absentari supplicasset, in eadem idoneo Capellano relicto, de quibus quidem inimicitiis, per Episcopum Bojanen. plena fides. Sacr. Congregat. facta extitit, eadem Sacr. Congreg. *sub die* 15. *Februarii* 1619. ad sex menses licentiam concessit ad effectum, ut interim aut resignet, aut permutet. Sed quando inimicitiæ absque Parochi culpa contractæ fuerint, & post obtentam parochialem exortæ, Episcopi dispensare solebant, ut per annum in alio viciniori, & tutiori loco manere possit, & crescentibus inimicitiis dabatur alius annus, dummodo semper in parochiali expensis Parochi maneret idoneus Vicarius, si credimus Zerol. *in praxi Episc. par.*1. *verb. privatio* §. 4. *dub.*1. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 645. *in secunda editione*, Bonacina *variis tractat. disputatione* 5. *de onere, & obligat. benef. puncto* 5. *n.* 2. Armend. *dicto loco, num.*133, 134, 182. *& seqq.* Hinc referunt Paul. Comitol. *resp. moral. lib.*1. *qu.* 60, & Ludov. de Sancto Joanne *de administr. Sacrament. art.*1. *de resident. num.*2. *vers. nota tertio*, Sacram Congregat. censuisse, Parochum propter inimicitias absentem a Parochia non posse abesse nisi per annum, puto tamen id hodie non licere, & melius esse consulere Sacram Congregationem.

Additio.

☞ Licentia absendi propter inimicitias concedi debet non ab Episcopo, sed a Cong. Concil., ut eadem respondit mense *Decemb.*1589. in Faventina = Prætextu inimicitiarum minime excusandos esse (Parochos) nisi obtinuerint literas a Congr. Concil., quæ ubi petitæ fuerint, dabuntur juxta formam = ☜

Nec denique propter senectutem, quamvis 33
Ordinarius jam provideret illius insufficientiæ, apponendo idoneum Vicarium cum assignatione congruæ portionis ex ipsius parochialis redditibus, secundum Zerol. *in praxi Episc. par.* 1. *verb. residentia* §. 9. sicut nec est causa sufficiens non residendi infirmitas Parochi, etiamsi ratione illius datus ei fuisset Coadjutor, ut per Armend. *in addit. ad recopill. legum Navarræ, lib.*2. *tit.*23. *lib.*2. §. 2. *sub tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis*, *num.*129.

Additio.

☞ Ita etiam declaravit Congregat. Concil. 6. *April.* 1647., videlicet = Nec ætatem senilem, nec malam valetudinem excusare Parochum a residentia personali = *ut lib. XVIII. Decretor. pag.* 329. ☜

Ut Parochus verè resideat, tria requiruntur: 34
primo, ut in propria Ecclesia: secundo, ut personaliter: tertio, ut continuo. Et circa quodlibet eorum aliquid adnotabimus. Et in primis, quoad primum, illud est sciendum, Parochum de-
bere residere in domo ipsius Parochialis, si ve- 35
rò illa non habeat domum, tunc in alia domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltem ita vicina parochiali Ecclesiæ, ut inde commodè possit per se ipsum ei inservire, habitare tenetur, ita Nicol. Garc. *de benefic. par.*3. *cap.* 2. *n.* 179. *in decl.*21. Armendar. *dict. tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis*, *num.* 149, *&* 150. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. par.* 4. *dec.*4. Si enim non habet ibi domum propriam, aliquam conducere debet, ut ex sententia Sacr. Congr. deducit Nicol. Garc. *dict. cap.*2. *n.*179. *in declar.* 21.

Fuit tamen dispensatum, ut Parochus non ha- 36
bens commodam habitationem in Parochiali, posset degere in loco vicino, dummodo propè Ecclesiam substitutus ejus habitet, & nonnunquam hæc facultas eadem de causa concessa fuit sine illa conditione, quod substitutus propè Ecclesiam habitet, teste Nicol. Garc. *dict. num.*179. *declarat.* 25. nunc vero nequaquam id esse concedendum existimo, prout ex aliquorum repulsis mihi constitit, & in una Sarzanen. 13. *Novemb.* 1627. censuit Sac. Congr. Concilii, Parochum non excusari, quin intra Parochiam residere debeat, quam-

vis

vis non adsit commoda domus parochialis, & sit magna aeris intemperies, & retineat Capellanum in Parochia, & ipse accedat singulis diebus festis.

37 Sed si habeat domum propriam Ecclesia, & Parochus, ea relicta, habitet in paterna, vel cognatorum domo infra fines Parochiæ existente propter honesta servitia, & suis majus commodum sciente, & tacente Episcopo, credo residentiæ muneri satisfacere, quia licet ex vicinitate Ecclesiæ posset facilius Sacramenta ministrare, tamen necessitati populi sufficienter ex propria sua habitatione providere poterit, & sic non est, quod in hac parte scrupulis angatur, ut benè advertit Possevin. *dict. tract. de offic. Curati*, *lib.* 1. *num.* 7.

Animadversio.

☞ Quoad residentiam in domo parochiali, & in illius defectu in propinquiori Ecclesiæ intra limites parochiæ, Congr. Concil. declaravit in *citat. Faventina mense Decemb.* 1589, *& die* 10. *Februar.*, *ac* 15. *Martii* 1618. *in Turritana* = Rectores, si domum parochialem non habent intra limites parochiæ, cogi possunt domum, sibi construere ex fructibus, & proventibus; aut saltem aliam conducere intra eosdem limites =

Attento negativo responso dictæ Congreg. in Pontis Corvi Residentiæ 20. Decembr. 1755. ad dubium = An Abbati Curato Lucernari liceat habitare in domo paterna, sita in Regione Civita = recipi nequit opinio Possevini hic relata. Quod responsum emanavit, licet tunc probatum fuerit ex dicta domo eum potuisse munus suum implere.

Imò, nec, relicta domo parochiali, habitare potest in Ecclesia filiali, sita in districtu suæ parochiæ, in qua Sacramenta administrentur, ut censuit Rota in Tarraconen. Juris residendi 15. Martii 1734. §. 3. coram Harrah.

Sensit insuper §. 8, & 9. nec Episcopum dare posse licentiam habitandi extra domum parochialem, nisi ad breve tempus; & dummodo altera domus sit proxima domui parochiali. Quod intelligendum est, etiamsi pro aeris intemperie nequeat Parochus in parochiali domo habitare, cum ex nulla causa possit Episcopus licentiam illi dare in perpetuum habitandi extra dictam domum parochialem.

Non videtur tamen teneri ad restitutionem fructuum, ut tenetur Parochus non residens, si non resideat in domo parochiali, aut intra limites parochiæ, ut censuit eadem Congr. 8. *Junii* 1624. concepto dubio his verbis = Cum jam decretum sit, Parochum teneri residere in ædibus parochialibus Ecclesiæ, seu intra limites parochiæ, an ad restitutionem fructuum teneatur ille Parochus, qui nunquam sic resedit, licet Ecclesiæ parochiali deservierit = Congregatio censuit, non teneri, sed cogendum esse in posterum residere in domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia eam non habeat, in alia propinquiori intra limites parochiæ. = ☞ . . .

38 At si Parochia sit intra, & extra civitatem, tenetur habitare prope Ecclesiam civitatis, licet in ea minor pars Parochianorum inhabitet, & major longe sit in oppidis, succurrendo tamen illis, qui longe habitant, secundum loci antiquam consuetudinem, per *t.* 4. *sess.* 21. *de reform.* ita referunt a S. Congr. decisum Nic. Garc. *d. n.* 179. *declar.* 20. Armendar. *d. loco, num.* 148.

Et non potest Parochus haberi pro residente, si inhabitet in civitate, a qua distet sua Parochialis tribus, aut quatuor milliaribus, etiamsi Dominicis, & Festis diebus ad eam accedat, ita Nic. Garc. *dict. num.* 179. *in* 17. *declar.* Armendar. *dict. n.* 145. Unde Parocho villæ Mirtetti extra terram Massæ Sarzanen. diœcesis, qui se excusabat a residentia, & morabatur in dicta terra, eo quod non adesset commoda domus parochialis, item propter aeris intemperiem, & quia retinebat in parochia Capellanum, & ipse accedebat singulis diebus festis, sacra Congreg. Concilii *die* 13. *Novembr.* 1627. respondit, quod intra mensem conduceret domum in Parochia, & intra sex menses domus parochialis reaptetur. Unde Monachus exercens curam animarum in parochiali unita Monasterio Ordinis S. Benedicti, tenetur habitare in domo parochiali, & non in Monasterio distanti a cura, ut declaravit S. Congr. Conc. *in Curien.* 5. *Apr.* 1631. Nec etiam excusatur a residentia, si doceat grammaticam in civitate per duo milliaria distante a sua parochiali, quamvis singulis diebus festis vellet ad eam accedere, ut per Nic. Garc. *dict. n.* 179. *in declar.* 19. Armend. *d. loco nu.* 147. Sanctarel. *d. q.* 3. *n.* 33. metipsum *d. alleg.* 53. *numer.* 75. etiamsi non inveniretur alius idoneus in civitate ad docendum, & fuisset relictus idoneus Vicarius, & approbatus cum congrua mercede, ut supra diximus *in vers. & quamvis*. 39

Additio.

☞ Non licet Parocho moram trahere in civitate, aut oppido, quamvis non longe distet a parochia extra illud sita, etiamsi alium sacerdotem subroget, qui, si aliquid forte contingeret, præsto esset ad operam suam impendendam, ut declaravit eadem *Congr.* 16. *Januar.* 1638. *lib. XV. Decretor. pag.* 649. *&* 24. *Maii* 1670. *lib. XXVI. pag.* 346. ac magis perspicue in responsis ad hæc dubia sibi proposita sub *die* 10. *Maji* 1687. ab Episcopo Fulginatensi, relata a Benedicto XIV. *Institut. ecclesiast. XVII.* = Ad eliminandos plures abusus, quos circa residentiam Parochorum in sua diœcesi irrepsisse refert Episcopus, supplicat ab hac Sac. Cong. declarari.

I. An Rectores Ecclesiarum parochialium a civitate distantium per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter, possint sine expressa Episcopi licentia abesse a suis Ecclesiis parochialibus, relicto ibidem Substituto, ab eis deputato, & in civitate tam diurno, quam nocturno tempore jugiter commorari, exceptis solis diebus festis, in quibus ad dictas Ecclesias se conferunt, revertentes illico ad civitatem.

II. An Parochi, qui nocturno cæteroquin tempore resident apud suas Ecclesias, possint, celebrata summo mane Missa in dictis Ecclesiis, se conferre ad civitatem, & in ea diurno tempore totius,

totius, vel majoris partis anni commorari, licet apud dictas Ecclesias adsint eorum Substituti.

III. An dicti Parochi, qui cæteroquin diurno tempore resident apud suas Ecclesias, possint nocturno tempore totius, vel majoris partis anni commorari in civitate, licet apud dictas Ecclesias adsint eorum Substituti = Sac Cong. respondit ad I. II., & III. negative. = ☜

40 Quod ad secundum attinet de personali residentia, illud est observandum, Parochum teneri residere personaliter, & non alio modo satisfacere muneri suo, etiamsi populo per alium æque bene, & forte melius serviatur, quia Conc. *d. sess.* 23. *de reformat. c.* 1. requirit industriam personæ, quæ per alium non potest suppleri, ita Ludov. a S. Jo: *d. loco n.* 2. *ver. nota* 6. ubi *n.* 3. ait posse, antiquam consuetudinem excusare Parochum, a residentia personali ad hoc, ut possit fructus percipere, per Capellanum deserviendo, Possevin. *d. tract. de officio Curati, rap.* 1. *n.* 8. ubi *n.* 11. subdit, Parochum residentem quidem, sed non exercentem officium suum, minime satisfacere præcepto residentiæ, nec in foro exteriori, nec in interiori, cum utrobique punibilis sit, ac proinde peccare mortaliter, vel venialiter pro qualitate culpæ. Nihil enim prodest Parochi præsentia ministerio destituta, cum potius offendat, ut recte notavit Sot. *de justitia, l.* 10. *q.* 3. *art.* 1. *ante argum. solut.* Jacob. de Grassis *tom.* 1. *cons. lib.* 3. *cons. unir. de Clerir. non resid.* n. 7. & idem sit inutiliter adesse, quod abesse, ut docet Barthol. Carranza *in tract. de residentia Episcoporum, c.* 3. *fol.* 23. Unde fructus nequaquam acquiri Parocho non ministranti, quatumvis materialiter residenti, solvunt Cov. *l.* 3. *var. r.* 13. *n.* 13. Sylvest. *in sum. verb. residentia, in princ. & num.* 6. Cordub. *in q. l.* 1. *q.* 9. *fere in fine*. Jacob. de Grass. *in dec. aureis, l.* 2. *c.* 97. *numer.* 57. Ludov. de S. Joann. *tract de officio divino, art.* 13. *fol.* 611. Joan. Sanei *in select. disp.* 47. *n.* 4. quicquid dicat Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *rap.* 2. *num.* 53.

Additio.

☞ Falsum est, antiquam consuetudinem excusare a residentia juxta notanda infra ad *Cap. XVII. post num.* 39. ☜

41 Nec etiam Parochus officio suo satisfacit quoad Deum, si residet quidem, sed totam curam relinquit Capellano; quem tamen potest habere in coadjutorem ad majorem quietem, licet illi omnia ardua relinquat, veluti ire de nocte, audire multas confessiones, & similia; dummodo tamen eo non utatur ut homine, qui portet pondus diei, & æstus, sed ut socio laboris, ita Cajet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. Sot. *de justit. lib.* 10. *qu.* 3. *art.* 5. Fr. Emm. *in sum. tom.* 2. *c.* 33. *n.* 2. Possevin. *de officio Curati c.* 1. n. 10. ubi addit, se non excusare saltem a gravi veniali Parochum, si dum nominatim vocatur, & expectatur, nolit ire, cum debeat populi sui amori eum comitate, & benevolentia respondere. Ludov. a Sancto Joanne *d. tit. de resident.* 8. Joan. Sanc. *d. disp.* 47. *num.* 4. *vers. nec Parochus* ibi; *Nec Parochis proderit, ut ab onere peccati, & restitutione liberentur, aliquibus saltem inservire ministeriis, aliquibusve Sacramentis ministrandi incumbere, nisi major pars, aut saltem æquivalens per ipsumet exerceatur, veluti illa, quæ a quolibet Vicecurato administrantur. Ut ergo unico verbo comprehendam, nota, illis Sacramentis ministrandis operam dare debent, quæ ex æquitate ministrari ab eis possint, ut notavit Vasquez tom. de Pœnit. quæst.* 93. *artic.* 3. *dub.* 6. *in fine, vel ad minus se præsentem in Ecclesia debet constituere Parochus, ut Parochiani, si velint, ipsum eligant Sacramentorum administratorem, præsertim confessionis. Non tamen tenebuntur Parochi noctu, administrare, communiter loquendo, sufficiet enim, ut id muneris exequatur Vicarius.* Deinde *n.* 7. concludit his verbis: *Hinc infero proh dolor; quam male aliqui Parochi se gerant, Sacramenta nunquam, aut fere administrantes, & suarum ovium curam mercenariis committentes: qui, cum ut plurimum Sacerdotes inopes, & egentes sint, timeri non imprudenter poterit, potius rationem habituros quærendi ab ovibus victum, quam curam medendi infirmitatibus animæ, complacere eis studentes, quando respuendæ, & reprehensionis gladio sunt feriendæ. Nec scio qua cæcitate ducti Parochi, hæc non advertant tam clara, & quasi cæcis nota*, &c.

Animadversio.

☞ Opinio Possevini superius relata, asserens, peccare dumtaxat venialiter graviter Parochum nolentem ire, quando nominatim vocatus, & expectatus est a suo parochiano, non videtur sic absolute admittenda, sed repetenda est a circumstantiis: posset etiam esse negocium grave, pro quo vocatur, & tunc non excusaretur a mortali, cum teneatur ex justitia populo sibi commisso providere.

Quod autem non satis sit, ut animarum curam habentes resideant intra limites parochiæ corpore tantum, leviora munera sibi obeunda desumentes, reliqua vero Substitutis committendo, sed insuper requiritur, ut per se ipsos ea præstent, ad quæ etiam cogendi sunt, exceptis casibus, infra recensendis ob rationabile impedimentum, ut declaravit eadem Congr: *in Spoletana* 7. *Octob.* 1604 =

Item censuit, cogendos esse Rectores parochialium ad subeunda per se ipsos, & non per Substitutos omnia munia, ad quæ Parochi tenentur; tolerandos autem, ut per Substitutos suppleant illis, in iis tantum casibus, in quibus expressis verbis Canonum, decretorumque Conciliorum permissum est Parochis, ut per Vicarios coadjutores, vel Substitutos possint officio suo fungi, quales sunt *sess. V. rap.* 2. *vers. Archipresbyteri, sess.* 6. *rap.* 2. *in fin. sess. XVI. rap.* 4. in princ. sess. XXII. *de Sacrific. Miss. cap.* 8. *in fin. sess. XXIII. cap.* 1. *vers. Ad eadem omnino, sess. XXIV. de refor. matr. cap.* 1. *vers. Qui aliter, & vers. Præterea eadem, & eadem sess. de reform. rap.* 4.

Qui casus contenti in citatis Tridentini locis sunt.

I. Scilicet contentus *cap.* 2. *sess. V.* est, plebem sibi commissam pascere, vel per se, vel per alios, justo cessante impedimento, salutaribus verbis, & docere quæ necessaria sunt ad salutem.

II. Con-

II. Contentus in cap. 2. sess. VI., & *cap. 1. sess. XXIII. de reform.* est absentia ab Episcopo approbata, & concessa.

III. Contentus in cap. IV. *sess. XXI. de reform.* est insufficientia ipsius Parochi pro administrandis Sacramentis ob populi numerositatem.

IV. Contentus in *cap. 8. sess. XXII. de Sacrif. Miss.* est expositio, & decclaratio eorum, quæ in Missa leguntur, & potissimum Mysterii, quod in ea peragitur, diebus præsertim Dominicis, & festis peragenda.

V. Contentus in *cap. 1. sess. XXIV. de reform. matrim.* est assistentia in matrimoniis contrahendis, & benedictio nuptiarum.

VI. Denique casus contentus in *c. 4. sess. XXIV. de reform.* est prædicatio verbi Dei tempore, & diebus ibidem statutis.

Quod autem spectat ad causas absentiæ ab Episcopo cognoscendas, & probandas ad præscriptum allati Trident. decreti; harum cognitio, & approbatio ita est necessaria, ut Sac. Cong. Conc. *die 7. Octob.* 1604. declaravit = Nec Parochum, habentem justam causam abeundi extra parochiam per duos menses, vel tres satisfacere suæ conscientiæ, si petat licentiam, jurans, gravem se habere causam, quam non expediat manifestare, ut sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat. Similiter abesse non posse in casu, quo causam rationabilem expressit, quam vir bonus, & æquus rationabilem judicaret, licet rigidus Prælatus minus æquam judicet, & licentiam deneget, vel quia movetur suspicione, quod ficta sit, cum tamen sit vera, sed habere posse recursum ad Superiorem =

Nec posse per hebdomadam abesse, non petita, vel non optenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo, ab ipso Ordinario approbato = Nec esse liberum a culpa, & a pæna amissionis fructuum qui veluti per quatuor mensium spatium ex urgenti admodum causa ad curandam suam valetudinem, morbo gravi instante, recessit, & ad hujusmodi absentiam non petiit licentiam ab Episcopo, quia bona fide putavit, evidentiam causæ satis esse, nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam, ut supra dictum est. Nec sufficere licentiam tacitam, sed opportere esse expressam juxta formam ejusdem Concilii sess. XXIII. cap. 1. = Ita reperitur *lib. X. Decretor. ejusdem Cong. pag.* 100.

Et notandum, quod facultas tributa Episcopo cognoscendi, & approbandi causas absentiæ competit etiam Prælatis inferioribus Nullius diæcesis, proprium territorium, & jurisdictionem quasi episcopalem habentibus, ut declaravit eadem Cong. *in Nullius 26. Januarii* 1625.

Sententia Joannis Sanchez superius relata, quod nempe Parochus non liberetur ab onere peccati, & restitutionis fructuum faciendæ pro rata omissionis, etiam ante Judicis sententiam fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus loci, nisi major pars parochialium munerum per se ipsum exerceatur, vere aurea est, naturalique, ac divino juri conformis, & omnium animarum Pastorum in hoc peccantium menti alte imprimenda. Quin trita illa iis regula suffragetur = Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur = cap. *Qui per alium de Regul. Jur. in VI.* Hæc enim locum dumtaxat habet, quando non requiritur industria personæ, quod idem est, ac quando onus non est personale, ut revera est onus Parochi, cum ipsi, & non alteri proprium gregem pascendi cura commissa sit.

Non autem tenerentur ad restitutionem integrorum fructuum, si omnia pastoralia munia a mercenariis exercenda committerent, possent enim partem eorumdem fructuum, Horarum Canonicarum recitationi respondentem suam facere. Quam autem partem sibi retinere possint ratione hujusmodi recitationis, videatur *Thesaurus de Pœnis Ecclesiasticis verb. Residentia cap. I. & II.*, quam secundum magis communem sententiam modernorum opinatur, esse tertiam. ☜

Circa vero tertium de continuatione in residen- 42
tia, est adnotandum, quod qui parvo tempore abest,
non efficit, quominus dicatur continuo abesse, ut
per Jacob de Gras. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. r. 9. nu-*
mer. 57. Lud. a Sancto Joanne *de administ. Sacra-*
ment. art 1 tit. de residentia, n. 9. Possevin. *d. r. 1.*
num. 3. in fine, qui volunt, continue verificari cum
ista modificatione, & addit Possevin. *ibid. num. 6.*
quod Parochus debet talem sui copiam facere, ut 43
indigentes non careant necessaria ope, sed non ar-
ctatur, ut debeat manere quasi in compedibus, nisi
habeat infirmos graves, quia tunc non debet vaga-
ri per Parochiam, sed propria in domo manere;
potest enim fieri, ut requiratur ab infirmis, & non
repertus, illi moriantur sine Sacramentis.

Additio.

☞ Quod autem, qui parvo tempore abest, non videatur abesse, declaravit etiam Conc. Trident. sess. XXIII. de Refor. cap. I. ibi = Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt. = ☜

Unde, si Parochus rationabiliter judicaverit, pu- 44
ta quia nullus infirmatur, potest abesse per aliquas horas, etiamsi nullum substituat: quia consuetudo optima legum interpres ita declarat etiam apud timoratos. Abesse vero tota die, quando nullus infirmatur, raro in anno, nec laudo, nec vitupero. Abesse autem per duos, aut tres dies, nullo infirmante, & nulla alia causa justificante, credo, esse mortale propter multa, quæ possunt eo tempore evenire, maxime in villis, ubi non est alius Sacerdos a Parocho. In civitatibus vero, vel in oppidis, ubi sunt alii Sacerdotes, erit majus, minusve peccatum ratione periculi, & damni possibiliter eventuri, cui tamen facilius, quam in villis potest obviari, ita Ludovic. a Sancto Joanne, *ubi supra.* Possevin. *dict.* r. 1. *n.* 4. vide Ludov. Bejam. *respons. casuum conscientiæ, p.* 4. *casu* 21. ubi de Parocho rurali, qui singulis quibusque hebdomadis ad Urbem accedebat causa invisendi parentes.

Quare Episcopus poterit prohibere Parochis 45
sub pœna pecuniaria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne ultra biduum a sua Ecclesia possint abesse; non tamen id prohibere poterit sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, prout a Sacra Congregatione decisum attestantur Nic. Garc. *p. 2. num.* 23. *declar.* 2. & Armendar. *dict. tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis*, n. 156. sed

sub

ſub pæna pecuniaria eſſe permiſſum cenſuit Sacra Congregatio Concilii *in una Terracinen.* 11. *Februarii* 1628. *& in Monopolitana* 16. *Decembris* 1628.

46 Ex quatuor tamen cauſis in ſcripto ab Epiſcopo approbandis poteſt Parochus pro tempore neceſſario abeſſe, ut diſponitur in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 1. ubi obligatio de approbandis cauſis reſtringitur, quando illæ ſunt notoriæ, vel repentinæ, dummodo tamen diſceſſurus ita ovibus ſuis providendum curet, ut quantum fieri poterit ex ipſius abſentia nullum damnum accipiant: quod quidem Concilii decretum licet in principio loquatur de Epiſcopo, tamen paulo infra eadem ſancta Synodus declarat, & decernit, omnia ibi ſtatuta quoad culpam, amiſſionem fructuum, & pænas, Curatis inferioribus, & aliis quibuſcunque, qui beneficium aliquod eccleſiaſticum cum cura animarum habent, locum habere.

Prima cauſa eſt *Chriſtiana Charitas*, ad hanc reducit Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *qu.* 4. cum quis abeſt ad juvandam aliquam privatam Eccleſiam ad dirimendas lites, controverſias, & odia, dummodo ex tali abſentia in propria Eccleſia non ſequatur notabile detrimentum, quia eſſet contra ordinem charitatis.

47 *Secunda* eſt *urgens neceſſitas*, ad hanc reducit idem Azor. *dict. quæſt.* 4. *verſ. ad ſecundum*, cum quis ad tempus abeſt ob morbum curandum, bellum, hoſtium incurſus, peſtem ſævientem, aeris intemperiem, vel ob inimicitias, odium, aut offenſionem Principis, vel populi declinandam, denique ob vitæ, vel ſalutis, aut libertatis periculum ad tempus devitandum: dummodo tamen non immineat detrimentum ovium in ſpiritualibus, nam ſi illud immineret, ex nulla cauſa poſſet abeſſe, quia bonus Paſtor animam ponit pro ovibus ſuis, *Jo.* 10. ita Vaſquez. *in opuſ. de benefic. cap.* 4. §. 2. *art.* 1. *dub.* 2. *nu.* 135. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis*, *tr.* 6. *cap.* 11. *num.* 31.

48 *Tertia eſt debita obedientia*, quæ Superioribus debetur, puta Papæ, vel Epiſcopo, ad quam idem Azor. *d. quæſt.* 4. *verſ. ad tertium*, redigit, cum quis abeſt, ut pareat Papæ, vel ejus Legato, ſeu Epiſcopo, ac præſtet obſequium, & officium juſtum, & debitum imperanti, quale eſſet ad viſitandam Provinciam, vel diœceſim, ſeu ad pacem componendam.

49 *Quarta* eſt *evidens Eccleſiæ, vel Reip. utilitas*, ad quam idem Azor. *d. q.* 4. *verſ. ad quartum*, reducit, cum quis abeſt ad Synodum generalem, vel Provincialem, aut diœceſanam rite, & legitime vocatus, vel cum quis abeſt pro lite Eccleſiæ, vel pro obtinenda a Superiore reformatione in variis emergentibus,

50 Extra prædictas quatuor cauſas concedit Concil. Trident. d. c. 1. Epiſcopis, proindeque Parochis juxta ſupradicta, ut ſingulis annis cauſa animi relaxandi poſſint abeſſe per duos menſes, ſive continuos, ſive interpollatos, dummodo id fiat æqua ex cauſa, quæ an talis ſit, ipſorum conſcientiæ relinquitur, & ſine gravi gregis detrimento, & dummodo præſentes in ſuis Eccleſiis adſint quo tempore anniverſaria Adventus Domini, Natalis, Quadrageſimæ, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & celebritatis Corporis Chriſti memoria celebratur, & paulo inferius Presbyteris item cura animarum habentibus expreſſe datur facultas, ut poſſint ad duos tantum menſes recedere, alioqui diſcedendi licentiam ultra bimeſtre tempus non obtineant, niſi ex juſta, & gravi cauſa cognita, & approbata ab Epiſcopo, & dummodo facultas in ſcripto detur. Hæc ibi mandatur.

Tenetur igitur Parochus, juſta de cauſa abeſſe 51
volens ſive cum licentia, ſive abſque ea, relinquere Subſtitutum, qui pro ſe populo ſerviat, ut expreſſe habetur *eodem cap.* 1. Conc. Trid., & tradit Poſſevin. *dict. c.* 1. *n.* 13. niſi abſentia ſit per aliquot dies, cum cauſa eſt urgens, & non patitur dilationem pro obtinenda licentia, puta quia hoſtiliter petitur, & non habet quem ſubſtituat, nec recurrere poteſt ad Epiſcopum pro licentia, & pro Vicario ſubſtituendo, Azor. *dict. c.* 4. *q. ult.* Ludov. a S. Jo. *adminiſt. Sacram. art.* 1. *tit. de reſidentia*, *n.* 15. Poſſevin. *in d. c.* 1. *n.* 14. ubi n. 15. ſubdit, ob repentinum incommodum, vel periculum poſſe illum legitime diſcedere, etiamſi in loco non habeat quem ſubſtituat, & non adſint infirmi, vel ſi adſint, adeſt alius, qui poteſt conferre Sacramenta neceſſaria ſaltem Pœnitentiam, vel ſi non adſit alius Sacerdos, infirmus tamen commode poſſit expectare alium Sacerdotem aliunde accerſendum, additque, quod ſi iſta omnia deeſſent, & periculum inſtaret, diſcedente Parocho, aliquem moriturum ſine Pænitentia, vel Parochum ipſum occiſum iri, ſi non fugeret, tenetur Parochus ſubire quodvis periculum potius, quam deſerere talem infirmum; nam Parochus, cum populus ex illius abſentia notabiliter læditur, non ſolum ſuo periculo probabili, ſed nec certo excuſatur a deferendo populo, juxta doctrinam, S. Tho. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5.

Nullo modo poteſt Parochus Vicarium, ſeu Subſtitutum etiam idoneum, & admiſſum in illo Epiſcopatu pro adminiſtratione Sacramentorum relinquere ad longum tempus, inconſulto Epiſcopo; nam dicitur in Concil. Trid. *d. c.* 1. *Vicarium idoneum relinquat, ab Ordinario approbandum*, ſi tamen abſit per ſex, vel ſeptem dies, poterit relinquere Subſtitutum ſine Epiſcopi approbatione, ita declarante conſuetudine univerſali, niſi Epiſcopus per ſuas Conſtitutiones inhibeat, ut bene reſolvunt Ludov. a S. Joan. *ubi ſupra numer.* 16. & Poſſevin. *d. c.* 1. *num.* 19.

Animadverſio.

☞ Congregatio Concilii die 7. Octobris 1604, ut lib. X. Decretor. pag. 100, declaravit, Parochum nec per hebdomadam abeſſe poſſe, non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo, ab ipſo Ordinario approbato. Quæ quidem licentia debet eſſe expreſſa, & non tacita, ut pariter declaravit dicta die 7. Item cenſuit, = ſolam diſtantiam loci, etiam cum æqua cauſa diſcedendi non excuſare Parochum; ut poſſit abeſſe a ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis neceſſitas repente ſe offerat, quæ non patiatur dilationem hujuſmodi licentiam petendi, quo caſu quamprimum de diſceſſu, & de neceſ-

necessitate Ordinarium certiorem faciendum esse, ut de causa cognoscere possit. =

Si autem ageretur de absentia modici temporis, refert Fagnanus in cap. *Relatum*, *de Cleric. non residen. n.* 32. quod non semel = Etiam S. Congreg. permisit, ut in casibus repentinis pro absentia modici temporis sufficeret licentia Vicarii foranei = Exceptis tamen repentinis casibus, non licet Parocho abesse absque expressa licentia ultra biduum, ut etiam declaravit Bened. XIII. in Conc. Romano tit. XVII. cap. VI. ☜

53 Subdens Possevinus, vicinum Curatum bene posse substitui, quia licet non habeat ordinariam jurisdictionem nisi super gregem suum, tamen est ita admissus, ut ei aliqua jurisdictio delegari possit, sicut de antiquo jure poterat, prout colligitur ex Conc. Trid. *sess.* 23. *de refor. c.* 15.

Animadversio.

☞ Si agatur de jurisdictione pro audiendis confessionibus Parochianorum alienorum, ab hac opinione, quamvis a pluribus sustineatur etiam post Conc. Trid. omnino recedendum crederem, attentis sequentibus decretis Cong. Conc. & quidem cum distinctione, scilicet, vel Parochus vicinus habet parochiam in eadem civitate, vel extra in eadem Diœcesi. Si primum, poterit tuto illas audire: secus, si secundum, ut declaravit eadem Congreg. in Tyburtina 17. Augusti 1600 = Posse audire confessiones omnium commorantium in civitate, vel oppido, in quo sita fuerit parochialis; non autem alienorum diœcesanorum = ut lib. LVI. Memorialium pag. 711. Idem respondit 23. Maii 1585. & 16. Septem. 1613.

Si vero Parochus sit alterius Diœcesis, easdem nullatenus audire poterit, etiamsi vocatus fuerit a Parocho pro audiendis confessionibus suorum subditorum, ut declaravit laudata Cong. in una Posnanien. 3. Decem. 1707. in responso ad hoc sequens primum dubium = An Curati unius Diœcesis vocati a Parochis alienæ Diœcesis, possint in ista audire confessiones, tam suorum subditorum, quam alienorum absque licentia Episcopi? Responsum fuit: Affirmative quoad subditos: negative quoad alios = Quod responsum refertur etiam a Benedict. XIV. *Instit. Eccles. LXXXVI.* §. *Primum sane* = ☜

Tenet insuper (prædictus Possevini) quod si Substitutus, vel Vicarius voluerit servire gratis, non tenetur Parochus, cum justa de causa abest, illi in conscientia assignare partem fructuum pro debita mercede, ut disponit Conc. *d. c.* 1. quia quod merces assignetur, est ne populus patiatur defectum servitii, quod facilius obtinetur, ubi adest merces, & in hoc casu cessat ratio mercedis, & per consequens ratio legis.

54 Quæstio est dubia, an Parochus sine licentia Episcopi ex justa causa possit abesse ad duos menses continue, vel divisim? Una sententia affirmat, tum quia ante Conc. Trid. hoc ipsum licebat per *c. præsentiam* 7. *qu.* 1. tum quia idem Conc. hoc concedit Episcopis, qui magis tenentur residere, tum etiam quia absentia ad duos menses est modica, ac proinde pro nihilo reputanda, cum non videantur abesse, qui statim reversuri sunt, *l. post liminum*, §. *captivis l. nihil ff. de captivis*, & *post l. rev.* tum denique, quia hoc apparet ex Conc. *d. c.* 1. *vers. discedendi autem licentia*, quæ verba licet trahi possint in oppositum, facilius tamen, & multo proprius intelliguntur, quod ea licentia discedendi ex gravi causa in scriptis, gratisque concedenda exigatur ad prolixius tempus, & ultra duos menses: esset enim perquam grave, quod nunquam liceret Parocho impune sine licentia recedere, maxime urgente aliqua necessitate, ut puta, quod nuncium habeat de adversa valetudine, & morte imminente patris, aut matris suæ, aut amicorum in distanti loco habitantium, quos cupit videre, antequam moriantur, vel etiamsi prosequatur furem, qui rapuit bona, & in longinquas partes defert; quoniam licebit Parocho in fragranti crimine furem insequi quocunque vadat, ut ab eo bona ablata recuperet, nec in his, nec similibus casibus licentia discedendi necessaria videtur, quoniam copia Superioris non semper haberi potest propter instantem necessitatem, & tempus, & locus non patiuntur dilationem, & licentiæ petitionem, & tamen si præfata verba Concilii generaliter, prout sonant, intelligerentur, sequeretur, quod etiam in prædictis casibus Parochus non posset sine licentia discedere, quod absurdum videretur. Et ideo hanc partem affirmativam sustinent Emman. Sà *in aphorism. verb. residentia*, *num.* 7. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 59. *num.* 3. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. privatio*, §. 4. *dub.* 3. & *verb. Parochus*, §. 2. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 3. *cap.* 1. *numer.* 19. & 21. Azor. *Instit. moral. part.* 2. *l.* 7. *cap.* 4. *q* 10. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 36. *in fine*, & *explicat. Bullam compositionis*, *n.* 18. Ceval. *commun. contra communes*, *qu.* 585. *n.* 6. ubi tamen dicit, in praxi fieri contrarium, Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 11. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum*, *verb. Parochus differ.* 5. *nu.* 1. Bonacin. *var. tract. disp.* 5. *num.* 9. Jo. Sanc. *in selectis disp.* 47. *n.* 5.

Contrarium tamen, imo Parochum non posse abesse primo bimestri sine Episcopi facultate, probabilius tenent Joan. Ocon. in *repet. cap.* 1. *de Cleric. non resid. in* 6. *n.* 51. Ant. Gom. *in explic. Bullæ Cruciatæ*, *c.* 7. *in* 4. *claus. n.* 22. Ugolin. *de officio Episcopi*, *c.* 15. §. 5. *num.* 2. Possevin. *d. cap.* 1. *num.* 11. Less. *de justit. l.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *n.* 159. ubi tamen dicit, se credere hoc non esse usu receptum, Vasq. in *opusc. de benefic. cap.* 4. §. 2. *art.* 1. *dub.* 3. *n.* 149. & *art.* 2. *dub.* 3. *nu.* 188. Filliuc. *in quæst. moral. part.* 3. *tract.* 41. *cap.* 6. *num.* 26. Squillante *de oblig. Cleric. p.* 1. *num.* 116. Ludov. a Sancto Joan. *loco citato n.* 17. ubi utramque opinionem dicit securam, & probabilem, Sanctarel. *var. resol. q.* 4. *n.* 12. Nicol. Garc. *de benef. pars.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. *in* 1. *declar.* & *part.* 9. *c.* 2. *num.* 295. *in* 2. *dub.* & addit ipse Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *nu.* 26. Parochum, qui a sua Ecclesia per unum, vel duos menses abfuit absque facultate Episcopi in scriptis, vel absque alia legitima causa, non posse percipere fructus pro rata absentiæ, sed teneri eos restituere, asseritque, sic fuisse declaratum a sacra Congregatione Concilii. Ratio autem, in qua fundatur illorum resolutio, est quia Concil. Trid. *d. c.* 1. 55

d. c. 1. ait, quandocumque eos abesse contingerit, debere causam esse prius cognitam, & probatam per Episcopum.

56 Unde non posse Parochum per hebdomadam abesse, non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbato, resolutum asserunt Nicol. Garc. *ead. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. *in* 3. *declar.* Armendar. *dict. tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis, num.* 157.

57 Et valere Constitutionem Episcopi, ne Parochi possint abesse ultra duos dies sine licentia, pariter referunt decisum idem Garc. *num.* 23. *in* 1. *declar.* & Armen. *num.* 155. proxime citatis locis.

58 Ultra bimestre tempus, ut legitime Parochus possit abesse, quatuor requiruntur, & primum, ut sit ex justa, & debita causa, secundum, ut causa prius per Episcopum cognoscatur, & approbetur, tertium, ut cum impetratur facultas ultra bimestre tempus ab Ecclesia recedendi, Parochus relinquat Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione; quartum, ut ejusmodi facultas scripto, & gratis concedatur.

59 Circa primum est adnotandum, quod Parochus habens justam causam abeundi extra Parochiam per duos menses, aut tres, non satisfacit suæ conscientiæ, si petat licentiam, jurans se gravem habere causam, quam non expediat manifestare, ut petita licentia abesse possit; licet Episcopus non concedat; similiter quod abesse non potest in casu, quo causam rationabilem expresserit, quam vir bonus, & æquus rationabilem judicaverit, sed rigidus Prælatus minus æquam judicat, & licentiam denegat, vel quia movetur suspicione, quod ficta sit, cum tamen sit vera, sed habere potest recursum ad Superiorem, ita respondisse Eminentissimos Cardinales Sacr. Congregationis Concilii referunt Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 37. Squillante *de obligat. Cleric. part.* 1. *num.* 117. Armendar. *d. loco num.* 155. Joann. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Parochus, differ.* 5. *numer.* 1.

60 Parochus petens licentiam, fingendo causam justam, quam re vera non habet, peccat mortaliter, & tenetur restituere fructus, ut resolvunt Azor. *d. p.* 2. *l.* 7. *c.* 10. *q.* 3. Possevin. *d. c.* 1. *n.* 24. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 99. me citato Sanctarel. *d. q.* 4. *num.* 15.

61 An justam causam absentiæ judicialiter probare debeat Parochus, vide Aloys. Ricc. *decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 1. *decis.* 152.

62 Quoad secundum vero est advertendum de causis absentiæ etiam ab Ecclesiis parochialibus, quarum collatio ad Inferiores spectat, etiamsi Inferiores essent Abbates Regulares, Episcopum cognoscere referunt decisum Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 179. *in* 2. *declar.* Armendar. *d. loco n.* 153.

63 Ipsi vero locorum Ordinarii Episcopo inferiores, ut Abbates, & alii similes, habentes jurisdictionem, possunt dare talem licentiam, sicut resolvunt, Azor. *d. p.* 2. *l.* 6. *c.* 10. *q.* 4. Possevin. *d. c.* 1. *n.* 29. ubi *n.* 28. subdit, eamdem licentiam posse dare Capitulum, Sede vacante, & de his omnibus Sanctarel. *var. resol. quæst.* 3. *n.* 64.

64 Circa tertium de Vicario idoneo relinquendo in absentia Parochi, ab ipso Ordinario approbando cum debita mercedis assignatione, plura diximus supra *in vers. nullo modo, a numero* 52.

Quoad quartum est observandum, licentiam, 65
quam Parochus abesse volens, petere debet ab Episcopo, non sufficere tacitam, sed oportere esse expressam, ut resolvunt Nicol. Garc. *d. c.* 2 *n.* 35. Armen. *d. l. n.* 164. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 95. me citato Sanctarel. *d. q.* 5. *n.* 16. Et sola distantia 66
loci, etiam cum necessitate eo discedendi, non excusat Parochum, ut possit abesse a sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis repente se offerat, quæ non patiatur dilationem hujusmodi licentiam petendi, quo casu quamprimum de discessu, & necessitate Ordinarius certior faciendus est, ut de causa cognoscere possit, ita Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 34. *in* 1. *declar.* Armend. *dict. loco num.* 162.

Parochus, qui absque legitima causa a sua Ec- 67
clesia abest, præter culpam mortalem, incurrit privationem fructuum pro rata absentiæ, quia ita statuit Conc. Trid. *sess.* 3. *de reform. c.* 1. *ver. si quis autem*, tum quia ita jus naturale dictat, par enim non est, ut fructus ministrorum Ecclesiæ recipiat qui ministerium non exercet; & sicut stipendium datum ob causam, recipi, vel retineri non potest, causa non subsequuta, ita fructus beneficii, qui Parocho causæ residentiæ, & muneris parochialis conferuntur, non possunt a Parocho non residente, & munia parochialia non obeunte, capi, & ideo ita resolvunt Valent. *tom.* 3. *disp.* 10. *q.* 3. *punct.* 5. *versic.* 5. *certum est.* Less. *l.* 2. *de Justit. c.* 34. *dub.* 29. *num.* 157. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 26. qui ait, ita declarasse Sacram Congreg. Concilii 68
Restitutio hujusmodi fructuum ob non residentiam amissorum ex eodem Concil. Trident. *d. capitulo* 1. facienda est fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, nec obtineri potest compositio, ut docent Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 121. *& consilio* 20. *de celebrat. Missarum, num.* 4. Henric. *in sum. libro* 7. *cap.* 36. *num.* 3. Fr. Emm. *in explicatione Bullæ compositionis, num.* 18. Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *num.* 30. Sanctarell. *d. q.* 4. *n.* 2. Lud. de sancto Joanne *loco citato de residentia num.* 19. ad quam tenetur Parochus etiam ante Judicis sententiam, ut patet ex sæpe citato *cap.* 1.

Additio.

☞ Circa compositionem obtinendam pro fructibus omissis ob non residentiam, in casibus non occultis nec Major Pœnitentiarius condonare potest; in occultis vero potest, sed cum limitatione præscripta a Bened. XIV. Constit. *Pastor Bonus* 13. Aprilis 1744. *ibi* §. = A compositione pariter, & condonatione fructuum beneficialium, & episcopalium Ecclesiarum, ac etiam distributionum quarumcumque, quovis modo male perceptorum, in casibus non occultis abstineat. In occultis vero possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta eisdem pœnitentibus erogatione eleemosynæ ipsius majoris Pœnitentiarii, vel Confessarii ab ipso deputandi, arbitrio limitandæ. Cum reliquis autem, videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis, discrete compositionem concedere, & ea mediante, fructus con-

condonare valeat ; pecuniis exinde redactis arbitrio nostro, & Successorum nostrorum pro tempore erogandis; pauperibus autem, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta pro eorum viribus eleemosyna modo supradicto. Porro quæ hic ordinantur sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, sint, & censeantur ordinata. ☜

Concilium enim dict. cap. 1. vers. si quis autem di-
69 cit, eos, qui absque legitima causa absunt a suis Ecclesiis, non facere fructus suos, nec illos tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta, posse retinere, quod quidem ipsamet ratio suadet, quia hujusmodi Parochi absentes a suis Ecclesiis non acquirunt jus in bonos fructus, cum Concilium velit, ut illi applicentur fabricæ, vel pauperibus loci : ergo tenentur statim illos restituere, quare sic resolvunt Cardin. Tolet. *in instruct. Confess. lib. 5. c. 4. n. 1.* Valent. *d. pu. 5. vers. præterea hinc etiam*, Vasq. *de benefic. cap. 4. §. 2. art. 1. dub. 4. n. 152.* Ugolin. *de officio Episcopi, c. 15. §. 4 n. 2.* Possevin. *d. tract. de officio Curati, c. 1. n. 32. versic. tertio*, Azor. *d p. 2. l. 7. c. 6. q. 2.* ubi *q. 4.* disputat, an ante Concil. Trident. tales Parochi fuissent obligati restituere fructus perceptos in absentia ante judicis sententiam, Sanctarel. *d. q. 4. n. 4.* ubi dicit, illorum sententiam post Concil. Trid. omnino esse veram, si Parochus absit ultra tempus a Concilio præfixum, Flam. Parif. *de resignat. benef.*
70 *l. 1. q. 10. n. 32.* Appellatione fructuum in hac materia veniunt naturales solum, ac naturales simul, & artificiales, non autem industriales, quales sunt qui percipiuntur ex mera industria hominis, vel ejus labore, veluti prædicando, Sacramenta administrando, & similia agendo, ut tenet Possev. *d. c. 1. n. 31.* Ludov. de S. Joanne *d. loco n. 22.*

71 Ulterius Parochus aliis Juris remediis, etiam usque ad privationem compelli potest ad residentiam, ut expresse statuit Conc. Trid. *d. sess. 23. c. 1.* his verbis. *Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quolibet privilegia, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscunque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmata, consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi posse.* Ex quo satis apparet, licet, attento jure, incurreretur pœna privationis ob non residentiam in Parochialibus, *c. conquerente de cler. non resid. cum simili-*
72 *bus*, hodie Parochum non residentem, etiam monitum, non esse ipso jure privatum Parochiali, alias enim statim procedendum esset ad declarandum illum privatum, & non esset in arbitrio Episcopi, quo remedio ex relatis *in d. c. 1.* uti vellet, ita Nic. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. n. 139.* ubi subdit, sic declarasse Sacram Concili Congr. & videtur sentire Flamin. Parif. *de resign. benef. lib. 1. quæstione 10. n. 61.* dum ait, stylum servare, et si habentes curam animarum discedant absque licentia Episcopi, post monitiones possint privari.

Et ex his etiam apparet, quod ad privationem 73
Parochi ob non residentiam, non est necessarium, quod prius procedatur per alias pœnas, nempe per censuras ecclesiasticas, ac sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, nam licet id de jure communi requiri videretur, *c. ex tua §. 1. de cleric. non resid.* tamen Concilium d. loco id relinquit arbitrio Ordinarii, ibi, *liberum esse vult Ordinariis*, ita Nic. Garc. *in addit. ad d. c. 2. sub n. 139.* Et hoc modo Domini de Rota apud Mantic. *dec. 67. n. 7.* dixerunt, intelligendum etiam esse idem Concil. *sess. 24. de reform.* 74
c. 12. vers. præterea, quemadmodum per Eminentissimos S. Congr. Interpretes fuit declaratum, ut non afficiat Episcopos, qui possunt procedere ad privationem ob non residentiam, tametsi illa temporum intervalla non fuerint observata.

Ut quis legitime privetur beneficio ob non resi- 75
dentiam, juris ordine servato, debet prius personaliter citari, ut ejus contumacia convincatur, *c. ex par. il primo de clericis non resid. glos. verb. in Canonibus*, *in cap. quoniam frequenter*, *§. si vero ut lite non contestata*, quam sequuntur Caputaq. *dec. 375. n. 3. & decis. 378. par. 2.* Seraph. *decis. 1346. num. 5. & dec. 290. num. 4.* sive absens sit de licentia Episcopi, sive absque ea, *c. clericos*, & *ibi gloss. verb. redierint*, *a. pervenit*, *l. 2. de appellat.* Seraph. *dec. 1548. n. 5.* & de utroque Rot. *in Oriolen. Decanatus 14. Martii 1622.* coram R. P. D. Navarro, & si personaliter citari non possit, quia ignoratur, ubi sit, vel longe absit, ita ut commode non valeat citatio ad ipsum pervenire, debet in ejus Ecclesia trinæ citationis edictum publicari (non sufficit enim una citatio pro tribus) & post ultimum edictum per sex menses expectari, ut colligitur ex *d. c. ex tua*, nam aliter factam, privationem esse nullam docent Lel. Zech. *de Repub. eccles. titulo de benef. num. 6. versiculo quod attinet vero ad praxim* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. privatio*, *§. 3. & 4.* Piasec. *in simili praxi*, *p. 2. c. 3. n. 10. v. necessario autem*, Rot. *in d. Oriolen. Decanatus*, coram R. P. D. Navarro, Mantic. *dec. 12.* Nic. Garc. *d. p. 3. capitul. 2. numero 154.* ubi *numero 155.* subdit, in personaliter citato non requiri trinam monitionem, sed sufficere unam, etiam extrajudicialem, nec debere expectari per sex menses, sed tempus esse arbitrarium, & *n. 157.* refert decisionem *in causa Terdonen. Præpositura 17. Mart. 1600.* coram Cardin. Seraphino, quæ extat inter ejus impessas *decis. 1346.*

Additio

☞ Ordo præscriptus a Trident. cap. XII. sess. XXIV. de Refor. §. *Præterea obtinentibus*, procedendi ad privationem beneficii contra Beneficiatos non residentes, non est servandus contra non residentes Parochos, sed statim procedi potest per censuras simul, & sequestrationem, ac subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, quemadmodum præscribit idem Trident. sess. XXIII. cap. 1. §. *Quod si* juncto cap. 1. sess. VI. de Reform. ea potissimum ratione, quia ut optime animadvertit Zipæus loco cit. num. 15... cura animarum mox ex mora periculum habet,

Quod autem contra hos ita procedi possit, declaravit etiam Sac. Cong. Conc. in *Gerunden.* 26. Aprilis 1621. dummodo tria edicta publica præcesserint, & lapsi fuerint sex menses ad præscriptum Const. Innoc. III. cap. *ex tua* hoc tit.

Cumque quæsitum fuisset, an Episcopus, præmissis dictis tribus monitionibus pro revocandis Parochis ad residentiam, posset procedere ad privationem Parochiæ, & sic, an verba illa Triden. = *etiam asque ad privationem* = intelligerentur inclusive, vel exclusive, eadem Cong. 8. Junij 1624. sensit, intelligenda esse inclusive, dummodo præcesserint tria edicta publica, & lapsi sint sex menses, juxta cap. *ex tua* de *Cler. non residen.* ☞

76 Quarum pœnarum executio suspendi non potest privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, statuto, consuetudine, etiam immemorabili, sive appellatione, aut inhibitione, ut habetur *in citato cap.* 1. *Conc.* cujus decretum, dum disponit executionem sententiæ per appellationem, seu inhibitionem non impediri, generaliter accipiendum esse contra absentes, sive inobedientes, sive contumaces, resolvunt Joan. Ocon. *in cap.* 1. *n.* 60. *de cleric. non resid. lib.6.* Sahag. *in c.* 2. *de sequestrat. possess. n.* 54. Anton. Gom. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, c.* 7. *ad* 4. *clauf. n.* 35. *&* 36. quos refert, & sequitur Nic. Garc. *d. c.*2. *n.*161. Et Concilium ibi solum tollere appellationem suspensivam, ut patet, non vero devolutivam, in terminis tenent Nic. Garc. *d. c.* 2. *n.* 162. Stephan. Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, ver. quinto, quaro pag.*66. Salgado *de protectione Regia, tom.*1. *p.*2. *c.*15. *ex n.*8. Circa residentiam in patriarchalibus, primatialibus, metropolitanis, & cathedralibus Ecclesiis faciendam, etiam per S.R.E. Cardinales, & de pœnis contra eos non residentes, & a suis diœcesibus quocumque prætextu absentes, emanavit Constitutio S. D. N. Urbani VIII. incip. *Sancta Synodus, sub die* 7. *Decemb.* 1634.

C A P. I X.

De Præcedentia Parochorum.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus in actu curæ animarum gerit vices Episcopi.*
2 *Parochum Canonico esse præferendum tenuit Molin.* de Canon.
3 *Parochus in propria Ecclesia habet tantam potestatem, quantam Episcopus in propria diœcesi.*
☞ *Vide Animadversionem.*
4 *Parochus in propria Ecclesia loca Imperatoris, & Regis habetur.*
5 *Parochus in propria Ecclesia omnes quantumvis in dignitate constitutos præcedere debet.*
6 *Canonici cathedralium Ecclesiarum in Processionibus, ubi collegialiter incedunt, præcedunt Parochis.*
7 *Refertur declaratio S. Cong. Rituum.*
8 *Parochi quod præcedant Canonicis collegiatarum Ecclesiarum videtur aliquando decisum, sed contrarium verius, ut num. seq.*
9 *Canonicis collegiatarum Ecclesiarum supra Parochum semper, & ubique competit præcedentia, etiam in associandis funeribus defunctorum propria ipsius Parochiæ; jus tamen faciendi officium circa corpus defuncti ad Parochum in sua parochiali Ecclesia spectat.*
10 *Capitula cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum semper, & ubique præcedere debent Ecclesiis inferioribus, etiam quod sint ultimo loco erectæ ipsæ Cathedrales, & Collegiatæ, & inferiores essent in quasi possessione præcedendi ante erectionem.*
11 *Respondetur ad decisiones, quæ Parochis respectu Canonicorum collegiatarum Ecclesiarum præcedentiam dare videbantur.*
☞ *Vide Additionem.*
12 *Præcedentia inter ipsosmet Parochos, seu Curatos Ecclesiarum parochialium, sive sint sæculares, sive regulares, datur secundum prærogativam suarum Ecclesiarum, & non secundum prærogativam regulæ.*
13 *Præcedentia unius Parochi, in cujus Ecclesia quis est mortuus, respectu alterius Parochi Ecclesiæ, ad quam defunctus sepeliendus effertur, qualiter concedenda, ostenditur.*

Parochus, cum in actu curæ animarum gerat vices Episcopi, qui dicitur Rector parochia- 1
lis *c. bonæ rei*, 12. *q.* 2. Germon. *de indultis Cardin.* §. *ac beneficio, num.*45. Aloys. Ric. *in praxi rerum fori eccles. p.*4. *resol.*304. *num.* 2. *in fine*, ideo tanquam subrogatus in ejus locum videtur aliis præferendus, juxta regul. *l. si eum*, §. *qui injuriam ff. si quis caut. & l.unic.* §. 1. *C. de rei uxoriæ act.* cum plene adductis per me *de Axiom. Juris usu freq. Axiom.*213. *a n.*1. Curæ namque exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars artium *capitulo penul. de ætat. & qualit.* Vital. *in Clem.* 1. *n.*29. *de præben.* ubi *n.*32. dicit, quod est tanto pretiosior, quanto periculosior, refert Theod. de Rubeis apud Stephan. Graf. *discept. forens. tom.* 2. *c.* 298. *num.*95.

Unde Parochum Canonico esse præferendum 2
concludit Molin. *de Canon. l.* 2. *c.* 14. his verbis, *Semper igitur Canonici honorent Pastores, & sese coram Deo humiliter inferiores cognoscant, etsi prava quædam hujus sæculi judicia aliud acclamant, est enim cura dignior Canonicatu. Item habet Curatus administrationem majorem, quæ præcedentiam inducit, c.* cum illis, de præbend. *Curæ namque exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars artium, & est tanto pretiosior, quanto periculosior, nec omnis Sacerdos est idoneus ad curam animarum*, cap. penultim. de ætate, & qual. *Cura etiam superat Canonicatum ratione scientiæ, cum in Curato major, quam in Canonico requiratur scientia, cum teneatur confiteri, & discernere peccata, Evangeliumque declarare, & demum superat ratione Ordinis, cum in Canonico sufficiat Ordo Subdiaconatus, Parochus autem debet esse Sacerdos, cum debeat administrare Sacramenta, & Missas celebrare, ut muneri suo satisfaciat.* Conc. Trid. *sess.*21. *de refor. c.* 4. sequitur Hier. Garat. *de jurib. Paroch. tit.*1. *c.ult.*

Quamvis supradicta vera crederem, ubi Paro- 3
chus est in propria Ecclesia, in qua tantam habere potestatem, quantam habet Episcopus in sua diœ-

diœcesi, putavit Abb. *in c. 1. n. 28. de dolo, & contumac.*

Animadversio.

☞ Assertio Abbatis hic relata *n.3.* Parochum scilicet in propria Ecclesia tantam habere potestatem, quantam habet Episcopus in sua diœcesi, est penitus falsa, ut hæc alia, Episcopum nempe jure divino in sua diœcesi posse quidquid potest Papa in tota universali Ecclesia, exceptis iis, quæ Papa sibi specialiter reservavit, (quas insolubilibus rationum momentis refellit Fagnan. in cap.1. Periculosum de Offic. Judic. Ordin. a n.28. ad 70.) quasi Parochus habeat jurisdictionem contentiosam, vi cujus possit, puta Sacerdotes approbare ad audiendas suorum parochianorum confessiones, sibi reservare casus, excommunicare, vota aliqua simplicia dispensare, & commutare, dispensare super aliquibus irregularitatibus, & alia complura his similia facere, quæ longum esset referre, quemadmodum facere potest Episcopus vi suæ ordinariæ jurisdictionis ex statutis Sacror. Canonum. Vide notata supra cap. I. post n. 9. ☜

4 Parochum loco Imperatoris, & Regis haberi, *per cap. duo 23. quæst.* 4. dixit idem Abb. *in c. venerabilis n. 19. de elect.* ac Vices Apostolorum obtinere existimavit Roman. quem refert Theod.
5 de Rubeis, *d. c.* 298. 1. 88. *v. denique*, & ideo ibi omnes, quantumvis in dignitate constitutos præcedere debere tenuerint Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. glos.6. ex num.6. cum seq.q.* Zypæ. *In analytica postremi juris ;eccles. enarrat. lib. 1. tit. de majorit. & obed. num.*8. Rot. *in Calaguritana præeminentiarum 16. Novembris* 1592. coram bonæ mem. Penia, & *in Pampilonen. decimarum 22. Martii* 1604. coram Litta; Rector enim intra propriam Ecclesiam debet præcedere omnes alios majores, & superiores in dicendis Missis solemnibus, & aliis quibuscumque præeminentiis, concernentibus ipsius Rectoris officium, Cassan. *in dict. catalog. p. 4. consider.*81. Theodos. de Rubeis dict. r. 298. *n.*88. *vers. hinc Rector*, ubi plura ad hoc propositum adducit, quibus ostenditur, majores debere cedere minori, dum est in domo minoris, ob idque dicit num. 36. quod Episcopus patri in domo reverentiam exhibere debet, licet postea in Ecclesia illum præcedat, quia quilibet in proprio officio præfertur omnibus aliis, licet extra dictum officium eisdem aliis postponeretur, & ideo Curatus, sive Rector Ecclesiæ parochialis, tanquam caput Ecclesiæ, thurificandus est ante dominum loci. Sacr. Congr. Rit. *in Turritana 7. Augusti* 1610. cujus memini *in collectan. Bullarii verb. Curatus*, licet idem Curatus in sua Ecclesia sedere debeat in scamno, non autem in Sede, ead. Sac. Congr. Rit. *in Turritana* 14. *Februarii* 1632. cujus memini *in d. collect. Bullarii, verb. Parochia, & parochia-*
6 *lis ult.* Nihilominus tamen extra propriam Ecclesiam, & sic in Processionibus, ubi Canonici cathedralium Ecclesiarum capitulariter incedunt, contrarium verius mihi videtur; ut colligitur ex quadam declaratione Sacræ Rituum Congregationis, quam mihi originalem, & authenticam ostendit amicus meus Julius Lavorius, tenoris sequentis, videlicet.

In Sacra Rituum Congr. expositum fuit, oriri diffe- 7
rentias inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterb. ex una, ejusdem civitatis Parochos ex alia partibus, dum simul ad funus alicujus defuncti associandum accedunt, prætendentibus Parochis, stola, & rotta indutis, præcedentiam in casu proposito super universum Ecclesiæ cathedralis Clerum, & Capitulum, Archidiacono, & Archipresbytero dumtaxat exceptis, & e contra non convenire existimantibus Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ cathedralis, ut simplex Parochus supra Clerum, & Canonicos Ecclesiæ cathedralis, qui simul cum Archidiacono, & Archipresbytero unum corpus constituunt, locum obtineat. Quibus auditis, eadem Sacra Rituum Congr. a decretis factis similibus non esse recedendum censuit; nempe, ut locus dignior in funeralibus semper relinquatur Capitulo, & Clero Ecclesiæ cathedralis, Parochum vero defuncti, vel Parochum Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur, digniorem locum obtinere debere, & præcedere quoscumque alios Presbyteros, non autem Ecclesiæ cathedralis. In Ecclesia vero, ubi corpus defuncti sepelitur, ad Parochum ipsius Ecclesiæ pertinere officium facere, & expresse declaratum fuit in una Pisaurien. sub die 20. *Decembris* 1603. *& sic etiam in civitate Viterbii servandum esse censuit, nisi alias immemorabilis consuetudo ad favorem Parochorum legitime probetur, & ita declaravit die* 25. *Junii* 1611. *Dom. Episc. Ostien. Cardin. Pinellus, Joan. P. Mucant. Secret.* * Novissime eadem Sacræ Congr. Rituum *in Turritana* 14. *Februarii* 1632. pariter censuit, in Ecclesia parochiali digniorem locum deberi Canonicis Cathedralis immediate post Episcopum, & post Canonicos sedere debere Rectorem, cujus declarationis memini *in collect. Bullarii verb. Parochia, & parochialis Ecclesia ult.*

Utrum autem idem dicendum sit de Canonicis 8
collegiatarum Ecclesiarum, diversæ reperiuntur decisiones; nam pro Parocho, quod scilicet in funeralibus præcedat Canonicis Collegiatæ apparet fuisse resolutum a Sac. Rituum Congreg. *in una S. Angeli terræ Saxiferrati* 24. *Octobris* 1609. *& in alia Eugubina sub die* 15. *Junii* 1614. & deorum *in alia Prænestina Cavarum* 13. *Julii* 1619. quibus concordare videtur Rituale Romanum *tit. de exequiis, pag.* 150. ubi Parochus in omnibus funeribus præcedit, incedendo ante feretrum, & hanc partem conatur defendere Stephan. Gratian. vel potius Theod. Rubeus apud ipsum *discept. forens. tom.2. cap.298. n.83. & tom.3. cap. 492.*

Pro Canonicis vero stant aliæ declarationes *in* 9
una Sutrina 30. *Aug.* 1602. *&* 2. *Aug.* 1603. *& in Meliten.* 18. *Nov.* 1606. *& in alia Ostien. terræ Cori* 9. *Maii* 1617. & demum *in alia Prænestina Cavarum die Sabbati* 14. *Aug.* 1618. ubi in causa præcedentiæ inter Archipresbyterum, & Canonicos Ecclesiæ collegiatæ S. Mariæ, & Parochum S. Stephani declaratum fuit, præcedentiam semper, & ubique competere Archipresbytero, & Canonicis supra Parochum prædictum, etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius Parochiæ, jus tamen faciendi officium circa corpus defuncti ad Parochum in sua parochiali Ecclesia spectare; & expresse quod Canonici hujusmodi præcedere debeant omnibus Rectoribus,

Curatis, Plebanis, ac Presbyteris Ecclesiarum parochialium in publicis Processionibus, & functionibus, etiam synodalibus, censuit eadem S. Rituum Congr. *in Verulan.* 11. *Dec.* 1613. *& in Senogagl.* 23. *Martii* 1619. *&* 4. *April.* 1620.

10 Et hæ decisiones, quæ dant præcedentiam Canonicis, videntur Juri consonæ, nam capitula cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum semper, & ubique precedere debent Ecclesiis inferioribus, etiam quod sint ultimo loco erectæ ipsæ Cathedrales, & Collegiatæ, & inferiores essent in quasi possessione præcedendi ante erectionem, secundum Seraph. *decis.* 1445. *in una Illerden. præeminentiarum* 26. *Junii* 1602. ubi habetur, hoc procedere, etiamsi in erectione adsit clausula *sine præjudicio alicujus*, & etiamsi ante erectionem in Collegiatam mixti incederent Clerici cum dictis Rectoribus, ut declaravit eadem Cong. *in una Syracus.* 20. *Decembr.* 1601. Et ideo Rot. *dec.* 313. *n.* 6. *p.* 2. *recentis.* alias *p.* 3. *recent.* per Seraph. *d. decis.* 1445. *n.* 2. ait, quod Ecclesia filialis, quæ prius præcedebatur a Matrice, si erigatur in Collegiatam, debet præcedere ipsam Matricem, quia scilicet, mutato statu, mutatur antiquum jus; & eadem Rot. *ubi supra n.* 7. subdit, hac ratione Archidiaconum, qui habet monasterium sibi subjectum, si illud monasterium erigatur in Cathedralem, de domino fieri subjectum, nisi aliud in erectione caveatur; per Hostiens. *in cap. cum inferior n.* 13. *de major. & obed.*

11 Qua ultima opinione retenta, non obstant decisiones pro prima adductæ; nam ad illam *Sancti Angeli terræ Saxiferrati*, in qua videtur declaratum illum Presbyterum, seu Curatum, aut Priorem, qui defert stolam, & ad ejus Ecclesiam funus defertur, aliis omnibus præcedere debere, & sic etiam Canonicis Ecclesiæ collegiatæ, posset responderi, non loqui de præcedentia, quando funus defertur ad Ecclesiam ejus, qui stolam defert, seu quando ab eo fit officium in sua Ecclesia, in qua præcedentiam habere debet. Ad illam vero Eugubinam respondetur, loqui inter Curatum Cathedralis, & Curatum S. Petri Monachorum Olivetanorum, non autem inter Cap. Collegiatarum. Ad Rituale Romanum respondetur, habere locum inter Presbyteros ejusdem Ordinis, & aliam prærogativam non habentes, cujusmodi non sunt Canonici collegiatarum Ecclesiarum, in quibus terminis loquitur etiam Steph. Gratian. *locis citatis*; & sic dico, Parochum debere præcedere ratione officii, quando est inter pares, non autem quando est inter majores: item quod dum incedit per viam, non videtur exercere officium, sed sociare una cum aliis; nec dicendum, quod gerit vices Episcopi, sed potius asserendum, quod habet curam, uti habet Episcopus, nec ratione stolæ videtur habere præcedentiam, quia stola non dat jurisdictionem, & prærogativam, sed tantum est signum sacerdotale.

Additio.

☞ Deducta hic ab Auctore circa præcedentiam favore Canonicorum Collegiatarum, non obstantibus Decretis relatis favore Parochorum, confirmari possunt aliis Decretis ejusdem Cong. Rituum, quæ utpote posteriora Decretis hic n. 8. relatis, firmant regulam, ex vulgatis, favore eorumdem Canonicorum; etenim mense *Augusti* 1666. *ut refert Pignatel. Tom. VI. Consult.* 74. ad I. Dubium respondit, Canonicos Collegiatæ capitulariter incedentes in omnibus esse præferendos Parochis, & etiam Parocho Ecclesiæ matricis: Et novissime *in Januensi* 19. *Julii* 1710., proposito enim dubio eidem Cong. An Canonicis Collegiatæ (S. Mariæ Vinearum) debeatur præcedentia adversus Parochos urbanos, ad III. respondit; Affirmative = ☜

Circa præcedentiam plurium Parochorum, seu 12
Curatorum Ecclesiarum, sive sint regulares, sive sæculares, est observandum, quod ea datur secundum prærogativam suarum Ecclesiarum, & non secundum prærogativam regulæ, ut censuit Sac. Rituum Cong. *in una Ast.n.* 21. *Martii* 1609.

Quoad vero præcedentiam unius Parochi, in 13
cujus Ecclesia quis est mortuus, respectu alterius Parochi Ecclesiæ, ad quam defunctus sepeliendus defertur, extat optima dispositio inter acta Ecclesiæ Mediolan. *p.* 2. *tit. de funere ducendo verf. cum ex Parochia, p.*286. ubi sic legitur. *Cum ex Parochia, cui sæcularis Sacerdos præsit, mortuus effertur, ut in parochiali Ecclesia sepeliatur, cui Regularis sit præfectus, vel e contra, tunc utrique Parochi, superpellicco, & stola induti, pares progrediantur, reliqui vero Regulares eum locum teneant, quem in generalibus Processionibus tenere consueverunt, non obstante quavis consuetudine, vel pactione, quam inter se fecerant.* Idem vidi Romæ servari, ubi quoque præcedentia datur Parocho illius Ecclesiæ, ad quam defunctus defertur.

Circa præcedentiam, quam debet habere Cle- 14
rus sæcularis respectu Regularium, Clemens VIII. *in sua Constit. incip. Decet Romanum Pont. sub die* 20. *Februarii* 1601. ex decreto S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & cæremoniis deputatorum declaravit, Rectores, & Clericos sæculares præcedere debere Regulares tam Monachos, quam Fratres quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, in funerum associatione, Processionibus, & aliis hujusmodi publicis actibus, nec debere ipsos Monachos, seu Fratres cum Parochis, vel Clericis mixtim incedere, etiamsi aliquando ex sæcularium indulgentia, aut humanitate, seu alia forsan de causa, secus factum fuerit; & quamcunque contrariam consuetudinem tanquam abusum corrigendam esse, atque ita ubique locorum in Regnis Hispaniarum perpetuo observari debere. Idem Clemens VIII. *per aliam suam Con-*
stit. incip. Ad removendum, sub die 5. *Novembris* 15
1603. ex voto eorumdem Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum similiter declaravit, Clerum sæcularem in omnibus locis, etiam in propriis Ecclesiis, & Conventibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum quorumcunque in universo Regno Castellæ, & Legionis præferendum esse, ac præcedere debere, quas Clementis VIII. Constitutiones observari mandavit Greg. XV *in quadam sua incip. Alias a fælicis, sub die* 3. *Augusti* 1622. commissa earum executione quibusvis locorum Ordinariis in Regnis Hispaniarum exi-
sten-

ftentibus, quoties pro parte alicujus ex Clero sæculari fuerint requisiti.

Additio.

☞ Referre hic juvat alia Decreta circa præcedentiam.

I. Capellanus Curatus ratione stolæ in funeribus debet præcedentiam habere super alios quoscumque sacerdotes Curatos, simplici cotta indutos, S.R.C. 10. *Junii* 1656. *in Maceraten.*

II. Præcedentia debita Parochis perpetuis, eadem debetur Parochis amovibilibus, eadem *Cong. in una Comensi* 27. *Martii* 1706. quod procedit etiam in eorumdem Substitutis, & subrogatis, dicta *Congregatio* 20. *Januarii* 1691.

III. Præcedentia inter Curatos danda est Curatis, ratione antianitatis, seu prærogativæ Ecclesiæ parochialis, dicta *Cong. in Asten.* 21. *Martii* 1609.

IV. In Processionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis, quæ fiunt unitim cum aliis Curatis, præcedentia competit unicuique Parocho in propria Parochia, dicta *Cong. in Caffanen.* 3. *April.* 1756. *ad III. Dubium.*

V. Præcedentia inter simplices Presbyteros debetur antianis, ratione ordinationis, nisi Presbyteri minores suppleant vices, & munus Parochi, dicta *Cong. in Prænestina præcedentiæ* 13. *Aug.* 1701.

VI. Clerici Seminarii in Processionibus debent primi incedere ante Crucem sæcularem, & relinquere locum digniorem Curatis, *dict. Cong.* 1. *Septem.* 1607.

Benedictus XIV. *Instit. Ecclesiast. CV.* ex traditis *a Cardinali de Luca de Præeminentiis, Discur.* 16. *n.* 3. *&* 4. *circa præcedentiam Parochi urbani, & diœcesani* 5. Parochus primum locum, hæc habet = Parochus primum locum semper occupat, donec in sua ditione versetur. Quare urbanus Parochus dextero incedet latere, donec Parochi diœcesani limites attigerit. Tunc enim ipsi primum locum concedet. Eodem pacto, cum Parochus urbanus cadaver efferre debebit ex diœcesi, tum Rector diœcesanus in sua parochia dexterum latus occupabit, donec ad fines alterius diœcesis pervenerint. Hunc ordinem per urbem, & diœcesim tenebunt, donec venerint ad Ecclesiam, ubi defunctus sepulturæ mandetur =

Circa præcedentiam tamen semper attendenda est legitima consuetudo, quæ in hac materia inducitur per decem annos, licet contraria sit juris dispositioni, cum ipsa habeatur pro jure, & prævaleat etiam ipsi juri, Rota *in Mutinensi præcedentiæ* 25. *Junii* 1638. *& part. V. recentior. decis.* 483. *n.* 1. Consulendæ sunt etiam Rotæ Decisiones in Capuana, seu Casertana Processionum super præcedentia 10. *Martii* 1743. §.8. *coram Vajo & 17. Junii* 1746. §.8. *coram Eminen. Elephant.*, & ubi res postulat Jacobus Gothophredus de Jure præcedentiæ. Adeatur etiam opus meum cui titulus = Expositio Juris Pontificii &c. ubi plura de præcedentia inter alios continentur pag. 123, & 129. ☜

CAP. X.

De Officio divino per Parochum recitando.

SUMMARIUM.

1 *Parochus tenetur ad divinum Officium recitandum.*
2 *Officium divinum recitare tenetur Parochus, seu quilibet alius Beneficiarius, perexiguos redditus ex beneficio habens, ad congruam sustentationem minime sufficientes, contra citatos num.* 3.
☞ *Vide Animadversionem.*
4 *Parochus ad divinum Officium recitandum tenetur, etiamsi nullos fructus ex suo beneficio percipiat.*
5 *Parochus tenetur ad recitandum divinum Officium a tempore captæ possessionis Parochiæ, ut n.*6.
7 *Officium divinum recitare nullus ex provisis tenetur ante captam possessionem, si neuter litigantium illam adhuc habeat, & uterque dubius sit de jure, & de causa litis.*
Nec obligandus Parochus, sive Subdiaconus Officium recitare, nisi ab illa parte, a qua obligatio incepit ibid.
8 *Parochus post adeptam sui beneficii possessionem debet divinum Officium studiose, & devote recitare, quamvis pedester, equitans, procumbens, ambulans, vel quiescens.*
9 *Officii divini in recitatione tenetur quis se cum Rubricis Breviarii conformare, non enim facere potest mutationem ritus.*
10 *Parochus, qui redimendi temporis causa officium unius diei commutat pro breviori Officio alterius, peccat mortaliter contra citatos n.* 11.
☞ *Vide Animadversionem.*
12 *Officia a Sede Apost. non approbata, fuerunt damnata a S. Congr. Rit. sub pœna librorum vetitorum, & non satisfaciendi muneri recitandi divini Officii.*
13 *Festa Kalendarii Romani non possunt Episcopi elevare ad nobiliorem ritum.*
14 *Officium Breviarii debitum non est relinquendum pro Officio devotionis.*
15 *Officium de festis particulariter concessis per Breve Apost. Regno Hispaniæ, non potest recitari in Regno Portugaliæ.*
☞ *Vide Additionem?*
16 *Hispaniæ Regnorum appellatione comprehenditur Regnum Lusitaniæ.*
17 *Officium, & Missa de Sancto celebrari potest in ipsius Sancti Ecclesia Titulari, seu ubi asservatur insignis reliquia.*
18 *Reliquia insignis alicujus Sancti est corpus, caput, brachium, crus, & ea pars, non parva tamen, in qua passus est martyrium.*
19 *Officium, duplex potest fieri de Sancto, cujus Reliquia insignis habetur, & approbata.*
20 *Officium, si concedatur de Sancto, cujus Reliquia non insignis habetur, debet esse semiduplex, vel prout recitatur in Breviario Rom.*
21 *Officium extra propriam Ecclesiam non potest fieri de Sancto canonizato sine novo decreto.*
22 *S. Caroli officium ritu duplici celebrari potest in Provincia Mediolanensi* ☞ *Hodie ubique, sicut & S. Francisci.*
23 *S. Conradi officium Placentiæ, & Mettinæ in Sicilia, ac Ordini S. Francisci conceditur.* 24 *Sti-*

24 *Stigmatum S. Francisci Officium concessit Paulus V. celebrari posse ubique ad libitum cleri, duplici quidem Officio in Religione S. Francisci, extea eam semiduplici.*

☞ *Vide Additionem.*

25 *Angeli Custodis Officium est duplex minus, & celebrandum prima die non impedita Officio novem lectionum,* ☞ *Hodie est de praecepto.*

S. Michaelis Officium hodie est de praecepte ubique ex Clem. X.

26 *S. Elisabet Reginæ Portugaliæ Officium recitandum die 4. Julii in Regno Portugaliæ sub ritu duplici, extra vero Regnum sub ritu semiduplici, ad libitum.*

☞ *Hodie in universali Ecclesia est de praecepto die 8. Julii.*

27 *S. Antonii de Padua Officium proprium sub ritu duplici, & cum octava in Regno Portugaliæ conceditur.*

28 *Dedicationis Cathedralis anniversarium celebrandum est, in civitate quidem cum octava, in diœcesi vero sine octava.*

29 *Matutinum defunctorum cantandum non est in vespere festi omnium Sanctorum, sed recitandum ipsamet die Commemorationis omnium fidelium defunctorum post laudes diei.*

☞ *Vide Animadversiones etiam quoad Litanias majores Rogationum, & S. Marci.*

30 *Missa, & Officium S. Rocchi est concedendum de communi Confessoris non Pontific. pro ejus die in iis tantum locis, ubi adsunt Ecclesiæ in ejus honorem ædificatæ.*

31 *Parochus divinum Officium non recitans, quatenus teneatur fructus restituere, ostenditur.*

32 *Parochus, omittens recitare divinum Officium, tenetur ad fructuum restitutionem, quantumcumque curam animarum gerat celebrando, & administrando Sacramenta Parochianis, contra citatos, num. 33.*

☞ *Vide Additionem.*

33 *Parochus, mente ultro distracti s Officium divinum recitans, tenetur ad fructuum restitutionem.*

34 *Fructuum restitutio pro rata omissionis divini Officii non est facienda, nisi elapsis sex mensibus post obtentam beneficii possessionem.*

35 *Restitutio fructuum amissorum ob non recitatum Officium divinum cui facienda, ostenditur.*

36 *Beneficiario divinum Officium recitare omittenti liberum est restitutionem facere pauperibus, vel fabricæ beneficii, etiamsi pauperes sint alterius loci, & fabrica sit alterius Ecclesiæ.*

☞ *Vide Animadversiones.*

37 *Pauperum appellatione in materia restitutionis fructuum amissorum ob non recitatum divinum Officium, non solum veniunt personæ pauperes, sed etiam monasteria, xenodochia, & Ecclesiæ, ornamentis, & aliis similibus indigentes.*

38 *Pauperum appellatione non solum veniunt, qui ex pane mendicato vivunt, sed etiam alii, quibus necessaria ad decentem statum desunt.*

39 *Parochi, si vere pauperes sint, aut ejus matee, vel sorores, possunt sibi, aut illis facere restitutionem fructuum amissorum, ob non recitatum divinum Officium.*

40 *Fabricæ beneficiorum nomine in materia restitutionis fructuum amissorum ob non recitationem Officii divini venit fabrica domus beneficii pro fructibus colligendis, & conservandis.*

CUm peimum officium, pro quo datue beneficium, sint Horæ canonicæ, ideo ad eas peesolvendas juee ecclesiastico teneri Paeochum, 1
primo probatue ex *c. quia per ambit. de refer. in 6.* ubi Pontifex repeehendit quosdam Beneficiarios, quod Officium divinum, peopterquod beneficium datue, omitteeent, *Secundo*, *ex c. fin. 92. dist.* ubi dicitur, omnes Peesbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, ac omnes, qui sunt Ecclesiæ deputati, debere Officium divinum recitaee, *Tertio* ex Conc. Lateran. a Julio II. incœpto & a Leone X. continuato *sess.9. de refor. §. statuimus*, ubi privantue fructibus beneficioeum illi, qui divinum Officium non recitant. Demum id ipsum constat ex Bulla Pii V. quam refert Navar. *in man. c.35. num.* 122.

Quod quidem recte procedit, quamvis ipse Pa- 2
rochus, prout quilibet alius beneficiarius, per exiguos eedditus ex beneficio habeeet ad congruam sustentationem minime sufficientes; quia eatio, ob quam beneficiarius tenetue Officium divinum recitare, non pe.sise, quod integre sustentatur fructibus beneficii, sed quod beneficium habens, aliquos eeddant fructus, qui dantur peoptee officium: tum quia beneficium exiguum quoad substantiam est vere, & proprie beneficium, & ut tale in juee eeputatue, *c. is, cui de præbend. lib.6.* ergo qui illud habet, ad Officium divinum tenetur: tum denique quia id expresse peobari videtur *in c. Clericus victum dist.91.* ubi statuitue, ut Cleeicus, quem sui Sacrificii fructus aleee non possunt, manibus operando, victum quærat, dummodo officio suo satisfaciat; & si id sibi difficile fiat, imputet sibi, qui beneficium tale acceptavit, aut beneficium dimittat, ergo ex hoc loco claee colligitue, teneei Cleeicum Horas canonicas persolveee, etiamsi non possit ex beneficio victum, & vestitum habere. Et ideo ita resolvunt Sylvest. *in sum. verb. hora* §.3. Cov. *l. 2. var. c.13. n.8. ver.* 12. Nav. *in man. c.25. n.102. & de Orat. c.7. n.27. c.21. n.11.* Axor. *instit. moral. p.1. l.10. cap.3. q.3.* Paul. Comitol. *respons. moral. l.1. q.68.* Gavant. *in rubricas Missalis, tom.2. sect.1. cap.4. num.3.*

Contra Sot. *de Justit. lib.10. q.5. art.3.* Fe. Emm. 3
in sum. p.1. cap. 140. *n.3.* Veeg. etiam *in sum. p.1. c.* 128. *cas.* 14. Pete. Ledesm. *etiam in sum. p. 2. tract 9. c. 4. concl. 6. diffic. 4.* Less. *de Just. lib. 2. c.34. dub.31. n.169.* Malder. *de virtutibus tract.10. cap.2. dub.3. vers. nihilominus,* Vasq. *de benef. cap. 4. §.1. dub. 4. num.* 17. Molf. *in summ. Theol. moral. tract.5. cap.3. n. 29. & tract. 6. c. 2. n.* 36. existimautes, nou teneei Beneficiaeium, saltem quotidie, eecitare divinum Officium, cujus beneficii fructus non attingunt medioceem sustentationis partem.

Animadversio.

☞ Hoeum Auctorum opinio est penitus reiicienda; quoties enim tam quilibet Beneficiatus, quam Parochus beneficium suo victui insufficiens scienter acceptavit, sibi imputaee debet, si se ad illud

illnd fecerit intitulari Card. in *Clement. I. de celebrat. miss. n.* 9. quod magis confirmatur argumento desumpto ex Cap. VI. *Conquerente de Cleric. non resid.* in quo declaratur, provisum de beneficio insufficienti cum onere residendi in Ecclesia non excusari a residentia, ita nec a recitatione horarum: eo pari modo, quo sibi imputare debet qui volens, & libens uxorem duxit sine dote, & ideo sustinere nolit onera matrimonii. Præterea, cum tam a Conc. Lat. V. quam a Piana Const. *Ex proxima* onus recitationis, & respective restitutionis absolute injungatur cuicumque beneficium possidenti, sive cum cura, sive sine cura, absque ulla exceptione, & insuper, cum in præfata Constitut. legatur clausula = qualiacumqua alia beneficia possidentes = consequens est, non excipi tenue.

4 Dictorum Auctorum opinioni opponenda est damnatio hujus seq. Propositionis = la XXXIV. in ordine, facta ab Alex. VII. 18. martij 1666 = In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

Imo puto, Parochum ad divinum Officium recitandum teneri, etiamsi nullos fructus ex suo beneficio percipiat, quia titulnm, & possessionem beneficii habet, ac proinde vere, & simpliciter est Beneficiarius, nam fructns, vel spes eorum non pertinent ad substantiam beneficii, ita Palud. *in 4. dist. 15. q 5.* Silv. *verb. d. hora q.* 2. Medina *in Cud. de oratione q.* 9. Fr. Barthol. a S. Fausto *de horis canon. lib.* 2. *q.* 42. ubi *in vers.* 2. id intelligit, si habeat spem moraliter certam obtinendi illos, & *in vers.* 8. resolvit, non excusari ab onere recitandi illum, qui in pensione omninm fructuum consentit ei, qui in suum favorem beneficium resignavit.

5 Sed utrum Parochus teneatur ad recitandum divinum Officiom a tempore acceptæ tantum suæ Parochiæ collationis, aut non aliter, nisi captæ possessionis; quæstio est dubia, in qua Navar. *in man. cap. 7. n.* 29. tenet ex eo quod collationem acceptavit, illico ad recitandum quempiam obligari, quia per solam collationem acceptatam acquiritur jus in beneficio, & fit beneficium ejus, cui collatum est: tum quia ab eo tempore, etiam antequam apprehendat possessionem, debentur Clerico beneficii fructus, & cum possessionem capit, Beneficiarius percipit fructus, non solum præsentes, sed etiam præteritos a die collati sibi beneficii, sequitur Carol. Macig. *de horis Canon. c. 10. n.* 25. & plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 1. n.* 92.

6 At non teneri, nisi post captam pacificam possessionem beneficii melius sustinent omnes fere Doctores, qui hac de re scripserunt, quia beneficium ut sit jus efficax cum titulo, requirit pacificam ejus possessionem, tnm quia ante captam possessionem non potest jura beneficii exercere, ita neque tenetur ipsius onera sustinere; tum etiam, quia ante initam possessionem jus est incertum, cum contingere soleat, ut qui impetravit beneficium, videat, se nil impetrasse, multis de causis, ut quia non vacabat, vel alius ante eum prius impetraverat; tum denique quia in Bulla Pii V. dicitur, *post beneficii consecutionem*; ille autem proprie dicitur beneficium consequutus, qui pacificam illius possessionem adeptus est cum titulo; & ideo sic resolvunt Menoch. *de arbitr. l. 2. casu* 429. *num.* 24. Flam. Paris. *de resign. benef. l. 1. p. 9. nu.* 15. Soar. *d. l. 4. c. 19. n.* 7. Henriq. *in sum lib.* 13. *c.* 13. §. 1. Fr. Emman. *etiam in sum p. 1. c.* 141. *nu.* 4. Azor. *d. l.* 10. *c.* 4. *q.* 7. Vasqu. *in opusc. de benef. c. 4. §. 1. ar. 1. dub.* 6. Galet. *in margarita casuum consc. verb. Officium divinum.* Valer. Reg. *d. l. 30. n.* 38. Less. *d. l. 2. c. 34. dub. 30. n.* 167. Nald. *in sum. verb. Officium divinum n.* 5. Pet. Ledes. *in sum p. 2. tr. 9. c. 46. concl.* 9. Vega *etiam in sum. p. 1. ca.* 128. *casu* 18. Squill. *de oblig. cler. p. 1. n.* 16. ubi *n.* 17. id intelligit, dummodo per ipsum non stet, quominus consequatur beneficii possessionem, Bonac. *de horis Canon. dis. 1. q. 2. punct.* 4. 2. 2. Gavant. *in comm. ad rubr. Missalis, t. 2. sess. 1. c. 4. n.* 5. Ant. Diana *res. mor. p. 2. tit. de horis Canon. res.* 21. novissime Hier. Roder. *in compendio q. Reg. reg. 24. n.* 35. Barthol. a
S. Fausto *de horis Canon. l. 2. q.* 39. ubi *q.* 41. te- 7
net, adhuc nullum teneri ad horas canonicas recitandas ante obtentam possessionem, si neuter litigantium illam adhuc babeat, & uterque dubius sit de jure, & de causa litis, & *q.* 42. & 43. idem resolvit, quamvis unus litigantium probabiliter credat, & expectet se victorem futurum in lite, & fructus percepturum, & amplius habeat titulum. Non est tamen obligandus sub mort. peccato Parocbus, (si nondum sit constitutus in sacris) sive Subdiaconus, Officium totum recitare illius diei, quo possessionem Parochiæ accepit, vel ad Subdiaconatus Ordinem fuit promotus, sed solum ab illa parte, a quo obligatio incepit. v. g. si quis accepit possessionem Parochiæ, vel Subdiaconatum, aut emisit professionem bora undecima ante meridiem, non tenetur recitare Matutinum illius diei, neque Primam, neque Tertiam, ad summum Sextam, & reliquas horas, quia ab illa hora undecima incepit obligatio. Ita Castro Palaus *to. 1. disp. 2. puncto 4. n.* 3. Homobon. de bonis *in consult. casum consc. vol. 2. p. 5. c.* 240. quos refert. Diana *res. mor. p. 5. res.* 218. *tract.* 4.

Additio.

Hæc opinio non caret ratione, sed nimis æconomica quoad sacrificium laudis Deo reddendum

Debet igitur Parochus post adeptam sui be- 8
neficii possessionem divinum Officium studiose, & devote recitare, ut dicitur *in c. Dolentes, de celeb. Missar.* nbi in nostris Collectaneis plura circa ejus materiam cumulavimus, quamvis pedester, equitans, procumbens, ambulans, vel quiescens, secundum Silv. *verb. hora, q.* 2. Navar. *de horis Canon. c. 4. n.* 17. Paul. Comit. *resp. mor. l. 1. qu.*
64. *num.* 1. & in eo recitando tenetur se cum ru- 9
bricis Breviarii conformare, non enim facere potest mutationem ritus, ut scilicet duplici ritu celebretur festum, quod alias simplici sob ritu, vel semiduplici decretum est, cum Pius V. in Bulla Breviarii non modo præcipiat substantiam, sed etiam modum, & formam borarum canonicarum.

Unde existimo, peccare mort. Parocbum, qui 10
redimendi temporis causa Officium unius diei commuta

mutat pro breviori Officio alterius. Ratio est, quia Eccl. non solum præcipit divini Officii recitationem in communi, & veluti in genere, sed præcipit recitationem hujus Officii in particulari, ergo qui facit contrarium, violat præceptum Eccl. in re gravi, & consequenter peccat mortaliter, ita Tabien. *in sum. verb. hora*, *q.* 10. Nav. *de Ora. c.* 19. *n.* 201. Jac. de Graff. *in aureis dec. p.*1. *lib.*2. *c.* 51. *num.* 10.

11 Contra Silvest. *d. verb. hora*, *q.* 12. *num.* 15.
Vega *d. p.* 1. *c.* 117. *casu* 57. Valent. *tom.* 3. *disp.*
6. *quest.* 2. *punct.* 10. *vers. quid si recitandum* Zerol.
in praxi Episc. p. 1. *verb. horæ Canon. n.* 6. Azor.
d. l. 10. *c.* 10. *quest.* 2. Vasq. *in opusc. de benef.*
cap. 4. *dubio* 2. Lessi. *d. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 77.
existimantes, talem Parochum solum venialiter
peccare.

Animadversio.

☞ Sententiæ horum Auctorum existimantium, peccare solum venialiter, opponitur Propositio proscripta ab Alex. VII. die 18. Martii 1666. in ordine la XXIV. = In die Palmarum recitans Officium paschale, satisfacit præcepto = ☜

12 Fuerunt a S. Rituum Congr. damnata Officia, a
Sede Apostol. non approbata sub pœna librorum
vetitorum, & non satisfaciendi muneri recitandi
divini Officii, *sub die* 8. *Aprilis*, *&* 28. *Oct.* 1628.
13 ubi *in resp. ad* 8. fuit dictum, non potuisse, nec
posse Episcopum, nec Regulares elevare festa Kalendarii
Romani ad nobiliorem ritum, puta a semiduplici
ad duplicem, sine licentia Sedis Apost.
refert, me citato, in hoc loco Lezana *in sum. quest.*
14 *Regul. c.* 12. *n.* 20. *&* *n.* 33. Et quod non est relinquendum
Officium Breviarii debitum pro Officio
devotionis, censuit eadem S. Congr. *sub die* 29.
Novemb. 1603.

Item rejecit, damnavit, & reprobavit eadem S. Congr. Missas, quæ circumferuntur, a Sacr. Congr. non approbatas, Sancti Gregorii pro vivis, & defunctis, quindecim Auxiliatorum, & de Patre æterno, & quascunque alias, exceptis iis, quæ sunt permissæ Regularibus tantum, veluti Rosarii, Sanctæ Mariæ dè Carmelo, & alias, sicut etiam Officia ab eadem non approbata refert Lezana *d. c.* 22. *num.* 33.

Gregorius XIII. in quodam Brevi incip. *Pastoralis officii de anno* 1573. advertens, quod in Ecclesiis Hispaniæ concessum erat, ut possent celebrare Officia propria Sanctorum illius provinciæ, illique sint plures numero, ideo declaravit unamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti. Officia propria celebrare posse, qui illius diœcesis sunt naturales, vel ejus Ecclesiæ, seu diœcesis sunt Patroni; vel eorum corpora, seu notabiles Reliquiæ in Ecclesia, seu diœcesi requiescunt: de aliis vero Sanctis, etiamsi illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua Ecclesia alterius diœcesis requiescant, non celebretur Officium proprium, sed servetur ordo Breviarii Romani, refert Lazana *d. cap.* 12. *num.* 34. ubi *num.* 36. post Gavant. *in rubr. tom.* 2. *sect.* 1. *c.* 5. *tit.* 2. advertit, quod Clerici sæculares, & Regulares in civitate, vel diœcesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius diœcesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in choro.

Dubitatum fuit ab eadem S. Rituum Cong. *in* 15
una Visen. an in Regno Portugaliæ recitari possit
Officium de festis particulariter concessis per Breve
Apost. Regno Hispaniæ, ut est festum Expectationis,
& alia similia, attento, quod Regna sunt di- 16
versa, quamvis sub unius Regis potestate existant?
Ead Sac. Cong. negative respondit *sub die*
11. *Junii* 1605. cujus resolutio ex eo procedit,
quia concessio præsupponitur facta tantum pro Regno
Hispaniæ, si enim fuisset facta pro Regnis
Hispaniarum in numero plurali, tunc crederent
venire Regnum Lusitaniæ, ut tradit Navar. *cons.*
1. *n.* 2. *de decimis in novis*, & post maturam considerationem,
semel, & iterum causa proposita,
fuit in simili resolutum per Rotam *in Brachiren.*
fructuum 3. *Decembr.* 1627. cor. R.P.D. meo Pirovano,
nam cum ibi acerrime disputaretur, an Lusitania,
uti unum ex Hispaniarum Regnis gauderet
generali illa consuetudine Regnorum Hispaniæ,
quod hæredes Beneficiatorum succedant in fructibus
a solo separatis, & nondum exactis, canonizata,
& firmata per eamdem Rotam quoad Regna
Castellæ, Navarræ, Valentiæ, Aragoniæ,
& Comitatus Cathaloniæ, ut in decisionibus ibidem
citatis, tandem affirmative fuit responsum
ex rationibus ibidem adductis, *&* *in meo tract. de.*
appellativa verborum utriusque juris signif. Appell.
115. *num.* 1.
Officium, & Missa de Sancto celebrari potest 17
in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur
insignis Reliquia, quæ erit corpus, caput, 18
brachium, crus, & ea pars, non parva tamen, in
qua passus est martyrium, ead. S. Cong. *dicta*
die 8. *Aplilis* 1628. & antea *sub. die* 23. *Novemb.*
1603. censuerat de Sancto, cujus Reliquia insignis
habetur, & approbata, fieri posse Officium 19
duplex, refert Lezana *dict. cap.* 12. *num.* 33.
De Sancto vero, cujus Reliquia non insignis 20
habetur, si concedatur Officium, debet esse semiduplex,
vel pront recitatur in Breviario Romano,
ad differentiam insignis Reliquiæ, eadem
S. Rituum Congr. *in una Calagaritana*, *&* *in alia*
Viterbien. sub. die 1. *Septemb.* 1612. refert Lazana
d. c. 12. *n.* 37.
De Sancto canonizato non potest fieri Officium 21
extra propriam Ecclesiam sine novo decreto, ead.
S. Congr. *sub die* 9. *Decembr.* 1628.
Sancti Caroli Officium in provincia Mediola- 22
nensi celebrari posse ritu duplici, concessit eadem
Cong. *sub die* 2. *Novembr.* 1610. ☞ Nunc concessum
est omnibus ab Alex. VII. ☜
Sancti Conradi Officium Placentiæ, & Metti- 23
næ in Sicilia concessit ead. S. Cong. *sub die* 19.
Maii 1614. & Ordini Sancti Francisci *sub die decima*
tertia Septemb. 1625.
Stigmatum S. Francisci Officium concessit Pau- 24
lus V. celebrari posse ubique ad libitum cleri,
duplici quidem Officio in Religione S. Francisci,
extra eam vero semiduplici, ead. Sac. Cong. *sub*
die 28. *Augusti* 1616. *&* *sub die* 1. *Octob.* 1627.
refert novissime Fr. Hier. Roder. *in compedio quæst.*
Regul. resolut. 65. *n.* 8. & in die festo adhibendus

est

est color albus, eadem S. Congr. Rit. 9. *Novemb.* 1623. ☞ Huc Officium nunc pro omnibus est de præcepto ex Clem. IX. ☜

Additio.

☞ Postremo Clemens XIV. die 11. Augusti 1770. sub ritu duplici ab omnibus idem recitandum decrevit ☜

Angeli Custodis Officium est duplex minus, eadem S. Congr. *sub die 2. Octob.* 1627. Et celebrandum est prima die non impedita Officio novem lectionum post festum S. Michaelis, cedit etiam Dominicæ, ead. S.Rituum Congr. 12. *Martii* 1618.

☞ Nunc est duplex de præcepto celebrandum die 2. Octobris ex Clemente X. ☜

S. Elisabeth Reginæ Portugaliæ Officium recitandum die 4.Julii in Regno Portugaliæ sub ritu duplici, extra vero Regnum sub ritu semiduplici ead. Sacr. Congr. de mandato SS. D. N. Urbani VIII. approbavit, & ut libere, & licite ab omnibus recitari possit, & valeat, licentiam, & facultatem dedit, & concessit *sub die 7. Aug.* 1628.

☞ Vide Additionem in Summario sub hoc numero ☜

Nomine Regis Catholici supplicatum fuit Sanctiss. concedi, posse recitari Officium proprium S. Antonii de Padua nuncupati, sub ritu duplici, & cum octava in Regno Portugaliæ, cum sit dictus Sanctus oriundus ex prædicto Regno, & supplicatione per Sanctitatem suam ad Sac. Rituum Congr. remissa, ead. Sac. Cong. ad relationem Eminentissimi, & Reverend. D. Cardin. de Torres censuit, concedendum pro civitate, & diœcesi Ulixiponen. tantum juxta rubricas, & idem quod observatur in civitate Patavina, die 5. Junii 1631. Die vero 23. ejusdem, facta relatione per me Secretarium Sanctitati suæ de hoc decreto, Sanctiss. extendit gratiam ad totum Regnum Portugaliæ *C. Episc. Portuen. Card. Pius, Tegriminus Episcop. Assisien. Secret.* Officium S. Franciscæ Romanæ quod possit sub ritu semiduplici in urbe ad libitum recitari, concessit S. Congr. Rit. 13. *Martii* 1632.

☞ Hodie est duplex de præcepto ex Innoc. X. ☜ Multa alia sanxerunt Pontif. præcipueque Clem. IX. & X. Circa ritus multorum tenet quando in libello jam impresso ostenditur.

28 Præter propriæ Ecclesiæ dedicationem, celebrandum est etiam anniversarium dedicationis Cathedr. in civitate quidem cum octava, in diœcesi vero sine octava, ead. S. Rituum Cong. 2. *Maii* 1619.

29 In festo omnium Sanctorum prohibuit ead. S. Cong. *die 1. Septem.* 1607. cantari Matutinum Defunctorum in Vespere, & jussit recitari ipsamet die Commemorationis omnium fidelium defunctorum post Laudes diei, me citato in hoc loco, Lezana *in sum. quæst. Regul. c.*12. *n.*23. Et quod adsit obligatio recitandi Officium Defunctorum in die secunda Novembris affirmant Card. Tolet. *in sum. l.* 2. *c.* 13. *n.* 3. Armil. *in sum. verb. Hora Canonic. n.* 9. Jacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53. *num.* 24. Lezana *in sum. quæst. Regul. c.* 12. *n.* 13. late Diana *resol. moral. in fine part.* 4. ubi contrarium defendere, & probare nititur.

Animadversio.

☞ = Quando recitatio Officii defunctorum 2. Novem. pro generali eorumdem commemoratione fieri possit pridie post Vesperas diei antecedentis, transcribo decreta Congr. Rituum, relata in collectione decretorum ejusdem Cong. a Spiridione Talù, dicata Bened. XIV. sub n. 21. & 1201. = Matutinum Defunct. pro generali eorum commemoratione, non debet cantari pridie Vesperi in festo omnium Sanctorum, sed recitandum est mane die 2. Novem. post laudes diei. S. R. C. 23. Maji 1603. in Egitanien. Episcopo præsente, concedit S. R. C. posse recitari die 1. Novem. ante horam Completorii in cathedralibus Ecclesiis, modo infra exponendo sub n. 698. & 740. Similiter & in aliis non Cathedralibus, & Episcopo absente, quando consuetudo esset in contrarium, dummodo pro commoditate, & frequentia populi esset introducta. Extra chorum vero licite absolvi posse post vespertinas horas statuit rursus S.R.C. n. 1201. =An, non obstante decreto 1. septem. 1607. aut alio quocumque, possit quis in festo omnium Sanctorum post secundas vesperas, etiam vesperas Vigiliæ Defunctorum una cum Matutino, & laudibus recitare, facereque fructus suus? responsum fuit. = Privata Officii Defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvi licite potest post vespertinas horas festi Omnium Sanctorum; in choro autem, juxta Rubricas adimplenda est mane die 2. Novem., nisi ut populi commodius, & frequentius illis interesse possint, contraria jam faceret consuetudo, S.R.C. 4. Septembr. 1745. in Ratisbonen. Præsente vero Episcopo, etiam sine causa in hac sanctione expressa, recitari potest, ut supra dictum est = Postremo notatu dignum est a præfato Talù positum num. 741. Matutinum diei commemorationis omnium Fidelium defunctorum non potest recitari in choro in die festivitatis Omnium Sanctorum post Completorium; sed servandæ sunt Rubricæ, S. R. C. 22. Januarii 1701. in una Camaldulensium Montis Coronæ. ☜

Aliis vero diebus in Breviario præscriptis recitantes juxta Breviarium Romanum, non obligantur ad Officium defunctorum, ut tenent Less. *de just. l. c.* 37. *dub.* 12. *n.* 76. Villal. *in sum to.* 1. *tract.* 24. *diffic.* 6. *num.* 3. Roder. *in compendio. q. Regul. resol.* 24. *num.* 14.

Additio.

☞ Extra dictam diem 2. Novem., nedum non obligantur ad recitationem hujus Officii aliis diebus in Breviario præscriptis, sed neque ad recitationem Officii B. V., Psalmorum pœnitentialium, & Gradualium diebus in eodem Breviario statutis, si sermo sit de choro non addictis, quos certum est non teneri ex Decreto Sac. Congreg. Rituum 2. Septem. 1741. in Aquen., sed neque tenentur sub peccati periculo choro addicti, excepto Officio parvo B. V., ubi dici consuevit, ut ex Const. S. Pii V. *Quod a nobis* 7. Idib. Julii 1565. ad quod

M reci-

recitandum alias cogi non possunt, ut declaravit Congr. Episcopor., & Regul. 18. Martii 1587. per hæc verba = Canonicos deberi hortari ad recitandum in choro Officium B. Virginis, non autem cogi, ubi non est solitum = Neque attendendum est dictum decretum, prout mendose refertur a Crispino in *Visitat. Pastor. part. II. §. XX.* cum solo verbo *cogi*, cum ibi legatur tantum, *hortari*, non *cogi*, qui error in causa fuit quibusdam Episcopis litis instituendæ contra Canonicos, in qua propterea succubuerunt, ut videre est in folio Cong. Conc. in causa Montis Alti, 28. Sept. 1754.

At circa harum omnium precum recitationem placet hic transcribere animadversa a Benedicto XIV. *Instit. Ecclesiast. CVII. §. I.* ibi = Quæstio fuit olim, an Defunctorum Officium etiam extra chorum omitti possit, Sanctus Thomas censuit, illud omnino præcipi Canonicis, & Clericis, beneficio præditis, qui addicti sunt choro ejus Ecclesiæ, ubi semel in hebdomada hujusmodi Officium fieri consuevit, etiamsi illo die minime ad chorum conveniant. S. Antoninus docet, ab universis, qui ad chorum tenentur, nullo habito discrimine, Officium Defunctorum etiam extra chorum deberi persolvi. At S. Pius V. interpretatione declarans ea, quæ in Rubricis continentur circa Officium B. Virginis, Defunctorum, Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, sanxit, onus ejusmodi non immutari pro illis, qui Breviario, recenter ipsius jussu in novam formam redacto, nequaquam uterentur; Reliquos autem, qui novum Breviarium sibi deligerent, si choro interesse deberent, vehementer hortatur, ne memorata Officia, ac Psalmos prætermitterent iis diebus, qui a Rubricis indicantur: atque hoc consilium, & institutum sequentibus varias Indulgentias impartivit; eos vero, qui id omitterent, peccati periculo liberos, & immunes asseruit, nisi forte Officium B. Virginis veteri consuetudine recitari in aliqua Ecclesia consueverit. Qua de re discrimen posuit inter Officium B. Virginis, & illud Defunctorum, Psalmos Pœnitentiales, ac Graduales, pro quibus veterem etiam consuetudinem minime retinendam decrevit =

☞ Est hic notandum, quod paragrafus laudatæ Pianæ Constit., in quo prædicta declaratio continetur, non legitur in exemplari Typis impresso in Bullario novissimæ editionis Romanæ, ex errore fortasse Typograpbi omissus, prout revera legitur in exemplari impresso in fronte Breviarii Romani, & prout etiam integer refertur ab eodem Benedicto loc. cit. ☜

Nec ad Litanias decantandas, aut recitandas in die Sancti Marci, & diebus Rogationum, quia rubrica apposita in Breviario in illis diebus non obligat, secundum opinionem probabilem, sub culpa lethali ad eas dicendas extra chorum, Jacobi de Graff. *in decis. aureis par. 1. lib. 2. cap. 53. numer.* 24. Dian. *moral. resolution. tract. de Horis Canon. resolution.* 56. Homobon. de bonis *in consul. casuum conscient. vol. 2. par. 5. resp.* 245. quidquid aliud post Suarez, & Bonacinam existimaverit Lezana *d. cap. 12. n. 23. in fine.* =

Animadversio.

☞ Opinio, asserens recitationem Litaniarum in diebus S. Marci, & Rogationum non obligare sub mortali, est contra communem Theologorum, & usum Ecclesiæ, id præcipientis sub præcepto, ut notari etiam solet quotannis in Calendariis. Recitari autem debent etiam privatim. Verum tamen est, quod a privatim recitantibus possunt singulis præfatis diebus Litaniæ anticipari pro toto eo tempore, quo Laudum anticipatio permittitur; cum juxta particularem Rubricam dicantur *post Benedicamus Domino*; & ex Rubrica Breviarii tit. 30. num. 3. omittatur ℣. *Fidelium animæ*, incipiendo absolute flexis genibus Kirie eleyson, Christe eleyson &c. continuando cum precibus, & Orationibus, prout habentur post Psalmos Pœnitentiales. ☜

Cum actum fuisset pluries in ead. S. Rituum 30
Cong. de concedenda Missa, & Officio in festo sancti Rocchi, qui penes omnes Christifideles in maxima veneratione semper est habitus, tandem *sub die* 30. *Junii* 1629. eadem S. Congr. negotio mature discusso, censuit, esse concedendam Missam, & Officium in die S. Rocchi, de communi Confessoris non Pontificis, in iis tantum locis, ubi ad sunt Ecclesiæ in ejus honorem ædificatæ, & servatis rubricis Breviarii, quam resolutionem SS. D. N. approbavit, & laudavit *die 4. Julii* 1629.

Ultra peccatum mortale, quod Parochus incurrit, divinum Officium non recitando statim post adeptam pacificam beneficii possessionem, ad fructuum restitutionem tenetur eo modo, quo exprimit Pius V. *in Constit. sua*, incip. *Ex proximo Lateran. Concilio, de anno* 1571. = Qui Horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur; qui vero matutinum tantum, dimidiam; qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas sextam partem fructuum ejusdem diei amittat =. Hactenus Pia- 31
na Constitutio, quam esse usu receptam testatur Barth. a S. Fausto *de Horis Canonicis, lib. 2. quæst.* 277. *in fine* subdens, viros pietate, & doctrina claros censere restitutionem fructuum faciendam esse juxta eam Constitutionem, & *qu.* 285. *in fine* addit, quod dum dicitur ibi sextam partem esse restituendam pro singulis Horis, intelligendum idest de sexta parte fructuum dimidii diei naturalis, vel de fructibus diei artificialis, ita ut, qui uno die recepit, verbi gratia, duodecim argenteos, si omittat Horam, teneatur tantum reddere unum argenteum, quia illa est sexta pars fructuum diei artificialis, nam alii sex respondent Officio Matutino. Sed quid, si Parochus omittat partem notabilem alicujus Horæ, an teneatur ad aliquam restitutionem? Affirmativam sententiam tenet Castro Palaus *t. 2. disp. 2. punct. 7. n. 5.* quia omittens partem notabilem alicujus Horæ, absolute dicitur illam omittere. Negativam vero defendit Oliver. Bonart. *de horis Canon. l. 1. c. 11. n. 10.* quem refert, & sequitur Dian. *res. mor. p. 4. tr. 4. res.* 220. asserentes, in his terminis nihil fructuum necessario tribuen-

buendum pauperibus ratione partis Horarum omissæ, quantumvis magnæ, & sufficientis, ad materiam peccati mort. nisi pro omissis laudibus, quia multi putant, illas esse Horas disjunctas: cum enim lex sit pœnalis, saltem ex parte, & fundamentum ejus sit culpa, ob quam irrogatur pœna, solumque de Horis integris in illa mentio fiat, non debet ad earum partes extendi, sed suis terminis arctari.

Animadversio.

☞ Adherendum crederem affirmativæ sententiæ, utpote magis conformi dispositioni Concilii Lateranensis V. & Pianæ Constit. licet enim non sit omissio integræ horæ, est tamen omissio gravis. An vero onus restitutionis obliget sub mortali, decisio repetenda esset a quantitate ratæ fructuum beneficii respondente diei. ☜

32 Hoc verum esse intelligo, quantumcunque Parochus curam animarum gerat celebrando, & administrando Sacramenta suis Parochianis; quia, hoc non obstante, reus est peccati mortalis, quod committitur omissione recitationis Horarum, quod unum tali privatione punitur tamquam ea sufficienter dignum, sicut, & sufficienter dignus est æterno supplicio, quantumcunque in nullo alio deliquerit, juxta illud Jacob. 1. *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*; tum quia Piana Constitutio absolute, & indistincte loquitur de restitutione fructuum singulis diebus respondentium facienda pro rata omissionis divini Officii, ut Beneficiarii a tali omissione retrahantur, & ad illius recitationem incitentur, & quasi cogantur; tum denique, quia si ratione regiminis Ecclesiæ, & curæ animarum posset Parochus aliquam partem sibi retinere, esset quoque eam amissurus, si in dicto regimine, & cura deficeret, sed hoc nullus dicit, ergo nec & illud, & ideo ita sentiunt Petr. Nav. *de restit. lib.* 2. *c.*2. *n.* 143. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 2. *pun. ult.* Vasq. 1.2. *dis.*168. *n.* 34. Soar. *d.* l. 4. *c.* 30. *n.* 6. Azor. *d. l.*10. *c.*14. *q.* 5. Valer. Reginald. *dict. l.* 30. *n.*46. Vicen. Figliuc. *inq. moral. p.*2. *tract.*23. *c.* 10. *q.*5. probabiliorem dicit Barthol. a S. Fausto *de horis Canon. l.* 2. *q.*288. ubi optimum remedium adhibet, ut facta fructuum computatione, Bullam compositionis accipiat, vel a Romano Pont. sive ab ejus Commissario Cruciatæ dispensationem petat: quia hac ratione, neque omnia, quæ Bulla Pii V. præcipit, restituet, & in conscientia tutus erit.

33 Contra Lop. *in instr. Conscient. p.*2. *c.*95. Tolet. *in instruct. Sacerd. l.* 2. *c.*12. *n.* 5. Henriq. *in sum. l.*13. *c.*13. §.2. Arag. 2.2. *q.* 83. *art.*13. Emman. Sa *in aphor. verb. beneficium n.* 58. Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *cap.* 145. *num.* 4. Ludov. Beja *respons. casuum conscientiæ part.* 1. *casu* 55. Carol. Macign. *in horis Canon. c.* 28. *num.* 7. Moltes. *in sum. Theologiæ moral. tract.*5. *cap.* 5. *num.*8. Less. *d. lib.* 2. *cap.*34. *dub.* 32. Vasq. sibi contrarius *in opusc. de benef. c.* 4. §.1. *art.*1. *dub.*7. *n.*38. Nald. *in sum. ver. divinum officum n.* 12. Sanch. *in consil. moral. lib.*2. *cap.*2. *dub.*83. existimantes, non improbabiliter Parochum hoc casu minime teneri restituere, nisi partem correspondentem obligationi recitandi horas, ut si v. g. pro fructu in die recipit tres aureos, omittens totum Officium, teneatur restituere unum aureum, retinendo alios pro onere administrandi Sacramenta.

Animadversio.

☞ Circa quæstionem, an in hoc casu Parochus teneatur ad restitutionem tantum partis fructuum respondentis horarum recitationis omissioni, si attendatur clara dispositio tam laudati Conc. Lateranen., quam Pianæ Constit. quæ absolute, & sine ulla exceptione loquitur, huic quæstioni negative respondendum esset, ut tenent Aaorius, Valentia, Reginaldus, & Figlincius. Verum Cabasutius Jur. Canon. theoria lib. VI. cap. XIV. n. 13. cum Lopez, Toleto, Medina, Vasquez, Rodriquez, Lessio, & Laymano, ex æquitate assignat parocho pro integra totius anni horarum recitatione quartam partem fructuum sui beneficii; Canonicis vero, & Capellanis quotidianæ residentiæ vinculo adstrictis dimidiam; ideoque juxta hanc proportionem eos eximit ab onere restitutionis, si omittant hanc recitationem propter reliqua onera præstita. ☜

Quod quidem extendendum esse existimo ad illum, qui mente ultro distracta divinum Officium recitat, quia hic non solum male orat, sed revera simpliciter non orat, licet enim legat, vel verba proferat, illa non est oratio, quæ ab Ecclesia præcipitur, cum ergo de substantia orationis sit attentio, sequitur, recitantem sine attentione non satisfacere præcepto quoad substantiam, ac proinde non posse fructus retinere, ut tenent Navar. *de orat. c.*13. *n.*18. Jacob. de Grass. *in aureis decis. part.*1. *lib.*2. *cap.*51. *num.* 7. Petr. Navar. *d. lib.*2. *cap.*2. *num.*140. Fr. Emau. *d. par.*1. *cap.*143. Aaor. *d. lib.*10. *cap.*12. *quæst.* 6. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 30. *num.*4. Barthol. a S. Fausto *d. lib.*2. *q.* 82. Contra Medin. Cordub. & Tolet, & alios, quorum plures refert, & sequitur Sanc. *in consil. moral. l.*2. *c.* 2. *dub.* 85. existimantes, Beneficiarium recitantem Horas sine attentione, etiam data opera, non teneri restituere fructus. 34

Animadversio.

☞ Merito hæc opinio reprobatur ab Auctore, Jam tacite etiam reprobata a Conc. generali Lateran. IV. in cap. IX. *Dolentes de celebr. Miss.* ac Conc. Trident. cap. XII. sess. XXIV. de Refor., in quibus præcipitur horas canonicas recitandas esse a Beneficiatis studiose, & devote, *quantum eis dederit Deus*, aperte declaratur recitari debere cum attentione, & elevatione mentis in Deum, quod est de substantia orationis, nedum mentalis, sed etiam vocalis, qualis est recitatio dictarum Horarum, cum & hæc sit vera oratio, alias nec studiose, nec devote recitarentur. ☜

Intellige hujusmodi fructuum restitutionem pro rata umissionis Officii non esse faciendam, nisi elapsis sex mensibus post obtentam beneficii possessionem, ex Const. Conc. Later. sub Leone X. *sess.* 9. §. *statuimus*, ibi, *post sex menses*, & ex dicta 35

M 2 Bulla

Bulla Pii V. Ita Navar. *de Orat. c.21. n.58.* Tolet. *d.lib.2. c.12. num.5.* Less. *d. lib.2. cap.34. dub.32. num.179.* Vasq. *in opuscul. de beneficio cap. 4. §. 1. art. 1. dub.* 8. Suar. *d. lib. 4. cap. 29. num. 12. d.* ubi *quæst. sequent.* per dictam Bullam Pii V. tenet illum, qui intra primos illos sex menses ab impetrato beneficio absque justa causa divinum Officium prætermittit, peccare mortaliter, de quo etiam novissime Hieronym. Roderic. *in compend. q. Regul. resol.25. num. 37.*

Cui autem sit facienda hæc restitutio, expressit dicta Constitutio Pii V. in illis verbis, *in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneantur*; quæ verba disjunctiva sunt, & ideo liberum esse beneficiario restitutionem facere pauperibus, vel fabricæ beneficii, resolvit Nastar. *in man. ..25. n.122. & de Orat. c.7. num.32.* quamvis pauperes sint alterius loci, quia cum Bulla generaliter loquatur de pauperibus, non debet intelligi restricte de pauperibus illarum Ecclesiarum, ubi sita sunt beneficia, ita Suar. *d. l.4. c. 30. num.20.* Molfes. *d. c.quinto num.22.* Figliuc. *d. tr.23. c.10. q.6.* Bonacin. *de horis Canon. disp.1. q.5. puncto 4. num.3.* Barthol. a S. Fausto *in simili tr. l.2. q. 294.* ubi advertit, posse Parochum computare in partem restitutionis eleemosynas omnes, quas ex fructibus beneficii fecit toto eo tempore, in quo divinum Officium prætermisit, & *q. 2198.* similiter ait, quod non requiritur, ut fiat hujusmodi restitutio fabricæ illius Ecclesiæ, ubi situm est beneficium.

Additio, & Animadversio.

☞ Quamvis S. Pius V. generaliter loquatur de pauperibus, sentirem tamen cum celeberrimo Viro, quidem non Probabilista, P. Vincentio Patutio de Præc. Decal. cap.10. dicente: *Tuta conscientia quibuslibet vere pauperibus prædictos fructus posse distribui revera docent Theologi, etiam sanioris doctrinæ, animadvertunt enim nec in Concilio, nec in Bulla S. Pii expresse designari pauperes loci, sed universaliter omnes pauperes nominari. Menti tamen fidelium beneficium instituentium, nec non Ecclesiæ conformius erit, si pauperes loci extraneis præferantur.* = Potissimum, si obligatio restitutionis Parochum obstringat, cum ex lege ordinatæ charitatis, & si mavis, etiam justitiæ, providere teneatur propriis indigentibus parochianis, non alienis. Putat nihilominus loco suprac. laudatus Patutius, non posse in defunctorum suffragium applicari, cum & Concilium, & S. Pontifex aperte statuant vel Ecclesiæ, vel pauperibus erogandos. Nomine vero pauperum communiter non designantur Defunctorum animæ in Purgatorio detentæ; & alias solent Pontifices speciatim eas compellare, quando illis prodesse volunt; ut patet in Bullis Indulgentiarum, in quibus expresse declaratur, Indulgentias etiam Defunctis posse applicari.

Quod vero possit parochus computare in partem restitutionis eleemosynas, quas ex fructibus beneficii fecit toto tempore, in quo divinum Officium prætermisit, si eas fecerit ante omissionem est Propositio proscripta ab Alex. VII. 18. Martii 1664. la 33. in ordine = Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit: ☜

Pauperum apellatione in hac materia non solum comprehenduntur personæ pauperes, sed etiam monasteria, xenodochia, & Ecclesiæ, ornamentis, luminaribus, & aliis similibus indigentes, aut alia pietatis opera, ita Nav. *de reddit. eccles. man. 26. n. 2.* Barthol. a S. Fausto *d. l.2. q. 292.* Item non solum veniunt illi, qui ex pane mendicato vivunt, verum etiam alii, quibus necessaria ad decentem statum desunt, quales sunt multi Nobiles, quia statu deciderunt, & ægre admodum sustentantur, licet ob verecundiam petere, vel recipere eleemosynam non soleant; ita Barthol. a S.Fausto *d. l.2. q.293.* ubi *q.295.* tenet Parochum, seu Beneficiarium, si vere pauper sit, aut ejus mater, vel sorores, posse sibi, aut eis hanc restitutionem facere, & *q.296.* resolvit, eum non posse sibi retinere fructus, si remissionem eorum a pauperibus obtineat, quibus fructus nondum tradiderat, quia ille non dicitur restitutionem fecisse juxta Summi Pont. intentionem, & citat. Nav. *de Orat. Miscel. 19. n.4.* Soar. *d. l.4. c.30. n.17.* & alios. Denique & veniunt ipsi defuncti, qui & pauperes sunt valdeque indigentes, ut pro illis celebrentur Miss. & & alia suffragia offerantur, si ad hæc facienda restitutio fiat Nav. *in man. c.25. num.* 122. *& de Or. c.7. n.32.* Soar. *d. l.4. c.30. n.* 18. Bonac. *d.disp.2. q.5. punct.4. num.....* Barthol. a S. Fausto *d. l.2. disp.297.*

☞ Vide notata supra §. *Quamvis*.

Nomine autem fabricæ beneficiorum in hac materia venit fabrica domus beneficii, in quo Beneficiarius habitat, vel alterius domus ipsius beneficii pro fructibus colligendis, & conservandis, & quicquid in utilitatem agrorum ipsiusmet beneficii insumitur, ut ejus fructus in perpetuum augeantur, ita Vasq. *in opusc. ad benef. c. 4. §. 1. ar. 1. dub.9.* Soar. *d. l.4. c.30. n.19.* Molfes. *d.c.5. n.24.* Bonacina *d. disp.1. q.5. punct.4. n.5.* Bartholom. a S. Fausto *d. l.3. disp.* 298.

Additio.

☞ Monitum tamen hic velim Parochum, ne, quamvis nomine fabricæ beneficii venire possit etiam fabrica domus parochialis, existimet, se satisfecisse oneri restitutionis, si eosdem fructus eroget in illius ampliationem ad voluptatem, & non ad necessitatem juxta proprium statum. ☜

C A P. XI.

De Missis per Parochos ex obligatione celebrandis.

S U M M A R I U M.

1 *Licentia celebrandi Missam in Oratorio, vel Ecclesia de novo fabricata, dari non debet, nisi cum clauf.* salvo jure, & sine præjudicio Ecclesiæ parochialis.

2 *Clauf.* salvo jure & sine præjudicio Ecclesiæ pa-

parochialis, intelligitur de præjudicio circa ea, quæ spectant ad Sacramentorum odministrationem, & alia, quæ sunt ipsi Parochiæ de jure debita, in aliis vero non.

☞ Vide Additionem.

3 Missom in propria Ecclesia, & non in aliæ celebrare tenetur Parochus in diebus festis.

4 Populus, si adeo numerosus sit in aliqua Parochia, ut unus Rector non possit sufficere pro ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, Parochi ab Episcop. cogi poterant tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda.

☞ Vide Additionem.

5 Parochi in Ecclesiis suis diebus Dominicis, & festis solemnibus, ac aliis etiam diebus ita frequenter celebrare tenentur, quod muneri suo satisfociant.

6 Parochus tenetur soltem diebus Dominicis, & festis, quibus Populus obligatur audire Missom, celebrare per se, vel per alios ex juxto causa.

7 Parochi, deficiente sibi copia Confessoris, poterunt, præmissa contrisione, celebrare illis diebus, in quibus tenentur ex officio ad sacrum faciendum, ne Parochiani careant Missa, dummodo tamen quam primum confiteantur.

☞ Vide Additionem.

8 Missas tres in die Nativitatis Domini celebrare non tenetur Parochus, sed satisfacit, si unam dicat, sicut & satisfacit qui unam audit.

☞ Vide Additionem.

9 Parocho concedere potest Episcopus ob defectum Sacerdotum, & existente magna necessitate, ut in diebus festis bis celebret.

☞ Vide Additionem.

10 Parochus non videtur obligandus ad applicationem sacrificii pro populo singulis diebus festis, sed juxta boni viri arbitriam.

☞ Vide Additionem.

11 Parochus non potest pro Missa, quam singulis diebus festis populo celebrare debet, stipendium ab alio accipere.

12 Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salorii, si elemosynas pro aliis atiom Missis celebrandis susceperint, non possunt eadem Missa utrique obligationi sotisfacere.

13 Parochi, quibus diebus tenentur Missam celebrare, non possunt manualem eleemosynam recipere.

☞ Vide Animadversionem.

14 Populum obligatur monere Parochus, ut Missas frequentet, cogere tamen non potest, ut Missam audiant in Parochia.

15 Missam audientes in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & festis diebus, non contempto proprio Sacerdote parochiali, satisfociunt præcepto Ecclesiæ de audiendo Missa; nec in aliquod peccatum incidunt.

16 Missæ sacrificio in Ecclesiis Regularium interesse festivis diebus liberum jam est populo, neq; iisdem Regularibus, vel populo præstare Ordinarii possunt desuper impedimentum.

17 Parochis non licet compellere Parochianos, ut in suis Ecclesiis, non vero Regularium Missam audiant.

18 Præcepto Ecclesiæ de audiendo Missa satisfaciunt Parochiani audiendo quamcunque Missam, vel cantatam, vel recitatam extra Parochiam, etiam in sacello.

19 Declaratur tex. in c. 2. de Parochiis.

20 Episcopi non possunt Constitutionem facere, qua præcipiant suis subditis, ut non audiant Missam, nisi in propriis Parochiis.

☞ Vide Additionem.

21 Missas celebrare, & campanas pulsare in Ecclesiis Regularium non prohibetur ante celebrationem Missæ, & pulsationem campanarum in Ecclesia parochiali.

22 Regularibus non est prohibitum inter Missarum solemnia vertere se ad populum, & generalem Confessionem pro eo facere, atque etiam in medio Altaris sistendo, eleemosynas, & oblationes ab offerentibus recipere, non autem eis licet ab Altari discedere, & per Ecclesiam circuire.

23 Missæ celebratio prohiberi non potest in Oratorio ruri ædificato per laicum, antequam celebretur Missa in parochiali Ecclesia.

☞ Vide Additionem.

24 Missæ votivæ dici possunt quocunque die, non Dominica, nec Officii duplicis, nisi ex rationabili causa, quæ erit voluntas defunctorum, necessitas, aut pietas vivorum, votivas Missas postulantium.

25 Missa pro defunctis celebrari potest ritu de requiem in Dominicis, & festis, insepulto, & in Ecclesia præsente corpore, ubi nimirum viget consuetudo sepeliendi defunctos simul cum Missa, quod intelligitur de Missa solemni solum.

26 Missæ de requiem tolerari possunt in festo duplici, quod non est de præcepto, pro voluntate testatoris implenda, non autem ad arbitrium vivorum.

27 Festum duplex, si cadat in diem assignatum pro Altari privilegiato, & illud sit festum de præcepto, non potest in eo Altari dici Missa de Requiem, dicitur Missa de sancto cum oplicatione sacrificii ex Clem. X.

☞ Vide Additionem.

28 Missæ Defunctorum certo die dicendæ, eo impedito, transferuntur in sequentem.

29 Missæ quindecim Auxiliatorum, & de Patre Æterno prohibitæ fuerunt.

30 Missæ triginta Sancti Gregorii non sunt prohibitæ, & quomodo dicendæ ostenditur.

☞ Vide Additionem.

31 Missa Rosarii prohibito fuit, concessa tantum Ordini Prædicatorum.

32 Missa, & Officium Rosarii celebrari possunt, ut in festo S. Mariæ ad Nives, cum lectionibus secundi Nocturni de Nativitate, ubi adest capello, seu Altare Rosarii.

33 Missam de Rosario celebrare obligatus, satisfacit, dicendo Missam votivam de B. Virgine, ut in Missali.

☞ Vide Additionem.

34 Missæ certis Regularibus concessæ non possunt ab ab aliis dici, etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis.

35 Anuli usus in Missa prohibetur omnibus, etiam Doctoribus, & Canonicis Cathedralium, ac Protonotariis non participantibus.

☞ Vide

☞ *Vide Additionem.*

36 *Pilei usus in Missa etiam extra Canonem concedendus est a Papa, & non ab alio.*

37 *Parochus peccat, si absque Papæ licentia sacrificaret tecto capite.*

38 *Parochi singuli tenentur habere Clericum, qui eis in Missa, & divinis Officiis inserviat.*

☞ *Vide Additionem.*

39 *Ecclesia non debet dedicari, nisi tantum assignetur, quod duobus sufficiat.*

40 *Parochus sine ministro celebrare poterit cum gravis necessitas premit.*

41 *Parochus, si nullum ministrum habeat, qui respondere sciat, dummodo adsit masculus, qui urceolos ministret, poterit ipse celebrans absque necessitate sibi respondere, vel melius poterit præire dicendo, quæ veniant respondenda, & facere, ut minister sequatur, recitando ejus verba.*

42 *Parochus in nullo casu potest fœminam in ministrum admittere.*

43 *Sacerdos non potest fœminam in necessitate pro responsione Missæ ministrum adhibere.*

44 *Parochus cum uno lumine olei, vel adipis poterit in necessitate celebrare.*

☞ *Vide Additionem?*

45 *Annunciationis festum, si venerit in die Sabbati majoris hebdomadæ, an possit Parochus in illa die celebrari facere plures Missas ostenditur.*

46 *Annunciationis festum, si acciderit in die Parasceves, non tenetur quis sub reatu peccati mortalis Missam illius diei audire.*

47 *Missa diei Parasceves non est Missa, neque proprie sacrificium.*

48 *Missa celebrari non potest in die Parasceves.*

49 *Missam dicere in Feria quinta majoris hebdomadæ Sacerdotibus licet, quamvis prudens consilium sit secreto & absque concursu populi id facere.*

50 *Missam in Sabbato sancto dicere non est peccatum mortale.*

☞ *Vide Animadversionem.*

51 *Parochi non possunt ab Episcopo cogi, sed hortari, ut subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis.*

☞ *Vide Additionem.*

52 *Regularibus non licet in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares extra prohibitionem Episcopi.*

53 *Parochiani ad divina audienda in parochia sunt conveniendi.*

☞ *Vide Additionem.*

54 *Fructus provenientes ex Parochianorum præsentia in Missa parochiali.*

☞ *Vide Additionem.*

55 *Incommoda provenientia ex absentia Missæ parochialis.*

1 IN celebrandis Missis Parochi ea omnia observare, & evitare debent, quæ a Sacro Concil. Trid. in decreto, ea de re edito *sess.* 22. Ordinariis locorum præscripta sunt, nec ab aliis debet Episcopus permittere, ut celebretur in Oratoriis intra Parochiam existentibus, nisi cum clausula, *Salvo jure, & sine præjudicio Ecclesiæ parochialis*, ut per Piasec. *in praxi Episcop. p.3. cap.3. n.21.* & ex sequenti declaratione S. Congr. Concilii manifestum est. *Licentia celebrandi Missam in Oratorio, vel Ecclesia de novo fabricata dari non debet, nisi cum clausula, Salvo jure, & sine præjudicio Ecclesiæ parochialis.* Quod quidem præjudicium quomodo intelligendum sit, eadem S. Congr. declaravit, his verbis: *Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ spectant ad Sacram. administrationem, & ad alia, quæ sunt ipsi parochiæ de jure debita, in aliis vero non.* 2

☞ Vide addita supra *c.1. sub n.26.*

3 Tenetur igitur Parochus in Dominicis, & aliis festivis diebus suis subditis Missam celebrare, ut comprobat Gutiee. *can. l. pr.30. n.1. cum seqq.* & sic in propria Ecclesia, & non in alia, unde Sacr. Congr. Concil. *in Lucana 15. Sept. 1629.*, censuit, onus injunctum Parocho Tempagnani se transferendi diebus festivis ad parochialem alterius villæ Antrocoli, ibique Sacrum faciendi, esse abrogandum. Et iterum in ea proposito dubio, an Parochi terræ Urceani Fanen. diœcesis soliti à tempore forte immemoriali accedere ad celebrandam Missam in ea Ecclesia ejusdem loci, ubi festa aliqua per annum solemnizantur, relicta sine Missa propria Ecclesia, quod fit juxta intentionem eleemosynas eo die pro Missa laegentium, & absque ullo populi incommodo, & sine ullius reclamatione, & ex tolerantia Ordinarii, tamen eadem S. Congr. *die 17. Novemb. 1629.* censuit, consuetudinem supradictam, secundum ea, quæ proponuntur, non esse admittendam, sed diebus festivis celebrandum in propria Parochia. Et *in dicta causa Lucana*, cum Rector parochialis Ecclesiæ Tempagnani reperiretur obligatus accedere in octo festis diebus, cum toto suo populo, ad Ecclesiam Antrocoli ad celebrandam Missam, remanente Ecclesia Tempagnani iis diebus sine Missa. S. Cong. Conc. *sub die 15. Septembris 1629.*, censuit, onus hujusmodi cuodi ad aliam Ecclesiam esse tollendum.

4 Et quoniam in aliquibus Parochiis populus adeo numerosus est, ut una Missa satisfieri non possit, sciant Parochi, se posse ab Episcopis cogi ad observandum id, quod in Conc. Trid. cavetur, *sess. 21. de reform. c.4.* in hæc verba *Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum.* Cujus quidem decreti vigore non poterit Episcopus erigere Coadjutoriam, sed utique cogere Rectorem ad adjungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis ministrandis, ut refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarr. l. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. num.43.* Rot. *decisio* 484. *n.5. p.1. recentior.*

Additio.

☞ Romæ, ex Edicto Card. Guadagni, Urbis Vicarii, publicato *sub die 21. Martii 1749.* jussu Benedicti XIV., ut in libro existente in Secretaria Tribunalis ejusd. Vicarii = Notizia per i Parochi = Parochi, in quorum parochiis animæ eorundem curæ commissæ millenarium numerum excedunt, tenen-

teneatur, quacunque contraria consuetudine non obstante, Sacerdotem in sui adjutorium deputare, non pro incidenti aliqua temporis, aut necessitatis circumstantia, sed statim, & continuum, licet ad nutum amovibilem: approbandum tamen ab Examinatoribus ejusd. Vicarii, juxta Edictum ab eodem publicatum *sub die* 4. *Julii* 1735. ☜

5 Parochi quidem ob plebium suarum commoditatem, ac subditorum ædificationem debent in Ecclesiis suis diebus Dominicis, & festis solemnibus, ac aliis etiam diebus ita frequenter celebrare, quod muneri suo satisfaciant, ut dicit Trid. Concil. *sess.* 23. *de reform. cap.* 14. & per illud sic tradunt Navar. in Manual. *cap.* 25. *n.* 135. Azor. *Instit. Moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 2., & 3.
6 Possevin. *de Offic. Curat. cap.* 2. Et tenentur saltem in diebus Dominicis, & festis, quibus populus obligatur audire Missam, celebrare per se, vel per alios ex justa causa, Sylvius *in* 3. *p. q.* 83. *art.* 1. *quæst.* 17. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 20. & an in nonnullis aliis intra hebdomadam, standum est consuetudini regionum toleratæ, & observandæ absque scrupulo, ut tradit Fernandez *in examine Theolog. moral. p.* 5. *c.* 15. §. 5. *num.* 2. & bene Ludov. a sancto Joanne *de administr. Sacram. art.* 1. *tit. de residentia n.* 13. *in fine*, ubi addit, Parochum teneri celebrare diebus non festivis ad benedictiones nuptiales impartiendas, & pro sepeliendo mortuo, ubi cum Missa sepelitur, unde extra tempus, quo populus tenetur ex præcepto Missam audire, ablata consuetudine, vel statuto, non esse obligandos Parochos ad sacrificandum tenent Stephan. Fagundea *de quinque Ecclesiæ præceptis*, *p.* 1. *l.* 3. *c.* 15. *n.* 8. novissime Philibert Marchin. *de sacram. Ordinis tr.* 3. *p.* 2. *cap.* 30. *n.* 1. ex eo, quia hæc duo videntur correlativa, in quibus diebus populus non tenetur Missam audire, nec tenetur Parochus sacrum facere, contra Sot. & Svar. quos refert Marchin. ubi supra, existimantes, frequentius teneri Parochos celebrare, quam populos Missam audire.

Additio.

☞ Sententia Soti, & Suaresi nedum, ut pia, sed ut conformior Parochi officio retinenda omnino est, quippe qui magis, quam populus sibi commissus divino indiget auxilio pro recta illius gubernatione, quod non efficaciori certe modo obtinere potest, quam frequentius celebrando. Imo cum teneatur, se pii Pastoris specimen præbere, non excusaretur a mortali culpa ob scandalum, quod esset populo, cum laxiorum laicorum more eum viventem videret; eumdem insuper privando commoditate, & devotione sæpius Sacrificio interessendi.

Nec itidem, meo judicio, excusaretur a mortali, si diebus, in quibus Missam pro populo applicare tenetur, sine legitima causa per alium sæpius applicaret; licet enim nihil Sacrificii fructui, quoad opus operatum, detraheretur, privaret tamen populum fructu ex ipsius opere operantis, cum longe minor soleat esse fervor mercenarii, quam proprii Pastoris, qui cum ex officio pleniorem habeat, & habere debeat notitiam necessitatis sui Gregis tam spiritualis, quam temporalis, ferventiori certe charitatis motu se inter illum, & Deum mediatorem exhibebit, si memor fuerit sibi, & non mercenario suas curam pascendi oves commissam esse.

Adeo autem ad hanc applicationem per se ipsum arctatur, ut neque præsente cadavere, in Dominicis, aliisque festis diebus celebrare possit Missam pro defuncto, & ad alium diem transmittere Missam pro populo applicandam, neque huic applicationi supplere possit per alium, ut novissime declaravit Cong. Conc. *in Fesulana Missæ parochialis* 26. *Januarii* 1771. ☜

Et licet existentes in peccato mortali, debeant, 7
antequam celebrent, confessionem sacramentalem præmittere, ut disponitur a Tridentino *sess.* 13. *cap.* 7. Parochi tamen, deficiente sibi Confessoris copia, poterunt, præmissa contritione, celebrare illis diebus, in quibus tenentur ex officio ad Sacrum faciendum, ne Parochiani careant Missa, innuit Conc. Trid. *citato loco*, tenetur tamen quamprimum confiteri, ex eodem Conc.

Additio.

☞ Quamvis Parochus peccati mortalis sibi conscius ex Triden. cap. VII. sess. XIII. non habens copiam Confessarii, celebrare possit illis diebus, in quibus celebrare tenetur ex officio ad evitandum scandalum, & ne parochiani careant Missa, non præmissa sacramentali confessione, sed contritione dumtaxat, id meo judicio, intelligendum est, quando per alium supplere non possit. Ex quo autem Concilium expresse asserat, hunc teneri quamprimum confiteri, manifestæ falsitatis evincitur illorum opinio, qui dicere ausi fuere, Concilium hoc loco non inducere præceptum, sed consilium, quæ sententia proinde jure, ac merito damnata, ac reprobata fuit ab Alexandro VII. qui 18. Martii 1666. proscripsit seq. Propositionem la 38. in ordine = Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi *quamprimum*, est consilium, non præceptum = & alteram la 39. in ordine = Illa particula *quamprimum* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

Quamvis autem aliqui sentiant, li *quamprimum* habere moralem latitudinem, ac proinde extendi posse ad unum, vel alterum diem, crederem tamen hoc onus restringendum esse ad tempus immediatum post Missam, si cessante motivo infamiæ, & scandali, ei suppetat copia Confessarii, & in crastino celebraturus incertus sit, an huic, vel alteri Confessario prius poterit confiteri.

Si autem quæras, quæ dicatur urgens necessitas, ob quam tam Sacerdos sine prævia confessione, solo contritionis actu elicito, celebrare posset, quam laicus Eucharistiam suscipere. Communi saniorum Doctorum calculo ea est, quando ex omissione celebrationis, aut Eucharisticæ communionis sibi gravis infamia, aut ceteris probabiliter grave scandalum oriretur.

Hoc idem præceptum de emittenda quamprimum confessione, *Navar. in manual. cap.* 2. *n.* 10. *extendit etiam* ad laicum, qui conscius peccati mor-

mortalis, necessitate urgente, Eucharistiam sumeret, & quamvis Azorius *Institut. moral. part. I. lib. X. cap. XXXI. quæst. IX.* dicat, quod aliis Doctoribus probabilius videatur oppositum, cum Conc. loquatur de solo Sacerdote celebrante, sibi tamen magis placere concludit sententiam Navarri; *Nam eadem videtur ratio* de laico, quæ est de Sacerdote, licet Conc. meminerit solum Sacerdotis. Vide addenda ad cap. XX. post n. 39.

8 Non obligatur in die Natalis Domini ad tres Missas celebrandas, sed satisfacit, si unam dicat, ut per Navar. *cons. 1. n. 2. de celebr. Missar.* Ugolin. *de officio Episc. c. 16. in prin. n. 5.* Sicut & satisfacit, qui unam audit, Sylv. *in sum. verb. Missa*, 2. *n. 1. vers. 7.*

Additio.

☞ Quamvis, rigorose loquendo, non teneatur Parochus, nec ceteri Sacerdotes tres Missas celebrare, neque fideles easdem tres audire, crederem tamen quoad parochum recedendum esse ab hac opinione, saltem ad satisfaciendum parochianorum devotioni, & obviandum eorumdem oblocutionibus. Notandum autem est, quod si parochus tres Missas celebret, post primam in media nocte celebratam nequit immediate alias duas celebrare, neque fidelibus Eucharistiam distribuere, juxta sequens decretum S. Rituum Congregationis in *Pisaurensi* 20. *Aprilis* 1641. = In nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam, nullo modo possunt aliæ duæ immediate celebrari, nec fideles communicari = Insurrexerunt contra hoc decretum nonnullæ Religiones, prætendentes, eo non obstante, vigore suorum privilegiorum a suis id posse fieri, iisque auditis, nihilominus S. Cong. stetit in decisis, ac iterum respondendum censuit die 7. Decembris 1641. Iterumque 15. Septemb. 1668., *prohibendum, tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam confluentibus in media nocte ad Ecclesiam, & communionem deposcentibus*. Cumque postea nonnulli adhuc insisterent, prædictisque decretis se minime comprehendi dictitarent, eadem Sac. Cong. die 23. Martii 1686. celebre hoc aliud decretum edidit in Senensi = Præceptum, quod in nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam non possint successive aliæ duæ Missæ celebrari, nec Communio exhiberi Eucharistica fidelibus deposcentibus, ligat etiam omnes Regulares, tum Ordinum Mendicantium, tum Congregationum, tum etiam Patres Soc. Jesu, tum omnes cujuscumque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandi. Neque possunt excipi in Ecclesia confessiones, maxime mulierum, durante tempore nocturno, sed expectandum est, ut lucescat aurora, tam pro confessionibus mulierum excipiendis, quam pro Eucharistia ministranda fidelibus utriusque sexus =

De jure autem communi nulli Sacerdoti prohibitum est celebrare primam Missam ante auroram, ut probat Navarrus loc. cit. n. 1. & alii ex can. XLVIII. *Nocte Sancta*, dist. 1. tributo Telesphoro Papæ; verum crederem, attendendam esse Ecclesiarum consuetudinem. Notandum est etiam, quod si una tantum Missa celebraretur, discrepant Doctores, quæ ex tribus legi deberet. Aliqui autumant, licite legi posse a Sacerdote quam maluerit; alii primam, vel tertiam; alii tandem sentiunt, celebrari debere illam, quæ respondet tempori, in quo celebratur, ita ut, si celebretur nocte, legi debeat prima Missa; si in aurora, secunda; si post hanc, tertia. Hinc PP. Buongiovanni, & Magri in Sacra Cæremon. Sylva lib. VII. cap. 1. versus finem hæc habent = Qui in nocte Nativitatis Domini vult tantum unam Missam celebrare, dicat, vel congruam tempori, in quo celebrat, vel tertiam, cujus Oratio concordat cum officio =

Parocho concedere potest Episcopus ob defectum 9
Sacerdotum, quod in diebus festis bis, urgente necessitate, celebret, ut dicitur, censuisse S. Congr. Conc. 17. *August.* 1626. Sed hac de re melius est eandem Sacram Congregat. consulere; nam die 13. Maii 1628. cum peteretur nomine Administratoris Passav. an propter penuriam Sacerdotum in Austria superiore, a qua postremo expulsi fuere hæretici, liceret Sacerdotibus in Dominicis, & festis diebus duas Missas in die celebrare, Sacr. Congr. censuit, concedendum, stante necessitate.

Additio.

☞ Sentio cum Bened. XIV. *de sacrif. Missæ lib. III. cap. V. n. 1. & seq.* non opus esse quoad Parochum duarum parochiarum recurrere ad Sac. Cong. pro celebratione secundæ Missæ, cum satis sit licentia Episcopi, quæ licet etiam juxta exoletam aliquorum opinionem non requiratur, necessarium tamen semper est =, ut ille rem cognoscat, ac prospiciat, num revera necessitas urgeat, ut Sacerdos, duas Ecclesias parochiales habens, duas Missas cogatur celebrare = qua etiam recognita necessitate, non posset Parochus celebrare secundam Missam, si in prima sumpsisset purificationem Calicis, utpote non jejunus, idem Bened. loco cit. n. 4.

Neque in ullo alio casu, excepto die Nativitatis Domini, ac privilegio Apostolico, licet Parocho, aut alii cuique Sacerdoti plures eadem die Missas celebrare, puta, ut veteres Theologi autumabant, pro adventu hospitum, pro iter agentibus, pro Principe, aut Episcopo, qui die festo Missam non audierint, nec pro nuptiis celebrandis cum benedictione, nec tandem pro Viatico moribundis ministrando, cum Sacramenti copia deest, & Parochus non sit jejunus, neque ita facile permittendum, etiamsi jejunus sit, ut animadvertit laudatus Bened. loc. cit. n. 3. & lib. III. cap. XII. num. 8.

Adeatur celeberrimum votum R. P. D. Zelada Sacr. Cong. Conc. Secretarii (nunc S. R. E. Cardinalis) relatum in folio diei 20. Augusti 1768. in caus. *Berthonen. Dertusen.*

Nec videtur obligandus ad applicationem Sa- 10
crificii pro populo singulis diebus festis, ex illa ratione, quia obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum sunt diversæ, non debentur enim proventus pastorales præcise, ut celebrent ad intentionem populi, sed ratione potius officii pastoralis; ita Navar. *in man. cap. 25. numer. 92.*

*mer.*92. Possevin. *dict. c.* 2. *n.* 4. Gavant. *in comment. ad rubr. Missal. p.*3. *tit.*12. *n.* 27. Verius tamen puto, Parochum teneri Missæ sacrum pro suis ovibus applicare juxta boni viri arbitrium, motua auctoritate Conc. Trid. *sess.* 23. *de refor. c.*1.

Additio.

☞ Ab his sententiis, & limitationibus hodie recedendum est, attentis pluribus Cong. Conc., decretis, & novissima Bened. XIV. Constit. *Cum semper* ad Italiæ Ordinarios 19. Augusti 1744, cujus summa est.

I. Parochos, seu alios curam animarum habentes, licet congruis redditibus destitutos, teneri ad applicationem Missæ pro populo Dominicis, aliisque per annum, diebus festis dumtaxat de præcepto, iis etiam comprehensis, quibus populus tenetur Missam audire, licet permissum sit opera servilia exercere, sive redditus sint pingues, sive tenues, non obstante quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.

II. Teneri etiam Vicarios amovibiles, & temporarios, ac Parochos regulares.

III. Episcopum posse dispensare cum Parochis pauperibus ab hac applicatione diebus festis, ita tamen, ut celebrent in Ecclesia parochiali, ac totidem Missas intra hebdomadam applicent pro populo, quot in diebus festis intra hebdomadam occurrentibus juxta peculiarem intentionem alicujus benefactoris obtulerint.

IV. In Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis quotidie applicandam esse pro benefactoribus in genere primam Missam conventualem, contraria consuetudine non obstante, non vero secundam, & tertiam, nisi aliud fuerit usu receptum.

Nota ex decreto Congr. Conc. in Ostien. 29. Jan. 1724. ut in Thesauro Resolutionum ejusdem Cong. tom. III. pag. 12. Parochos, etiam amovibiles, teneri ad dictam applicationem, licet nihil percipiant a parochianis, sed exiguos tantum menstruos proventus accipiant a locorum, vel parochiarum dominis. ☜

Additiones.

☞ Ex Decreto Cong. Conc. in Lucana 18. Decemb. 1668. ut lib. Decretor. 38. pag. 579. a terg. Parochis, dictis diebus Missam pro populo non applicantibus imponi potest ab Episcopo pæna suspensionis ipso jure, & ejus arbitrio. = ☜

11 Parochi Urbis Romæ ex edicto Bened. XIII. 17. Jan. 1727. ut in Statuto Cleri Rom. cap. V. de ordine proceden. in funeralibus Procefs. post §. X. tenentur applicare Missam gratis pro anima defuncti pauperis, præsente cadavere.

Sed esto, quod Parochus non teneatur ad applicationem Sacrificii pro populo singulis diebus festis, utrum possit stipendium pro illa Missa accipere, alteri applicando, quæstio est dubia, in qua una sententia tenet, quod quando datur stipendium non pro applicatione Sacrificii, sed pro cultu Ecclesiæ, vel commoditate populi, tunc potest Sacerdos eleemosynam accipere pro applicatione Sacrificii absque ullo peccato, & obligatione restitutionis, ita Alphons. de Leone *de Jubileo, p.*3. *q.*20. *n.*27. Praxinel. *d. tr. de oblig. Sacer. sect.* 4. *concl.*4. §.8. Homobon. de Bonis *de examine ecclesiast. p.* 1. *tr.*4. *c.* 13. *qu.*121. animadvertentes, in dubio non præsumi datum, vel relictum pro cultu Ecclesiæ, sed pro applicatione Sacrificii, nisi aliud constet ex claris verbis testatoris, vel circumstantiis personarum, hinc quoque colligentes Confratres in Oratorio, seu eorum Ecclesia facientes celebrare festis diebus, vel ob commoditatem ipsorum, ut Missam audiant, & ibi communicent, aut ob commoditatem gentis vicinæ, absque alia expressione, non intelligi Sacrificii applicationem velle. Verum, his non obstantibus, existimo, Parochum non posse pro illa Missa stipendium ab alio accipere; quia obligatus alicui celebrare, absque applicatione Sacrificii ad divinum cultum tantum, ita debet ibi celebrare, ut nullo modo accipiat stipendium ab alio, ut illi applicet Sacrificium sibi liberum, quod expresse vetuit S. Conc. Trident. Congr. *in decreto de celeb. Missarum*, de mandato S. D. N. Urbani VIII. emanato, ita Gavan. *in comment. ad rubric. Missali*, *t.*1. *p.*3. *tit.* 12. *n.*5.

Verba vero S. Congr. hæc sunt. *Ad quartum re-* 12
spondetur, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere. Et magis in terminis, proposito du-
bio, *an Parochi terræ Urceani Fanen. diœcesis, qui-* 13
bus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Missam celebrare, possint pro eadem Missa in propria, vel aliena Ecclesia celebrandam manuales eleemosynas recipere? Sacra Congr. die 1. *Septembris* 1629. respondit, *quibus diebus Parochi tenentur Missam celebrare, non posse manualem eleemosynam recipere.* Quamvis post Lud. a Cruce, Dianam, Turrian., & alios contrariam sententiam tueatur novissime Marchin. *de sacram. Ord. tract.* 3. *p.*2. *c.*27. *a n.*7.

Animadversio.

☞ Videtur hic statui, ut Parochus, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, posse eandem Missam alteri celebrandam committere, parte sibi retenta. Verum, si agatur de eleemosyna manuali, ista retentio eidem prohibita est eodem modo, ac Sacerdoti simplici; si vero agatur de Missa perpetua celebranda a Parocho, prout Rector est beneficii, pro qua assignata est major eleemosyna, locum habent hic dicta ab Auctore, & in hoc sensu est declaratio Cong., ut ipse notat infra §. *Superest*.

Hic sunt notandæ declarationes Cong. Conc. *in Anconitana Eleemosynæ* I. an Sacerdos illud transgrediens, peccet mortaliter. II. an muneri suo satisfaciat. III. an ad restitutionem teneatur? Ad quæ S. Cong. respondit. Ad I. peccare mortaliter. Ad II. negative in casu, & ad effectum, de quo agitur, hoc est, non satisfacit muneri suo quoad distributionem eleemosynæ, licet satisfaciat quoad sacrificium Missæ. Ad III. affirmative. Si autem quæras, cui facienda sit restitutio (ad quam quidem tenetur ex mente SS. Pontificum, & præ-

ſertim laudati Benedicti, ut ſupra) an Sacerdoti celebranti? dico faciendam eſſe huic; cum enim in hunc tranſtulerit onus celebrandi, tranſtulit quoque jus ad integrum ſtipendium, ac proinde hunc eundem læſit. Vide Matthæucci cap. X. §. XI. Official. Curiæ quoad celebrationem Miſſar. numer. 49. ☜

Hinc etiam Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non poteſt novam eleemoſynam accipere, & duabus obligationibus unica Miſſa ſatisfacere, niſi in fundatione expreſſe cautum ſit, quod non teneatur Sacrific. applicare, ita Sac. Congr. Conc. *ſub die 13. Julii* 1630.

Supereſt nunc, ut videamus, an Parochus, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, poſſit eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committere? In Sacerdote ſimplici hoc ipſum tanquam damnabile lucrum prohibuit S. Congr. *in decretis de celebrat. Miſs.* §. 4. *ſub die* 21. *Junii* 1625. & ipſum abſolute debere integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe, quamvis eleemoſyna major ſolita ei fuiſſet oblata, declaravit ead. Sacr. Congr. *ad dub.* 9. *de anno* 1616. In Parocho, ſeu Rectore beneficii id locum non habere cenſuit eadem S. Cong. *ad dub.* 8. reſolvens ſatis eſſe, ut ipſe Rector beneficii, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam ſecundum morem civitatis, vel provinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficii aliud cautum fuerit. Et noviſſime ipſa Sacra Congregatio Concilii *in Neapolitana* 17. *Auguſti*, *&* *in Fanen.* 7. *Septembris* 1630. cenſuit, Capellanos amovibiles, qui ſunt nominati, vel electi ab hæredibus teſtatorum ad celebrandas Miſſas cum aſſignatione certi redditus, juxta diſpoſitionem teſtatorum, poſſe aſſignare certam mercedem, jux-
14 ta morem regionis Sacerdoti pro Miſſis celebran-
dis, & poſſe aliam partem retinere.

Populum item obligatur monere Parochus, ut Miſſas frequentet, cogere tamen non poteſt, ut Miſſam hanc audiat in Parochia; quia nimirum Conc. Trid. *ſeſs.* 22. *in decreto de obſervandis, & evitandis in celebr. Miſs.* utitur verbo, *moneant*, & ita fuiſſe deciſum a ſacra Congr. referunt plures citati per me, *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 24. *n.* 17. quibus addo Hieronym. Roder. *in compend. q. Regul. reſ.* 25. *num.* 5. Berti Lucen. *in prax. crim. Reg. tit.* 4. *c.* 34. *n.* 5. *verſ. populum item*, quinimo extat declaratio Leon. X. ut ſequi-
15 tur. *Intelleximus, quoſdam in dubium revocare, & perinde conſcientiis timoratis ſcrupulum injicere, ſi Chriſtifideles, qui Dominicis, & feſtis diebus extra Eccleſias ſuas parochiales Miſſas audiunt in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Eccleſiæ præcepto de Miſſa audienda ſatisfaciant? Nos ambiguitatem hujuſmodi penitus tollere volentes, ut cum ſinceriori conſcientia fideles quique Deo Creatori ſuo ſerviant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſtifideles utriuſque ſexus, qui, non contempto proprio Sacerdote parochiali, in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis, & feſtis diebus Miſſas audiunt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati pœnam, vel propterea incurrere, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque, &c. Datum Romæ ſub annulo Piſcatoris, die* 13. *Nov.* 1517. refert Berti Lucen. *ubi ſupra*, Et hoc idem declaratum fuiſſe a Clemente VIII. Brevi quodam, directo ad Nuncium Sedis Apoſt. inferioris Germaniæ de anno 1592. *die* 2. *Sept.* refertur *in collect. priva* Fr.
Emman. *pag.* 520. *ſub n.* 4. & ſic liberum jam erit 16
populo feſtivis diebus Sacrificio Miſſæ in Eccleſiis Regularium intereſſe, neque iiſdem Regularibus, vel populo præſtent Ordinarii deſuper impedimentum, ut cenſuit S. Congr. Eminentiſs. Card. ne-
gotiis Epiſc. & Regul. præpoſita, *ſub die* 1. *Junii* 17
1606. Nec Parochis licet hoc impedire, compellendo Parochianos in ſuis Eccleſiis Miſſas audire, Portel. *in addit. ad dubia Regularia*, *verb. Miſſa*, *n.* 1. *&* 2. Hier. Rod. *in compendio quæſt. Regul. reſol.* 109. *num.* 6.

Imo jam hodie ex conſuetudine, univerſo pene 18
Orbe recepta, ſcita, & tolerata ab ipſis Parochis, ſatisfaciunt fideles huic præcepto, audiendo quamcunque Miſſam, vel cantatam, vel recitatam extra Parochiam, etiam in ſacello, aut Oratorio privato, ubicumque voluerint, etiam in majoribus ſolemnitatibus totius anni, dummodo in contemptum proprii Parochi id non efficiant. Ita Navar. *in man. c.* 21. *num.* 5. Soar. *t.* 3. *in* 3. *diſp.* 18. *ſect.* 2. *verſ.* 2. *dicendum*, Azor. *inſtit. mor.*
p. 1. *lib.* 7. *cap.* 6. *q.* 4. *&* 8. Nomine *contemptus* in- 19
telligitur expreſſus contemptus cum indignatione, & conviciis in proprium Parochum.

Additio.

☞ Circa Miſſam audiendam in Oratorio privato, intellige de iis, qui gaudent hoc privilegio. ☜

Non obſtat *cap.* 2. *de Paroch.* quia ibi ſolum ad ſummum dicitur, peccare illos lethaliter, qui, proprio contempto Parocho, Parochiam deſerunt, ut alibi Miſſam audiant, quod nos non negamus, imo inde a contrario ſenſu deducimus, ſatisfacere omnes huic præcepto, ſi eam alibi audiant, & ideo in præcitato text. merito jubentur ejici a Parochiis alieni Parochiani, ſi ibi ante Miſſam inveniantur; quia in foro externo præſumuntur per contemptum Parochi parochiam propriam deſerere: in utrumque tamen eventum, ſive Miſſam audiant in aliena parochia per contemptum, ſive abſque contemptu, ſemper implebitur præceptum, ut optime docent Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. l.* 6. *c.* 7. *n.* 1. Theoph. *Paroch. par.* 2. *art.* 3. & adeo eſt vera hæc opinio, ut dicant. Nav. *d. n.* 5. Soar. *d. ſect.* 2. §. *ſed imprimis*, Gutier. *c.* 30. *numer.* 14. *in fine*,
Azor. *d. c.* 6. *q.* 6. non poſſe Epiſcopos Conſtitutio- 20
nem facere, qua præcipiant ſuis ſubditis, ut non audiant Miſſam, niſi in propriis parochiis, & excommunicationem eſſe nullam, ac irritam, ſi forte ſub ea id ipſum præcipiant.

Circa contemptum vide gloſs. *verb. contempto*, *in d. c.* 2. ubi ita loquitur. *Bene dicit* contempto, *quia ex juſta cauſa abſens, bene poterit audire divina in Eccl. ad quam venerit*, &c. ubi Abb. ait, contemptum præſumi, dum Parochianus caret cauſa legitima, cum ſit honeſtum, & quam neceſſarium, ut in præcipuis Feſtivitat. ut in Paſch. Nativi-

civitate, & similibus audiant Divina in sua propria Parochia, Mich. Lochmajer in sua Parochiali Curatorum cap. 5. ubi quærens, utrum quilibet Parochianus teneatur sub mortali ad audientiam Missæ in sua parochia Dominicis, & Festis? sic respondet. *Potest aliquando esse mortale, aliquando veniale, aliquando nullum, si causa suppetat legitima, ut si ex pigritia, vel quia alia Ecclesia est vicinior: tunc autem est mortale, quando omittit ex contempta vero, vel interpretativo. Voco*, inquit, *contemptum interpretativum, quando sine causa legitima alibi audit, & præsumitur contemptus, si non habet licentiam a proprio Parocho, vel non habet causam legitimam, tunc enim peccat mortaliter, quia contemnit, & contra præcepta Superioris, & juris venit*,

Additio.

☞ Circa hunc contemptum placet hic referre a me allata in Opere, cui Titulus = Expositio Juris Pontificii &c. = pag. 327., & seq. Successive ad Constit. Leonis X. S. Pius V. suis Apostolicis literis datis 17. Kal. Septem. 1567. relatis a Bened. XIV. de Synodo diœcesan. lib. XI. cap. XIV. n. 8. edit. ann. 1755. definivit = Christifideles, audiendo Missas in Ecclesia Fratrum hujusmodi (Mendicantium) diebus Dominicis, aut festivis, præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfecisse censeantur. Postremo idem statuendo, declaravit Clem. VIII. in Brevi incipienti = *Significatum* an. 1592. relato ab eodem Benedicto loco citato ibi. = *Præsenti nostro Decreto sancimus, sæculares universos libere Missas diebus Dominicis, & aliis majoribus festis audire in Ecclesia tam Fratrum Prædicatorum, quam aliorum Mendicantium, nec non etiam Societatis Jesu licite posse, dummodo in contemptum parochialium Ecclesiarum non faciant*.

Non obstantibus his declarationibus, non desunt Auctores, ut notat laudatus Benedictus loc. cit. n. 8. inter quos Juvenin. de Sacramentis dissert. 5. q. 7. cap. 2. n. 2. & Van-Espen Juris Eccles. p. 2. tit. 5. cap. 2. propugnantes, ne hodie quidem citra grave peccatum, fas esse fidelibus, solemnioribus saltem festis diebus, rei divinæ alibi, quam in propria parochia interesse, neque enim juri communi derogatum ajunt per præfatas Constitutiones, quibus potestas fit sæcularibus Missam audiendi in Ecclesiis Regularium, quoniam in illis hæc adjicitur limitatio, nimirum, dummodo id non faciant in contemptum parochialium Ecclesiarum: est autem impossibile, pergunt, contemptum abesse, cum iidem sine ulla rationabili causa a propria se subducunt parochia.

Quos tamen n. 9. ita confutat = Verum hac explicatione præfata Summorum Pontificum indulta penitus evertuntur; nullo etenim opus fuerat privilegio ad hoc, ut fideles, legitima urgente causa, alienam adirent Ecclesiam, ut ibi Missæ assisterent Sacrificio, quod ex præfatis juris communis sanctionibus perspicuum est: quare, ne dicamus, Leonem X. S. Pium V. & Clem. VIII. verb. lusisse, nec quidquam specialis privilegii Regularibus concessisse, necessario fateri debemus cum Azorio Instit. par. 1. lib. VII. cap. 6. q. 4. in fine; Facundez lib. II. cap. III. n. 9. aliisque ab his citatis, nomine contemptus ab illis intelligi actum aliquem distinctum ab ipsa auditione Sacri extra parochiam, quo quis sive expresse, sive tacite se a proprio Pastore aversum ostendat.

Cæterum licet præcepto non adigendi sint parochiani, ut ad suas parochiales Ecclesias accedant ad Missam audiendam, monendi tamen sunt, ut ad ipsas accedant juxta mentem Trident. quod sess. XXII. in decreto de observand., & evitandis in celebrat. Missæ, ita Episcopos alloquitur = Moneant eundem populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, & majoribus festis accedant.

Ex his patebit, quomodo intelligendus sit S. Carolus Borromæus in prima ejus litera monitoriali ad Parochos infra impressa in eodem cap. post num. 53. ☜

Hinc Sacra Congr. Concil. *in causa Nullius Provinc. Raven.* respondit *sub die* 15. *Septemb.* 1629. nequaquam prohibitum esse Regularibus Missas celebrare, & campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ, & pulsationem campanæ in Ecclesia parochiali, ideoque Ordinarium minime hoc illis prohibere posse, sed tantum monere populum, ut accedat ad Ecclesiam parochialem, ad S. Conc. Trid. præscriptum. Itemque ipsis Regularibus non esse prohibitum inter Missarum solemnia vertere se ad populum, & generalem Confessionem pro eo facere, atque etiam in medio Altar. sistendo, eleemosynas, & oblationes ab offerentibus recipere, non autem eis licere ab Altari discedere, & per Ecclesiam circumire, me citato *in hoc loco*, Lezana *in summa qu. Regul. tom.* 1. *c.* 9. *num.* 45. *&c.* 12. *n.* 41. *vers. ad* 2. ubi refert S. Congr. Conc. *in una Bononien.* 2. *Julii* 1620. censuisse, posse Regulares inter Missarum solemnia recipere ea, quæ sibi offeruntur, dummodo a perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus se abstineant. 21 22

Nec potest prohiberi celebratio Missæ in Oratorio ruri ædificato per laicum, antequam celebretur Missa in parochiali, & matrice Ecclesia, ut censuit eadem Sacra Congreg. *in una Cajetana* 18. *Septembris* 1627. Idem etiam censuit Sacr. Rituum Congreg. *in una Capuana* 31. *Mart.* 1629. dum respondit ad relationem Eminentissimi Cardinal. Pii, Curatum Casalis Casæ pullæ Capuanæ diœcesis, non posse prohibere Alicornio Natali ejusdem terræ, quod non faciat celebrare Missam in Ecclesia per ipsum Alicornium ædificata, diebus festivis ante Missam parochialem. 23

Additio.

☞ Quamvis a Cong. Conc. sæpius hoc decisum fuerit, hodie tamen attendenda est dispositio Benedicti XIV. qui Constit. *Etsi minime* 7. Februar. 1742. §. XIV. prohibuit, ne in Ecclesiis parochiali proximis, ruri potissimum existentibus, quis Missam celebret ante Missam parochi, ut sic confluens populus illum sermocinantem facilius audire possit. ☜

Missæ votivæ, & de Requiem dici possunt quacumque die non Dominica, nec Officii duplicis, nisi ex rationabili causa, quæ non erit, ut Missa bre- 24

brevior celebretur, neque quodlibet arbitrium laicorum, sed voluntas defunctorum, necessitas, aut pietas vivorum, votivas Missas postulantium, &
25 ejusmodi. Unde posse celebrari Missam pro defunctis ritu de Requiem in Dominicis, & festis, insepulto, & in Ecclesia præsente corpore, decrevit Sacra Rituum Congr. *die* 23. *Maji* 1603. ubi nimirum viget consuetudo sepelliendi Defunctos simul cum Missa, quod intelligitur de Missa majori, sive cantata. Si quis autem moriatur in die Paschæ, corpus ejus reservetur in sequentem diem ob reverentiam *Paschæ*, ex Rituali Romano Pauli V. *tit. de exequiis*. Tolerari tamen possunt Missæ de Requiem in festo duplici, quod non est de præcepto, pro voluntate testatorum implenda, ut censuit eadem Sac. Congr. *sub die* 13. *Junii* 1607. & 20. *Junii* 1626. ex qua notabis, non dicere ad arbitrium vivorum, sed pro implenda lege Defunctorum. Unde si festum duplex cadat in die assignato pro Altari privilegiato, & illud sit festum de præcepto, non potest in eo Altari dici Missa de Requiem, eadem Sac. Cong. *sub die* 24. *April.* 1627. Et quod Missæ Defunctorum certo die dicendæ, eo impedito, transferantur in sequentem, decrevit eadem Sac. Cong. *sub die* 27. *Septembr.* 1608. & *in una Egitanien.* 23. *Maji* 1603. *in* 3. *dub.* Tamen Sac. Cong de mandato Alexandri Papæ VII. *sub die* 5. *Aug.* 1662. aliud decrevit his verbis. Quod si ex benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo currenti cum applicatione sacrificii juxta mentem eorundem benefactorum, quod intelligitur de Missis privatis, ita eadem Sac. Congr. in una Novariens. *die* 22. *Nov.* 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas defunctorum cantu ex dispositione Testatorum quotannis, recurrente ipsorum obitus die, celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in festum ritus duplicis majoris inciderit, non comprehendi in dicto Decreto; ac in Altari privilegiato privilegio perpetuo pro animabus fidelium Defunctorum, in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ essent Missæ defunctorum ex obligatione, declaravit per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri per applicationem Sacrificii, injunctis obligationibus, & Indulgentias per privilegia Apostolica concessas suffragari animabus defunctorum, ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum, & Clemens Papa IX. hoc privilegium extendit etiam ad Altaria privilegiata, non perpetua, sed ad tempus, vel in aliquibus diebus intra hebdomadam, prout habetur in ejus literis in forma Brevis *sub die* 23. *Septem.* 1669. Pontificatus ejus anno tertio. In diebus vero, quibus prohibetur fieri de festo duplici, non possunt dici Missæ votivæ, neque de Requiem, ead. Sac. Cong. *sub die* 28. *Aug.* 1626. nimirum infra octavam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, in hebdomada majori, feria quarta Cinerum, & in vigiliis Nativitatis Domini, & Pentecostes. Potest pro Missa de Req. dici Missa de Sancto, vel de Feria currenti, quando majori devotione afficimur in his Missis, & multo magis, si Rubricæ obsteot, quibus est obediendum, ut late probat Gavant. *tom.* 1. *p.* 3. *tit.* 12. *num.* 20. *cum seq.*

Additio.

☞ Circa Altare privilegiatum attendendum est sequens Decretum Innoc. XI. incip. = Alias postquam fel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis *die* 22. *Januarii* 1667. expeditas literas, dubia in diversis mundi partibus, occasione Decreti Cong. tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Sacris Ritibus præpositorum, *die* 6. *Augusti* 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cætera, quoad Altaria privilegio Apostolico pro animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ defunctorum ex obligatione, declaraverat, per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum. Rec. mem. Clemens Papa IX, pariter Prædecessor Noster, aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris literarum dispositio, quoad Altaria, pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans, declarationem a memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed in aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, Auctoritate Apostolica extendit, & proinde, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragentur, itaut animæ Christifidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Missæ defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis, etiam in forma Brevis *die* 23. *Septembris* 1669. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, infra octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque diebus, quibus, licet a festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ

Missæ defunctorum juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata cæteroquin dictorum privilegiorum forma, ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinal. Sacris Ritibus præpositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio, re mature discussa, nuper per suum decretum *die 3. Aprilis* proximi præteriti editum præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt, responderit; hinc est, quod nos ex commissæ nobis cælitus dispensationis munere fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis per amplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die 4. Maji an. 1668. Pontificat. Nostri anno XII.

Attendenda sunt & hæc alia Decreta circa dubia orta super clausula apponi solita in Brevibus Altarium privilegiatorum, aut Jubilæi, videlicet. = *dummodo in dicta Ecclesia tot Missæ quotidie celebrarentur* = quæ debet intelligi juxta declarationem datam de mandato Sanctissimi a Sac. Cong. Conc. ad sequentia dubia.

I. An, absentibus Religiosis ex causa Prædicationis tempore Quadragesimæ, & Adventus, vel quando occasione Festivitatum, vel funerum, aut similium a Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, Indulgentiæ concessæ cum certo numero Missarum, qui ob dictas causas adimpleri non potest, prorsus cessent, vel pro eo tempore, quo dictus numerus Missarum non fuerit adimpletus, sint suspensæ, vel potius remaneant in suo robore?

II. An idem sit statuendum, deficiente præfixo numero Missarum ob infirmitatem Sacerdotum, tam regularium, quam sæcularium?

III. An pariter idem sit statuendum, deficiente prædicto numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis sæcularibus Canonicorum, & Sacerdotum per aliquot dies, & menses?

Sacra Congreg. Conc. Trident. &c. 30. *Julii* 1701. respondit.

Ad I, quoad primam partem, pro tempore Adventus, & Quadragesimæ remanere suspensas, non autem in reliquis, dummodo raro contingat.

Ad II. remanere suspensas.

Ad III. provisum in primo.

Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit anno Jubilæi, non comprehenduntur Altaria privilegiata, nec aliæ Indulgentiæ pro solis defunctis concessæ. Sacra Congregatio, Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præposita 24. *Januar.* 1700. = Altaria privilegiata pro defunctis non comprehenduntur sub clausula illa = *Volumus autem, ut si alias Cristifidelibus dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus, nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes literæ* nullæ sint, *nec sub alia clausula consimili*, ut declaravit; Sacra Congregatio 13. *Junii* 1676. Quod decretum, utpote alia comprehendens, & de mente Sanctissimi Innocentii XI. editum, per extensum hic datur.

Cum a Sacra Congr. Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præposita Cameracensis Archiepiscopus quæsivisset, quæ sit vis, & sententia clausulæ, quæ hodie in Brevibus Indulgentiarum apponi solet, videlicet *volumus*, ut supra, Sacra Cong. re diligentius examinata, clausulam sic explicandam censuit, si videbitur Sanctissimo Domino Nostro, in ea minime contineri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo personarum generi concessas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliisque hujusmodi preces recitantibus, ac iis, qui cristiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, & qui Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti expositioni cum oratione Quadragiuta horarum intersunt, neque stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias, instar septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum quæ pro unica vice conceduntur. Cæterum, si alia Indulgentia, sive plenaria, sive non plenaria in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generatim Cristifidelibus, Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu capellam visitantibus eadem anni die, vel diverso, concessa fuerit, de qua non fiat in literis Apostolicis mentio, *has* literas ob adjectam clausulam esse prorsus irritas, ac nullas. Dat. Romæ 23. *Junii* 1676. De his autem facta relatione ad Sanctissimum Dominum Nostrum *die* 16. *Martii* 1677. sententiam Congregationis approbavit. Cardinalis Maximus, Michael Angelus Riccius Secretarius.

Bened. XIII. in literis in forma Brevis incip. *Omnium saluti die* 20. *Julii* 1724. concessit Altare privilegiatum quotidianum, perpetuum omnibus patriarcalibus, metropolitanis, & cathedralibus Ecclesiis, quæ prius illo carebant, a prædictarum Ecclesiarum Ordinariis respective semel tantum designandum.

Clemens vero XIII. In Decreto incip. *Ut erga die* 19. *Maji* 1759. concessit idem Altare privilegiatum quotidianum omnibus parochialibus Ecclesiis ad septennium, ea tamen adjecta lege, ut quilibet Episcopus pro sua diæcesi illud exposceret, & unum dumtaxat breve pro omnibus diæcesis parochialibus suffragetur = Expleto vero septennio, sede plena, ipsimet Episcopi, sede autem vacante, Vicarii Capitular. pro ejusmodi privilegii renovatione preces porrigant. Ne autem Parochi expensis graventur, voluit insuper Sanctitas sua, nihil omnino exigi posse sub pæna nullitatis privilegii, ab Officialibus tum Episcoporum, tum Abbatum in certiorandis Parochis, sive in expediendis literis pro designatione Altaris privilegiati in unaquaque parochiali Ecclesia diæcesis =

Idem

Idem Pontifex alio Decreto perpetuo valituro, incip. *Cum ex veteri die* 19. *Maji* 1761. concessit, ut Missa die commemorationis defunctorum = a quocumque Sacerdote sæculari, vel cujuslibet Ordinis, & Instituti regulari celebranda gaudeat privilegio, ac si esset in Altari privilegiato celebrata; dummodo tamen nonnisi consuetam eleemosynam unusquisque sacerdos pro dicta Missa, licet privilegiata, accipiat, & in ea tantum quantitate, quæ a synodalibus Constitutionibus, seu a loci consuetudine regulariter præfinita fuerit=☜.

29 Missas, quæ circumferuntur, a Sacra Rituum Congr. non approbatas, Sancti Gregorii pro vivis, & Defunctis; quindecim Auxiliatorum, & de Patre æterno, quascunque alias, exceptis his, quæ sunt permissæ certis Regularibus tantum, ead. S. Cong. prohibuit, reiecit omnino, & damnavit respective, & pro prohibitis rejectis, & damnatis haberi voluit, *sub die* 8. *Apr.* 1628. Unde cessant quæ hac de re scripserunt Portel. *in dub. Regul. verb. Missas*, *n.* 9. Villalob. *in sum. p.* 1. *tract.* 8. *diffic.* 31. n. 6. Hieronym. Roderic. *in*
30 *compendio quæst. Regul. resolut.* 25. n. 1. Lezana *d. sum c.* 21. n. 21. Missæ vero triginta Sancti Gregorii non sunt prohibitæ, ut decrevit eadem S. Cong. *sub die* 28. *Octob.* 1628. Dici debent hoc modo ex eodem Sancto Gregor. *in dialog.* 4. *cap.* 55. nimirum per triginta dies continuos ab uno, sive a pluribus successive Sacerdotibus, recitata Missa, quæ occurrit, vel de Requiem, juxta rubricas Missalis, cum applicatione Sacrificii animæ illi, pro qua dicitur. Si intra hos triginta dies occurrat Parasceves cum Sabbato Sancto, imo etiam Feria quinta in cœna Domini, non tamen dicuntur triginta dies discontinuati; quia Ecclesia prohibet celebrationem Missæ duobus primis prædictis diebus, & Feria quinta in Cœna Dom. jubet Communionem Sacerdotum in unica Missa solemni. Qui vero celebrant in Feria quinta, & Sabbato prædictis, possunt continuare triginta dies, omisso die Parasceves, in quo non proprie fit Sacrificium. Si dicantur triginta Missæ uno die, vel pluribus discontinuatis diebus proderunt quidem; sed non ex institutione Sancti Gregorii, de qua *in dial. loco cit.* Et eodem modo, si intra triginta, Missas, eas enumeres, quas ter in die Nativitatis Domini celebrabis; sufficit enim, ut eo die unam Missam titulo Missarum S. Gregorii pro defuncto facias, alias duas pro quibus volueris. De his Missis S. Gregorii vide Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 10. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *l.* 2. *c.* 40. n. 40. *&* 41. ubi damnat continuationem Missarum per 30. dies, si superstitiose fiat, Hieron. Reder. *in compend. quæst. Regular. resol.* 25. *num.* 8.

Additio.

☞ Circa has XXX. Missas continuetas hæc habet Bened. XIV. Instit. Eccles. XXXIV. n.2 = Sac. Rituum Cong. non vetuit piam consuetudinem a S. Greg. inductam, ut per triginta dies continuos totidem Sacrificia Deo offerantur pro illius expiatione, qui e vivis decedit. Cavendum tamen est, si eo dierum spatio pro defunctis Sacrum fieri nequeat, eam Missam, quæ tunc ab Ecclesia præscribitur, pro defuncto peragendam, cum præsertim S. Greg. Missas, quæ pro defunctis agi solent, minime indixerit. Quod si intra trigesimum dierum numerum postremi tres dies Majoris Hebdomadæ occurrant, diebus insequentibus numerus absolvatur = ☜.

Missa Rosarii prohibita fuit, concessa tantum 31
Ordini Prædicatorum ab eadem Sac.Cong. *sub die* 25. *Junii* 1622. Ubi vero adest capella, seu Alta- 32
re Rosarii, ex decreto Gregorii XIII. in prima Dominica Octobr. in Kalendis, vel post Kalen. ejusdem Octob. celebrando, Officium, & Missa celebrari possunt ut in festo Sanctæ Mariæ ad Nives cum lectionibus secundi Nocturni de nativitate, Et si quis habet onus celebrandi Missam de Rosa- 33
rio, eadem S. Rituum Cong. respondit *sub die* 6. *Maii* 1623. posse dicere Missam votivam de B. Virgine, ut in Missali, & satisfaciet. Sic etiam, quando relinquuntur legata pia cum onere celebrandi peculiarem Missam de Rosario, loco Missæ Rosarii celebranda est Missa votiva B. Virginis de tempore, ita Sac. Congreg. Rit. *in Polignanen.* 31. *Julii* 1632.

Additio.

☞ Hodie concessa est omnibus una cum Officio proprio, recitanda in Dominica secunda Octobris. ☜

Missæ certis Regularibus concessæ non possunt 34
ab aliis dici, etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis, eadem Sac. Congr. *sub die* 19. *Novembr.* 1622.

Additio.

☞ Circa Missarum celebrationem in Ecclesiis Regularium, ac in aliis Ecclesiis, quoad Sacerdotes exteros, ad eas confluentes, notanda sunt sequentia Decreta Congregationis Rituum sub hic citata die 19. Novembris 1622, & sub die 9. Julii 1668 = Qui celebrat Missam in aliqua Ecclesia Regularium, aut etiam Monialium, in qua fit de festo duplici, habente Missam propriam, quæ non sit concessa omnibus, Missam quidem dicat de Festo, sed cum Missali Romano = Item Decreta, seu responsa ejusdem Cong. ad sequentia dubia, ei proposita ad instantiam PP. Tertii Ordinis Sancti Francisci.

I. An diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in ipsorum Ecclesiis celebratur de Sanctis Ordinis sub ritu duplici, Sacerdotibus exteris, ad eam confluentibus permitti debeat celebratio de Dominica, vel alio Festo, vel etiam de Requiem? & quatenus affirmative, an in Missa de Dominica, aliisque Festis debeant Sacerdotes exteri uti paramentis competentibus dictis Dominicæ, & Festis, vel possint se conformare paramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?

II. An Fratres diebus, quibus propria Officia celebrant sub ritu duplici, celebrantes in alienis Ecclesiis, possint celebrare Missas cum dictis Officiis concordantes, vel possint celebrare de aliis, con-

conformando se ritui earumdem Ecclesiarum, ac etiam de Requiem ? & quatenus affirmative, quoad primam partem, quid quoad colures paramentorum ?

III. An Sacerdotes exteri, confluentes ad ipsorum Ecclesias, ut supra, & celebrantes de Sanctis Ordinis fer. fer. possint in Missis se uniformare cum Fratribus quoad Credo, & quoad numerum Orationum more duplicium?

IV. An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, quam exteri celebrant de Dominica, possint exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus Octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis uti coloribus juxta ritum earumdem, & an tam exteri in Ecclesiis Fratrum, quam Fratres in alienis possint apponere commemorationem Octavæ, ut supra occurrentis, servata Rubrica de duplici Oratione, habenda in Dominicis infra Octavam ?

Sacra Congeg. die 11. Junii 1701. respondit = Ad I. quoad primam partem dubii negative, quando Festum celebratur cum solemnitate, & concursu populi, & quoad secundam partem jam provisum = Ad II. ut ad primum = Ad III. posse = Ad IV. posse =

Item quoad Regulares attendendum est sequens Decretum ejusdem Cong. sub die 23. Aug. 1704. in una Erem. Camald. Religiosi celebrantes ex quacumque causa in aliena Ecclesia, ubi non agitur Officium duplex, & fiunt Exequiæ pro aliquo defuncto, vel Anniversaria, seu simile Officium pro defunctis, etiamsi ipsi Religiosi recitaverint Officium Sancti duplicis, possunt se conformare cum Ecclesia, in qua celebrant =

Quoad Confessarios vero, & Capellanos Monialium attendendum est latet hoc aliud laudatæ Cong. sub die 20. Novem. 1717. approbante Clem. XI. die 1. Decembris in Decreto generali, contento in ejus Bullario sub num. XXVIII. nempe = liccre in posterum tum Confessario, tum Capellanis, quarumcumque Monialium servitio addictis Missas Sanctorum, de quibus ipsæ recitant Officium, celebrare, sed cum Missali Romano, & de Communi, non vero Missas proprias Sanctorum, variis Ordinibus a Sac. Cong. concessas, & ita decrevit, & servari mandavit. =

Ex altero dictæ Cong. Decreto sub die 27. Aug. 1672. relato a Lucio Ferraris, Prompta Bibliotheca, Verbo Missa Not. XII. n. 5. si Moniales non habeant Missale a Romano diversum, Sacerdotes in earum Ecclesiis possunt dicere proprias Missas ipsis Monialibus concessas. ☙

35 Usus anuli in Missa prohibetur omnibus, etiam Doctoribus, & Prothonotariis non participantibus, ead. S. Congr. *sub die* 11. *Febr.* 1623. & Canonicis cathedralium Ecclesiarum, ead. S. Cong. *sub die* 20. *Novemb.* 1628.

Additio.

☞ Quoad Doctores, & Prothonotarios Apostolicos idem statuit die 3. Martii 1674. in Baren. ut in collectione decretorum Congr. Rituum, a Simone Talù dicata Benedicto XIV. sub num. 492.

Quoad Canonicos vero Cathedralium, ita eadem Cong. statuit 4. Aug. 1663. in una Dalmatiarum, ut in dicta collectione sub num. 442 = Canonici, quando Missam celebrant, de rigore uti possunt anulo aureo, sed sine gemma, & sine aliqua effigie = ☙

Pileoli usus in Missa, etiam extra Canonem, concedendus est a Papa; & non ab alio, ut censuit Sacr. Congr. *negociis Episcoporum, & Regularium præposita sub die* 1. *Januar.* 1590. *&* 17. *Januar.* 1595. concessit extra Canonem usum pileoli Episcopo Faventino, & respondit Archiepisc. Urbinati, eo non posse uti sine licentia Sedis Apostol. Idem postea decrevit Sac. Rituum Congr. *sub die* 31. *Januar, &* 24. *Apr.* 1626. & idem censuit etiam S. Congr. *sub die* 16. *Feb.* 1619. Unde peccaret Parochus, si absque hujusmodi licentia sacrificaret, tecto capite, ex Azor. *instit. moral. p.* 1. *l.* 10. *c.* 28. *q.* 15. Squillante *de oblig. cleric. p.* 2. *num.* 67. 36

Tenentur Rectores singuli habere Clericum, qui eis Missæ, & divinis Officiis in Ecclesia inserviat, & in docendis pueris parochiæ suæ eos valeat adjuvare, ut statuit Maticense Concilium, de quo *in cap. ut quisque de vita, & honest. cler.* & tradunt Rebuff. *intr. congruæ portionis n.* 65. Cened. *ad Decret. collect.* 65. *n.* 1. Cavaler. *dec.* 498. *n.* 1. Raguc. *de Missa in Ecclesia q.* 36. *n.* 1. 38

37

Additio.

☞ Onus hoc Parochis injunctum, secum retinendi Clericum coadjutorem pro Missis solemniter canenda, hodierna praxis, non amplius vigere, satis demonstrat, cum fere ubique id eis exequendum a Superioribus non præcipiatur, vel quia Ecclesiarum parochialium redditus non suppetunt, vel quia, cum canendæ Missæ casus occurrit, de necessariis ministris ipsimet sibi provideant.

Et quamvis juxta Decretalem Alexandri III. relatam in cap. VI. *Proposuit de Filiis Presbyteror.* non possit Sacerdos Missam celebrare sine ministro, ibi = Non enim solus Presbyter Missarum solemnia, vel alia Divina Officia potest sine ministri suffragio celebrare = excipit tamen Sylvius casum necessitatis, III. part. quæst. 83. art. 5, ibi, =
„ In casu tamen gravis necessitatis boni Auctores existimant, Sacerdotem non male facturum, si solus celebret, sibique respondeat, ac ministret, ut si alioquin, aut ipse Sacerdos, aut alius sit sine Viatico moriturus. Addunt etiam nonnulli, si sit festum solemne, neque Sacerdos possit Missam audire: sed nullam eo casu dicere, ipsum ab auditione Missæ excusari, quam consulere, ut solus celebraret; quamquam nec celebrantem damnarent. „

In quocumque autem casu, numquam licet adhibere pro ministro mulierem, juxta prohibitionem Decretalis desumptæ a Conc. Moguntino, & relatæ in cap. I. *Prohibendum de Cohabit. Cleric., & Mulier.* ibi = Prohibendum quoque est, ut nulla fœmina in Altare præsumat accedere, aut Presbyterum ministrare, aut infra cancellos stare, sive sedere. Quod etiam prohibitum legitur in Missali Romano §. X. de defectibus &c., & in Const. Be-

nedicti

nedicti XIV. *Et si pastoralis* 26. Maii 1742. §. VI. „ n.21. Mulieres autem servire ad Altare non audeant, sed ab illius ministerio repellantur omnino.

Quod spectat ad magistri munus, per Clericum coadjutorem obeundum, ut præscribitur in cit. Decretali *Ut quisque*, & hoc pariter in desuetudinem abiit; cujus neglectu, cum crassa in populo ignorantia, & morum corruptela, propter neglectam teneræ juventutis educationem deprehenderetur, curæ fuit Episcopis, & Magistratibus, ut ubique per civitates, & pagos scholæ substituerentur, ad instructionem, & informationem puerorum. ☜

39 Unde Ecclesiam non debere dedicari, nisi tantum assignetur, quod duobus sufficiat, voluerunt Cass. *dec.* 19. *de præbend.* Rot. *dec.*56. *n.* 19. *p.* 2. *divers.* imo in Trid. Conc. *sess.* 21. *de reform. c.* 4. est constitutum, ut in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, quibus populus ita numerosus sit, si unus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, cogantur Rectores ab Episcopis, ut sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungant, quot sufficiant ad debitum parochiale persolvendum.

☞ Quæ circa hoc Romæ sit praxis, vide Additionem post num.4. ☜

40 Cum autem gravis necessitas premit, poterit
Parochus sine ministro celebrare, ut per Sylvium
in 3. *p. quæst.* 63. *art.* 5. Azor. *instit. moral. p.* 1.
41 *l.*10. *c.*19. *q.*3. Possevin. *de officio Curati*, *c.*2. *n.*9.
ubi subdit, quod si nullum ministrum habeat, qui
respondere sciat, dummodo habeat masculum,
qui urceolos ministret, poterit ipse celebrans, etiam absque necessitate, sibi respondere, & addit
Soar. *tom.*3. *q.*83. *disp.*88. *sect.*2. *in fine*, in defectum ministri nescientis respondere, posse Sacerdotem, præire dicendo, quæ veniunt respondenda,
& ministrum sequi, recitando verba Sacerdotis.

42 Debet tamen Parochus cavere omni casu, ne
in ministrum admittat fœminam, ut bene advertunt Illustr. D. meus Roder. a Cunha *in com. ad
c.* 31. *n.*3. *dist.* 23. Fagundez *d.* 1. *c.* 21. n. 2. Bonac. *de Sacrament. disp.* 4. *q.ult. punct.*9. *n.*32. subdens, magis indecens, & periculosum esse fœmi-
43 nam adhibere, quam sine ministro celebrare. Non
potest enim Sacerdos illam, etiam in necessitate
pro responsione Missæ ministram adhibere, ita
Soar. *t.* 3. *disp.* 87. *sect.* 1. Squillante *dub.* 23. *numer.* 70. Villalob. *d. diffic.*34. *n.*1. Paul. Layman.
in Theologia morali, *l.*4. *tr.*5. *c.*6. *n.*13.

44 Cum uno lumine olei, vel adipis in necessitate poterit Parochus absque mortali peccato celebrare, ut per Jac. de Grass. *in aureis dec. p.*1.*l.*2. *cap.* 43. *n.*1. Azor. *instit. moral. p.*1. *l.* 10. *c.* 18. *quæst.* 13. Zanard. *in direct. Theolog. p.* 1. *de sacrific. Missa*, *c.* 14. *in fine*. Pitigian. *in* 4. *tom.* 1. *disp.* 13. *q.*2. *art.* 3. Nugn. *in* 3. *p.* 83. *art.*3. *dub.* 5. *pag. mihi* 509. ubi subdit, esse tantum peccatum veniale, celebrare cum unica candela cerea in casu necessitatis, Homob. de Bonis *de examine eccles. p.*1. *tr.* 4. *cap.* 15. *qu.* 143. qui etiam tenet, Sacerdotem neque peccare mortaliter, si celebret Missam in Altari, in quo imago Crucis non existit, de quo etiam Villalob. *in sum. p.* 1. *tr.* 8. *diffic.* 26. *n.* 6. Quamvis illum peccare mortaliter, qui cum uno lumine olei, vel adipis in necessitate celebraret, existimaverint Soar. *in* 3. *p. tom.*3. *disp.* 81. *sect.*6. Vasq. *in* 3. *p. t.*3. *disp.*233. *c.*3. *n.* 26. Molfes. *in sum. Theolog. moralis*, *t.*1. *tr.* 3. *c.* 12. *n.* 57. Fernandez *in examine Theolog. moralis*, *p.*3. *c.*5. §.13. *n.*12. Villalob. *d. p.* 1. *tr.* 8. *diffic. n*6. *n.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 29. *capit.* 9. *numer.* 196. Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p.*3. *decis.* 213. *n.*1. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta*, *præc.*1. *lib.*3. *c.*23. *num.*17. nisi adesset gravis necessitas, & secluso scandalo, ac contemptu, ut plures ex his Doctoribus declarant, & præcipue Soar. Valer. Reginald. & Fagundez, ac Paul. Layman. *d. lib.*5. *tract.* 5. *c.*6. *num.*17.

Additio.

☞ Transcribo hic jam a me notata in Opere = Expositio Juris Pontificii &c. p.441. ad Decretal. Honorii III. relatam in Cap. XIV. *Literas de celebr. Missar.* Quam graviter peccet Sacerdos, celebrans sine lumine, audiatur Silvius, qui in III. parte S.Thom. quæst.83. art.VI. quæstiunc.3. ita loquitur = debet in Altari esse lumen, itaut, qui sine lumine sacrificaret, mortaliter peccaret = istud autem lumen, excepto casu necessitatis, debet esse sub pœna peccati lethalis ex cera, ut prosequitur idem Auctor; unde qui citra necessitatem celebraret cum alio lumine, non effugeret peccatum mortale; ubi tamen haberi non posset lumen ex cera, & scandalum abesset, probabile est, quod sufficeret lampas, aut lucerna ex oleo: non similiter candela sebacea, nisi forte magna esset celebrandi necessitas, nec haberi posset lumen ex cera, vel oleo = Adhibendæ sunt igitur pro lumine duæ candelæ = *Si vero lumen alterum*, ita notat Bened. XIV. de Sacrif. Miss. lib. III. cap. VII. num.2. *ex cera reperiri non posset*, *& necessitas urget celebrandi Missam*, *unicum tandem lumen adhiberi potest*, ut animadvertit Gavan ad Rubr. XX. de præparat. Altar. =

Huc spectant notata a S. Antonin. part. III. summ. XIII. cap.III = Nota ergo, quod si aliquid eorum defuerit, quæ requiruntur ad ritum celebrationis, ut Calix consecratus, Palla, Altare, vel lumen, vel aliqua vestis sacra, ut manipulus, stola, & hujusmodi, debet potius dimittere Missam, etiam die festo, quam sic celebrare, quia sic celebrando advertenter, quamvis sine dubio existentibus aliis, quæ sunt de substantia consecrationis, tamen peccaret mortaliter, & idem credo celebrando sine Missali, seu libro, in quo sit saltem Canon, alias mente retentus dicendo, nam talis se exponit periculo errandi in verbis Canonis, immo & consecrationis, cum & optimæ memoriæ viros aliquando fallat memoria, tum etiam quia facit contra generalem Ecclesiæ consuetudinem. =

Attendenda etiam sunt circa celebrationem Missæ sine sacris indumentis animadversa ab eodem Benedicto loc. cit. cap. VII. n. 3. Card. Gottus Theolog. tom. 14. quæst. 2. de sacrif. Missa. dub.4. §. 2. docet, graviter peccaturum Sacerdotem, qui vel viatici ad infirmum in limine mortis positum deferendi gratia, vel ne populus die festo Missa careat, Missam sine sacris vestibus celebret.

bret. Mitius sentit de eo, qui, gravi premente necessitate, puta ad evitandum scandalum, & Gusurrum, qui oriretur in populo, si ibi die festo Missæ non esset copia, Missam celebraret cum Amictu, Alba, & Planeta, omissis Stola, vel Manipulo, aut Cingulo benedicto, quæ reperire non potuisset. Cajetanus Card. in 1. 2. quæst.96. negat, sine peccato Sacerdotem posse, omissis vestibus sacris Missam celebrare, etiam metu mortis deterritum; idque propter gravem irreverentiam. Eam sequitur Sylvius 3. part. quæst. 83. art.6. quod durum videtur Baldello, nisi Ecclesiæ contemptus existeret, tom.1. l.1. disp.15. n.10. ☞

45 Dubitare poterit parochus, an si festum Annunciationis venerit in die Sabb. majoris hebdomadæ, possit in illa die celebrari facere plures Missas in sua Eccl. Negativam partem tenere videtur Villalob. *in sum. p.1. tr. 8. dub.* 20. *n.* 4. Verum contrariam sententiam affirmativam merito tuentur Petr. de Ledesma *in sum. t.* 1. ubi *de sacram. Eucharistiæ c.*18. *concl.*5. Sylvius *in* 3. *p. q.*83. *ar.* 2. Molfes. *in sum. Theol. moral. tom.*1. *tr.* 3. *c.*17. *n.*41. Joann. de la Crux *in director. consc. p.* 2. ubi *de sacrific. Missæ, q.* 2. *dub.* 2. *concl.*1. ubi ita ait. *Anno* 1617. *occurrente festo Annunciationis in Sabato sancto, plures Missæ celebratæ sunt in singulis Ecclesiis Toletanæ diœcesis*, refert Antun. Diana *res. mor. p.*2. *tr. de celeb. Miss. res.*21. ubi subdit cum Ledesma *cit. loc.* dicendam esse vel Missam Beatæ Virginis, vel Missam ordinariam illius diei.

46 Si quando acciderit idem festum Annunciationis in die Parasceves, non tenetur quis sub reatu peccati mortalis Missam illius diei audire, ut bene resolvunt Fagundea *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.*1. *l.*3. *c.* 4. *n.*17. Gavan. in *commet. ad rubr. Missalis, p.*3. *tit.*29. *num.*24. ubi attestatur, ita declarasse S. Congr. *sub die* 19. *Februarii* 1622. Ego ipse *in collect. Bullarii verb. Annunciatio* 2. Ratio
47 est, quia Missa illius diei non est Missa, neque proprie Sacrificium, cum non adsit nova Hostiæ consecratio, secundum Bonac. *de Sacram. dis.* 4. *q. ult. pun.*2. *n.*3. Sebast. Parec. *in tr. de sacrif. Missæ c.*14. contra Nugn. *t.*1. *in* 3. *p. q.* 83. *art.*1. *diffic.*2. *pag.*484. Vasq. *t.*3. *in* 3. *p. dis.* 232. *cap.* 2. *num.*18. existimantes, totum populum interesse debere officio illius diei, si in eo festum aliquod consuetum ab Ecclesia servari incidat.

48 Non possunt enim Sacerdotes eo die ullam Missam celebrare, Vasq. *d. disp.* 232. *c.*2. *n.* 17. & 18. Azor. *d.p.*1. *l.*10. *c.*24. *q.* 3. ubi subdit, Sacerdotem celebrantem tali sexta feria peccare mortaliter. Sed novissime Homob. *in resp. quæst. mor. p.*2. *resp.* 67. post Azor. Soar. Reginald. & Molfes. resolvit, posse Episcopum dare licentiam Sacerdotibus, ut illa die delebrare possint, in quo populus Missam audire, & Ecclesiæ præcepto satisfacere valeat, subditque *ibidem*, Fideles in illo die, in quem post Pascha translatum est festum Annunciationis, Missam audire non teneri, quia festum quoad Officium, non quoad præceptum Sacro interessendi transfertur. Quoad hanc festivitatem S. Cong. Rit. *in Ulixbonen.* 2. *Sept.* 1612. censuit, in hujusmodi festo, si occurrat in Dominica Quadragesimæ, non fieri officium de Annunciatione, nisi in Ecclesiis sub Annunciationis invocatione dedicatis. Et *in Spoletana* 15. *Mart.* 1614. quod hoc festum non licet celebrare in majori hebdomada.

An in feria quinta majoris hebdomadæ, & in 49
Sabbato sancto liceat privatim celebrare, hujus loci est investigare. De feria quinta (licet aliqui existiment, eo die non licere singulis Sacerdotibus Missam dicere) Doctores communiter tenent, secure posse Sacerdotem in eo sacrificare, quamvis sit prudens consilium, secreto, & absque concursu populi id facere, quia circa hoc non est prohibitio, nec etiam consuetudo, quæ vim legis habeat, cum Sacerdotes docti, & timorati sine ullo scrupulo eo die sacrificent, & qui omittunt, id non faciunt, quia existiment, oppositum esse malum, sed vel ex devotione, vel ob nimiam illius diei occupationem, & alia impedimenta, & ideo sic docent Navar. *in man. c.* 35. *num.*88. *versic. in die Jovis*, Azor. *c.*24. *q.*5. Bonac. *de Sacram. disp.* 4. *q.*7. *punct.*2. *n.*17. Gavant. *in comment. ad rub. Missalis p.*4. *l.*8. *n.* 7. Paul. Layman. *in Theologia moral. lib.*5. *tract.*2. *cap.*4. *num.*8. Vasq. *d. tom.*3. *disput.* 232. *cap.*2. *num.*14. *sequentibus*, cum quo observa, eo die solum licere celebrare, antequam Missa solemnis sit finita, & Corpus Christi in locum designatum recondatur.

De Sabbato Sancto major est difficultas, nam 50
quidem probabiliter existimant, minime licere eo die privatim celebrare, ex quorum numero sunt Navar. *d. c.* 24. *num.* 88. Francolin. *de horis Canon. c.*30. *n.*8. & 9. Vasq. *d. t.* 3. *disp.*223. *cap.* 2. *num.* 23. Azor. *d. par.*1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.*4. Valer. Reginald. *d. lib.*29. *cap.*9. *n.* 170. *per cap. Sabbato, de consec. dist.* 3. dum probare videtur, Sacerdotes non debere celebrare biduo, quod proxime Pascha antecedit, videlicet die Parasceves, & Sabbato Sancto. Sed alii plures probabilius docent, non esse peccatum mortale; quia jam prohibitio, de qua *in d. cap. Sabbato*, abrogata est, & ideo per se licere, secluso scandalo; maxime ubi fuerit loci consuetudo, eo die privatim celebrare, tenent Sot *in* 4. *dist.* 13. *qu.*2. *art.*2. §. *secundo igitur*, Gutier. *d. cap.* 30. *num.* 36. Fr. Emman. *in sum. verb. Missa, capitulo* 243. *conclus.*3. Emman. Sa *in aphorism. eodem verbo, n.* 13. Petr. de Ledesma, *in sum. ubi de Sacram. Eucharistiæ cap.* 19. *dub.*3. Ægid. de Coninc. *d. dub.*2. *n.*210. Bonac. *de Sacram. disp.*4. *quæst.*7. *puncto* 2. *n.* 18. Gieron. Roderic. *in compend. quæst. Regul. resol.* 25. *num.*22. & post Gutier. Steph. Fagundea, & alios tenet Marchin. *d. c.*8. *num.*1.

Animadversio:

☞ A DD. opinionibus hic relatis a num. 45. ad totum 50. circa celebrationem Missæ privatæ feria V. VI, & Sabato Majoris Hebdomadæ, penitus recedendum est, nedum ob contrarium Decretum Congreg. Rituum de mandato *Alexand. VIII.* 12. *Feb.* & 11. *Martii* 1690. sed etiam ob posterius Decretum Clement. XI. promulgatum 15. *Martii* 1712. insertum in ejus Bullario sub n. XVII. Quod insuper die 3. April. 1719. ejusdem Pontificis jussu promulgatum fuit ab Urbis Vicario his verbis = Sanctitas sua, juxta ea, quæ pluries a S. Rituum Congregatione sancita sunt,

præcipit omnibus Sacerdotibus, ut a Missis celebrandis privatim abstineant, non modo feria VI., sed etiam feria V., ac Sabato Majoris Hebdomadæ, tum in privatis sacellis, tum in publicis Regularium, vel sæcularium Templis, quibuscumque privilegiis prædita sint, quæ omnia, & quamlibet contrariam consuetudinem penitus abrogat.

Circa quas omnes DD. opiniones, qui fuerit sensus Benedicti XIV. clare patet ex sequentibus ipsius verbis, quæ leguntur in XXXVIII. Instit. Ecclesiast, in fine ibi = Neque æstimanda sunt eorum testimonia, qui Sacrum eadem feria V. confici posse scripserunt; fatentur enim, se ignorare, utrum id vetitum unquam fuerit. Quare post tot Decreta, quæ in medium protulimus, illorum sententias penitus corruere necesse est. Postremo illud monendum videtur, eos, qui Scriptores de ecclesiastica disciplina, sacrisque ritibus percurrunt, nec Pontificum Constitutiones, & Decreta super iisdem rebus antea cognoverunt, cum illis merito conferri posse, qui libros de moribus, & christiana lege tractantes assidue manibus terunt, nec antea sententias a Summis Pontificibus proscriptas menti demandarunt. Utrique sane in apertissimos errores labuntur, dum lectionibus ejusmodi detinentur =

Si dies S. Josephi festus, & Annunciationis B. V. incidat in feriam V., tunc, licet Officium in alium diem transferatur, præceptum tamen indicitur audiendi Sacrum, & a servilibus operibus abstinendi juxta Decretum Cong. Rituum editum *die* 13. *Septem. anni* 1692. in quo præterea hæc adduntur = Adeoque per Ordinarios locorum accurate providendum, ut eo die aliquæ Missæ quidem privatæ ante celebrationem solitæ Missæ conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint, sed tamen propterea antiquus mos communionis Cleri in Missa solemni ejus diei, quo Ecclesia sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti institutionem, & memoriam recolit, summa religione hactenus retentus nullatenus omittatur = Ac etiam juxta alterum Decretum ejusdem *Cong. sub die* 12. *Septem.* 1716. ☜

51 Utrum feria quinta in Cæna Domini, & Sabbato sancto posset fieri Sacrum in Ecclesia, seu Oratoriis Confraternitatum, vel confici sepulcrum cum asservatione Sanctissimi Sacramenti, Resp. non posse cum, non sint Ecclesiæ parochiales, vel regulares, quibus id conceditur ex privilegio: atque sic fuisse decretum a Sacra Congregatione Rituum *sub die* 18. *Maii* 1602. ex Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *capitulo* 3. *numero* 34. refert Marchin. *dict. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. his verbis. *In Ecclesiis non parochialibus, & quæ sub magistrorum Laicorum gubernio, & directione esse solent, ex statutis nuncupatis, sacerdotalia munera, ac præsbyterales functiones, quæ populis, & animarum curam quoque modo concernere videntur, quales sunt, Candelarum, cinerum, Palmarum, fontis baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum Feria quinta in Cæna Domini, & Sabbati sancti aspersiones domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi Quadraginta horarum orationes, & similes, non ad Capellanos, seu Sacristam Ecclesiarum hujusmodi, ab eisdem laicis deputatis, sed ad Parochum, seu Rectorem animarum curam habentem in Ecclesiis hujusmodi institutum, præcedente examine, & aliis requisitis ab Ordinario loci provisum, spectare debère censuit sacrorum Rituum Congreg. die* 18. *Maii* 1602. Ex quo idem Marchin. colligit, de licentia Episcopi hæc posse peragi, & se vidisse Florentiæ testatur. At non posse eisdem Ecclesiis concedere facultatem asservandi continuo, & permanenter Sanctissimum Sacramentum pro adoratione Fidelium, sed requiri licentiam Summi Pontif. quod etiam ex decisione S. Congr. Conc. de anno 1609. referunt Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. c.* 92. secundæ impress. Roman. anni 1619. Piasec. *d. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 34. *vers. huc pertinet*.

Animadversio.

☞ Circa celebrationem Missarum in dictis Oratoriis feria V. in Cœna Domini, & Sabato Sancto satis provisum est in Decretis Urbis, & Orbis *n. XXVI. & XXVII.* referendis post *n.* 16. *seq. cap. XII.* ☜

Illud superest animadvertendum, quod non 52
possunt Parochi ab Episcopo cogi, sed hortari, ut subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis, sicut censuit S. Rituum Congreg. *in una Egieanien.* 10. *Junii* 1602. *in* 3. *dub.* de quorum consensu tantum liberum erit Regularibus in eorum Ecclesiis sæcularibus absque Ordinarii loci licentia celebrare, ut declaravit S. Congr. *negotiis Episcop. & Regularium præposita, sub die* 10. *Januarii* 1617.

* Non licere tamen Regularibus in suis Eccle- 53
siis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares contra prohibitionem Episcopi, censuit S. Congreg. Concil. *in una Bononien. sub die* 2. *Junii* 1620. quam refert Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 12. *numer.* 41. *vers. ad duodecim*.

Additio.

☞ Decretum Cong. Rituum hic relatum, quod Parochi cogi nequeant ab Episcopo ad subministrandum necessaria Presbyteris, celebrare volentibus in eorum Ecclesiis, confirmatum fuit ab ead. Cong. in Sorana 21. Maii 1695., & a Cong. Episcopor. in Montis Falisci 15. Maii 1699. Sed hæc decreta, quamvis intelligenda sint tam de illis Sacerdotibus, qui in iisdem Ecclesiis tenentur celebrare ex onere beneficii, seu capellaniæ, quam de celebrare volentibus sine hoc onere, ut declaravit Cong. Conc. in Dertonen. ad II. dubium 6. Julii 1726. in Thes. ejusdem Cong. tom. III. pag. 341, non videntur tamen habere locum, si raro ex devotione, vel ex alia causa celebrare vellent: tunc enim indecens esset, ut ex avaritia Parochorum divinus cultus minuatur.

Respectu autem Sacerdotum celebrantium ratione beneficii, vel capellaniæ, taxa solvenda pro utensiliis Missæ quotidianæ determinata fuit a Cong. Conc. in Romana Legati Missarum 16. Martii 1679. lib. Decretor. XXXIX. pag. 109. in an-

annuis scutatis quatuor. Quod idem servandum esse crederem, a quotidie, vel ut plurimum celebrare volentibus.

Quod vero non liceat Regularibus admittere Sacerdotes seculares ad celebrandum contra Episcopi prohibitionem, jam prius declaraverat ead. Cong. 17. Novemb. 1594. lib. Decretor. VIII. pag. 78. Quam prohibitionem factam a Trident. sess. XXII. in decreto *de observand. & vitand. in celebr. missar.* falso nonnulli autumarunt, non extendi ad Sacerdotes regulares, utpote expresse non nominatos: Sac. enim Cong. Universalis Inquisitionis declaravit suis literis encyclicis sub die 20. Feb. 1649. & 26. Jan. 1692. Sacerdotes advenas tam regulares, quam seculares admittendos non esse ad celebrationem Missæ = nisi literas Episcopi, ac Prælati regularis prius ostendant, quibus Sacerdotes ita probentur, ut nulla falsitas, umbra, vel suspicio relinquatur = Ita autem hoc Triden. & dictæ Cong. decretum servandum est, ut neque ipsis Regularibus privilegium ullum suffragetur, quin prohiberi possint ab Episcopo, ne Sacerdotes seculares exteros ad Sacrum peragendum in suis Ecclesiis admittant, nisi prius horum literæ commendatitiæ recognitæ, & approbatæ fuerint per Ordinarium, legitur in cit. declaratione Cong. ☙

Literæ monitoriales S. Caroli Borromæi de conveniendo ad propriam Parochiam.

54 FUit olim tanti apud antiquos Patres frequens ille in Ecclesiam propriam parochialem conventus, ut ad hanc disciplinam populi christiani institutionis valde accomodatam retinendam ex certis decretis cautio aliqua adhibita sit. Primo enim hoc justum est, ut Dominicis, festisque diebus Parochi, antequam Missam celebrent, plebem interrogent, an alterius Parochiæ fidelis adsit, qui, proprio contempto Præsbytero, ibi Missam audire velit, quem si invenerint, statim inde eiiciant, & in parochialem suam Ecclesiam ad Missam audiendam redire compellant. Deinde illud plane vetitum fuit alienæ Parochiæ fidelem a Parocho ad Missam non recipi, nisi in itinere fuerit, & placitum ibi habuerit. Cujus disciplinæ restituendæ, in usumque revocandæ desiderio flagrans olim summus Pontifex Urbanus VI. eo de genere Apost. sanctione diligentissime cavit, & nuper sacra Tridentina Synodus Æcumenica ab Episcopis fideles non solum hæc moneri voluit, ut frequenter ad proprias parochiales Ecclesias, saltem Dominicis diebus, Festisque majoribus accedant, sed illud etiam diligenter ostendit, unumquemque teneri, ubi commode fieri potest, Parochiæ suæ interesse ad audiendum verbum Dei. Ac proinde id præterea statuit a Parochis, animarumque Curatoribus inter Missarum solemnia aliquid ex iis, quæ in Missa leguntur, exponi, & Sanctissimi illius Sacrificii misterium aliquod explanari: plebes sibi commissas salutaribus verbis pasci, easdemque doceri, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, in lege Domini erudiri, & sacra eloquia illis explanari, tum in unaquaque Ecclesia parochiali pueros Fidei rudimentis instrui.

Additio.

☞ Circa præceptum ejiciendi parochianum alienum, ne Missam audiat in Parochia non sua, & contemptum Parochi, de quibus hic S. Carolus Borromæus loquitur, vide notata supra ad cap. XI. post n. 20. ☙

Prosequuntur dictæ literæ, ostendendo, qui fructus proveniant ex Parochianorum præsentia ad Missam parochialem.

HIs igitur ejusdem Trident. Synodi decretis, & veteri salutari exemplo adducti, cum 55 populum Urbis, Diæcesis, Provinciæque Mediolanensis nostræ rebus ad salutem necessariis instructum, per bona opera ad præmium sempiternum perducere summopere in Domino cupiamus. Hac nostra monitione eos universos, & singulos cohortamur, & per viscera misericordiæ Jesu Christi obsecramus, atque obtestamur, ut quamvis in viciuis oppidis, & suburbiis oratoria, capellas, aliasque Ecclesias habeant, ubi Sanctissimo Missæ sacrificio interesse possint, frequenter tamen Dominicis saltem, aliisque solemnibus festis diebus ad suam quique parochialem Ecclesiam conveniant, ubi a Parocho, cui eorum cura commissa est, verbo Dei pascantur, Fidei christianæ rudimentis, aliisque animarum saluti necessariis præceptis erudiantur, ad Sanctissima Sacramenta religiosius percipienda instruantur, ad eorumque frequentem usum, ut illa sacra Synodus optat, paternis ejus cohortationibus in dies magis inflammentur. Tum ab eodem item audiant, qui dies festi, (si qui in hebdomadam inciderint) colendi, quæ vigiliæ, jejuniave servanda sint.

Discant ab ipso item quæ christianæ pietatis officia in illis religiose colendis præstari oporteat; ac quæ præterea supplicationes, processiones, aut stationes, orationes, indulgentiæ, Jubilæa indicantur, quæ matrimoniorum denunciationes fiant, quæ ista pro ratione temporum, admonitu, jussuque episcopali ad diligentiorem eorum institutionem promulgentur. His, atque, ideo aliis fructibus, quæ ex paternis Parochi, vel in cohortando, vel in monendo officiis existunt, eos carere continget, qui ad Missam iis diebus in suam parochialem Ecclesiam non conveniunt.

Quæ autem incommoda proveniant ex absentia Missæ parochialis, indicant dictæ literæ.

IMo vero quod hoc audiendæ illis diebus Missæ parochialis munus a Fidelibus minime diligenter præstatur, & a quibusdam plane negligitur, multa incommoda inde existunt. Hinc in prelisque sæpe Fidei articulorum, & Dei, sanctæque Matris Ecclesiæ præceptorum, quæ ad salutem consequendam christianum hominem nosse oportet, imperitia festorum dierum cultus neglectus, debita christianæ pietatis opera non exulta, non cognita christiana familiarum institutio, languescens Sacerdotum Parochorum omne offi-

cium, eorum aliquis contemptus, sanctissimorum institutorum, & sacrorum Canonum violatus usus. Hinc denique in Ecclesiis parochialibus, quæ a majoribus tanto pietatis studio exædificatæ sunt, instaurandis, ornandis, sartis, tectisque habendis, cura multis in partibus neglecta, in illisque nulla, aut pene exigua ecclesiastica ad divina Officia obeunda necessaria supellex. His tot, tantisque malis, atque incommodis unusquisque occurrere studeat, id diligenter exequendo, quod sanctorum Patrum suadet auctoritas, quod Tridentina Synodus moneri jubet, quod ex illius jussu nos de uniuscujusque vestrum salute soliciti paternis vicibus cohortamur, & monemus in Domino.

C A P. XII.

De functionibus Parochialibus.

SUMMARIUM.

1 *Functiones parochiales sunt illæ, quæ a proprio Parocho, & non ab alio fiunt.*

2 *Benedictio fontis baptismalis ad solum proprium Parochum spectat.*

3 *Sanctissimi Sacramenti delationes, & celebrationes Missarum, feria 5. in Cœna Domini, & Sabbati Sancti non spectant ad Capellanos, sive Sacristas Ecclesiarum, sed ad proprios etiam Parochos.*

4 *Candelarum benedictio in die Purificationis B. Virg. & earum dispensatio ad proprios Parochos spectat.*

5 *Candelas benedictas in die Purificationis non transmittat Parochus ad ædes secularium, sed in Ecclesia distribuat.*

☞ *Vide Additionem.*

6 *Candela benedicta in Ecclesia cathedrali debet Episcopo ministrari a prima Dignitate.*

7 *Candelam ab Episc. accipere debet ante omnes, etiam ante Vicarium, ille, qui candelam Episcopo ministravit.*

* *Candelæ annuatim dantur laicis in die Purificationis in aliquibus Ecclesiis, ibid.* *

8 *Cinerum benedictio primo die Quadragesimæ a proprio Parocho est facienda.*

9 *Palmarum benedictio in die Dominica proxima Paschati spectat ad Parochos.*

10 *Celebrantes, qui distribuunt candelas, cineres, & palmas, detecto capite distribuere debeat.*

11 *Aspersiones domorum in Paschate Resurrectionis ad Parochos privative quoad alios Ecclesiæ Clericos spectant.*

☞ *Vide Additionem.*

12 *Regulares non possunt in Sabbato Sancto benedicere domos, cum non possint hoc munus extra Conventus suos exercere.*

☞ *Vide Additionem.*

13 *Processiones facere per Parochiam ad Curatos spectat, & sine eorum consensu illas dirigere nullus, etiam Regularis, valet.*

☞ *Vide Animadversionem.*

14 *Fratres Dominicani possunt processionem Sanctiss. Sacramenti Dominica infra Octava Corporis Christi facere per vicos, & plateas ab eis semel eligendas absque Parochorum consensu, & 15. vide Animadversionem & post num. 16. vide Additionem.*

Functiones parochiales sunt illæ, quæ a proprio Parocho fiunt, & quibus capellarum, seu quorumvis beneficiorum simplicium Rectores, Sacristæ, & Capellani se intromittere nequeunt; sed tale officium ad ipsum tantum Parochum spectat, ita novissime Aloys. Ricc. *in praxi rer. fori eccl. p.4. resol.* 304. prout in casibus, qui sequuntur. 1

Benedictio fontis baptismalis inter functiones parochiales connumeratur, ac proinde ad solum proprium Parochiæ Rectorem spectat, ut per Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Missa, in fine pag.* 403. Hier. Carat. *in opusc de Juribus Parochial. tit.1. cap.6.* Aloys. Ricc. *d. p. 4. resol.* 308. 2

Sanctiss. Sacram. delationes, & celebrationes Missarum Feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati Sancti inter functiones parochiales connumerantur, & propterea tale munus non spectat ad Capellanos, sive Sacristas Ecclesiarum, sed ad proprium Parochum, seu Rectorem, animarum curam habentem, in Ecclesia institutum, ita declaravit S. Rituum Congr. *sub die* 18. *Maji* 1602. prout referunt Quarant. *d. verb. Missa*, & Aloys. Ricc. *d. p.4. resol.* 309. 3

Candelarum benedictio in die Purificationis B. V. & earum dispensatio inter parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios Paroch. spectat, ita ex Quarant. & Carat. resolvit Aloys. Ricc. *d. p.4. resol.*305. & censuit S.Congr. Rit. *in Alatrina* 5. *Martii* 1633. cujus memini *in collect. Bullarii verb. palma* 3. 4

Caveant utique Parochi hujusmodi candelas transmittere ad ædes sæcularium; sed juxta laudabilem, & observatam ab Ecclesia universali consuetudinem in Ecclesia populus eas recipere teneatur, ut censuit S. Cong. *negotiis Episcoporum, & Regularium præposita in una Fulginen. de an.*1585. 5

Additio.

☞ Ex Decreto Cong. Episcopor. sub *die* 31. *Januar.* 1581. 26. *Martii* 1585. *in* Triventina, 14. *Januar.* 1633. in Spoletana, candelæ benedictæ trasmitti nequeunt etiam a Regularibus ad domos privatas, nisi forte alicui personæ, ægritudine, vel aliter legitime impeditæ. Concilium Beneventanum *an.*1646. *tit.* 48. *n.*3., *& an.* 1693. *num.* 2., excipit ab hac prohibitione Patronum Ecclesiæ, si jus habeat candelam exigendi. Relinquit etiam arbitrio Episcopi eam transmittendi ad Dominum alicujus loci. Quod si Patronus fuerit præsens candelarum benedictioni, præferendus est in receptione candelæ de manu Celebrantis cunctis laicis, Braschius in Promptuario *Synodo cap.* xciv. *n.* 37.

Teneri autem Parochum propriis sumptibus populo distribuere dictas candelas, pluries decrevit Sac. Cong., ut notat laudatus Braschius loc. cit. num. 4., additque ex Decreto dictæ Cong. in una *Nullius Fasanelli* 2. *Aprilis* 1601. quod si Parochus,

chua, vel qui tenetur eaa distriboere, id explere neglexerit, cereorum pretium erogari debeat in comparandis sacris paramentis, vel aliis Ecclesiæ ussibus, sed si hæc pæna parvi pendatur, poterit Episcopus competenter eam augere. Debet autem mandare, ut distribuantur juxta solitum, quoad pondus, nulloque prætextu hoc diminui, ex Decreto Cong. Episcopor. in *Andrien.* 12. *Martii* 1623, *& in Ripatranson.* 27. *Julii* 1646. Nec laici se ingerere possunt in iisdem candelis ponderandis, eadem *Cong. in Hieracen.* 15. *Jannarii* 1578. Quatenus vero facultates Ecclesiæ multum decreverint, potest quoque pondus diminui, ut declaravit dicta *Congregat. in Aurien.* 25. *Julii* 1616. ☜

6 In Ecclesiis autem cathedralibus candela benedicta debet Episcopo ministrari a prima Dignitate, ut declaravit Sacra Rituum Cong. *in una Eri-*
7 *xien.* 28. *Maji* 1616. Et candelam ab Episcopo accipere debet ante omnes, etiam ante Vicarium, ille, qui candelam Episcopo ministravit, ex ead. S. Cong. *in una Lucerina* 14. *Junii* 1608. Et novissime ead. S. Cong. Rit. *in causa S. Marci* 5. *Martii* 1633. censuit, quod, Episcopo distribuente candelaa, cineres, & palmas, præferendus est ille, a quo Episcopus prædicta recepit, post quem Dignitates, & Canonici sacris vestibus induti, & ante omnes Vicariua generalia. Et eodem die, & anno *in una Volteran. terræ Gualdi*, declaravit, quod in distributione candelarum, cinerum, palmarum, & similium supra omnes alios, etiam supra Vicarium generalem, præferenda est illa Dignitaa, vel Canonicua, a quo Celebrans recepit candelam, cinerem, palmam, & alia, post quem immediate Vicarius generalis in præmissis omnibus anteponendua est.

In aliquibus Ecclesiis viget consuetudo dandi laicis annuatim candelas in die Purificationis, quia multum confert ad devotionem, Feder. de Senis *conf.* 155. Greg. Lop. *l.* 15. *in glo. verbo de tuo officio, in fine tit.* 17. *p.* 1. & est tolerabilius, si non præjudicetur nimis Ecclesiæ, & abundet redditibus, ut post alios tradit Grutier. *l.* 2. *canon. c.* 21. *num.* 159. quem refert Perea de Lara *d. capellan. c.* 21. *num.* 26. ubi attestantur, hanc consuetudinem servari in alma Ecclesia toletana eo die Purificationis, & in festo Corporis Christi, & num. 28. differit pro utraque parte, & Doctores referens, an hæc candelarum præstatio præscribatur contra Ecclesiam quadraginta annorum spatio.

8 Cinerum benedictio, quæ solet fieri primo die Quadragesimæ, connumeratur etiam inter functiunes parochiales, & ideo a Parocho est facienda, ut post Quarant. Carat. & Novar. tenet Aloys. Ricc. *d. p.* 4. *resol.* 306. Sac. Cong. Rit. *in d. Alatrina* 5. *Martii* 1633.

9 Palmarum benedictio, quæ in toto christiano orbe in die Dominicu proximo Paschati fieri solet, cum inter functiones parochialea connumeretur, spectare debet ad Parochos locorum ordinarios, ita post citatos tradit Aloys. Ric. *d. p.* 4. *re-*
10 *sol.* 307. & Celebrantes, qui distribuunt candelas, cineres, & palmas, quod detecto capite distribuant, censuit Sacr. Rit. Congr. *sub die* 18. *Julii* 1626. Et novissime ead. S. Rit. Congr. de omnibus supradictis functionibua parochialibus agens, *in una Alatrina* 5. *Martii* 1633. censuit, benedictionem candelarum, cinerum, palmarum, & similium a Curatis in eorum Ecclesiis paruchialibus peragi debere.

Aspersiones domorum in die Sabbati Sancti post 11
factam fontis benedictionem, ut in Italia fieri solet, vel in primo, aut secundo die post Dominicam Resurr. secundum morem, qui viget in Lusitania, cum inter functionea paruchiales similiter connumerentur, spectant solum ad Parochoa privative quoad alios Ecclesiæ Clericos, ita post citatos resolvit Aloys. Ricc. *d. p.* 4. *resol.* 310.

Additio.

☞ Circa functiones relatas a n. 3. ad totum 11. videnda sunt Responsa Congr. Rituum ad dubia sibi proposita, quæ legenda sunt in fine hujus Capituli. ☜

Unde Congr. Conc. *sub die* 23. *Novemb.* 1616. 12
censuit, Regulares non posse in Sabbato Sancto benedicere domos, cum non possint hoc munua extra Conventum suum exercere. Et ead. Sacr. Congr. *in una Bonon. sub die* 4. *Julii* 1620. censuit, non posse Regulares in hebdomada sancta benedicere domos in Diœcesi existentes, cum hoc sit munua Parochi, refert Lezana *in sum. q. Reg. t.* 1. *c.* 12. *num.* 41. *vers. ad quartum decimum*, *in ver. ad novum* subdit, fuisse ab ead. S. Congr. decisum, Regulares non prohiberi in eorum Ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere.

Animadversio.

☞ Quod Regulares possint in suis Ecclesiis benedicere mulierea post partum, novissime declaravit Cong. Conc. in Derthonen. 3. Decembria 1718. ad dub. VII. his verbis conceptum = An jus benedicendi sponsas, & puerperaa spectet privative ad Parochos = Respondit = Ad VII. affirm. quoad primam partem, & negative quoad secundam, ut in Thesaur. resolut. ejusd. Cong. tom. 1. pag. 132. & clariua in eadem Derthonen. 7. Decembria 1720. respondit = Item quoad VII. in decisis quoad primam partem, & quoad secundam esse in libertate puerperarum accedere ad quamcumque Ecclesiam sibi benevisam, ut cit. tot. 1. pag. 399. Præterea cum in causa Aquen. *jurium parochialium* inter PP. Carmelitas, & Præpositum loci *Incisæ* propositum fuisset eidem Cong. sequens dubium X. = an possint in propria Ecclesia mulieres post partum benedicere, & ad purificationem admittere, = diebus 19. Maii & 9. Junii 1708., respondit = ad X. affirm. & sic relatum legitur in Bullario Clem. XI. decret. III. inter decreta Cong. Conc. fol. 542. & 543. impressionis romanæ. ☜

Processiones facere per Parochiam ad Curatos 13
spectat, & sine eorum consensu illas dirigere nullus, etiam Regularis, valet, ut censuit S. Rit. Congr. *in una Hispalen. sub die* 26. *Februar.* 1628. cujus decisionis copiam hic transcribo: *Abbas major, & univers., Paroch. Civitatis Hispalen. citatis procuratoribus Ordinum, supplicaverunt, diffiniri, an Regulares possint facere processiones extra clau-*

claustra Monasteriorum. Hinc, an stante consuetudine aliqua faciendi processiones extra claustra per vias publicas, sine consensu Paroc. talis consuetudo Regularibus suffragetur, & sit attendenda? Et S. Rit. Cong. ad tollendas difficultates, quæ quotidie oriuntur circa processiones faciendas, tam per Regulares, quam per Confraternitates in Ecclesiis Regularium, inhærendo decretis, alias in similibus factis, & signanter in Cæsaraugustana 17. Martii 1617. censuit, in processionibus fiendis, tam per Regulares, quam per Confraternitates laicorum, ita in posterum servari debere, ut in Eccl. habentibus claustrum processiones fieri non possint, nisi intra claustra tantum, & non extra. In Ecclesiis vero carentibus claustro fieri possint intra ambitum, hoc est, prope muros Ecclesiæ, sive exeundo a janua Ecclesiæ, & intrando per aliam, sive per eandem, & semper prope muros Ecclesiæ, extra vero ambitum Ecclesiæ non licere, neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi: exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale privilegium faciendi processiones per alia loca, quibus per hoc decretum S. Congr. non intendit præjudicare. Et novissime ead. S.Cong. Rit. *in Liman. 15. Decemb.* 1632. censuit, non licere Regularibus, & Confraternitatibus laicorum, habentibus claustra, processiones facere extra claustra monasterii; carentibus vero claustris, nonnisi intra ambitum, hoc est, prope muros Ecclesiarum, sive exeundo a janua Ecclesiæ, & intrando per aliam, sive per eandem, & semper prope muros Ecclesiæ; extra vero ambitum Ecclesiarum, non nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce parochiali. Et idem fuisse rescriptum Cardinali Ludovisio Archiepiscopo Bononien. a Sacra Congr. Conc. *sub die 2. Julii* 1620. refert Lezana *in sum. quæst. Regul. c. 12. num. 41. vers. ad octavum, ubi in vers. tertio* subdit, ibidem fuisse decisum, non posse Regulares portare pluviale, aut stolam per Parochiam extra Ecclesiam, aut claustrum.

Animadversio.

☞ Hæc quidem licentia peti debet, sed si denegetur, sufficit petita, & non obtenta, ut declaravit Cong. Conc. in Aquen. 6. Junii 1708, & 27. April. 1709. occasione Processionis B. Virginis de Monte Carmelo. ☜

14 Excipiuntur tamen Fratres Dominicani, juxta declarationem ejusdem S. Rit. Cong. *in causa Pisaurien. sub die 14. Novemb.* 1615. quæ sic cantat. *Sacra Congr. Rit. audita relatione Illustrissimi, & Reverendissimi D. Card. de Monte, coram qua de mandato ejusdem S. Congr. Rituum deducta fuerant voce, & scripto jura, & rationes Fratrum Prædicatorum civitatis Pisauriensis, prætendentium, posse virtute literarum Clem. VIII. ampliare viam, ab illis alias electam, pro Processione sanctissimi Sacramenti facienda Dominica infra Octavam Corporis Christi, eadem S. Cong. audita relatione, ut supra, juxta formam literarum fel. record. Pap. Clem. VIII. in quibus expresse dicitur, quod Fratres Dominicani possint dictam processionem sanctissimi Sacramenti facere per vicos, plateas, & loca, ab eis electa, semel tantum eligenda, declaravit, dictos Fratres Dominicanos in dicta eorum processione, quam in civitate Pisauri facere solent Dominica infra Octavam festivitatis sanctissimi Corporis Christi, debere incedere per eandem viam, per quam processionaliter prima vice incesserunt, quando dictam processionem facere inceperunt.* Eadem quoque Sac. Cong. *in Materan. 25. Maji* 1632. censuit, Parochum non posse, nec debere impediri a Fratribus Dominicanis in sua solita processione in Dominica infra Octavam Corporis Christi, quia dictum Breve Clem. VIII. non afficit Parochos.

Item eadem S. Cong. *in causa Mat. sub die* 10. 15
Julii 1629. respondit, non licere Fratribus Dominicanis civitatis Materiæ in processione Santiss. Sacram. quem faciunt in Dominica infra Octavam Corporis Christi, mutare, aut variare vias, & loca semel, ab eis electa, sed incedere debere per easdemmet vias, per quas processionaliter prima vice incesserunt, quando dictam processionem facere cœperunt.

Animadversio.

☞ Nedum excipiuntur PP. Dominicani quoad processionem Sanctiss. Sacramenti in quacunque die infra octavam Corporis Christi, sed etiam quicumque Clerici, tam sæculares, quam regulares, ex Constit. Greg. XIII. *Cum interdum* 11. Martii 1573, in qua §. II, sic statuitur = Universis, & singulis Clero, & Clericis, ac personis ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam Ordinum, Religionum, ac Militiarum Regularibus, ac etiam &c., liceat ipsis, tam die ipsa Dominica infra octavam Corporis Christi, quam aliis totius Octavæ prædictæ diebus, processiones suas celebrare &c. Nec super eo, tam ab Ordinis Prædicatorum hujusmodi, quam aliis quibuscunque personis &c. quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari =

Item præfati PP. peragere possunt Processionem Sanctissimi Rosarii prima Dominica Octobris sine licentia Episcopi, & interventu Parochi, nedum ex pluribus decretis Sacrarum Congregationum relatis a Card. Petra *tom. V. in Commentar. ad Constit. XVIII. Sixti IV. n. 15. & 16.* sed etiam ex literis in forma Brevis *Benedicti XIII.* 10. *April.* 1725, in quibus iisdem indulsit, ut prima Dominica mensis Octobris, ingrediendo limites cujuscunque parochiæ, Ordinarii licentia minime requisita, & absque assistentia Parochi, ac cum omni pompa, peragere licite, & libere possint. ☜

Hactenus de functionibus parochialibus quæ sunt 16
diversæ a jure Paroc. quod septem modis consideratur, in quibus ipsum consistit, videlicet in audiendo Missam in diebus festivis in Parochia, ut *in cap. Dominicis de Paroch.* in decimis, in oblationibus, in Pœnitentiis recipiendis, in exhibitione Sacramentorum, in sepulturis, & in benedictionibus nubentium, de quibus vide Roman. *cons.* 356. *Circa primum col.* 1. Grutier. *alleg.* 8. *num.* 7. *& Canon. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 2. de quibus ex professo tractabimus *part.* 2. *&* 3. *hujus tractatus.*

Additio.

DECRETA

Congregationis Sacrorum Rituum.

Circa Jura parochialia, functiones, & praeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Capellanos, & Officiales.

URBIS, ET ORBIS.

AD debitum imponendum finem controversiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates sæculares, earumque Capellanos, & Officiales super juribus parochialibus, & functionibus ecclesiasticis, nonnullisque præeminentiis, seu prærogativis frequenter exoriri solent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Colloredo propositis infrascriptis dubiis; videlicet;

I. An Confraternitates laicorum, legitime erectæ in Ecclesiis parochialibus, habeant dependentiam a Parocho in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus?

II. An dictæ Confraternitates erectæ in Capellis, vel Oratoriis tum publicis, tum privatis, adnexis parochialibus Ecclesiis, & ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam a Parocho quoad dictas functiones?

III. An Confraternitates erectæ in aliis Ecclesiis publicis habeant, quoad easdem functiones, aliquam dependentiam a Parocho, intra cujus parochiæ limites sitæ sunt Ecclesiæ?

IV. An Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, sejunctis ab Ecclesiis parochialibus, quoad dictas functiones ecclesiasticas, habeant dictam dependentiam a Parocho?

V. An benedictiones, & distributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum sint de juribus mere parochialibus?

VI. An benedictiones mulierum post partum, fontis baptismalis, ignis, seminis, ovorum, & similium, sint de juribus mere parochialibus?

VII. An functiones omnes Hebdomadæ sanctæ sint de juribus mere parochialibus?

VIII. An celebratio Missæ solemnis feria quinta in Cœna Domini sit de dictis juribus parochialibus?

IX. An prima pulsatio campanarum in Sabbato Sancto sit de dictis juribus parochialibus?

X. An celebratio Missarum solemnium per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus parochialibus?

XI. An expositio Quadraginta horarum, & benedictio, quæ fit super populo, sit de dictis juribus mere parochialibus?

XII. An expositio, quæ fit cum Reliquiis, vel sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit super populo, sit de dictis juribus parochialibus?

XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum expressæ, peragi possint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?

XIV. An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres, statis horis, recitari possint horæ canonicæ cum cantu, vel sine, absque alia licentia Parochi?

XV. An in dictis Oratoriis privatis sit licita celebratio Missæ privatæ, assentiente Ordinario loci, & contradicente Parocho?

XVI. An Capellani Confraternitatum possint populo denunciare Festivitates, & vigilias occurrentes in hebdomada absque licentia Parochi?

XVII. An Parochus, invitis Confratribus, docere possit Doctrinam christianam in prædictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis, & privatis, a parochiali divisis, & separatis!

XVIII. An in sæpe dictis Ecclesiis publicis Confraternitatum possint haberi publicæ conciones, etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus, cum licentia Ordinarii, & absque licentia Parochi?

XIX. An in eisdem Ecclesiis possit celebrari Missa, sive lecta, sive cantata, ante Missam parochialem, sive lectam, sive cantatam?

XX. An ad Parochum spectet facere Officium funebre super cadaveribus sepeliendis in sæpedictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum?

XXI. An intra ambitum earumdem Ecclesiarum fieri possint Processiones juxta cujusque Confraternitatis institutum, absque interventu, vel licentia Parochi?

XXII. An eædem Processiones fieri possint extra ambitum dictarum Ecclesiarum absque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium transeundum est?

XXIII. An in dictis Processionibus Capellani Confraternitatum possint deferre stolam?

XXIV. An Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersorium a Parocho, in cujus territorio sunt sitæ dictæ Ecclesiæ?

XXV. An earumdem Ecclesiarum, & Confraternitatum Rectores, & Capellanos possit Parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & ex solo jure parochialitatis, compellere invitos ad assistendum functionibus Ecclesiæ parochialis?

XXVI. An in sæpe dictis Ecclesiis Confraternitatum, neque parochialibus, neque regularibus, retineri possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sine speciali indulto Sedis Apostolicæ?

XXVII. Præsupposita facultate retinendi, an possit infra annum publice exponi sine licentia Ordinarii?

XXVIII. An possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum, in sæpedictis Ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere?

XXIX. An in Ecclesia parochiali Confratres, vel eorum Capellani immiscere se valeant, invito Parocho, in ejusdem Ecclesiæ functionibus, sive parochialibus, sive non parochialibus?

XXX. An Confraternitates, sive sint erectæ in Ecclesia parochiali, sive extra illam, possint pro libito, & juxta uniuscujusque peculiaria statuta, Congregationes suas facere absque interventu, vel licentia Parochi?

XXXI. An

XXXI. An possint propria bona administrare, ac de illis disponere absque ulla dependentia a Parocho?

XXXII. Quando Parochus eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, & tanquam ejus delegatus, an possit suffragium decisivum ferre? & quatenus affirmative.

XXXIII. An etiam suffragium duplex?

Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature discussa, respondendum esse censuit.

Ad I. affirmative = ad II. affirmative = ad III. negative = ad IV. negative = ad V. negative = ad VI. negative; sed benedictiones mulierum, & fontis baptismalis fieri debere a Parochis= ad VII. negative, prout jacet = ad VIII. negative, prout jacet; sed spectare ad Parochos = ad IX. negative, prout jacet, sed spectare ad Ecclesiam digniorem ad formam Constitutionis Leonis X. 22. §. 14. = ad X. negative, prout jacet, sed licere Confratribus dumtaxat in festivitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesiæ, vel Oratorii, ut in Brundusina sub die 1. Junii 1601. = ad XI. negative = ad XII. negative, & quoad benedictiones eum Reliquiis, & Imaginibus serventur decreta = ad XIII., satis provisum in superioribus = ad XIV. affirmative, nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causa = ad XV. affirmative = ad XVI. affirmative = ad XVII. negative = ad XVIII. affirmative = ad XIX. negative, nisi aliter Episcopus disponat = ad XX. affirmative, quando tumulandus est subjectus Parocho, intra cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium = ad XXI. affirmative = ad XXII. negative, nisi adesset licentia Episcopi = ad XXIII. negative extra propriam Ecclesiam = ad XXIV. negative ad XXV. negative = ad XXVI. negative = ad XXVII. negative = ad XXVIII. negative = ad XXIX. negative = ad XXX. affirmative, dummodo non impediant functiones, & divina officia = ad XXXI. affirmative = ad XXXII. negative = ad XXXIII. negative = Et ita, salvia tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forsan factis, concordiis inter partes initis, & a Sancta Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus synodalibus, ac provincialibus, consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, declaravit, ac decrevit, si Sanctissimo Domino nostro videbitur = Die decima Decembris 1703. =

Et facta deinde per me Secretarium de prædictis Decretis Sanctissimo Domino nostro relatione, prævia eorum integra lectura, Sanctitas sua laudavit, benigneque approbavit, & publicari, & non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus, servari mandavit, Die 12. Mensis Januarii 1704.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret. ☜

☞ Circa benedictiones mulierum post partum, vide a me addita in hoc eodem Capitulo post num. 12. ☜

CAP. XIII.

De Parochorum cura circa propriæ Ecclesiæ, & habitationis reparationem, & debitam reverentiam ipsi Ecclesiæ habendam, ejusque bona, & res conservandas.

SUMMARIUM.

1 *Parochi Ecclesias, cum indigent, reparare, & restaurare debent, pro rata scilicet redditnum, ut num. 2. & deducto prius necessario ad suam sustentationem, ut num. 4.*
☞ *Vide Additionem.*

3 *Commendatarii perpetui tenentur ad reparationem Ecclesiarum.*
☞ *Vide Additionem.*

5 *Beneficiorum fructus non ad crescendos, aut augendos, seu fovendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & divinum cultum instituendum sunt concessi.*

6 *Parochiani ad Ecclesiæ reparationem tenentur contribuere in defectum Parochi.*
☞ *Vide Additionem.*

7 *Onus contribuendi ad Ecclesiæ reparationem per Parochianos in defectum Parochi, spectat ad dominum, & non ad conductores domus.*
☞ *Vide Additionem.*

8 *Patroni, quatenus Ecclesia, quæ indiget reparatione, de jure patronatus sit, tenetur contribuere in defectum Parochorum.*
☞ *Vide Additionem.*

9 *Parochiani, licet nobiles sint, & exempti, tenentur contribuere in defectum Parochorum, & ad hoc cogendi sunt, quacunque appellatione non obstante.*

10 *Parochiani non possunt usui Ecclesiæ cedere, & recedere a parochia, nec ipse Parochus renuntiare beneficio, ut evitent onera reparandi Ecclesiam.*
☞ *Vide Additionem.*

11 *Parochiani, quando sunt pauperes, nec possunt reficere Ecclesiam parochialem, illa debet transferri ad Matricem, seu viciniorem Ecclesiam.*
☞ *Vide Additionem.*

12 *Domus parochialis, id est habitationis Parochorum, debent reparari, & instaurari eodem modo, quo Ecclesiæ parochiales.*
☞ *Vide Additionem.*

* *Rector, & Parochiani a quibus compellantur ad reparationem Ecclesiæ ibid.*

13 *Parochus studere debet, ut suæ Ecclesiæ debitus deferatur honor, nec quicquam in ea indecens, aut inhonestum fiat.*

14 *Negocia sæcularia, placita, vel contractus, aut sæculare judicium in Ecclesia fieri non debent.*

15 *Citatio in Ecclesia fieri non debet.*

16 *Actus ecclesiastici ad jurisdictionem voluntariam pertinentes, possunt in Ecclesiis celebrari, non sic ad jurisdictionem contentiosam spectantes.*

17 *Actus in Ecclesia facti, an sint validi, ostenditur.*

18 *Conclamationes, seditiones, & publica, ut vocant, parlamenta, seu Universitatum consilia, aut Congregationes in Ecclesia fieri non debent.*

19 *Con-*

19 *Congregatio, etiam per laicos, fieri potest in Ecclesia pro actu pietatis, aut pro spiritualibus exercitiis, vel piis operibus.*

20 *Negocia ecclesiastica, & spiritualia in Ecclesia tractari possunt.*

21 *Judicia omnia Ecclesiæ possunt fieri in Ecclesia.*

22 *Ludi theatrales, & monstra larvarum, & chori sæcularium, vel cantica puellarum in Ecclesia fieri non possunt.*

23 *Theatralico more non est in Ecclesia canendum.*
☞ *Vide Additionem.*

24 *Cantores ecclesiastici honeste, religiose, & non lascive in Ecclesia cantare debent.*

25 *Cantus religiosus quis dicatur, ostenditur.*

26 *Saltationes in Ecclesia fieri permittere non debent Parochi.*

27 *Clamores, & strepitus in Ecclesia fieri non debent.*

28 *Convivia in Ecclesia cum irreverentia loci sacri fieri non debent, nisi aliquid frugale, & parvulum in angulo Ecclesiæ, sine tumultu, & luxu, ac perturbatione adstantium sumatur.*
☞ *Vide Animadversionem.*

29 *Pernoctationes, & vigiliæ, quæ olim in Ecclesiis pro solemnitatibus ad Martyrum corpora fieri solebant, hodie non permittuntur.*

30 *Supellectilia, seu utensilia domus in Ecclesia reponi non debent, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, & similem necessitatem.*

31 *Excommunicati, & nominatim interdicti, & illi, quibus specialiter est ingressus Ecclesiæ interdictus, ab Ecclesia ejici debent.*
☞ *Vide Additionem.*

32 *Infideles permittuntur ingredi Ecclesiam ad Verbum Dei audiendum, & ibid. stare possunt usque ad Missam Cathecumenorum.*

33 *Pœnitentes solemniter, & criminosi ab Ecclesia ingressu arcentur ad tempus.*

34 *Ecclesiam olim intrare non poterat vir, qui cum propria uxore copularetur, nisi lotus aqua.*

35 *Ecclesiæ in ingressu singuli aqua asperguntur ad veniales saltem maculas abstergendas.*
☞ *Vide Animadversionem.*

36 *Sacrilegii species, & modi quot?*

37 *Illicita in Ecclesia facientes, quas pœnas incurrant, ostenditur.*

38 *Res, seu bona etiam mobilia ad parochiales Ecclesias pertinentia quomodo conservanda, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

39 *Parochi cavere debent a locationibus bonorum suæ Parochiæ cum anticipatis solutionibus.*
☞ *Vide Additionem.*

40 *Bona immobilia Ecclesiæ ultra triennium locari, aut alia ratione alienari prohibentur sub excommunicationis, aliisque gravissimis pœnis.*

41 *Alienationes factæ de bonis immobilibus Ecclesiæ cum clausula,* reservato Sedis Apostolicæ beneplacito, *irritæ, & invalidæ censendæ sunt, si ante impetratam confirmationem possessio rei ecclesiasticæ alteri tradita fuerit.*

42 *In alienatione rerum tenuiorum, licet immobilium Ecclesiæ non requiritur Apost. auctoritas, dummodo causa cognita, & evidente Ecclesiæ utilitate comperta, ea Ordinarius auctoritate sua probaverit.*
☞ *Vide Additionem.*

Sciant Parochi, Ecclesias, cum indigent, reparare, & restaurare debere, quemadmodum jubet Alex. III. *in capit. de his, de eccles. ædific.* hoc enim modo ad Lexovien. Episcopum rescripsit. *De his, qui parochiales Ecclesias habent, duximus respondendum, quod ad reparationem, & instaurationem Ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, conferre, ut eorum exemplo cæteri invitentur.* Quod rescriptum innovavit Conc. Trid. *sess. 21. de reform. cap. 7.* addita nova provisione in casibus, in quibus Parochi, vel etiam parochiani tanta laborent inopia, ut nequeant parochiales Ecclesias reparare. Concilii autem contextus hujusmodi est. *Parochiales vero Ecclesias, etiamsi jurispatronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientibus percipiunt, aut in illorum defectum, Parochianos, omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, & exemptione remota.* 1

Additio.

☞ Cum Alexander statuat, cogendum esse Parochum ad restaurationem Ecclesiæ de bonis ipsius Ecclesiæ, si supersint, intelligendus sit, si supersint a congrua ejusdem Parochi vitæ sustentatione, ut declaravit etiam Cong. Conc. Quæri potest, in qua quantitate constitui debeat hæc congrua: prudentis arbitrio credo, esse statuendam, considerata qualitate personæ, loci, & temporis. Neque hic locum habere potest, quod de hac eadem congrua edixit Nicolaus Papa, scribens Hosbaldo Choeepiscopo Quadrantino *Canon. XXXIX. studeat. distin. L. in fine*, quod scilicet talis sit, qua ipse, & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis solatium. Quem Canonem amplexa est Glossa in *Can. XVII. Cum adeo, verb. sufficientem, de Rescript.* nequaquam enim, ut animadvertit *Benedict. XIV. Instit. ecclesiast.* C. admiscendæ sunt expensæ = quæ fiunt pro alendis Consanguineis, aut pro servanda generis sui conditione; ea solum numeranda sunt, quæ ad Parochum ipsum sustentandum necessaria ducuntur. Equidem Barbosa scriptum reliquit *ad Cap. VII. sess. XXI. de Reform. n. 9. & 10.* = Teneri Rectorem ad reparationem, si beneficii bona sustentandæ vitæ supersint, quamvis ad tuendam conditionem, seu statum non sufficiant; quia beneficiorum fructus non ad crescendos, seu erigendos, vel fovendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & divinum cultum instituendum sunt concessi. =

An autem ex allato Tridentino Decreto teneatur etiam contribuere Pensionarius, Congr. Concil. *In Civitatis Plebis 18. Martii 1628. ut lib. XIII. Decretor. pag. 418.* declaravit, teneri, nisi forte pensio prorsus immunis sit ab hoc onere, ut plerumque contingit, concessa fuerit. ☜

Ex quibus juribus collige, ad reparationem Ec- 2
clesiæ, ubi certa pars, aut redditus sufficientes deputati non fuerint, gloss. *verb. ad ecc. a in cap. 1.*

de Eccles. ædif. ubi Abb. *num.* 3. teneri Rectorem, seu illum, qui decimis, & ecclesiasticis gaudet redditibus, pro illorum rata contribuere, ut resolvunt Surd. *cons.* 60. *a num.* 1. Flamin. Paris. *de resign. benefic. l.* 3. *q.* 15. *num.* 1. Rip. *resp.* 22. *n.* 3. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 476. *numer.* 4. Azor. *instit. moral. part.* 2. *l.* 9. *cap.* 3. *qu.* 10. Valasq. *cons.* 179. *num.* 12. ubi quod, si in Ecclesia est certa portio, seu sunt certi redditus deputati ad fabricam ipsius, & sufficientes, & Clerici, qui talem portionem, vel redditus percipiunt, tenentur ex illis Ecclesiam reficere, vel ædificare, & num. 12. quod, si portio deputata ad fabricam non sufficit, tum Prælatus, & Clerici beneficiarii tenentur supplere ei, quod deficit, secundum redditus, quos unusquisque eorum babet ex tali Ecclesia, novissime idem Aloys. Ricc. *in praxi rer. fori eccl. p.* 4. *resol.* 336. *& res.* 346.

Additio.

Nedum Beneficiati tenentur supplere, sed etiam Pensionarii in hypotesi, qua supra.

3 Tenet Commendatarios perpetuos teneri ad re-
4 parationem Ecclesiæ, deducto scilicet prius necessario ad sustentationem, Sarmien, *de redditib. p.* 1. *mon.* 82. *num.* 3. Cened. *d. num.* 1. *in medio* Gutier. *alleg.* 10. *num.* 7. *ad fin.* Paul. Comit. *respons. moral. l.* 1. *q.* 82. *conclus.* 3. Bellet. *disquisit. clericor. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 15. *num.* 1. Salgado *de potest. Regia, tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 5. *num.* 16.

Additio.

Quoad Commendatarium ita etiam declaravit eadem Congregatio *in Bossanen. restaurationis Ecclesiæ parochialis* 25. *Feb. &* 11. *Mart.* 1741. *tom. X. dicti Thesaur. pag.* 30. *&* 35. *ac Rota cor. Ratta in Constantien. restaurationis Ecclesiæ* 3. *Martii* 1758. §. *VIII. & seqq.*

5 Non autem ad tuendam conditionem, seu statum, quia beneficiorum fructus non ad crescendos, aut augendos, seu fovendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & divinum cultum instituendum sunt concessi, ut bene advertunt Paul. Comitol. *d. concl.* 3. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *dec.* 293.

6 At, si Parochus non habeat ab Ecclesia tot redditus, quibus præstare possit talem reparationem, tunc in illius defectum tenentur Parochiani contribuere, Abb. *cons.* 70. *num.* 2. *p.* 1. Lambertin. *de jurepatron. art.* 2. 7. *qu. princ. l.* 3. *num.* 4. *vers. tertius est casus, & num.* 7. *vers. & si isti beneficiati*, Azor. *instit. mor. p.* 2. *l.* 9. *c.* 3. *q.* 10. Aloys. Rice. *d. resol.* 476. *num.* 7. *& in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *decis.* 15. *num.* 7. *& in d. praxi, p.* 4. *resol.* 336. *num.* 8. *& resol.* 349. ubi ampliat etiam, nulla existente consuetudine contribuendi, & *resolut.* 330.

Additio.

Parochiani tenentur in defectum simul reddituum parochiæ, beneficiorum, ac pensionum.

Quod hoc onus spectat ad dominum, & non ad 7
conductorem domus, Cabed. *Lusitan. dec.* 91. *numer.* 8. *art.* 1. Valas. *Cons.* 179. *n.* 16. Bellet. *d. tit. de clerico debitore*, §. 14. *num.* 5. & expresse Conc. Trid. *d. cap.* 7. ibi, *aut in illorum defectum Parochianos &c.*

Additio.

Dominum, etiam degentem extra parochiam, non conductorem, ad id onus teneri, declaratum fuisse refert *a Cong. Episcop., & Regul.* 10. *Octob.* 1581. *Benedictus XIV. Instit. Eccles. la C. in ordine §. Congregatio.*

Et a fortiori patroni, quatenus Ecclesia de ju- 8
repatronatus sit, quia percipiunt emolumentum a dicto jurepatronatus, quod in præsentatione consistit, & habent honorantias primi loci in processionibus, & in sessionibus, ac percipiunt alimenta ab ipsa Ecclesia in necessitate, Bellet. *d.* §. 14. *num.* 10.

Additio.

Circa Patronos, quibus ad inopiam redactis danda sunt alimenta, hæc debentur ex dispositione Sacrorum Canonum, ad quos se refert *Clemens III.* in Decretali relata *in cap. XXV. Nobis de Jur. Patronat.*, videlicet ad *Can. XXXVIII. Concilii Toletani IV, celebrati an.* 633. his verbis expressum = Præbendum est a Sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maxime bis, quibus restituenda vicissitudo est. Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid devotione propria contulerunt, si forte ipsi, *aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam*, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim Clericis, vel Monachis, seu peregrinis, aut, quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis bis consulendum est, quibus *retributione justa debentur*. = Ac ad alterum Can. XXIX. *Contra Sanctorum*, relatum a Gratiano caus. 16. q. 7. in quo sic legitur = Si vero Fundatores Ecclesiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eisdem Ecclesiis temporalis vitæ suffragia percipiant =

Cum autem ex his Canonibus, & Clementis Decretali jus percipiendi alimenta competat *Patronis, eorumque Filiis, & successoribus de familia*, cum & hi veniant nomine Filiorum, quæri hic obiter potest, an id juris competat etiam personæ extraneæ, ad quam jus dumtaxat præsentandi ad Ecclesiam, vel beneficium juris patronatus translatum est? Negativam sententiam cum Florentio sustinet *Van espen, part. II, tit. XXV. de Jure patronat. cap. VI. num.* 8. *& novissime Card. Petra in Commentar. ad Constit. VII. Gregorii IX. tom. II. num.* 23. *& seqq.* Si enim ab Ecclesia patronata justa retributio debetur, hæc ejusdem auctoribus, eorumque successoribus facienda est, non extraneis, qui nihil de bonis suis in eandem Ecclesiam transtulerint; potissimum si jure tantum præsentandi ex testamentu gaudeant.

Non obstante autem bac clara allatorum Canonum dispositione, censuit Rota, hoc jus alimentorum,

torum, ex eorumdem benignitate conceſſum Patrono, ejuſque filiis ratione fundationis, extendendum eſſe etiam ad illius hæredes, licet extraneos, in quos jus patronatus tranſivit; *in Alatrina jurispatronatus* 7. *Decemb.* 1705. §. *final. coram Molino*; *in Salernitana Alimentorum*, & 11. *Januarii* 1712. *coram Scotto*, & *in alia Salernitana Alimentorum* 20. *Junii* 1712. *coram Scotto*, *impreſſa apud Pitonium tom.* I. *de Controverſ. patronor. allegat.* 44. *num.* 66., & *ſeqq. ac* 22. *Febr.* 1723. *coram Falconerio*, *inter impreſſ. deciſ.* 6. & 8. *de Aliment.*

Advertendum tamen, quod Rota fuit in hoc ſenſu reſpectu hæredis fundatoris, non vero reſpectu Legatarii, ad quem non hæreditas ex integro, ſed pars tantum, & ne quidem ad corporalia bona, ſed ad incorporale translata eſt. ☜

9 Quod procedit, licet Parochiani hujuſmodi nobiles ſint, & exempti, cum hoc ſit opus publicum, & communem omnium utilitatem concernens, ut docent Avendan. *de exequend. mand. l.* 2. *c.* 14. *num.* 19. Cened. *d. collect.* 153. *num.* 3. Cabed. *d. dec.* 91. *num.* 1. *cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *d. dec.* 15. *num.* 4. *p.* 4. Ego ipſe *de officio*, & *poteſt. Epiſcop.* 3. *alleg.* 64. *num.* 7. quia nihilominus cogendi ſunt, quacunque appellatione non obſtante, Gonsal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. *in annot. num.* 218. Salga-
10 do *d. p.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. In tantum, ut illi non poſſint uiui Eccleſiæ cedere, & recedere a parochia, nec ipſe Parochus renunciare beneficio, ut evitent onera, & eorum præſtationem, ſecundum Greg. Lop. *l.* 11. *tit.* 10. *p.* 1. Lambertin. *d. q.* 7. *art.* 2. *num.* 7. *verſ.* & *ſi iſti beneficiati*, & *art.* 5. *num.* 2. Bellet. *d.* §. 14. *num.* 7. *verſ.* & *in tantum*.

Additio.

☞ Cum tota ratio, quare Parochiani cogendi ſint in defectum omnium prædictorum ad contribuendum pro Eccleſiæ reſtauratione, ſita ſit in eorumdem commodo, ob quod conſtituta eſt Eccleſia parochialis, in inſtructione ſcilicet circa rudimenta fidei, & Doctrinam chriſtianam, in audienda Miſſa, & receptione Sacramentorum, videtur, eoſdem licite recedere poſſe a Parochia, ſeque ad aliam transferre, cum hujuſmodi commodum non amplius relaturi ſint a parochia, quam deſerunt. ☜

11 At quando Parochiani ſunt pauperes, nec poſſunt reficere Eccleſiam parochialem, debet ſervari diſpoſitio Conc. Trid. *d. c.* 7. *in fine*, ſic ſtatuentis: *Quod, ſi nimia egeſtate laborent, ad Matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate, tam dictas parochiales, quam alias Eccleſias dirutas in profanos uſus, non ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, convertendi*, referunt Valaſc. *conſult.* 179. *num.* 22. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p.* 4. *reſol.* 348. *a principio*.

Additio.

☞ Cong. Conc. cenſuit, ruinas, & lapides Eccleſiæ dirutæ converti poſſe arbitrio Epiſcopi in viarum publicarum ædificium, ſeu etiam in privatarum domorum uſus. ☜

Quod diximus de reparatione, & reſtauratio- 12
ne Eccleſiarum parochialium, idem omnino dicendum eſt de domibus parochialibus, id eſt habitatione Parochorum, ut declaravit Sacra Congreg. Conc. *ad c.* 7. *ſeſſ.* 21. *de reform.* in hæc verba: *Idem cenſuit Cong. de domibus pro neceſſaria Parochi habitatione intelligendum, quod de Eccleſiis parochialibus deciſum eſt, omni contradictione remota.*

Additio.

☞ Anno nempe 1592. 22. Junii in Nullius, & 10. Junii 1595. ☜

Supereſt videndum, a quibus Rector, & Paro- 13
chiani compellantur ad reparationem Eccleſiæ? Et in primis citra dubium eſt, quando Rector compellitur, agendum fore in Judicio eccleſiaſtico: nam illa obligatio apud Rectorem reſidet, quia quarta pars fructuum Eccleſiis de jure communi conceſſa eſt ad earum reparationem, Doctores *in d. c.* 1. *de Eccleſ. ædif.* unde illud onus tanquam reale, poſſeſſionem ſequitur; ita Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *c.* 18. *num.* 7. Quando vero Parochiani ſunt compellendi ratione fabricæ, & alimentorum Rectoris, de jure ad Prælatos ſpectat examinare, & decernere, quænam opera in Eccleſia fieri debeant, vel reparari, contributionemque per capita diſtribuere, & tandem compellere, quando opus eſt; hæc enim omnia privative ad Prælatos ſpectant, cum divinum cultum reſpiciant, & adminiſtrationem Eccleſiarum, quæ ſolis Prælatis incumbit *cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. Reb. *dec. q.* 6. *num.* 22. & *de congrua portione num.* 94. Conc. Trid. *d. c.* 7. ibi, *in eorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant*, Gabr. Pereira *d. cap.* 18. *num.* 8. ubi *num.* 9. hinc colligit, quod non ſolum ad Prælatos ſpectat hæc cognitio, & diſcuſſio, qualia opera debeant fieri, ſed etiam contributiones decernere, & ad illas ſubeundas cogere; ſubditque, quod ſi Prælati in talibus collectis exceſſerint, poterunt gravati ad legitimum ſuperiorem appellare.

Plures aſſertiones circa hanc materiam congerit Valaſc. poſt primam hujus tract. impreſſionem a me viſi, *conſ.* 179. *n.* 7. ubi admonet, ante omnia in hac obligatione fabricæ attendendam eſſe conſuetudinem: nam ſi conſuetudo legitime præſcripta fuerit, quod vel Epiſcopus, vel Rector, vel beneficiarii, vel etiam laici parochiani præſtent ſumptus fabricæ, vel quod Rector Eccleſiæ, & beneficiarii reficiant capellam majorem, Parochiani vero corpus Eccleſiæ, ut fit in multis locis Regni Portugaliæ, talis conſuetudo, non obſtantibus Canonibus, ſervanda erit: ita Petrus Gregor. *Syntag. jur. d.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Surd. *conſil.* 62. *num.* 16. Valaſ. *dict. concil.* 179. *num.* 7. ubi extendit, valere talem conſuetudinem etiam contra laicos parochianos, ut ipſi teneantur ad fabricam.

Debet quammaxime Parochus ſtudere, ut ſuæ Eccleſiæ debitus deferatur honos, nec quidquam in ea indecens, aut inhoneſtum fiat, ut monet Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſerv.* & *evit. in celeb. Miſſ.* his verbis. *Ab Eccleſiis muſicas eas*,

ubi sive organo, sive cantu, lascivum, aut impurum
aliquid miscetur, item seculares omnes actiones, va-
na, atque adeo profana colloquia, deambulationes,
strepitus, & clamores arceantur, ut domus Dei vere do-
mus orationis esse videatur, & dici possit, refert San-
chez in praecepta Decalogi, tom. 1. l. 2. cap. 37. nu-
mer. 7. Jo. Sanch. in select. disp. 47. num. 22. ubi
sic ait: Abige nimium garrientes, & inhonestius
in Ecclesia loquentes, etsi potentes, animosus esto,
14 rubeat licet vultus, suffer pro Deo &c. Et ideo pri-
mo debet efficere, ne sæcularia negocia, ac pla-
cita, vel contractus, & alia hujusmodi ibi fiant,
cap. 1. &c. cum Ecclesia, de immun. ecclesf. Navarr.
de horis Canon. cap. 5. num. 31. cum seq. Azor. inst.
mor. p. 2. l. 8. c. 9. q. 7. Doctor. Ludov. Correa, no-
bilis Lusitanus in eleganti repet. cap. inter alia, de
immun. ecclesf. par. 2. num. 26. Et ita nec sæculare
judicium etiam civile. Rebuff. ad l. appellatione
72. vers. item fient, pag. 350. Azor. d. p. 2. l. 9.
15 cap. 9. q. 1. Nec etiam citatio, quia est actus judi-
cialis, cap. quoniam 11. de probat. Tiraquel. de
tr. lig. ad finem tit. num. 82. Azeved. ad Curiam Pi-
sanam l. 1. c. 5. num. 4. lit. E. Ludov. Correa. d.
p. 2. num. 27. late Valasc. consil. 81. num. 1. cum
seqq.

16 Actus vero ecclesiastici, ad jurisdictionem vo-
luntariam pertinentes, possunt in Ecclesiis celebra-
ri, ut sunt promoveri aliquem ad doctoratum, &
similia, ita Sylvest. in summ. verb. immunitas 1.
num. 3. in fin Armill. eod. verbo num. 3. Ludovic.
Correa. in repert. d. c. inter alia, p. 2. num. 26. ubi
addit, idem non esse dicendum, si ad jurisdictionem
contentiosam spectent, quia licet fiant per per-
sonas ecclesiasticas, strepitum tamen juris ha-
bent, quod in Ecclesiis prohibetur, & concordat
text. in cap. qua fronte, in princ. de apellat. ibi jam,
enim non Ecclesia fient est Canonicum, &c. cum c.
decet, vers. cessent, ibi, fori cujuscunque tumultus,
de immunit. Ecclesf. l. 6. ut scilicet illud intelligatur
de actibus voluntariis, hoc vero de contentiosis.

17 Utrum autem actus in Ecclesia facti (supposito
quod ibi fuerint celebrati) sint validi? Sub di-
stinctione est quæstio resolvenda, hoc modo: vel
actus in Ecclesia gesti sunt sæculares judiciales,
& extrajudiciales, vel ecclesiastici tantum, sæcula-
res judiciales in Ecclesiis facti non valent, ex text.
in cap. decet §. Ordinarii, de immun. Ecclesf. l. 6. ibi,
communi omni careant robore firmitatis, ubi solum
processus judiciales annullantur. Si vero sint ex-
trajudiciales, quamvis sæculares, valent; quia
Constitutio loquitur de judicialibus solummodo, &
cum pœnalis sit, non debet extendi ad extrajudi-
ciales, juxta reg. in pœnis, l. 6. Unde contractus
omnes in Ecclesiis celebratos validos esse, utpote
quia actus extrajudiciales sunt, tradit gloss. verb.
processus, in d. §. Ordinarii, Armill. in sum. verb.
immunitas, num. 4. Actus vero ecclesiastici judi-
ciales habent suam firmitatem, licet sint conten-
tiosi, & prohibiti; ex eo enim, quod sint eccle-
siastici, videntur conducere ipsi Ecclesiæ. Ita ele-
ganter Lud. Correa in d. cap. inter alia, p. 2.
num. 27.

18 Secundo, ne conclamationes, & seditiones, aut
impetus, & publica, ut vocant, parlamenta, seu
Universitatum consilia, aut Congregationes, &
his similia ibi fiant, d. c. decet, de immun. eccl.
lib. 6. nisi pro actu pietatis, aut pro spiritualibus 19
exercitiis, vel piis operibus congregatio etiam
per laicos fieret secundum Joan. Andr. quem re-
fert, & sequitur Panor. in c. cum Ecclesia, de im-
mun. ecclesf. Franc. in d. c. decet, puta pro faciendo
aliquo festo, vel instituendo aliquam Confrater-
nitatem, vel eligendo judicem in ea, aut curato-
rem dando, Bald. in l. nemo, la 1. C. de sacr. ec-
clesf. ex num. 2. Lud. Correa in repet. d. c. inter alia
p. 2. num. 27. Vel nisi in Ecclesia tractarentur ec- 20
clesiastica alia, & spiritualia negocia, ut est Sy-
nodum facere, tractare de libertate Ecclesiæ, de
statu cleri, & reformatione morum in populo, ut
tenet Domin. in d. cap. decet num. 16. ubi tamen,
num. 17. declarat, dummodo fiat non tumultuose,
& ibi Archid. num. 6. Præpos. in cap. qua fronte,
num. 4. de appel. ubi inquit, quod omnia judicia
Ecclesiæ possunt fieri in Ecclesia, refert Illustriss. 21
D. meus Roder. a Cunha in commentar. ad c. ora-
torium 6. num. 3. dist. 42.

Tertio debet quoque prohibere, ne ludi thea- 22
trales, & monstra larvarum, aut lubricæ festivi-
tates, & chori sæcularium, vel cantica puella-
rum, & profana hujusmodi in Ecclesia fiant, cap.
cantantes 92. dist. cap. cum decorem, de vita, &
honest. cleric. Navarr. in tract. de Orat. cap. 5. nu-
mer. 25. Paul. Fusc de visitat. l. 1. cap. 26. sub n. 1.
ubi Episcopos monet, ne in Ecclesiis, & divinis
Officiis theatrales ludos exercere permittant, Ze-
col. in prax. Episcop. p. 1. verb. repræsentationes fru-
ctuos. Bisbe. en el trattado de las Comedias cap. 3.
fol. 13.

Unde Gloss. in verb. Theatrales in cap. 1. 92. dist. 23
ait, non esse in Ecclesia canendum theatralico mo-
re, idest, corporis gestus exercendo, qui magis
ostentationis causa, quam devotionis fiunt, ve-
luti histriones, & comici vide S. Thom. 2. 2. q.
91. art. 2. ad 2. Duran. de ritibus Ecclesiæ lib. 3.
cap. 21. num. 8. Nam ut bene ait S. Chrys. homil.
19. in cap. 6. Matthæi, cum autem oratis, non gesti-
bus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione
optima voluntatis orationum vota reddamus. Et Con-
cil. Trid. sess. 22. de observandis, & evitandis in
celeb. Miss.

Additio.

☞ Ad musicam lascivam, & theatrali more habitam quod spectat, accessit etiam prohibitio *Benedicti XIII. in Concilio Romano celebrato an. 1725. a quo tit. XV. de celeb. Missa, Sacram. Eucharist. & Divin. Offic. cap. VI.* innovatur *Extravagan. Joannis XXII. Docta Sanctorum* inter communes *de Vit. & honest. Cleric.*, ac Constitutio Alexandri VII. *Pia solicitudinis*, edita pro Urbe Romæ 23. Aprilis 1657. in qua musico cantui in Ecclesiis modus imponitur.

In citata autem Extravaganti Joannis nedum improbatur lasciva melodia, & decantatio motetorum vulgari lingua, sed etiam præcipitur, delinquentes musicos suspendendos ab officio per octo dies, non exemptos per Ordinarios; exemptos vero ab eorum Prælatis; in dicta vero Alexandri Constit. prohibetur omnibus quibuscumque Ecclesiarum dictæ Urbis Rectoribus, etiam Lai-

Laicis = sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, necnon privationis fructuum unius mensis, ac suspensionis ab officio respective prohibemus, ne in eorum Ecclesiis, & Oratoriis, dum officia divina celebrantur, vel sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum manet expositum, quidquam cantari permittant, præter ea verba, quæ a Breviario, vel Missali Romano in officiis de proprio, vel de communi pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate præscribuntur, vel quæ saltem a Sacra Scriptura, aut Sanctis Patribus desumpta sint; quæ tamen prius a Congregatione Venerab. etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum specialiter approbentur, exclusis modulis iis, qui choreas, & prophanam potius, quam Ecclesiasticam melodiam imitantur. =

Et sub iisdem pœnis injungitur, ne musicæ Præfectos ad hujusmodi munus recipiant, vel receptos in posterum admittant, nisi prius præstito ab iisdem juramento de observandis præsentibos literis, cui juramento si contravenerint, a dilecto filio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Vicario in Urbe prædicta in spiritualibus generali, tamquam perjonli, etiam corporaliter puniantur, ac exercitio officii hujusmodi perpetuo privati remaneant, absqoe spe reintegrationis, quæ a nemine, quacumque auctoritate prædito, etiam specialem cxpressionem requirente, præterquam a Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus nostris concedi possit.

Verum circa allatam Alexandri Constitutionem Bened. XIV. in Epistola encyclica ad omnes Episcopos ditionis ecclesiasticæ, incipien. *Annus* 19. Febr. 1749. §. VIII. hæc refert, ibi = Porro ex hujusmodi pontificia Const. videtur cantus motetorum, quæ, servata ratione ab eodem Alexandro Prædecess. nostro præscripta, composita, & a Sac. Congr. recensita, & probata sunt, procul dubio approbatus fuisse. Alexandri Constitutionem Ven. Servus *Dei Innoc. XI. Decreto suo die* 3. *Decemb.*1678. confirmavit. Aliqua tamen dubitatione exorta in intelligenda, atque interpretanda Constit. Alexandri, & Decreto Innoc. XI. fel. rec. Innocentius XII, prædecessor Noster die 20. Augusti 1692. aliud Decretum promulgavit, quod est *num.*76. *in ejus Bullario*. In eo autem offusis variarum interpretationum tenebris penitus dispulsis, rem totam aperiens, ac declarans, generatim quarumcumque cantilenarum, seu motetorum cantum prohibuit. In sacrarum autem Missarum solemnibus solumodo permisit ultra cantum Glo, riæ, & Symboli, ut cani posset Introitus, Graduale, & Offertorium: in Vesperis vero, nulla mutatione, etiam minima, facta, Antiphonæ, quæ initio cujuscumque Psalmi, vel in ejns fine dicuntur. Insuper voluit, & jussit, ut cantores musici omnino legem chori sequerentur, & cum eo prorsus conveoirent, & quemadmodum in choro fas non est aliquid addere Officio, vel Missæ, ita etiam musicis noluit id licere, & illud dumtaxat concessit, ut ex Officio, & Missa, quæ in solemnitate Sanctissimi Sacramenti Corporis Domini celebrari solet, nimirum ex hymnis S. Thomæ, vel ex Antiphonis, aliisque relatis in Breviario, ex Missali Romano, carmen aliquod, seu motetum, nulla verborum varietate, desumi, & cantari posset ad fidelium devotionem excitandam, dum sacra Hostia elevatur, vel publice veneranda, & colenda exhibetur. ☞

Moneat cantores ecclesiasticos, ut honeste, & 24
religiose, & non lascive in Ecclesia decantent; re- 25
ligiosum autem cantum indicat S. Bernar. *in epist. ad Arem.* qui ita est gravitate plenus, ut neque lasciviam resonet, neque rusticitatem; qui ita est suavis, ut non sit levis, ita demulceas aures, ut promoveat corda, sensum literæ non evacuans, sed fœcundans; alioquin, ait, non est levis jactura gratiæ spiritualis levitate cantus adduci a sensus utilitate, & plus sinuandis attendere vocibus, quam rebus insinuandis. Et ideo eligendos esse ad Ecclesiæ cantores homines probatæ vitæ, & deperditos a choro dejiciendos propter morum cum divinis laudibus dissonantiam, advertit. Durand. *d. capitul.*21. *ex num.*9.

Sic etiam saltationes in Ecclesia fieri, permit- 26
tere non debent Parochi, saltatoribus enim hujusmodi recordandum est, quod in Saxonia accidit saltantibus in Ecclesia S. Magni, qui in pœnam, ut creditur, per totum annum sine cibo, & somno saltarunt, ut referunt Pined. *in monareh. eccl. p.* 3. *lib.*19. *cap.*17. §. 1. *fol.* 180. Alphons. Veneto *en el enchiridion de los tiempos*, *fol.* 139. libellus, qui inscribitur *instruction. de la Muger. Christiana*, *lib.*1. *cap.*16. & alter cujus titulus est, *Compendio de las historias prodigiosas p.*2. *cap.* 13.

Quarto debet quoque prohibere, ne in Ecclesia 27
strepitus, & clamores fiant cum S. August. serm. 215. de tempore dicat, *qui in Eeclesia verbosari voluerit, & pro se, & pro aliis redditurus est rationem, dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit*, & B. Cæsar. Arelatens. serm. 12. *Rogo vos fratres, & admoneo, ut venientes ad Ecclesiam, hoc solum, quod in Ecclesia comperit, agite, idest, aut orate, aut psallite, aut orando psallite*. Et S. Chrysost. homil. 38. ad populum Antioch. *Nihil Ecclesiæ tam congruum, quam silentium, & tranquillitas, theatris convenit tumultus, & balneis, & pompis, & focis, ubi vero de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas, & quies, & philosophia, & multa pax esse debet? Dic mihi nunquid ullus est misteriis tumultus? nunquid ulla turbatio? Cum baptizamur, cum alia cuncta facimus, nonne quiete, & silentio cuncta sunt ornata? hoc in cœlo disseminatum est ornamentum*.

Quinto non debet permittere, ut in Ecclesia 28
cum irreverentia loci sacri convivia fiant, nisi aliquid frugale, & parvulum in angulo Ecclesiæ sine tumultu, sine luxu, & perturbatione adstantium sumatur ex causa rationabili, verbi gratia, quia non est alius locus sufficienter accomodatus, ita *cap. nulli* 42. *dist.* Navarr. *de Orat. cap.* 5. *n.* 3. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit.*4. *cap.*34. *vers. ad decorem item Ecclesiæ* Soar. *tom.* 1. *de Relig. l.*3. *de reverentia debita loco sacro*, *cap.* 6. *n.* 7. Fr. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thom. t.* 2. *q.* 99. *art.* 3. *disp.*8. *pag.* 621. *cum seqq.* Illustr. D. meus Rod. a Cunha *in comm. ad c. nulli num.* 1. *dist.* 42. ubi pie excusandas ait mulieres, quæ ob devotionem in Ecclesiis per aliquot dies commorantur, comedunt, & dormiunt.

Aul-

Animadversio.

☞ Quænam hæc esset devotio cum irreverentia loci sacri, ut in eo permitti possit etiam dormitio mulierum extra casum gravis necessitatis? ☜

29 *Sexto* est a Parochis quammaxime observandum, pernoctationes, & vigilias (quæ olim in Ecclesiis, pro solemnitatibus ad Martyrum corpora fieri solebant, de quibus Pined. *in monarch. eccl. l.* 12. *cap.* 12. §. 3. Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Christ. l.* 5. *cap.* 13. Illesca *in chronica Pontif. l.* 4. *c.* 11. *fol.* 143. Cened. *ad Sextum collect.* 11. *num.* 4. Card. Baron. in *addit. ad Martyrologium Romanum sub die* 15. *Januarii*) jam hodie sublatas esse, multis ex causis, quas referunt Raban. *de institut. Cleric. l.* 2. *cap.* 9. Sot. *de Instit. l.* 10. *qu.* 5. *art.* 1. *vers. sed tertio* Boer. *decis.* 212. *num.* 13. Covar. *var. l.* 4. *c.* 19. *num.* 10. Marcel. Francolin. *de horis Canon. p.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 8. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 8. quod experimento patet, frequentissime vigilantes Templis abuti, & quod certe scelus deplorandum sit videre interdum religionis prætextu Templa frequentari, & Martyrum sancta loca visitari ea animi libidine, ut viri, & mulieres sese aspiciant, & opportunitatem alloquendi nanciscantur, adversus quas personas scribunt Tiraquel. *lib.* 15. *connub. ex num.* 108. Cened. *d. collect.* 11. *n.* 3. & ab Ecclesia abigendas dicit. Joan. Sanci *in selectis disp.* 47. *num.* 22. Unde gloss. *verb. sed suas in c. odi* 24. *qu.* 1. invehit adversus scholasticos, qui vadunt ad Templa videndarum fæminarum causa, cujus glossæ dictum extollunt Navar. *in man. cap.* 16. *num.* 13. *vers. nono qui vadit*, Tiraquell. *d. l.* 15. *tit.* 110. *in fine* Ferdinan. Paez. *in repet. cap. Missas, de consuet. dist.* 1. *n.* 102. prout eos refert Cened. *loca citato*. Dum essem Matriti vidi de ordine expresso Regis nostri pie observari, ut, positis speculatoribus in qualibet Ecclesia, multarentur in ea alloquentes ad illurum relationem, prout de facto vidi in summa scutorum trium, vel quatuor plures condemnari, & solvere de mandato Illustrissimi Præsidis Archiepiscopi Granatensis, viri quidem pii, & qui justitiam æqua lance distribuit, ut talem decet Prælatum.

30 *Septimo* non debet permittere supellectilia, seu utensilia domus in Ecclesia reponi, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, vel similem necessitatem id fieri oporteat *cap. relinqui, de custodia Euchar.* Berti Lucens. *ubi sup.* Fagundez *in quinq. Ecclesiæ præcepta præc.* 2. *l.* 4. *c.* 4. *num.* 10. *in med.* Sed nec in ea accubitus sterni debent, *cap. non oportet, cum seqq.* 42. *dist.* Imagines vero vanæ, & nugaces, aut inhonestæ in eisdem fieri, aut haberi omnino prohibentur, Conc. Nicænum II. *act.* 4. *in epist. S. Nili, & in Sexta Synodo Constant. can.* 100. Vidi Romæ ex certa Ecclesia a summo Pont. Urbano VIII. imagines piorum hominum, qui pro Religione Catholica martyrium subiisse dicebantur, & a parietibus dictæ Ecclesiæ pendebant, ejici foras juberi.

31 *Octavo* debet excommunicatos, & nominatim interdictos ab Ecclesia ejicere, item & illos, quibus specialiter est ingressus Ecclesiæ interdictus. Advertit tamen Grutier. *canonic. l.* 1. *c.* 1. *n.* 41. quod licet Parochus habeat penes se denunciatoriam scripturam, qua specialiter, & nominatim quis sit excommunicatus, sibique præcipiatur, ut statim, visis literis, teneatur eundem vitare, atque denuntiare, nihilominus tamen non tenetur eum vitare, donec eum denuntiaverit, aut denunciatum esse constiterit. Et *eod. l.* 1. *cap.* 5. *num.* 20. disputat insignem quæst. an Sacerdos proprius, curam animarum habens, possit absolvere subditum a majori excommunicatione Juris pontificii, vel episcopalis, absolutione alteri minime reservata; & affirmativam sententiam probabiliorem asserit.

Additio.

☞ Quod inferior absolvere possit ab excommunicatione latæ sententiæ Juris pontificii, vel episcopalis, quoties alteri non est reservata, est quæstio penitus inutilis, nec pro ea resolvenda opus est probabiliori DD. sententia, cum certum sit, eum absolvere posse ex claro textu Innocentii III. relato in cap. XXIX. *Nuper de sent. excom.* ibi = quia tamen Conditor canonis sibi specialiter non reservat, eo ipso concessisse videtur aliis facultatem relaxandi. = Quod tamen intelligendum est de excommunicatione lata per modum legis, non ab homine, lata per modum sententiæ, ut ex cit. textu.

Idem intelligendum est, inferiorem ab ea absolvere posse pro foro conscientiæ tantum, non pro externo, etiamsi absolvens sit Parochus, cum, ut addidi ad cap. VII. post num. 23, non habeat jurisdictionem fori externi. Ex quo sequitur, absolvere posse in actu sacramentalis Confessionis dumtaxat, ut cum communi Thesaur. de Pœnis Ecclesiast. part. 1. Verbo Absolutio cap. XXIV. ☜

Infideles vero permittuntur ingredi Ecclesiam 32
ad verbum Dei audiendum, & ibidem stare
possunt usque ad Missam Cathecumenorum, *cap.*
Episcopum nullum de consec. dist. 1. quod & de hæ-
reticis dicitur, quamvis excommunicati existant,
si tamen reverti desiderant, *cap. excommunicamus,*
de hæret. Ab Ecclesiæ quoque ingressu arcentur ad 33
tempus solemniter pœnitentes, & notorie crimi-
nosi, *cap. in capite* 50. *dist.* præsertim sacrilegi,
quandiu sunt contumaces, *cap. qui jubente* 11. *q.* 3.
imo & olim vir, qui cum propria uxore fuisset, 34
nisi lotus aqua, Ecclesiam intrare non poterat, si-
cut consuevisse Roman. Eccles. testatur B. Greg.
relatus *in cap. vir cum propria* 33. *q.* 4. & ideo in 35
Ecclesiæ ingressu singuli aqua asperguntur ad ve-
niales saltem maculas aspergendas. Jo: Pined. *su-*
per Job. par. 1. *cap.* 9. *pag.* 160. & citati per me
in collect. ad cap. aqua, num. 3. *de consecr. Eccles.*
vel Altaris.

Animadversio.

☞ Arcendi sunt etiam ab ingressu Ecclesiæ culpabiliter omittentes annuam Confessionem, & Communionem in Paschate, ex cap. XII. *Omnis utriusque*, de Pœnit. & Remiss. postquam nominatim

eim interdicti fuerint ab hujusmodi ingressu, in iis locis, in quibus hæc pœna juxta cit. cap. est ferendæ sententiæ; in iis vero locis, in quibus est latæ sententiæ, incurrunt ipso facto in foro conscientiæ, ut olim erat Romæ; in qua tamen hodie est tantum ferendæ sententiæ juxta novissimam Instructionem Urbis Vicarii, editam sub die 20. Mart. 1773. Peccatum vero est reservatum dicto Vicario. ☜

Animadversiones.

☞ Ad delenda peccata venialia non satis est aspersio, vel sumptio materialis aquæ benedictæ, nisi unita sit *cum aliquo pio motu reverentiæ in Deum, & ad res divinas, & hoc modo benedictio Episcopi, aspersio aquæ benedictæ... operantur ad remissionem venialium peccatorum*, ut docet S. Thom. 3. part. q. 87. art. 3. ☜

Nono, debet quoque efficere, ne violentia aliqua fiat, sive ipsi Ecclesiæ per destructionem, vel incendium, aut quamlibet violationem, *cap. 2. & cap. in literis de raptorib.* sive personis, aut rebus, quæ in ea continentur, id enim sub pœna criminis sacrilegii prohibetur *in c. sicut antiquis, & in cap. quisquis inventus* 17. *q.* 4. De sacrilegio autem, & in quas species, & modos distinguatur,
36 vide S. Tho. 2. 2. *q.* 93. *art.* 3. Azor. &c. *Instit. mor. p.* 1. *l.* 9. *cap.* 27. *q.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 1. *tr. de sacril. lib.*3. *cap.*1. & 5. Card. Tusc. *tom.*6, *lit. S, conclus.*6. Lessi. *de Justit. l.* 2. *c.* 45. *de sacril.* qui tres modos præcipuos sacrilegii distinguunt, scilicet in personas, vel loca, vel res, quod contingit, quoties directe agitur contra sanctitatem eis debitam, hoc est, contra illam rationem, secundum quam persona, locus, vel res sacra sunt, & sanctitatem habent,

Decimo, debent advertere, an Imagines Ecclesiæ, & Altarium pietatem præseferant; neve ibi sit gestu, aut corporis dispositione aliquid indecorum, vel scurrile, seu prophanum; ne etiam expunantur Imagines aliorum Sanctorum, quam illorum, qui ab Ecclesia sunt approbati, Conc. Trid. *sess.* 25. *de Reliq. & venerat, Sanctor.* Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit.* 4. *cap.* 34. *prope fin. vers. Imagines Ecclesiæ*, ubi etiam post Simanch. quem refert, subdit, Imagines etiam in ædibus privatis sitas, quibus populus superstitiose abuteretur, interdicendas esse,

37 Denique est a Parocho sciendum, quod præter pœnas per sacros Canones, & leges civiles comminatas contra illicita in Ecclesia facientes, sunt aliæ pœnæ statutæ per Constitut. Pii V. incip. *Cum primum, sub dat. Romæ Kal. April.* 1566. cujus particulam hic apponere duximus, prout sequitur; *Ut igitur Deo O. M. gloriosæ Virgini, & Sanctis omnibus debitus honos deferatur, Greg. X. Prædecessoris nostri Constitutionem innovantes, ac statuta Concil. Trid. observare volentes, statuimus, & ordinamus, ut ad Ecclesiam sit humilis, & devotus ingressus, quieta conversatio, devotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis Sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Jesu Christi D. N. cum exhibitione reverentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditiones faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumve committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quæcunque, quæ divinum Officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, sive præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia divina Officia. Qui vero prædicta petulanti animo contempserint, præter divinæ ultionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarii in suis Ecclesiis faciant observari. Quicumque vero in Ecclesiis, dum ibi sacrificium Missæ, & divina celebrantur Officia, ac verbum Dei prædicatur; deambulare, vociferari, aut, verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum, irreverenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut divina perturbet Officia, facere præsumpserit, pœnam viginti quinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habuerit in ære, luet in corpore, aut exilio multabitur. Qui vero in Ecclesiis cum mulieribus impudicis, sive etiam honestis colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurras, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, ut supra, obscenis, aut inhonestis verbis, aut signis usus fueris, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna multetur aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & singulis cathedralium, collegiatarum, & parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacristis, Ostiariis, & aliis ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinariis, vel officialibus nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent. Pauperes quoque mendicantes, seu eleemosynas petentes in Ecclesiis tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque divinorum Officiorum non sinant, sed eos ad valvas Ecclesiarum stare faciant, sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos eiici curaverint, & Parochis dimidii aurei. Religiosis etiam claustralibus, sive Regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui sales eiiciant, & si negligentes fuerint, gravissime ab Ordinario corripiantur, quod si illi parere recusaverint, gravissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum, etiam corporaliter puniantur, arbitrio nostro, sive Superioris; & ut in Ecclesiis nihil indecens relinquatur, iidem provideant, ut capsæ omnes, & deposita, seu alia cadaverum conditoria super terram existentia omnino amoveantur, prout alias statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur,*

De rebus vero, seu bonis, ad parochiales Ec- 38
clesias pertinentibus, & in ipsis conservandis, extat S. Caroli ordinatio ad Parochos, contenta *in 4. p. Actor, Mediolanen.* qui jussit Curatis, ut rerum, & bonorum suæ Ecclesiæ, eorumque redituum inventarium conficerent, ejusque copiam Ordinario traderent; nam hujusmodi ordinatione facilius bona ecclesiastica, & redditus ab usurpatoribus defenduntur, & successoribus, quos plerumque Ecclesiarum, de quibus provisi sunt, bona, & jura ignorare contingit, consulitur: cui etiam malo non mediocriter provisum erit, si Parochi in aliquo solemniori festo decretum Concil. Trid.

Trid. *sess.22. de reform. c.* 11. contra occupatores bonorum ecclesiasticorum populo singulis annis publicaverint, cum ea etiam parte Bullæ in Cœna Domini, quæ de usurpatoribus hujusmodi loquitur. Quod igitur ad mobilia attinet, illa in inventarium redigantur, quæ vel sacra, vel ad usum Ecclesiæ destinata, vel ad usum domus Ecclesiæ a prædecessoribus acquisita, atque a præsenti Rectore adepti beneficii tempore in Ecclesia inventa fuissent, aut alias illius generis res fuerint, quas Pius V. felicis recordationis *in sua Constitut.* voluit ad Ecclesiam pertinere, adeo ut Parochus nullatenus ea in posterum possit distrahere, aliove transferre, non obtenta ab Ordinario licentia, quam ille non aliter concedere debebit, quam si alias res meliores, aut saltem æquales in locum amovendarum Parochus re ipsa substituat, nisi fortasse justa aliqua necessitas, nulla Parochi culpa contracta, secus suadeat, quod Episcopi prudentiæ statuendum relinquitur. Cujus autem inventarii traditum in Archivio episcopali exemplum, ab eodem Parocho in libro proprio Ecclesiæ, manu sua subscriptum conservari debet, unde illorum successores bonorum omnium ad Ecclesiam pertinentium admoneantur.

Additio.

☞ Hoc onus conficiendi inventarium injunctum jam fuerat a Sixto V. Const. *Provida* 29. Aprilis 1587. & renovatum a Benedicto XIII. inhærente dictæ Constitutioni, in Conc. Romano ab ipso habito an. 1725. Tit. XII. de fide Instrumentor. cap. I. cum methodo, & instructione, pro illius confectione, exarata in Appendice ejusd. Concil. sub num. X. ☜

39 Præterea Parochi cavere debent a locationibus bonorum suæ Parochiæ cum anticipatis solutionibus, sicut præcepit Trident. Synodus *sess. 25. de refor. cap.* 11. cujus verba sunt hæc: *Magnam Ecclesiæ perniciem afferre solet, cum earum bona repræsentata pecunia in successorum præjudicium aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur, quocumque indulto, aut privilegio non obstante, ne hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur*, de quo vide Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap.4. num.65. in fine, vers. locationes*, Rebell. *de obligat. Justit. part. 2. l.* 14. *q.5. a num.*4. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. eccles. q.*156. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. alienatio rerum Ecclesiæ*, §. 7. late Aloys. Ricc. *in praxi, par.*4. *resol.*366. *cum seqq.*

Additio.

☞ Huc spectat Constitutio Bened. XIV. *Universalis Ecclesiæ* 19. Augusti 1741. in qua prohibentur Clerici quicumque recipere anticipatas fructuum suorum beneficiorum solutiones ad longum tempus, sub pœnis contra alienantes impositis ibi: Nomine alienandi, utilitatem, & commodum, percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, prætextu, & colore vendere, ac distrahere suorum respective beneficiorum redditus, & proventus vel ad vitam, vel in longum tempus, recepta ab emptore per unam, vel plures solutiones pecuniarum quantitate, quam ipsi beneficiati per ejusdem temporis, vel vitæ spatium probabiliter consequi potuissent, sub pœna excommunicationis, & nullitatis actus, seu contractus, & omnium inde consecutorum, aliisque pœnis inflictis, præscriptis, & statutis contra alienantes bona Ecclesiæ.

Idem prohibitum legitur in Concilio Romano habito sub Benedicto XIII. an. 1725. tit. XIX. cap. unic. §. *Ne hujus occasione*. ☜

Similiter sub excommunicationis, aliisque gravissimis pœnis constitutum est in *Extrav. Ambitiosæ, de rebus Eccl. non alien.* ne absque Apost. auctoritate ullo pacto bona immobilia ultra triennium locentur, aut alia ratione alienentur, de cujus text. materia plura diximus in *collect.* ad illum, & præcipue *num.*4. comprehendere fructus, & redditus rerum ecclesiasticarum, & sic earum locationem ultra triennium non esse validam, & *num.*5. nomine alienationis illic intelligo omnem actum, quo dominium rei directum, vel utile, aut usus fructus, aut jus in alterum transfertur, vel abdicatur, ac proinde non solum venit venditio, aut alius contractus gratuitus, vel onerosus, quo rei dominium in alterum transfertur, verum etiam hypotheca, infeudatio, & cotractus emphyteuticus; non autem repudiatio, seu remissio, legati, vel hæreditatis, ac rei, Ecclesiæ non incorporatæ. 40

Additio.

☞ Hæc opinio, quod scilicet repudiatio legati, vel hæreditatis non sit alienatio, habet suos contradictores, quoad utramque partem; & quidem magnæ notæ. Quidquid autem sit de veriori, si repudiatio fiat sine justa causa = est illicita (ita Remigius Maschat. in Instit. canonic. *lib.* 111. *tit.*13. *de Reb. eccl. alienand. vel non*, *n.* 7.) Prælatusque peccans contra officium suum, quo obligatur bonum Ecclesiæ quærere, tenetur ei ad compensationem damni illati *c. quicumque* 12. *qu.* 4. si vero excussus Prælatus non sit solvendo, Ecclesiæ competit aliud remedium restitutionis in integrum, sicut minori læso per repudiationem hæreditatis *l.*24. §.2. *ff. de Minor.* ☜

Illud adeo inviolabiliter observandum erit, ut etiam alienationes factæ cum clausula; *reservato Sedis Apostolicæ beneplacito*, irritæ, & invalidæ censendæ sint, si ante impetratam confirmationem possessio rei ecclesiasticæ alteri tradita fuerit, quin etiam & Rectores ipsi, & possessores tanquam intrusi, ad pœnas constitutas tenebuntur; excusabuntur tamen Rectores, si pœnitentia, aut alio titulo ducti, alienationem revocaverint ante realem, & pacificam possessionem, ut per Covar. *l.*2. *var. cap.*16. *num.* 7. Navar. *consil.*18. *de rebus eccles. non alienan.* Quarant. *In sum. Bullarii*, *verb. Alienatio rerum eccles. num.*50. Filiuc. *in quæst. mor. tract.*14. *num.*119. *& tract.* 44. *cap.6. q.* 5. 41

Addi-

Additio.

☞ Nec validitati contractus suffragatur præsumptum beneplacitum Apostolicum, etiam post lapsum longissimi temporis, longissimamque observantiam subsequutam, quidquid senserint DD. ante Constitutionem Urbani VIII. *Romanus Pontifex edit. 5. Junii* 1641. & alteram ejusdem Pontificis, *edic. dir* 1. *Jun.* 1635. relatam a Fagnano *lib. 1. Decretalium in cap. 1. Consuetudines, de consuetud. num.* 63. in quibus reprobantur hæc præsumpta beneplacita. Adeatur Fagnan. *loc. cit.* & præsertim *a num. 57. ad totum 66.* ☜

42 *In* rerum tenuiorum, licet immobilium, alienatione non requiritur Apost. auctoritas, nec aliæ desiderantur solemnitatea, in rerum immobilium ecclesiasticarum alienationibus intervenire solitas, juxta dispositionem *can. terrulas* 12. *q.* 2. dummodo causa cognita, & evidenti Ecclesiæ utilitate comperta, eam Ordinarius (non Vicarius sine speciali mandato) auctoritate sua probaverit, vide Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 39. *in 1. edit. alias resolut.* 36. *in 2. edit. & in praxi aurea resolut.* 383. Steph. Quarant. *dict. verb. alienatio rerum Eccles. num.* 41. ubi notabiliter subdit, per Sacram Congreg. decisum fuisse, neque Constitutionem Pauli II. neque Concil. Tridentin. decretum derogasse dispositioni *dict. cap. terrulas*,

Additio.

☞ Res exiguæ, vel modici valoris ex decreto Cong. Episcoporum in Favent. 22. Martii 1711. relato a Card. Petra Tom. V. tit. XIX. n. 62. ex stylo Curiæ dicuntur, quæ non excedunt summam XXV. scutorum aureorum, hocest scutorum XLI. cum obulis XXV. monetæ Rom.

Quamvis autem Congr. Concil. teste Fagnan, in cap. *Nulli* hoc titulo numer. 16. duxerit, nihil circa hanc valoris summam statuere, sed deducendam esse ex jure communi; in una tamen *Messanen.* 29. Nov. 1613. & in *Baren.* 22. April. 1692. declaravit, posse Episcopum concedere facultatem alienandi usque ad dicta XXV. aurea scuta, Ita & Abatem vere nullius; ut probat d. Petra loc. cit. n. 70. & Capitulum Basilicæ Lateranen. in ejus bonis, tanquam Ordinarium, & Vicarium ab eo delegatum, ex Decreto Congr. Conc. 17. Novem. 1703. ad VII. Non vero Superiores regulares, ut ex Decretis Cong. Episcop. notavi in opere meo Expositio juris &c. pag. 287.

Nec ultra dictam summam alienatio facta ab Ordinario sustinetur, ut declaravit dicta Cong. in una Papien. 15. Maji 1710. neque suffragatur consuetudo, ut ex aliis ejusdem Congr. decretis, relatis a dicto Petra n. 65. a quo solide reprobatur abusus, & dolus, quo res magni valoris per plures alienationes modicas diversis vicibus concedi posse ab Episcopis aliqui dictitarunt, cum id fieret in fraudem legis. ☜

CAP. XIV.

De Prædicatione verbi Dei Parochia injuncta.

SUMMARIUM.

1 *Prædicatio verbi Dei, quibus temporibus Parochis injuncta sit, ostenditur.*
2 *Episcopus cum prædicat, silere debent omnes alii Concionatores, illisque potest inhibere, ut eo tempore a prædicatione se abstineant.*
3 *Parochi possunt per se ipsos tantum inter Missarum solemnia sermonem habere, etiam quando Episcopus ipse prædicat.*
4 *Parochus, quamvis nec valde doctus, nec eloquens sit, non ideo debet prætermictere plebem sibi creditam erudire.*
5 *Parochi, si per se velint munus prædicationis obire, non debent impediri.*
6 *Parochi possunt per alios officio suo satisfacere, quo tenentur prædicare.*
☞ *Vide Additionem.*
7 *Parocho per se ipsum concionanti minime licet, prætextu cujuscunque paupertatis, prætendere sibi præstari eleemosynam. solitam dari Prædicatoribus, alias ad Universitate electis.*
8 *Parochi prohibentur in suis Ecclesiis admictere Concionatores, ab Ordinario non approbatos, etiamsi esset Episcopus, nisi sibi noti essent, ad hoc, ut semel, bisve prædicent.*
☞ *Vide Animadversionem.*
9 *Parochus officio suo non satisfacit quoad Deum, prædicationes totius anni aliis commictens.*
☞ *Vide Additionem.*
10 *Vicecuratus, quando servierit Ecclesiæ, & administraverit Sacramenta Parochianis pro Rectore infirmo, consequitur emolumenta ipsius Rectoris, & licita est ei retentio oblationum.*
☞ *Vide Animadversionem.*
11 *Parochiæ suæ unusquisque tenetur interesse pro audienda prædicatione, si id commode fieri poterit.*
12 *Parochus admonere debet populum, ut diebus Dominicis, & festis majoribus frequentet suas Parochias, excommunicandus tamen non est, si monitioni non paruerit.*
13 *Ordinarius non potest multis, & pœnis cogere populum ire ad audiendam concionem in propria Parochia.*
14 *Intelligitur decretum Concilii sess. 24. de reform. cap. 4.*

SAcrosancta Tridentina Synodus animadvertens, quam necessaria sit ad animarum salu- 1
tem prædicatio verbi Dei, Parocho, additia pœnis, injunxit, ut in Ecclesia sua singulis Dominicis, & festis diebus, & temporibus jejuniorum, Quadragesimæ, & Adventus Domini, si non quotidie, saltem tribus in hebdomada diebus, prædicationes faciat, in quibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate docere debet, quæ scire omnibus necessaria sunt ad salutem; in specie vero inter Missarum celebrationem frequenter, maxime diebus festivis, exponere ea, quæ in Missa leguntur, atque inter cætera Sanctissimi Sacrificii Missæ mysterium aliquod declarare, &

insuper vim, atque usum Sacramentorum, juxta formam Cathechismi Romani, etiam lingua vernacula, explanare. Quæ omnia ex variis locis ejusdem Concilii colliguntur; nam *sess. 5. de refor. cap.2.* ita dicit: *Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicunque parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias, quocunque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciando cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cælestem gloriam consequi valeant: id vero si quis eorum præstare negligat, etiamsi ab Episcopi jurisdictione, quavis ratione exemptum se esse prætenderet, etiamsi Ecclesiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterium, etiam extra Diœcesim existenti, forsan annexæ, vel unitæ, modò re ipsa in Diœcesi sint, provida pastoralis Episcoporum solicitudo non desit, ne illud impleatur: parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur; ita ut, etiam si ei expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens, officium suum impleat.* Et idem repetiit *sess.22. de sacrific. Missæ capitulo 8.* his verbis. *Quamobrem, retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, & a sacra Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre, & magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, & non sit qui frangat eis, mandat Sancta Synodus Pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant., atque inter cætera Sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis* Atque idipsum in parte replicavit *sess. 23. de reformat. capitulo 1.* in hæc verba: *Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, & bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere*, &c. & licet ibi loquatur de Episcopis, inferius tamen intelligit omnia etiam de Curatis; &c. *sess. 24. de reformat. capitulo 4.* ibi, *Moneatque Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei;* refert novissime Steph. weyms *in Constit. 24. e jure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. speciatim innovatas, Constit. 5. num. 7. & sess. 24. de reform. cap.7.* loquens de Parochis, ita statuit= *nec non ut inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.* Vide Navar. *in man. cap. 25. num. 135.*

2 Licet autem in una Bituntin. S. D. N. Urbanus VIII. facta sibi relatione per S. Congr. Conc. mandaverit *sub die 2. Maii 1629.* ut cum Episcopus prædicat, silere debeant alii Concionatores, iisque possit inhibere, ut eo tempore a prædicatio-
ne se abstineant, possunt tamen Parochi per se 3
ipsos inter Missarum solemnia sermonem habere, etiam quando Episcopus ipse prædicat, ut censuit, Sacr. Congreg. *in causa Terulen. 11. Junii 1631.* ubi subdit, id non intelligi respectu Presbyterorum in Ecclesia parochiali, me citato *in hoc loco*, Lezana *in sum. q.Regul. cap.20. num.6.*

Et quamvis Parochus, nec valde doctus, nec 4
eloquens sit, non ideo prætermittat plebem sibi creditam erudire, juxta S. Francisci Xaverii utilissima monita Concionatoribus præstita, dum, teste Turselino *lib. 6. c. 16.* ita ait: *Non se ipsum sed Christum Crucifixum Concionator prædicet: Concionatoris præcipuum munus est auditori delictorum suorum quammaximum incutere dolorem, & certissimis, sempiternisque infernorum supliciis ante oculos propositis, eum a flagitiis deterrere; Satanæ quoque artes, atque insidias aperire; ea demum pro concione ferere, quæ vulgi quoque imperiti intelligentiæ potius, quam admiratio excipiat.* Abstineat tamen a prædicatione errorum, & præsertim eorum, quæ hæreticam sapiunt pravitatem, & a scandalis disseminandis, sicut S. Conc. Trid. Concionatoribus, potissimum Regularibus præcepit *d. sess.5. de reform. c.2.*

Et licet idem Conc. Trid. Parochis munus præ- 5
dicationis verbi Dei injunxerit, & quasi proprium illorum munus fecerit, ita ut nec ab Episcopis in hoc impedire possint, sicut declaravit Sac. Cong. ejusd. Conc. *d. c.2.* in hæc verba: *Si curatores animarum per se velint munus prædicationis obire, non
debent impediri;* nihilominus possunt per alios of- 6
ficio suo satisfacere, ut colligitur ex eod. Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 4.* in hæc verba: *In aliis autem Ecclesiis, prædicationis munus exerceatur per Parochos, sive, iis impeditis, per alios, ab Episcopo, impensis eorum, qui eos præstare vel tenentur, vel solent, deputandos, in civitate, aut in quacunque parte Diœcesis, censebit expedire.*

Additio.

☞ Cavendum tamen est Parochis, ne impedimentum affectent, ut tuta conscientia se credant ab hoc onere exemptos, aut etiam si non conentur impedimentum removere. ☜

At Parocho per se ipsum concionanti, minime 7
licet, prætextu cujuscunque paupertatis, prætendere sibi præstari eleemosynam, solitam dari Prædicatoribus, alias ab Universitate electis, ut censuit S. Congreg. Concilii *in una Vestan. 20.Martii 1621.*

Cujus quidem Parochi licentia, etiamsi sufficiens 8
sola videretur, jure communi attento, ut alius ab eo invitatus posset in sua Ecclesia prædicare ex text. *in Clem. dudum, versic. in Ecclesiis autem, de sepult.* tamen ex Conc. Trid. verbis *sess.24. de reform. c.4. & sess.5.* itidem *de reform. cap.5.* prohibentur Parochi in suis Ecclesiis admittere Concionatores, ab Ordinario non approbatos, etiamsi prædicare vellet aliquis Episcopus; & ita jam hodie nullus etiam a Parocho invitatus prædicare poterit sine licentia Episcopi, ut ex declaratione Cle-

Clementis VIII. resolvit Zypæ. *in analytica postremi juris eccles. enar. l. 3. tit. de Parochis*, *n.* 3. nisi aliss Prædicator sibi notus esset, ad hoc, ut semel, bisve prædicet. Navar. *d. c.* 25. *num.* 141. Ugol. *de officio Episcopi*, *cap.* 42. §. 1. *n.* 3.

Animadversio.

☞ Attenta declaratione Clem. VIII. sive Prædicator sit Parocho notus, sive semel, vel bis prædicare velit, numquam ei licebit sine licentia Episcopi. ☜

9 Et puto, Parochum officio suo non satisfacere quoad Deum, prædicationes totius anni aliis committentem, quamvis non desint Prædicates docentes ea, que populus scire tenetur; sicut nec satisfaceret, si totam curam Vicario committeret, nisi ex consuetudine immemorabili excusaretur, unde si velit tenere Vicarium, potest eum habere in coadjutorem; non tamen, ut per seipsum totum onus exerceat, sicut bene docent Cajet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. Sot. *de Just. lib.* 10. *quæst.* 3. *art.* 1.

Additio.

☞ Quod spectat ad prædicationem verbi Dei, Parocho injunctam a Tridentino sub pœnis in eam non habentem contentis in cap. II. sess. V. & cap. IV. sess. XXIV. de refor. attendendæ sunt sequentes declarationes.

I. Quod hæc, ex responso S. Cong. Conc. ad Episcopum Melitensem, non opus est, ut sit perpolita, & elaborata ad formam, qua communiter utuntur Concionatores, sed satis est, sunt verba responsi, ut habetur lib. VI. Decretor. S. Congr. pag. 109, & seq. = ut Parochi, etsi formaliter non prædicent, saltem Dominicis, & festis diebus, plebes sibi comissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis = Hanc eandem normam adhiberi præcipit Innocentius XIII. in Constit. *Apostolici Ministerii* 13. Maji 1723. super ecclesiastica disciplina retinenda in Regnis Hispaniarum; quam Benedictus XIII, ut ceteris Episcopis, velut exemplar proponeretur, confirmavit 13. Septembris 1724. Constit. *In supremo Majestatis*.

Hæc autem Concio potissimum habenda est ab animarum Pastoribus inter Missarum solemnia, aliquid exponendo ex iis, quæ leguntur in Missa, atque inter cetera aliquod mysterium hujus sanctissimi Sacrificii, juxta præscritum a Tridentino cap. VIII. sess. XXII. de reform. qui mos, ut notat Cardin. Bona Rerum Liturgicarum lib. II. cap. VII. num. 6. nunquam interrupta serie, ab initio Ecclesiæ usque ad nostra tempora servatus est, ut proxime post Evangelium sermo, sive humilia vel tractatus ad populum haberetur.

II. Quod ab hujus oneris implemento se eximere, aut excusare non possint, vel quod nullo unquam tempore id præstandi consuetudo extiterit, vel quod satis, superque provisum sit per publicos annuales Concionatores; vel tandem, quod exiguus sit suarum plebium numerus.

Quod ad pœnas attinet, in Tridentini Decreto contra id munus præstare negligentes statutas, notatu dignum est, quod quamvis præter censuras infligi possint etiam aliæ arbitrio Episcoporum, si tamen agatur de pœna pecuniaria, hujusmodi arbitrium indecens esse respondit S. Congr. Concil. die 17. Junii 1658. Episcopo Novariensi, qui in suis synodalibus Constitutionibus putavit, sibi licuisse pecunia multare Parochos, huic decreto contravenientes, ut refert Benedictus XIV. de Synod. Diœc. edit. Roman. 1755. lib. X. cap. IX. n. 8.

Ut autem Parochiani aliquo modo cogantur diebus festis confluere ad audiendam Missam in Ecclesia parochiali, & sic facilius audire possint Parochum sermocinantem, Bened. XIV. Constit. *Etsi minime* 7. Feb. 1742. §. XIV. mandat Episcopis, ut prohibeant, ne in Ecclesiis, parochiali proximis, quis Missæ Sacrificium celebret ante Missam parochialem. ☜

Quando autem Viceccuratus servierit Ecclesiæ, 10
& administraverit Sacramenta Parochianis pro Rectore infirmo, seu alias impedito, consequitur emolumenta ipsius Rectoris, & licita est ei retentio oblationum, & eleemosynarum, sibi factarum, secundum, Cavagnol. *tom.* 2. *dec. consult.* 80. *per totum*.

Animadversio.

☞ Quoties, vel Economo assignata est congrua, quæ alias assignari omnino debet ab Ordinario, vel Vice-Curato assignatum est salarium a Parocho, non video, quo jure uterque consequi, & retinere possit emolumenta eidem Parocho impedito debita, oblationes, & eleemosynas. Imo hunc legitime impeditum, jam in meo Opere, cui titulus Expositio Juris Pontificii &c. pag. 270. censui cum Fagnan. in cap. III. *de Rectoribus* n. 12. de Cleric. ægrot. præferendum esse Coadjutori, quando redditus Ecclesiæ non sufficiunt ad honestam hutriusque sustentationem. ☜

Unusquisque pro audienda Prædicatione tene- 11
tur Parochiæ suæ interesse, si id commode fieri potest, ut per Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 4. 5. Azor. *instit. mor. p.* 1. *l.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 7. & *l.* 12. *cap.* 2. *q.* 1. *vers. deinde*.

Et ideo Parochus admonere debet populum, ut 12
diebus Dominicis, & festis majoribus frequentet suas Parochias; excommunicandus tamen non est, si monitioni non paruerit, ut a S. Congr. decisum fuisse testatur Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ*, *l.* 4. *tit.* 30. *l.* 3. *de Prædicatoribus sacræ Scripturæ*, *num.* 35. & alii, quorum meminit Theop. *Paroch. p.* 2. *art.* 17.

Cum nec etiam Ordinarius possit multis, & 13
pœnis cogere populum ire ad audiendam sacram Concionem, & Missam in Ecclesia parochiali, ut pariter decisum referunt Zerol. *in praxi Episcop. p.* 2. *verb. Parochia*, *pag. mihi* 82. Hieron. Roder. *in compendio q. Regul. resol.* 122. *n.* 11. *in fine*.

Quod quidem Conc. Trid. canon. de audiendo 14
in Parochia verbo Dei intelligit Fr. Emman. *qu. Regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 7. quando in Monasteriis non prædicatur, Azor. *instit. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 3. *qu.* 7. intelligit etiam de sacris Concionibus, vel de Evangelio, quod in divino Missæ Officio recitatur, vel cantatur. At Soar. *ad* 3. *p. D. Thomæ*

disp. 88. *sect.* 2. ita ait. *Illa obligatio, si in rigore sumatur pro obligatione præcepti, non est absoluta, sed supposita commoditate,* (ut Concilium loquitur) *& doctrina necessitate: sine qua præceptum affirmativum non solet obligare, quando lex ipsa tempus non determinat,* &c. Verum Theop. *Paroch. p.* 1. *art.* 4. *cum seqq.* multis probat, audire verbum Dei in parochia præceptum esse, & id desumitur ex verbo, teneri, de quo *in Conc. sess.* 24. *de refor. cap.* 4. quod importat obligationem præcepti, secundum Azor *d. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæst.* 5. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 6. *art.* 13. Navar. *in man. c.* 23. *num.* 50. *&* 52. Sed licet suam sententiam nullis comprobare nitatur, ostendatque sacram Concionem, tam a Synodo commendatam, non esse institutam solum ad erudiendum, & docendum, sed insuper, & quidem præcipue ad convertendum, terrendum, consolandum, & confortandum, animandum, inflammandum, ad peccatores ab inferni faucibus revocandos, electos ad majora merita, & æterna præmia concitandos: hodie tamen usus observat, ut quisque extra Parochiam suam concionem audire valeat.

C A P. X V.

De Doctrina Christiana per Parochos docenda.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus Dominicis, & aliis festivis diebus tenetur pueros Parochiæ suæ Fidei rudimenta, & doctrinam christianam docere.*
☞ *Vide Additionem.*

2 *Parochus, qui nimium negligens fuerit in doctrina christiana docenda, peccabit mortaliter.*

3 *Episcopus, constito sibi de Parochi negligentia, vel insufficientia in docenda doctrina christiana, poterit ex fructibus parochialis Ecclesiæ assignare partem congruam alteri, qui hoc ministerium loco ipsius adimpleat.*
☞ *Vide Additionem.*

4 *Fidei rudimenta, seu articulos tenentur omnes sub peccato mortali scire.*

5 *Absolvendus an sit ille, qui vel ob negligentiam, vel ob verecundiam* Pater noster, Ave Maria, Credo, & decem præcepta *addiscere non curat, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

6 *Parochus an possit multis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad discendam doctrinam christianam, ostenditur.*

7 *Parochus sæpe admonere debet parentes, propinquos, tutores, & alios, quorum curæ sunt pueri commendati, ut eos mittant ad parochias omnibus diebus festis, aut saltem Dominicis, ad Doctrinam christianam addiscendam.*
☞ *Vide Animadversionem.*

8 *Constitutio Pii V. incip.* Ex debito *refertur.*

9 *Constitutio Pauli V. incip.* Ex credito, *refertur.*
☞ *Vide Additionem.*

DOminicis saltem, & aliis festivis diebus Pa- 1
rochus pueros parochiæ suæ Fidei rudimenta, ac doctrinam christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes, bonosque mores docere tenetur, ut expresse statuit Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 4. *vers. idem etiam, & sess.* 5. *de reform. cap.* 2. admonet, ut Archipresbyteri, Plebani, & quicunque parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias, quocunque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & eorum capacitate pascant salutaribus verbis, de quo ad plura in hac materia scitu dignissima, & ad hujus præclari instituti majorem observationem emanavit Constitutio Pii V. incip. *Ex debita pastoralis officii sub die 6. Octob.* 1572.

Additio.

☞ Ac Constitutio Pauli V. *Ex credito* 6. Octobr. 1607. quarum summas leges infra post num. 7. ☜

Unde ad officium Parochi pertinet parochianos 2
suos in prædicta doctrina christiana erudire, Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 1. *dec.* 22. *num.* 2. *in fine*, & sic mortaliter peccabit Parochus, qui nimium negligens fuerit in hujusmodi doctrina christiana edocenda, ut ex Emman. Sa *verb. Parochus, num.* 2. resolvit Fernan. *in examine Theologiæ moral. p.* 4. *cap.* 15. §. 5. *n.* 7.
Et poterit Episcopus, constito sibi de ejus negli- 3
gentia, vel insufficientia, ex fructibus ipsius Ecclesiæ assignare partem congruam fructuum alteri, qui hoc ministerium loco ipsius adimpleat, ut ex Conc. Trid. *sess. de refor. d. c.* 2. colligit Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 3. *num.* 16. non tamen poterit comminare pœnam peccati mortalis (cujus jam sunt rei) Parochis doctrinam christianam non docentibus, sed illos per viam præcepti pœnalis debet obstringere, ut Bergomen. Episcopo rescripsit S. Congr. Episcoporum *sub die* 22. *Novemb.* 1592. & ideo Aloys. Ric. *d. decis.* 22. ait: fuisse suspensum ab officio suæ curæ quemdam Parochum per sex menses, eo quod rudimenta Fidei suos Parochianos non docebat.

Additio.

☞ Huc spectant, quæ circa Doctrinam christianam præscribuntur a Benedicto XIV. Constit. *Et si minime*, 7. *Feb.* 1742. &

I. Ut sub gravibus etiam statutis pœnis adigantur ab Episcopo Sacerdotes in Ecclesiis, a parochiali longe se positis celebrantes, christianæ doctrinæ summam populo tradere, divinamque legem annunciare.

II. Ut in parochiis, cum Urbis, tum Diœcesis Rectores animarum post Missam, festo die celebratam, statim ante Aram provoluti, clara, & intelligibili voce, actus virtutum Fidei, Spei, & Charitatis eliciant, & præire satagant populo, verba ab ipsis prolata devote reddituro. Quorum actuum formulæ hic trascribuntur una cum

cum Indulgentiis, quas ab eodem ipsos elicientibus concessis.

ATTI DELLE VIRTU' TEOLOGALI

Fede, Speranza, e Carità

Necessarj da farsi da ogni Christiano.

ATTO DI FEDE.

IO credo fermamente, perchè così ha rivelato Dio, infallibile verità, alla Santa Chiesa Cattolica, e per mezzo di essa lo rivela anche a noi; che ei è un solo Dio in tre Persone Divine, uguali, e distinte, che si chiamano Padre, Figliuolo, e Spirito Santo, che il Figliuolo si fece Uomo, prendendo per opera dello Spirito Santo carne, ed anima umana nel ventre della purissima Vergine Maria: morì per noi in Croce: risuscitò, salì al Cielo, e di là ha da venire alla fine del mondo a giudicare tutti i vivi, e i morti, per dare per sempre a buoni il Paradiso, ed a cattivi l'Inferno. E di più, per l'istesso motivo, credo tutto quello, che crede, ed insegna la medesima santa Chiesa.

ATTO DI SPERANZA.

DIO mio, perchè siete onnipotente, ed infinitamente buono, e misericordioso, io spero, che per li meriti della Passione, e Morte di Gesù Cristo nostro Salvatore, mi darete la vita eterna, quale Voi fedelissimo avete promessa a chi farà opere da buon Cristiano, come propongo di fare col vostro santo ajuto.

ATTO DI CARITA'.

DIO mio, perchè siete sommo, e perfettissimo bene, vi amo con tutto il cuore, e sopra ogni cosa, e piuttosto che offendervi, sono disposto a perdere ogni altra cosa, e per amor vostro amo ancora, e voglio amare il mio Prossimo, come me medesimo.

ATTO DI CONTRIZIONE.

DIO mio, per esser voi somma bontà, e perchè vi amo sopra ogni cosa, mi pento, e mi dolgo di vero cuore di avervi offeso, e propongo fermamente col vostro santo ajuto di non peccare mai più nell'avvenire, ed in particolare di fuggire le occasioni del peccato.

La Santità di N. S. Benedetto XIV. concede sette anni, e sette quarantene d'Indulgenza ogni qualunque volta divotamente, e col cuore si reciteranno, e faranno gli Atti delle Virtù Teologali; e Indulgenza plenaria una volta il Mese per chiunque farà stato solito farli, o recitarli quotidianamente, da acquistarsi in quel giorno, in cui si confesserà, e comunicherà, e pregherà il Signore per i bisogni della S. Madre Chiesa &c. E in punto di morte altra simile Indulgenza plenaria, siccome apparisce dal Decreto della Sagra Congregazione delle Indulgenze in data del 28. Gennajo 1756.

III. Ut præscribenda sit ab Episcopis ratio celebrandi aliquas festivitates in Ecclesiis non parochialibus, ea hora, qua a Parochis Doctrina christiana edocetur, vel cum Catechismus habetur, ne in his peragendis impediantur: cum facultate puniendi etiam Regulares exemptos, si prius admoniti, suis functionibus hoc sanctum opus perturbare præsumpserint.

IV. Et insuper enixe commendat omnibus Episcopis = In Doctrina christiana tradenda adhiberi libellum de Clem. VIII. mandato a Card. Bellarmino conscriptum, mox in deputata Congregatione diligenter examinatum, & approbatum, ac denique ab eodem Clem. in lucem, eo saluberrimo consilio edi jussum, ut unus deinceps, idemque modus in docendo, & discendo christianam Doctrinam ab omnibus teneretur. Nihil hac uniformitate optabilius, nihil ad præcavendos, qui in multiplicem Catechismorum varietatem irrepere possent, errores, conducibilius, atque opportunius = ✠

4 Sub mortali peccato debent quoque omnes scire Fidei rudimenta, seu articulos, vel eos saltem, quos solemni ritu Ecclesia celebrat, veluti Orationem Dominicam, præcepta Ecclesiæ, & Sacramenta, sicut advertit Petr. Navar. *de restitut. l. 2. cap. 4. num. 109.* ubi subdit, decem Dei præcepta omnibus fidelibus cognita esse debere, addit Banne. *2. 2. qu. 2. art. 8.* omnes Fidei articulos ab omnibus explicite credendos esse, & tria Sacram. Baptism. scilicet, Eucharist. & Pœnitentiæ, sciendumque Deum esse orandum, & Decalogi præcepta cognoscenda. Parochus etiam, qui in docendis Fidei Symbolo, Dei præceptis, & Dominica Oratione negligens fuerit, lethalem culpam contrahit, secundum Emman. Sa *d. verb. Paroch. num. 5.*

5 Absolvendus igitur non erit ille, qui vel ob negligentiam, vel ob verecundiam *Pater noster, Ave Maria, Credo, & decem præcepta* addiscere non curat, ut resolvit Ludov. Beja *Respons. Cas. Consc. p. 3. cas. 27. v. tandem*, subdens, quod postquam sic ignorans pro viribus elaborat, ut hæc memoriæ tradat, & nec verbum unum retinere potest, dummodo tamen credat singulos articulos, quando sibi proponuntur a ministris Eccles. & sciat de illis, ac de præceptis Decalogi respondere, quando interrogatur, & deprecetur Deum, intendens saltem virtualiter ad ea, quæ in Oratione *Pater noster* continentur, absolvi tunc poterit; si enim articulorum Fidei, divinorum præceptorum, & Orationis Dominicæ substantiam rudis intelligat, satis est, etiamsi verba non percipiat, ut ex Lop. Emman. Sa & Valen. tradit Andr. Victorel. *in notis ad Possevin. de Offic. Curati, cap. 4. vers. si articulorum* & notat Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 7. quæst. 5.* Filliuc. *tom. 2. tract. 22. cap. 2. num. 37.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. l. 2. c. 3. n. 19.* Bonacin. *de legib. disp. 3. qu. 6. puncto 2. n. 14.* Soar. *de Fide, disp. 13. sect. 5. n. 8.*

Additio.

✠ Et longe potiori ratione non est absolvendus

dus ignorans, etiam invincibiliter, ea, quæ explicite credenda sunt necessitate medii, donec prius non instruatur, videlicet Deum esse remuneratorem, & mysterium Sanctissimæ Trinitatis, ac Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi: & ideo Innocentius XI. 2. Martii 1679. proscripsit sequentes Propositiones, primam, quæ est in ordine la XXII. = Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris = Alteram, quæ est in ordine la LXIV. = Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi =

Serio monere insuper eum debet Confessarius, & Parochus potissimum, quod teneatur quater saltem quolibet anno in majoribus solemnitatibus elicere actus Fidei, Spei & Charitatis, & quoties urget gravis tentatio contra aliquam ex his virtutibus. Non enim ad se eximendum a mortali culpa sufficit, eos semel tantum in vita, aut singulis tantum quinquenniis elicere; & Propositiones utrumque asserentes, proscriptæ fuerunt ab eodem Innocentio prædicta die, quæ sunt la V, & VI. in ordine.

6 Utrum autem possit Parochus multis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad discendam doctrinam christianam, etiamsi hoc fieri noluerint, in oppidis, villis, & aliis locis extra Civitatem? solet ab aliquibus in dubium revocari, Zerol. enim *d. verb. doctrinam Christ.* §. 3. tenet, non posse Ordinarium, subdens Conc. Trid. *d. cap.* 4. in illis verbis, ibi, *etiam per censur. ecclesiast. compellent*, loqui de compulsione illorum, quorum interest, eam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum ipsorum. Verius tamen est dicere his nostris temporibus (prout in Hispania usu receptum est) posse Præsulem censuris compellere subditos, ut doctrinam christianam discant, & Parochum, ut eam doceat, ita Perez. *ad lib.* 1. *vers. aliud etiam tit.* 1. *l.* 1. *Ordin. fol.* 19. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p.* 4. *decis.* 300. Ego ipse *d. p.* 3. *allegat.* 76. *num.* 38. & me cit. *in illo loco*.

7 Sed quidquid sit, Parochus sæpe admonere debet parentes, propinquos, tutores, & alios, quorum curæ sunt pueri commendati, ut eos mittant ad Parochias omnibus diebus festis, vel saltem Dominicis ad doctrinam christianam addiscendam, & ut facilius ad id peragendum parentes, & alii superius enumerati inclinentur, post explicatam hujusce rei necessitatem, & utilitatem ipseque Parochus Indulgentias, quas Pius V. & Paulus V. illis, qui huic pietatis operi cooperabuntur, concessit, publicabit.

Animadversio.

Crederem, non satis esse, hanc monitionem, etiam repetitam, si adhuc hi omnes, hic expressi, essent notabiliter negligentes, & contumaces in mittendo pueros ad ediscendam doctrinam christianam, ideoque teneri Parochum eos Episcopo denunciare, cujus cura erit pœnis sibi bene visis ad id eosdem compellere, prout factum legitur a Josaphat Battistelli, Episcopo Fulginatensi in edicto, super Doctrina christiana, relato in Appendice ipsius Synodi cap. VII. in quo statuit, hujusmodi contumaces privandos esse commodo, vulgo dell' Imprestanza, ex Monte frumentario.

Additio.

S. Pius V. in *cit. Constit. Ex debito* jussit omnibus Ordinariis, ut erigerent Confraternitates Doctrinæ christianæ, quot ad eam docendam eis opportune viderentur, & concessit Indulgentiam quadraginta dierum = Omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pænitentibus, & confessis, seu statutis a jure temporibus, firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, seu Confraternitatum, ubilibet constitutarum intraverint, & adscripti fuerint, illis videlicet, tam qui illam docuerint, quam qui ab aliis in articulis Fidei, & præceptis Ecclesiæ hujusmodi instructi fuerint, quotiescumque in præfato sanctissimo exercitio se occupaverint. =

Paulus vero V. erecta in Urbe Archiconfraternitate Doctrinæ christianæ, eidem facultatem concessit, aggregandi Confraternitates, ubique locorum erectas, & erigendas, hisque communicando eadem privilegia, quibus illa gaudet, indulta, favores, exemptiones, gratias, & Indulgentias a se concessas, & pro tempore a Sede Apostolica concedendas, ut ex ejus Const. *Ex credito* 6. Octob. 1607.

Concessæ autem Indulgentiæ, sunt sequentes =

I. Indulgentia plenaria singulis utriusque sexus Christifidelibus, vere pænitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis die primo, quo Confraternitati adscripti fuerint = II. Indulgentia plenaria in articulo mortis, si saltem corde nomen Jesus invocaverit, quoties confessionem emittere, & Eucharistiam sumere nequiverit. = III. Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum, si semel in mense confessionem emiserint, & Eucharistiam sumpserint. = IV. Indulgentia bis centum dierum, qui causa fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ personæ ad discendam Doctrinam christianam accedant. = V. Indulgentiæ, quas consequuntur personaliter visitantes Ecclesias stationum Urbis, si hanc Doctrinam in Ecclesiis docuerint, ac etiam qui ad eandem discendam accesserint. = VI. Eædem Indulgentiæ Visitatoribus d. Archiconfratern., qui ex commisso sibi officio visitaverint scholas Doctrinæ, quas in illo die visitare potuerint. Indulgentiam centum dierum diebus feriatis dictam doctrinam, aut publice, aut privatim explanaverint = VII. Indulgentia septem annorum singulis Præceptoribus, qui diebus festivis discipulos suos ad Doctrinam duxerint, eosque illam docuerint = VIII. Indulgentia centum dierum, qui diebus feriatis in propriis scholis eamdem Doctrinam explanaverint. = IX. Indulgentia septem annorum Sacerdoti Confraternitatis, qui in illius Ecclesia, seu Oratorio verbum Dei prædicaverit, aut collationes fecerit, licet illo die non inter-

intervenerit in aliqua schola, docendi causa = X. Indulgentia centum dierum singulis patribus, & matribus familias, qui in suis domibus liberis, famulis, & familiaribus utriusque sexus Doctrinam explanaverint, qualibet vice id fecerint. = XI. Indulgentia septem annorum iisdem Confratribus, qui per Civitatem viros, mulieres, aut pueros ad eamdem Doctrinam, ducendi causa circumierint. = XII. Indulgentia decem annorum iisdem, qui extra Civitatem ad illam docendam per Castella, & Villas exierint. = XIII. Item iisdem Indulgentia bis centum dierum intervenientibus disputationi, fieri solitæ in scholis dictæ Archiconfraternitatis. = XIV. Indulgentia centum dierum omnibus Christifidelibus, qui per mediam horam doctrinæ, aut docendi, aut discendi gratia studuerint. = XV. Indulgentia bis centum dierum ejusdem Archiconfraternitatis Confratribus, qui illius infirmos visitaverint, toties, quoties. = XVI. Indulgentia septem annorum, quoties comitati fuerint Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad infirmos defertur = XVII. Indulgentia trium annorum iisdem Confratribus corpora Confratrum, vel Consororum ad sepulchrum associantibus, aut exequiis anniversariis, officiisve, quæ pro eis celebrantur, preces pro eorumdem animabus fundendo, intervenientibus = XVIII. Indulgentia bis centum dierum, quoties divinis officiis, & Congregationibus publicis, vel secretis dictæ Archiconfraternitatis intervenerint, ac quoties interfuerint processionibus sub Vexillo dictæ Archiconfraternitatis, a locorum Ordinariis præscribendis = XIX. Indulgentia trium annorum Christifidelibus utriusque sexus, convenire solitis ad discendam Doctrinam in dictis scholis, qui quolibet festo Beatæ Mariæ Virginis, aut alio a Superioribus dictæ Congregationis determinando, peccata sua confessi fuerint, quinque vero annorum iis, qui ad communicandum habiles sunt, Eucharistiæ Sacramentum susceperint = XX. Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum omnibus utriusque sexus Confratribus confessis, & communicatis quolibet die dicta Congregatio in quavis Civitate, vel Terra publicabitur.

Nostræ præterea (ita prosequitur Pontifex) intentionis esse declaramus, quod Indulgentiæ, gratiæ, & indulta prædicta intelligantur, ac sint concessa, cuivis Confraternitati, canonice erectæ, seu erigendæ in qualibet orbis parte, statim ac prædictæ Archiconfraternitati, juxta Constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, fuerit aggregata, ne absque aggregatione hujusmodi gratiarum, & Indulgentiarum Prædictarum partieeps ullo modo esse possit. Declarantes nihilominus, quod cum una Confraternitas dictæ Doctrinæ christianæ unius civitatis aggregata fuerit, intelligantur, & sint omnino aggregatæ reliquæ omnes utriusque sexus ab Ordinario loci erectæ, & erigendæ, earumdemque Indulgentiarum, & gratiarum prædictarum participes sint.

Juxta Const. Clem. VIII. *Quæcumque a Sede Apostolica* 6. Sept. 1604. confirmatam a Benedict. XIV. Constit. *Assiduæ solicitudinis* 6. Maji 1751. §. 17. Aggregationes Sodalitiorum faciendæ sunt gratis ab Archiconfraternitatibus sub pœna inter alias, ipso facto incurrendas, nullitatis aggregationis, & Indulgentiarum, quibus hæ fruuntur. Permittitur tamen pro expeditione literarum unum scutum aureum, firmis remanentibus dictis pœnis, si ultra prædictum scutum, quovis prætextu, & colore, etiam a sponte dantibus, titulo strenæ, aut eleemosynæ exigatur, vel recipiatur, juxta Decreta Congr. Indulgentiarum edita 6. Martii 1708, 10. Aprilis, 1. Octobris 1720, 11. Martii 1722, & 31. Julii 1756.

Contra vero Ministros Archiconfraternitatum Urbis trasgressores procedere potest ejusdem Urbis Vicarius, ut probat P. Theodorus a *Spiritu Sancto tract. de Indulgentiis tom. II.* pag. 155. ex Decreto dictæ Congregationis, ut sequitur = Occasione talis excessus (ultra scilicet unum scutum aureum) dubitantibus Confratribus N. Diœcesis N. de validitate Indulgentiarum ab Archiconfraternitate N. Urbis obtentarum duo sequentia dubia proposita fuere.

I. An aggregatio obtenta revalidari debeat.

II. An aliquid desuper agendum sit.

Et die 20. Maji 1720. Sac. Congr. Indulgentiarum respondit. Ad I. Dilata, & ad mentem, & mens est, quod, postquam factum positum fuerit in claris, supplicetur Sanctissimus pro concessione ex integro Indulgentiarum, quibus fruitur Archiconfraternitas N. de Urbe.

Ad II. Ad Eminentissimum Vicarium, qui dignetur procedere contra omnes transgressores.

CAP. XVI.

De denunciatione Vigiliarum, Festorum, Indulgentiarum, Matrimoniorum, Ordinandorum per Parochos inter Missarum solemnia facienda.

SUMMARIUM.

1 *Parochus, non denunciando ea, quæ tenetur denunciare, peccat mortaliter.*

2 *Vigilias, in quibus ea hebdomada ex præcepto Ecclesiæ, vel ex loci consuetudine, seu ex Ordinarii lege jejunandum est, debet populo denunciare Parochus.*

3 *Parochus ex justa causa dare potest licentiam suis Parochianis non jejunandi, etiam præsente Episcopo, seu Vicario.*

☞ *Vide Animadversionem.*

4 *Festos dies, in quibus ab operibus servilibus est vacandum, populo denunciare tenetur Parochus.*

5 *Festorum observantia, quoad vacationem a servilibus, incipit a media nocte præcedentis diei usque ad aliam sequentis.*

6 *Parochus ex causa legitima potest concedere licentiam laborandi diebus festis, in quibus ad Episcopum, vel Vicarium non potest haberi recursus.*

7 *Parochus potest aliquid exigere a laborantibus in die festo, cum causa dubia est, mutando hoc opus servile in aliquam largitionem, quæ tamen cedat in opus pium.*

☞ *Vide Additionem, & Animadversionem.*

8 *Episcopus præcipiens sub excommunicationis sententia, ipso facto incurrenda, ne quis, stante indubitata*

tata causa, operaretur diebus festis, excommunicatio non ligat.

9 *Licentiam concedere laborandi in diebus festis, non ad Parochum, sed ad Superiorem, jurisdictionem exercentem, spectat, quando necessitas non est indubitata, vel possit recursus haberi ad Ordinarium.*

☞ *Vide Additionem.*

10 *Licentiam pro laborando in diebus festis concedere ad Vicarium, quamvis foraneum, & non ad Archipresbyterum spectat.*

11 *Constitutio Pii V. circa dierum festorum observationem refertur.*

12 *Praeceptum de Dominicis, & festivis diebus sanctificandis, & observandis sub praetextu mercatuum, & nundinarum nullatenus est violandum.*

☞ *Vide Additionem post num. 15.*

13 *Agasonibus, atque aliis jumentorum vectoribus licet diebus festis sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, transeundo prosequi.*

14 *Vendere, emere, seu asportare merces non licet diebus festis, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula.*

15 *Nundinae, quae non sunt solemnes, sed fiunt, peractis Sacris, in festo alicujus Sancti, ante ejus Ecclesiam ex consuetudine antiqua, tolerandae sunt.*

☞ *Vide Additionem.*

16 *Tabernarii, & Tenderii in civitate Ulixbonen. in diebus festivis, etiam ante Concionem, & Missae conventualis celebrationem, omnia ad humanum victum necessaria vendere possunt, fores velamine aliquo contegendo.*

17 *S. Josephi, & S. Annae dies festi sub observantia, & praecepto comprehenduntur.*

18 *Parochus nonnulla denunciat absque Episcopi licentia.*

19 *Indulgentiae, & aliae spirituales gratiae sine Ordinariorum licentia non publicandae.*

• *Miracula ficta, vel nova non publicet Parochus, nisi ab Episcopo prius fuerint examinata, & approbata, ibid.*

20 *Parochus, jubente Episcopo, debet publicare, & explicare inter Missarum solemnia decretum Concil. Trid.* sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1.

21 *Parochii inter Missarum solemnia Ordinandos ad majores Ordines denunciare tenetur.*

22 *Ordinari qui prohibeantur, populo explicare debet Parochus, ut ille sciat, de quibus admonere teneatur,*

23 *Parochus testimoniales literas a se subscriptas consignatas consignabit illis, quos denunciavit ad Ordines sacros promovendos.*

☞ *Vide Additionem.*

24 *Parochus literas functionum exercitarum pro Ordinandis concedit.*

25 *Quaestuarios eleemosynarum non commendat Parochus absque Episcopi licentia.*

☞ *Vide Animadversionem.*

26 *Episcopus potest etiam Regulares cogere, ut in offertorio Missarum conventualium, quae Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent Fidelibus, quae festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrunt.*

☞ *Vide Animadversionem.*

27 *Regulares in suis Ecclesiis non parochialibus non prohibentur annunciare populo festa, & jejunia.*

INter Missarum solemnia, praesertim earum, quae die Dominico celebrantur, ex Altari denunciationes quasdam facere debet Parochus, quarum aliquas ex officio absque alia licentia, seu jussu facit, alias vero minime absque Episcopi licentia. Quae sine licentia denunciat, sunt in duplici differentia; quaedam enim tenetur denunciare, ut dies jejuniorum, dies festos, & matrimonia celebranda, de quorum singulis infra hoc cap. tractabimus, & deficiendo in illis, credo peccare mortaliter, quia deficit in re gravi, quae sub mortali populus tenetur scire: alia denunciat sine jussione, sed non tenetur, ut res amissas, seu inventas, desideria pia particularium, puta quod quidam velint fabricare in Ecclesia, si populus adjuvet, & similia. 1

Additio.

☞ De mandato Episcopi publicare tenetur monitoria pro rebus deperditis, & furto ablatis, ut dicetur infra. ☜

Postquam Parochus diebus Dominicis, & inter Missarum solemnia explicaverit populo divina eloquia, docendo necessaria ad salutem, quaeve sequenda, quae fugienda sint ad obtinendam vitam aeternam, ut praecipit facere Conc. Trid. *sess. 6. de refor. c.* 2. Similiter, postquam virtutem Sacramentorum explicaverit, ac dum illa mon strat, levia & prophana, & discursus minus necessarios omittat, idem Conc. *sess. 24. de ref. cap.* 7. ita ut, si circa hoc negligens, & insufficiens reperiatur, possit Episcop. ex fructibus ipsius Ecclesiae assignare partem congruam fructuum alteri, qui hoc ministerium loco ipsius adimpleat; idem Conc. *l. cit. sess.* 5. ea, quae sequuntur denunciare tenetur.

Primo denunciare populo Parochus debet vigilias, in quibus ea hebdomada ex praecepto Ecclesiae, vel ex loci consuetudine, seu ex Ordinarii lege jejunandum est, ut statuit Conc. Trid. *sess.* 25. *de refor. in decreto de delectu ciborum, jejuniis,* &c. Ugolin. *de officio Episcopi cap.* 16. §. 3. *num.* 3. 2

Ex juxta causa Parochus dare potest licentiam suis Parochianis non jejunandi, non solum in oppidis, & villis, ubi non adest Episcopus, nec Vicarius, sed etiam in civitate, praesente Episcopo, vel Vicario, quia ita servat consuetudo, legitime praescripta, ita Sylv. *in sum. verb. jejunium quaest.* 7. Navar. *in man. cap.* 21. *a num.* 20. Azor. *instit. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 29. *qu.* 3. Fagundez *in quinque Ecclesiae praecepta, praec.* 4. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 2. Possevin *de officio Curati cap.* 12. *num.* 22. ubi *num.* 21. ait, justis de causis posse Curatum dare licentiam manducandi cibum prohibitum infirmo in absentia Episcopi, vel Vicarii, advertit tamen, ne Curatus de hoc sit solicitus, quia hanc licentiam dat Medicus Sanc. *de Matrim. l.* 8. *disp.* 9. *n.* 27. Granado *de legib. fol.* 393. n. 5. & 9. Soar. *eod. tr. lib.* 6. *cap.* 14. *in fine*, Joan. Sanc. *in selectis disput.* 54. *n.* 36. ubi *num.* 37. hanc potestatem ostendit ad dispensationem in esu carnium. Quamvis, praesente Episcopo, non posse Parochum in hoc dispensare exi- 3

Addit

ſtimaverint Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. l.2. cap.37. num.17.* Vega *in ſum. p.1. cap.14. caſu 36.* Emman. Sa *verb. ver. jejunium n.* Moure *in exam. Theolog. moral. p.1. cap.8. §.2. num. ult.*

Addit Joan. Sanch. *ubi ſupra n.* 38. quod intervenire debet juſta cauſa, non ſolum, ut licite diſpenſatio fiat a Parocho, verum ut valide, & *n.39.* limitat, niſi prudenter, & bona fide arbitratus ſit Parochus, cauſam eſſe juſtam, tunc enim diſpenſationem valere ait, licet vere non fuerit cauſa ſufficiens, & *n.40.* poſt Filliuc. *t.2. tr.27. c. 2. num.* 129. reſolvit, exiſtente cauſa ad diſpenſandum, non eſſe integrum Parocho jejunium in aliquod opus pium commutare, etiam ex parte, renuente illo, qui petit diſpenſationem.

Animadverſio.

☞ Non videtur ita tutum adſtruere Parocho facultatem diſpenſandi a jejunio, præſertim ubi præſens eſt Epiſcopus, ſi agatur de pluribus Parochianis. Potius dicendum eſſet, poſſe pro peculiari aliquo dubio alicui declarare, hic, & nunc ad jejunium non teneri, ſive agatur de unica comeſtione, ſive de cibis vetitis edendis. Imo nec Epiſcopus diſpenſare poſſet, pro his edendis ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, etiam in gravi neceſſitate, ſi ageretur de diſpenſatione pro integra Civitate, vel Diœceſi, ut ex Conſt. Bened.XIV. *Si fraternitas* 10. Junii 1745.

Ut autem Parochus recte inſtruere poſſit populum ſibi commiſſum, quomodo uti debeat obtenta diſpenſatione a jejunio, ſubjicio jam a me tradita in Opere, cui Titulus = Expoſitio Juris Pontificii juxta recentiorem Eccleſiæ diſciplinam = pag. 452.

Circa eſum carnium in diebus quadrageſimalibus, & aliis, in quibus ex lege, vel conſuetudine eſt abſtinendum ob inopiam annonæ, vel ob debilitatem, infirmitatemve, ne plus merito diſpenſatio concedatur, Benedictus XIV. varias præſcripſit leges in tribus encyclicis literis, videlicet, *Non ambigimus*, 30. *Maji* 1741. *In ſuprema*, 22. *Auguſti* 1741. *Libentiſſime*; 10. *Junii* 1745. in qua inſerta eſt litera Decretalis *Si fraternitas*, ſcripta *ad Archiepiſcopum Compoſtellæ, ſub die* 8. *Jul.* 1744. quas, ne longus ſim, tranſcribere omitto: earum tamen ſummam ſubjicio, prout affabre concinnata legitur *cap. III. art. II. num.* 5. *pag.* 373. *Synodi Tuſculanæ, celebratæ an.* 1763. ibi „ Edixit „ itaque, I. Nemini quidem ſine legitima cauſa, „ & ſine utriuſque medici conſilio, multitudini „ vero, veluti populo, aut civitati, aut genti „ indiſcriminatim integræ, nonniſi graviſſima, „ & urgente neceſſitate, & in caſibus per SS.Canonum ſtatuta præſcriptis, cum debita Sedis „ Apoſtolicæ reverentia, a quadrageſimali jejunio diſpenſationem eſſe concedendam, nec eam „ audacter, fidenterque uſurpandam, aut ſuperbe, & arroganter ab Eccleſia eſſe poſtulandam. II. Quibuſcumque, & quacumque occaſione, ſive multitudini indiſcriminatim, ſive „ ſingulis ob legitimam cauſam, & de utriuſque „ medici conſilio, dummodo nulla certa, & periculoſa valetudinis affectæ ratio intercedat, „ & aliter fieri neceſſario exigat) in quadrageſima, aliiſque temporibus anni, & diebus, quibus carnium, ovorum, & lacticiniorum eſus „ eſt prohibitus, diſpenſari contigerit, ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam comeſtionem eſſe ſervandam, & licitas, atque interdictas epulas minime eſſe apponendas. III. „ Concedentes facultatem veſcendi carnibus, tempore vetito, ſub gravi teneri eaſdem facultates non aliter dare, quam geminis hiſce adjectis conditionibus, videlicet, unicæ in diem comeſtionis, & non permiſcendarum epularum: „ eos vero, qui hujuſmodi facultatibus utuntur, „ ſub gravi ad binas ipſas conditiones implendas „ obligari. IV. Utrumque grave præceptum unicæ comeſtionis, & non permiſcendi epulas licitas cum interdictis, etiam extra Quadrageſimam urgere iis diebus, quibus ſervandum eſt „ jejunium de præcepto. V. Epulas licitas, quæ „ vetantur cum interdictis conjungi, pro iis, quibus permiſſum eſt carnes comedere, eſſe carnes „ ipſas: epulas vero interdictas eſſe piſces, adeoque utrum que ſimul adhiberi non poſſe. Piſcibus tamen edendis non interdici eos, quibus datur tantum facultas adhibendi ova, & lacticinia. VI. Iis, quibus conceſſum eſt veſci carnibus, non licere in veſpertina refectiuncula ea „ quantitate carnis veſci, quæ jejunantibus permittitur, ſed opus habere eo cibo, eaque uti „ portione, quibus utuntur homines jejunantes „ recte meticuloſæ conſcientiæ. VII. Præceptum „ de utroque epularum genere non miſcendo dies „ quoque Dominicas quadrageſimales complecti: „ ab iis vero, quibus jejunii tempore veſci carnibus permittitur, non modo unicam comeſtionem, verum etiam horam jejunantibus præſcriptam obſervandam eſſe “.

Et num.6. ita proſequitur„ Hæ ſunt leges a Benedicto XIV. ad ſaluberrimam eccleſiaſtici jejunii diſciplinam inſtaurandam, conſervandamque præſcriptæ: quibus illam etiam adjunxit „ felic. recordationis Clemens Papa XIII. in ſuis „ encyclicis literis (incipien. *Appetente*, 20. *Decembr.* 1759.) ad omnes univerſæ catholicæ „ Eccleſiæ Epiſcopos datis, videlicet. *Non licere iis, quibus ob juſtas, & legitimas cauſas ab abſtinentia carnium diſpenſatum fuerit, extra unicam comeſtionem potiones lacte permixtas ſumere, ſed illos, unica excepta comeſtione, in omnibus æquiparandos iis eſſe, quibuſcum nulla eſt diſpenſatio, ac propterea eos tantummodo ad unicam comeſtionem poſſe carnem, vel qua ex carne trahunt originem, adhibere* “.

Nota, quod poſt emanatam cit. Conſtitutionem *Libentiſſime*, in qua per viam legis univerſalis, inter alia confirmatum eſt ſequens reſponſum ad dubium, ſecundo loco Bened. propoſitum ab Archiepiſc. Compoſtellæ, iis ſcilicet, quibus tempore vetito conceſſum eſt veſci carnibus, non licere in veſpertina refectiuncula ea quantitate carnis veſci jejunantibus permiſſa, = *ſed opus habere eo cibo, eaque uti portione, quibus utuntur homines jejunantes recte meticuloſa conſcientia* = prout legitur in literis in forma Brevis, incipien. *Si fraternitas*, eidem Archiepiſcopo datis 8. Jul. 1744. ortum fuit dubium, an diſpenſatis ad lacticinia

R lice-

liceret in eadem serotina collatiuncula parum casei sumere, quidam Confessarius supplicavit eundem Benedictum pro declaratione, a quo transmisso ad S. Pœnitentiariam supplici libello, hæc *optime conscia mentis Sanctitatis suæ, ex speciali auctoritate ejusdem, respondit, non licere*.

Verum, cum idem Confessarius dubitaverit, an hoc responsum dicta S. Pœnitentiariæ dederit ex propria interpretatione supradicti responsi, Archiepiscupo Compostellæ dati, vel potius ex ejusdem Pontificis oraculo, iterum supplicavit, ut ipsemet Pontifex mentem suam explicaret, qui per organum laudatæ S. Pœnitentiariæ sequens hoc dedit responsum = *Sacra Pænitentiaria de mandato Sanctissimi Domini, qui suis ipse oculis retroscriptam epistolam dignatus est legere, respondit, vera esse, & pro veris habenda, quæ constat ab eadem Pænitentiaria fuisse rescripta = Datum Romæ in Sacra Pænitentiaria, die 23. Julii 1756.* Dictum authenticum responsum Alfonsus de Ligorio *Theol. moral. lib. III. tract. VI. de VIII. præcepto cap. III. dub. I. num.* 1027. refert, & asserit, apud se retinere. ☜

4 *Secundo* tenetur Parochus denunciare populo fe-
stos dies, in quibus ab operibus servilibus est va-
candum, ut expresse est constitutum in Concil.
Trid. *sess.* 25. *de refor. in decreto de delectu ciborum
jejuniis, & diebus festis*, & innuitur *sess.*22. *in decre-
to de observandis, & evitandis in celeb. Missa, in*
5 *fine*, quorum observantia incipit a media nocte
præcedentis diei, usque ad aliam sequentis.
6 Ex causa vero legitima, veluti damni evitandi,
vel vitæ sustentandæ, potest Parochus concedere
licentiam laborandi diebus festis, in quibus ad E-
piscopum, vel Vicarium non potest haberi recur-
sus, ita Ang. *in sum. verb. feria, n.* 35. Sylvest.
7 *verb. Dominica, q.*4. Azor. *instit. moral. p.*2. *l.* 1.
cap. 28. *q.* 6. Possevin. *de officio Curati cap.* 12. *ex
n.* 12. ubi *num.*17. cum eodem Azor. *d. lib.*1. *c.ul.
q.*12. resolvit, posse Curatum aliquid exigere, non
quidem pro licentia laborandi in festo, sed mu-
tando opus servile, laborare volenti in aliquam
largitionem, quæ tamen cedat in opus pium:
quam tamen resolutionem intelligit Fagundea *in
quinque Ecclesiæ præcepta, præcep.* 1. *l.* 1. *cap.* 14.
num. 27. quando causa laborandi in die festo est
dubia; nam si indubitata fuerit, nulla dispensatio
requiritur, quia ita sola indubitata necessitas sine
licentia Superioris, excusat illum a culpa lethali,
qui in die festo operatur, laboratque.

Additio, & Animadversio.

☞ Pro licentia laborandi, nedum a Parocho, sed neque ab Episcopo imponi potest onus aliquam largitionem dandi, cessuram, etiam in opus pium, juxta prohibitionem Urbani VIII. Const. *Universa Idib. Septemb.* 1642. §. III. his verbis expressam = Eisdem Ordinariis antiquorum Canonum observantiam ad memoriam revocamus in concedendis licentiis laborandi diebus festis: quæ quidem licentiæ non aliter, quam ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur, concedendæ, nonnisi gratis, libere, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto, directe, vel indirecte concedantur, sub pœnis etiam gravioribus nostro, Successorumque nostrorum arbitrio infligendis. = Hoc siquidem onus imponi solum potest a summo Pontifice, quemadmodum etiam a Sixto V. impositum fuisse refert Benedictus XIV. Constit. *Ab eo tempore* 5. Novemb. 1745. §. XXVII.

Non est autem Episcopo prohibitum hortari populum ad aliquam eleemosynam applicandam pro sublevatione locorum piorum, si qui alicubi maxima egestate laborent, non tamen cathedralis, vel mensæ episcopalis, ex decreto Congr. Episcop. & Regul. *in Casertana* 28. *Novemb.* 1594. relato a Lucio Ferraris, *Prompta Bibliotheca, verb. Festa num.* 35. & in Trevisana 25. Septembr. 1612. Quod tamen crederem, esse intelligendum, quando dispensatio concederetur pro Universitate alicujus loci, non pro aliqua peculiari persona.

Ceterum generaliter loquendo, Parochus concedere nequit facultatem vacandi operibus servilibus die festo, nisi ex delegatione Episcopi, vel Vicarii Generalis, ad quem unice spectat ex Decreto Congr. Episcop. in Materan. 17. *Novemb.* 2597. cum sit actus jurisdictionis Ordinarii, qua Parochus caret.

Has vero licentias non est in Episcopi facultate denegare in casibus veræ necessitatis, ut declaravit eadem Cong. *in Beneventana* 12. *Maji* 1645. prout refert idem Ferraris *loco cit. n.*32.

Quamvis vero nulla dispensatio requiratur, quando causa laborandi die festo est indubitata, semper tamen petenda est licentia a Superiore, quando publice laborandum est, cum ad eum, non ad quemcumque privatum hominem spectet judicium ferre de veritate causæ, nisi forte periculum esset in mora, & grave inde damnum sequeretur, juxta Decretum Congr. Conc. 22. Aprilis 1599, quod amplexa est Congregatio Episcopor., & Regular. 12. Martii 1601. = Ceterum quoniam verendum est, ne privatis affectibus domesticarum rerum aliqui eo perducantur, ut hac Sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam casibus abutantur, iidem PP. Illustrissimi adjiciunt ad Ordinarii cujuscumque judicium, & censuram pertinere, ut dignoscat, num vere ulla ex caussis supradictis subsit, propterquam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, ut nec dierum festorum observantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur =

Et quod hæc licentia dari debeat ab Episcopo, & non a Gubernatore, vel Judice laico declaravit Cong. Immunit. in Theatina 20. Septem. 1639, & Cong. Conc. in Ruben. 1. Maji 1635. danda quidem in scriptis ex decreto Cong. Episcop. in Civitatis Castellanæ 21. Aug. 1615. ostendenda tantum Ministris laicis, in eo dumtaxat casu, quo ea utenti molestiam conferre prætendant, ex Decreto dictæ Congr. Immunit. in Castren. 2. Maji 1629. Item licentia vendendi diebus festis danda est ab Episcopo, non a Gubernatore, eadem Congr. in Alatrina 21. Martii 1642. in 3. decret. Pauluc. pag. 163.

Quamvis Constitutio quinta S. Pii V. inter alias pœnas indicat violationibus Festorum amissionem jumentorum, & animalium, adhuc tamen Congreg. Episcop. ex mente Rom. Pontificum pluries jussit, ea vendita propter istam causam redimi, & domi-

domino reddi, retenta modica pœna, locis piis applicanda, ita *Joan. Bapt. Braschius Promptuar. Synodal. cap.13. num.25.* ☜

8 Ut quamvis, Episcopus præciperet sub excommunicationis sententia ipso facto incurrenda, ne quis tunc, stante indubitata causa, operaretur, excommunicatio non ligaret, & intolerabilem errorem contineret, ita Azor. *d. q. 6. ad fin.* Sanch. *in præcept. Decal. t. 1. l.4. c. 45. n.* 10. Fagundez *d. c. 14. n.*26. ubi *4* a.6. casus exprimit, in quibus necessitas tam propria, quam proximi, & communis Reip. aut Provinciæ excusat, de quo etiam Aloys. Ricc. *in dicta praxi part. 4. resolut.* 383. *numero* 2. *&* 3.

Additio.

☞ Cum excommunicatio, etiam injusta, ex vulgatis, sit timenda, non auderem asserere, ea non ligari contravenientes, saltem in foro externo, potissimum si publice contravenirent, & causa ab Episcopo cognita non fuisset. ☜

9 Ubi autem non adfuerit indubitata hæc necessitas, vel illa admissa, patuerit recursus ad Ordinarium, tunc non spectabit ad Parochum, qui festa in Ecclesia servanda annunciat, licentiam in eis laborandi concedere, sed ad Superiorem, jurisdictionem exercentem, ut censuit S. Cong. *negociis Episcoporum & Regularium præposita*, rescribens Cosentino Archiepiscopo *sub die 2. Aug.* 1594. & alia S. Conc. Trid. cujus tenorem referunt Quarant. *in summ. Bullarii, verb. dies festi*, & Pias. *in praxi Episc. p.2. cap.*3. n. 23. in hæc verba. *Congregatio Concilii censuit, licere diebus festis dare operam rebus ad vitam necessariis, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recollectionis fructuum, vel si necessitas urgeat, ac suadeat pietas. Ceterum quoniam verendum est, ne privatis affectibus, domesticarumque rerum studio aliqui eo perducantur, ut hac sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam casibus abutantur, iidem Patres illustriss. adjiciunt, ad Ordinarii cujusque judicium, ac censuram pertinere, ut dignoscat, an vere ulla ex causis supradictis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, ut nec dierum festorum observantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur.* Unde præfata S. Congreg. *negociis Episcoporum, & Regularium præposita, in una Civitatis Castellanæ* 21. *Augusti* 1615. censuit, licentias pro laborando in diebus festis per Episcopum, aut ejus ministros ad hoc deputatos in scriptis concedi debere.

Additio.

☞ Circa opera servilia diebus festis ob necessitatem exercenda, subnectimus saluberrime juxta Jus divinum, & SS. Canonum statuta in Synodo Tusculana, celebrata anno 1763. cap.XIII. de festorum dierum religiosa, sanctaque observantia n. V. pag. 140. = de faciendi operis servilis necessitate, an vera sit, ac tanta, ut exerceri opus licite valeat, nostrum erit judicium, ne videlicet homines æqua S. Canonum indulgentia abutantur, rerumque domesticarum amore obcæcati, divinas, humanasque leges in controversiam temere adducant, iisque privato se judicio liberos, solutosque declarent, Quamobrem vindemiarum, messis, fœni, aut aliorum terræ fructuum colligendorum tempore, vel quandocumque servile aliquod opus necessitas exigit, aut pietas suadet, nemini liceat festis diebus operibus servilibus vacare (si præsertim publica sint) in Civitate Tusculana, absque nostra, vel nostri Vicarii Generalis, in aliis vero nostræ diœcesens locis, absque Vicariorum foraneorum expressa licentia in scriptis, & gratis omnino concedenda, adjecta tamen semper monitione, & conditione, ut non proinde, qui hujusmodi licentiam impetrant, se ab onere audiendi sacrum ulla ratione solutos esse arbitrentur. Vicarii autem Generalis, & Vicariorum foraneorum conscientiam graviter oneramus, ut non, nisi gravi exigente necessitate, ac sine ullo prorsus pretio, ac pacto, tum directe, tum indirecte, prætextu etiam eleemosynæ, piis usibus applicandæ, ejusmodi licentiam impertiantur. Cum hujus licentiæ concessio ex decr. S. Congr. Episcop. 18. Jul. 1594. & 18. Nov. 1597. exercitium sit jurisdictionis in foro externo, ab ea Parochi se abstineant, nisi forte & Vicarii foranei absint, & periculum sit in mora, & ad Vicarium nostrum generalem recurri commode nequeat. ☜

Et idem ead. Sac. Congr. *sub die* 18. *Novemb.* 10
1597. declaraverat, eas concedere ad Vicarium, quamvis foraneum, & non ad Archipresbyterum spectare. Si vero sæcularis Magistratus, artifices in die festo cum debita licentia laborantes puniat, licebit Ordinario eundem Magistratum excommunicatum declarare, ut resolvunt Duard. *in Bullam Cœnæ l. 2. c.*17. *q.* 3. *&* 4. Bellet. *disquisit. cleric. p.1. tit. de favore cleric.* §. 5. n. 89. Homob. *de examine eccles. p.* 3. *tr.* 15. *c.*7. *qu.* 17. *resol.* 3. *in respons. quæst. moral. p.2. cap.*32.

Circa dierum festorum observationem debet 11
Parochus scire, quæ Pius V. *in sua Constit.* incip. *Cum primum, sub datum Romæ Kalend. Aprilis* 1566. præcepit in hæc verba, *Cum vero dierum festorum observatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in lege divina præcipiatur: cupientes abusus pravos, qui ex eorum inobservantia invaluerunt, omnino corrigere, & antiquorum Canonum statuta renovantes, mandamus, ut omnes dies Dominici, & præcipue in honorem Dei, B. M. Virginis, SS. Apostolorum feriati cum omni veneratione observentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, & divinis Offic. devote intendant, ab omni illicito, & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negociationes, & judiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves pœnas incurret arbitrio nostro, seu Vicarii nostri in Urbe, in aliis autem locis, arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, ita ut præventioni locus sit. Quibus omnibus districte præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent: illas autem festivitates, quæ juxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem debita cum reverentia observari faciant sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.*

12 Et rursus Parochus ad ejus notitiam deducat ,
quæ S. Cong. Eminentissimi Cardinal. Conc. Trid.
interpretum in sequenti declaratione jussit , quam
transcripsit Berti Lucens. *d. c.24. num.5. vers. sub*
eadem. Præceptum de Dominicis, & festivis diebus san-
ctificandis , & observandis sub prætextu mercatuum ,
nundinarum , & feriarum nullatenus esse violandum .
13 *Ceterum his diebus , licere agasonibus , ac aliis ju-*
mentorum vectoribus , seu mercium conductoribus , ba-
julis , & aliis hujusmodi servis , & ministris sarcinas ,
& onera nundinarum causa exonerare , & deponere
inceptumque iter , Missa tamen prius audita , transe-
undo prosequi , & continuare , non autem debere sar-
cinas componere , & jumenta onerare ad iter de novo
incipiendum , neque mercatoribus , aut aliis civibus ,
14 *& viatoribus iis diebus, etiam clausis apothecis , mer-*
ces vendere , emere , aut asportare licere , nisi tantum
ad victum necessaria , aut alia minuscula , & modici
momenti opera jam conflata , & elaborata pro tran-
seuntium hospitum , advenarum , & externorum ur-
genti , & præsentanea necessitate , & opportunitate .
In quo partes erunt Episcopi, propositis edictis, provide-
re, ut inprimis hi festi dies debita observatione colan-
tur, simulque populorum eo confluentium necessitatibus,
quantum sine divina offensione fieri potest , consulatur.
Quoad judicia autem , quæ Dominicis , & festis die-
bus silere debent, id observari poterit , quod jure com-
muni permittitur in quibusdam urgentibus casibus , qui
moram , & dilationem non patiuntur . In quibus , &
aliis jurisdictionem Consulum , nundinis præpositorum
concernentibus , Constitutiones , & Summorum Ponti-
ficum , si quæ habent , privilegia , & allegatum Bre-
15 *ve fel. record. Pii V. servanda esse statuit .* Postea
eadem S.Congr. censuit, nihil innovandum in con-
suetudine, huc usque tolerata in nundinis, quæ non
sunt solemnes , sed fiunt, peractis Sacris, in festo
alicujus Sancti , ante ejus Ecclesiam , ante tamen
atrium .

Additio .

☞ Quoad mercatum fieri solitum statuto aliquo die , si incidat in diem festum , Bened. XIV. Const. *Ab eo tempore* 5.Nov.1745. §§.XXII. XXIII. & XXIV. in omnibus locis S. Sedi mediate , vel immediate subjectis , præcepit transferendum esse in subsequentem diem , vel anticipandum in antecedenti , non obstante quacumque consuetudine , etiam immemorabili .

Quoad Nundinas vero §. 30. ita ab Ordinariis statui mandavit , ne eas fieri permittant , nisi ea lege , ut matutinis , & vespertinis horis , quibus festo die eæ habentur , claudi debeant apothecæ , nec publica possint exerceri commercia, ut qui ad ipsas confluerint, Missæ sacrificio , & divinis Officiis interesse possint , aliisque christianis operibus festum sanctificent : eo pari modo , quo ipse Pontifex statuit pro nundinis senogalliensibus Constit. *Paterne* 24. Aug. 1744.

Huc etiam spectat Constitutio ejusdem Pontificis *Nihil profecto* 12. Augusti 1742. in qua §. 3. præcepit Episcopis, ut turpes , & obscænas exercitationes puerorum , & adolescentium nudorum, luctasque, festis potissimum diebus, quocumque nomine, & occasione exhibendas, eliminent. ☜

Demum pro nostro Regno Portugaliæ adverten- 16
dum duxi , quo *sub die 30. Martii* 1621. in causa tabernariorum, & tenderiorum Civitatis Ulixisbonen. Congregatio Sacrorum Rituum , inhærendo moderationi Constitutionis synodalis Archiepiscopi Ulixisbonen. a Collectore Portugaliæ de mandato ejusdem Sacræ Congr. emanatæ, Illustriss. Cardinal Milino referente, censuit, tabernarios, & tenderios præfatos propter maximam populi frequentiam, atque alienigenarum, ex omnibus Orbis partibus ad eam civitatem , terra , marique quotidie confluentium multitudinem Dominicis, & aliis diebus festivis, etiam ante concionem , & Missæ conventualis celebrationem , omnia ad humanum victum necessaria vendere posse , dummodo Missæ , & concionis prædictæ tempore officinas , & tabernas hujusmodi , earumque fores velamine aliquo contegant . Et deinde *sub die 4. Septemb. ejusdem anni* eadem Sacra Congreg. censuit, omnes , & quascunque lites , desuper huc usque admotas , extinguendas esse , ac perpetuum silentium imponendum .

S. Congr. Rituum , S. D. Greg. XV. approban- 17
te , censuit, diem festum S. Josephi, Sponsi Beatissimæ Genitricis Dei Mariæ deinceps perpetuis futuris temporibus sub observantia , & præcepto comprehendi , cunctosque Christifideles ubique terrarum ab omni opere servili eo die abstinere , & cessare debere . Unde novissime S. Congr. petenti concedi , ut festo S. Josephi in diœcesi Angren. celebraretur de præcepto respondit , festum S. Josephi in toto Orbe celebrari de præcepto, & eo die ab omni opere servili abstinendum esse , ut *in Angren. 15. Decemb.* 1632. *& die 8. Maji* 1621. Idem quoque de festo sanctæ Annæ eadem Sacra Congregatio decrevit, Gregorio XV. approbante, *sub die 23. Aprilis* 1632. Et idem festum S. Benedicti celebrari debere de præcepto in omnibus locis , in quibus ad præsens existunt Ecclesiæ Ordinis sancti Benedicti Congregationis Hispaniarum, censuit eadem S. Congr. Rit. *in Hispaniarum* 15. *Decemb.* 1632.

Tertio , quod ad matrimoniales denunciationes attinet, congruentius tractari potest infra *cap.* 21. dum de matrimonio agetur, a num. 6.

Quæ vero Parochus non denunciat absque E- 18
piscopi licentia , sunt citationes , & præcepta ; ac similia judicialia, item resignationes beneficiorum , de quarum publicatione , seu denunciatione agit Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* 11. *qu.* 6. ubi ad hoc refert Constitutionem Pii V. & Gregorii XIII.

Item Indulgentiæ papales , ut in Conc. Trid. 19
cavetur , *sess.* 21. *de ref. c.9.* in hæc verba : *Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christifideles decet privari , deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus Populo publicandas esse decernit .* Et expressius habetur in declaratione S. Congr. Concil. *ad idem c.9.* quæ sic habet. *Nullus ergo sine Ordinariorum licentia , & auctoritate poterit eas publicare , non obstante quacunque exemptione, etiamsi Regularis sit, aut in Ecclesiis ipsorum Regularium, etiam prætextu privilegiorum, videlicet Confraternitati Rosarii , sed per Ordinarium , adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicari debent .* Berti Lucens.

cenf. praxi crimin. Regul. tit.4. c. 3. n. 3. verf. Indulgentias item.

20 Miracula quoque ficta, vel nova non publicat Parochus, nisi prius fuerint ab Episcopo examinata, & approbata, Conc. Trid. *seff. 25. in decret. de invocat. Sanct.* Berti Lucenf. *d. cap.34. n.3. verf. miracula ficta*.

Insuper Parochus, jubente Episcopo, debet publicare, & explicare inter Missarum solemnia decretum Conc. Trid. *seff. 24. de reform. Matrim. c. 1.* ut præcipit ipsummet Conc. *eod. loco, verf. Ne vero,* cujus verba sunt. *Ne vero hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut, cum primum potuerint, curent hoc decretum populo publicari, & explicari in singulis suarum Diœcesum parochialibus Ecclesiis, idque in primo anno quam sæpissime fiat, deinde vero quoties expedire viderint.* Ergo necesse est, decretum illud in parochiis publicari in tantum, quod nec publicatio in diœcesana Synodo facta equipolleat, sicut refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.4. tit.15. lib.1. de Matr. n. 62.*

21 Interdum etiam contingit, Episcopos mandare Parochis, ut inter Missarum solemnia Ordinandos ad majores Ordines denuncient, in hoc enim casu Parochi observare debent, quæ habentur in Concil. Trid. *seff.23. de ref. c. 5.* in hæc verba. *Ii vero, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volunt promoveri, publice in Ecclesia, propositis de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, a fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.* Ideo Parochus intra Missarum solemnia, eo tempore, quo frequentior populus aderit, Ordinandos denunciet ab Altare, hoc modo: *Ego N. Parochus Ecclesiæ Sancti N. de mandato Reverendissimi D. N. Episcopi denuncio N. qui ad Ordinem N. admitti petit; item denuncio N. & N. qui ad N. Ordinem admitti solemniter petunt,* & sic de singulis, si plures fuerint, pronunciando eorum nomina, & cognomina, & locum habitationis, & Parochiæ ipsius, & Ordines, ad quos promovendi sunt: *Hortor igitur omnes, & singulos, qui hic adsunt, aut ad quos hujus rei notitia pervenerit, ut si aliquod cognoscunt canonicum impedimentum, quominus iidem superius denunciati promoveri possint ad supradictos Ordines, christiana charitate ducti, me de omnibus certiorem faciant. Audiat vero attente unusquisque impedimenta, quæ a me nunc legentur, & promulgabuntur, quod si quis ea melius percipere voluerit, me ipsum adveniat, qui ubi opus fuerit, jussu Rev. Episc. quæcunque occurrent, teneor explicare.*

22 *Prohibetur igitur a Sacris Canonibus, & Conciliis, ne ad Ordines admitti possint usu rationis carentes, illegitimi, non confirmati, irregulares, excommunicati, suspensi, interdicti, hæretici, aut de fide suspecti, hæreticorum filii, quorum parentes in hæresi mortui sunt, & etiam ipsorum nepotes usque ad secundam generationem, per lineam tamen masculinam descendentes, aut usque ad primam per lineam fœmininam, apostatæ, neophyti, simoniaci publici, usurarii publici, condemnati perjurii causa, obligati Curiæ, infames, homicidæ, vel mutilantes, aut qui homicidio, seu mutilationi causam dederunt, milites, qui bello interfuerunt, ubi mors hominum successit; qui in foro sæculari criminalibus officiis sunt perfuncti, aut actibus criminalibus subscripserunt, aut interfuerunt, ex quibus sententia sanguinis evenerit, solemniter pœnitentes, bigami, conjugati, exceptis iis, quorum conjuges in sacra claustra Monialium se receperint, ibique professionem emiserint, a spiritibus immundis vexati, morbo caduco obnoxii, hermaphroditi, notabiliter deformes, & defectu aliquo corporis manifesto notati, membris capti, ratiociniis obligati, servi, sive mancipia, peregrini ignoti, officio aliquo infami, & sordido perfuncti, promoti per saltum, relicto minore Ordine, & majore suscepto, promoti furtim, hoc est, qui ab uno Ordine ad alium, vel extra tempora, vel ante legitimam ætatem illegitime transierunt, vel sine dimissorialibus literis sunt ordinati. Ulterius sciat unusquisque vestrum, quod ad primam Tonsuram ordinandi non admittentur minores septem annis. Ad reliquos minores Ordines promovendi sunt majores, ita ut idonei esse possint munerum functioni, ad quæ obligantur. Ad Subdiaconatum ante XXII. ad Diaconatum ante XXIII. ad Presbyteratum ante XXV. nemo, ut ordinetur, accedat. Neque, nisi talibus vestibus induti singuli accedant, & coronam in capitis vertice, prout cuique Ordini ab Ecclesia sancta præscribitur, habeant. Qui demum non confessi fuerunt peccata sua, ut majori puritate ecclesiasticæ militiæ insignia suscipere possint, & sacram Eucharistiam sumere, non admittentur.*

Additio.

☞ Prohibentur etiam ad Ordines admitti illiterati, donec sufficienti doctrina instructi non fuerint, surdi utraque aure, muti, cæci utroque oculo, vel sinistro tantum: imo omnino cæcus ne initiari quidem potest Prima Tonsura, ut ex decretis Cong. Concil. probat Benedictus XIV. *Instit. Ecclesiast. la XXXIV. in ordine,* §.2. Item prohibentur abstemii, idest nequeuntes vinum bibere, laborantes morbo incurabili, furiosi, amentes, arreptitii, lunatici, frequentem vomitum patientes, leprosi, paralytici, epileptici, laborantes notabili macula in facie, truncati naribus, aut auriculis, si capilli deformitatem non tegant, claudi, & gibbosi cum notabili deformitate, monstruosi, ut gygantes, nani, duo capita, quatuor brachia, sex digitos, vel tres, aut quatuor in una manu habentes, voluntarie evirati, secus si in cunis ob infirmitatem. Omnes denique irregulares sunt, quocunque alio corporis defectu laborantes, qui juxta generalem regulam congruum Ordinis exercitium impediat, aut notabilem deformitatem, horrorem præseferentem, & ad risum moventem afferat: quæ deformitas, aut indecentia in dubio an sit sufficiens ad inducendam irregularitatem, Episcopi est judicare cap. II. *Cum de tua tit. de corpore vitiatis.* Queadmodum ad eundem pertinet judicare, an defectus staturæ parvæ impediat ascensum ad Ordines, ut notavi in Additionibus meis ad *Instit. Canonic. Remigii Maschat. cit. tit. de Corp. vitiat.* post n.1.

Licet qui medicum egit, vel etiam chirurgum, dum-

dummodo suam ipse artem optime noverit, omnemque diligentiam, & studium juxta artis præcepta adhibuerit in ægris curandis, licet eorum aliquis e vivis excesserit, nulla ex jure innodetur irregularitate; praxis tamen est, ut impetret dispensationem ad cautelam, ut notavi in Opere, cui Titulus *Expositio Juris Pontificii &c. tit. XIV. de ætat. & qualitat. præficiendor. pag.67.*

Ad tollendum aliquorum scrupulum de incursu in irregularitatem, subjicio verba Pauli Gabrielis Antoine in *Theologia morali tract. de Censuris cap. V. de Irregularitate n.4.* ibi = Irregulares non sunt, qui infirmum vertendo, erigendo, jusculum ei præbendo, in alium locum transferendo &c. mortem ejus præter intentionem accelerant, si id prævidere non poterant; in hoc enim nullus est defectus lenitatis =

23 · Post denunciationem eo modo, ut supra dictum est, factam, sciscitari amplius Parochus, atque investigare curabit omnia per se ipsum, quibus recte cognitis, & conscientiæ suæ securitatem ante oculos habens, tunc testimoniales literas a se subscriptas, & signatas consignabit illis, quos denunciavit, in hanc, quæ sequitur, formam. *Ego N. Parochus Ecclesiæ sancti N.* (atque hic exprimatur, si in civitate sit, an in diœcesi) *admonitus de Ordinationibus sacris habendis a Reverend. D. Episcopo, & recte perspectis omnibus, quæ ab ipso Reverend. D. tum in edictis, tum in instructionibus praecepta sunt, seu admonita, denunciavi in Ecclesia intra Missarum solemnia N. ex Parochia mea, qui ad Ordinem N. promoveri cupit, & postulat, & de natalibus, vita, & moribus ipsius certior fieri curavi, eumque idoneum esse existimo, quatenus ex cognitis intelligere potui, qui ad prædictum Ordinem admittatur, fidemque facio, illum sæpius infra annum sacram Confessionem, & Communionem frequentare solitum fuisse, & me, ac reliquos doctrinæ christianæ ministros sua opera, & assiduitate juvasse (vel ad christianæ doctrinæ scholam venire solitum esse, si minor sit) In quorum fidem, &c. mea manu subscripsi, & sigillo Ecclesiæ meæ parochialis munivi. Datum in ædibus parochialis Ecclesiæ Sancti N.* Quod si alicujus difficultatis impedimentum obesse videat, illud ante ordinationis diem Rever. D. Episcopo significet, nec prius testimoniales literas conficiat, quam ab Episcopo quid sibi agendum sit, acceperit.

Additio.

☞ Tenetur etiam Parochus publicare literas monitoriales, quæ expediuntur, vel a Curia Romana, vel ab Episcopo, pro revelandis rebus deperditis, & furto ablatis, sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ a scientibus, & non revelantibus earum detentores, Papæ, & respective Episcopo reservatæ: quas æque expedire potest tam Episcopi Vicarius, quam capitularis, & Prælatus vere Nullius, ut notavi in Opere = *Expositio Juris pontificii &c. pag. 1054, & seqq.* Eas autem publicare debet tribus diebus festivis, exceptis tamen diebus Nativitatis Domini, Paschatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, solemnitatis Corporis Christi, ac aliis anniversariis solemnioribus diebus, nisi Episcopus aliter judicaverit, ut præcipitur in *Concilio IV. Mediolanensi part.III. tit.VIII. de Foro episcopali*, quod decretum etiam ab aliis quibusdam Ecclesiis adoptatum est.

Ordinarie loquendo, excommunicatio in dictis literis inflicta, ipso facto incurrenda a scientibus, & non revelantibus detentores &c. non incurritur, nisi post tertiam promulgationem.

Quia vero plura dubia exoriri contingit, quando, & a quibus dicta excommunicatio incurratur, pro quorum solutione Parochiani Parochum consulant, ut hic in responso prudenter se gerat, transcribo jam a me tradita in cit. Opere, & sententia probatorum Auctorum firmata.

Quamvis autem ordinarie incurratur a scientibus, & non revelantibus post tertiam promulgationem, tamen eam incurret, si post primam etiam, cum possit, non revelaverit, quando rationabiliter prævideret, quod differendo post tertiam, illi, qui dictas literas impetravit, præriperetur ratio reum cogendi ad resarciendum damnum, cum huic suppeditaretur tempus avertendi, vel abstrahendi furtum, vel testes corrumpendi, vel quod interim reddi posset impotens ad solvendum, *Pontas in Diction. Casuum Consc. casu XV. Verb. Monitor.* qui insuper addit, esse errorem vulgarem, nunquam satis damnandum, asserere, neminem teneri in hac facti specie detegere, nisi post tertiam monitorii promulgationem.

Si autem quæras, an, præciso hoc casu, quando in Monitorio declaretur, ut nisi sciens revelaverit intra sex, v. g. dies, post tertiam promulgationem, incurrat ipso facto excommunicationem, & Episcopus, a quo concessum fuerat, obierit duobus, puta diebus ante dictos sex dies, eam incurrat, si intra hos non revelaverit, negative respondet laudatus Pontas *loc. cit. casu XVI.* eo legali motus principio, communi DD. calculo probato, quod cum Episcopus eam inflixerit, non ut legislator, sed ut judex peculiaris, ejus jurisdictio, vel per mortem, vel per remotionem ab officio, prout vulgati juris est, expirat. Ideoque Monitorium scientem amplius non ligat, nisi a Successore, aut a Vicario capitulari, Sede vacante, renovaretur.

Quam doctrinam Lucius Ferraris *Prompta Bibliotheca verb. Monitorium* num.71. extendit, cum communi, etiam ad casum, quo literas monitoriales concederentur a Papa, quia non dantur per modum legis universalis, sed simplicis præcepti. Ea vero non ligantur.

I. Tam qui rem ipsam inventam detinet, aut furto surripuit, quam complex; cum nemo se infamare teneatur: quod locum habet juxta nonullos, etiamsi speciatim per monitorium caveatur, ut reus se patefaciat, *Pontas verb. Monitorium casu IV.*

II. Qui detentorem sciunt sub sigillo naturali, ab hoc sibi commisso ad finem habendi consilium = *Divus Thomas part. II.* quæst. 70. art. 1. ad 2. = Quandoque vero sunt talia, quæ quis prodere non tenetur: unde potest obligari ex hoc, quod sibi sub secreto committuntur; & tunc nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto Superioris, quia servare fidem est de jure naturali, nihil autem

tem potest præcipi homini contra id, quod est de jure naturali = Si autem ageretur de re, quæ directe esset contra bonum publicum, tunc non excusaretur, cum hæc, ex vulgatis, prævalere debeat bono privato. *Pontas loc. cit. Casu VIII.*

III. Famuli, aliique omnes, qui, revelando, grave damnum paterentur, idem *Pontas* cum communi *loc. cit. Casu XIII.*

IV. Qui est testis unicus rei detentæ, vel furto sublatæ, certo tamen sciens, se esse unicum, *Can. si testes* §. *Unius vero* cauf. IV. q.3. quod confirmatur hoc juris effato = unus testis, nullus testis = laudatus *Pont. loc. cit. cum DD. ibi* relatis *casu XIX.*

V. Adolescens XII. vel XIII. annos natus; eum Ecclesia videatur olim non admisisse talem ad revelandum, ut *ex Conc. Chartaginen.VII. vulgo Africano* nuncupato, *can. Testes*, in quo sic statuitur = Ad testimonium autem infra annos XIV. ætatis suæ non admittantur testes, & *cit. can. si Testes*, qui desumptus est a lege Julia. In Gallia tamen admitti possunt ad declarandum = Idem Pontas *casu XX. l. c.*

Quamvis vero tam testis unicus, quam impubes, non revelando, excommunicationem non incurrerent, si tamen ex eorum revelatione Judex utiliter posset uti indiciis in gratiam domini rei deperditæ, vel furto sublatæ, v. g. si revelarent, eam in aliquo loco depositam esse, censerem teneri sub gravi ad revelandum ex præcepto charitatis.

VI. Consanguinei usque ad IV. gradum, & affines *ex cit. can. si testes* §. *Lege Julia publicorum judiciorum*, idem Pontas *casu XII.*

Sed circa conjunctos sanguine variant DD., aliqui enim strictius procedentes, autumant, excusari duntaxat eos, qui in II. gradu sunt cum detentore, vel fure conjuncti, quique cum eo sub uno pane, & tecto vivunt, ne per revelationem oriantur inter eosdem rixæ, simulationes &c.

Verum cum consanguinei usque ad IV. gradum ex cit. can. repellantur a testificando in judicio, crederem, omnes sine limitatione excusari, cum ex eorum revelatione Judex ad sententiam devenire non posset, ideoque hæc esset inutilis.

Ex eadem ratione rixarum, & simulationum non tenetur uxor revelare maritum, eum censeatur unum, & idem cum eodem, & e converso.

Circa affines Cong. Concil. in *Fulginaten.* 14. *Decemb.* 1630. declaravit = Si veritas aliunde haberi non possit, scientes non excusari sola exceptione, seu prætextu affinitatis, quominus juxta formam dd. literarum apostolicarum revelare teneantur = Hæc declaratio reperitur lib. XIV. Decretor, ejusdem Cong. a me recognita, *pag.*365.

VII. Nec tenetur, certo sciens detentorem rei eam retinere justo titulo compensationis; cum tunc non sit injustus detentor; ita communiter.

VIII. Nec sciens eumdem detentorem ex auditu alterius, quando probe noverit, hunc illum revelasse, nam tunc Judex ex testimonio de auditu certior fieri nequit, *Pontas l. cit. casu XXVI.*

IX. Item nec sciens ex auditu ab hominibus mentiri solitis, vel nominantibus detentorem præ levitate, aut ex rumoribus vulgaribus, & incertis, cum *Tanor, .. viciniæ* (ait Celest. III. *in c.V. Super, de eo, qui cognovit consanguin. uxoris suæ*) *non adeo est judicandus validus...... nisi rationabiles, & fide digna probationes accedant* =

X. Item sciens ex auditu a personis probis, & fide dignis, sed ignotis, aut de quarum nominibus nulla est memoria, quas propterea indicare non possit, non tenetur revelare, cum ejus revelatio inutilis evaderet ad detentorem detegendum.

Si tamen (ita *Pontas casu XXIII.* justa aliqua sit causa dubitandi de inutilitate, vel utilitate ipsius denunciationis, denunciare debet, judicisque erit denunciatione illa uti, prout ipsi videbitur. Ratio est, quod quandoquidem lex, quæ denunciationem præcipit, certa est, ac evidens, ab obedientia nemo se liberare potest, cum causa, quæ ab obsequio liberare posset, æque certa, ac æque evidens non est; fieri enim potest illius denunciationem aliis conjecturis prægnantibus additam, judici utilem evadere posse juxta effatum, *quæ non prosunt singula, multa juvant*.

Solet quoque Parochus literas testimoniales functionum exercitarum pro Ordinandis concedere, ut sequitur. *Ego N. Parochus, sive Rector parochialis Ecclesiæ Sancti N. præsentibus literis testor, R. D. N. promotum a Reverendiss. D. Episcopo ad N. Ordinem, & mea Ecclesia consignatum, ut in ea ejusdem suscepti Ordinis functiones exerceret, ad præscriptum ejusdem Reverend. D. prædictas functiones singulis diebus Dominicis, festisque in eadem mea Ecclesia exercuisse. In quorum fidem, &c. præsentes mea manu subscripsi, & sigillo Ecclesiæ prædictæ munivi, die ... Mens. ... Anno ...* 24

Quæstuarios eleemosynarum non commendat Parochus absque Episcopi licentia, quando petunt pro hospitali, Collegio, vel Conventu; secus vero, si quærant pro suo particulari victu, ut advertit Possevin. *de officio Curati, c. 2. num. 29.* His autem Episcopus, etiam post datam licentiam, prohibet, ne quærere aut colligere eleemosynas incipiant, nisi prius ejus literas patentes Parocho consignent, illique se se cognoscendos præbeant, ut animadvertere possit, antea, ad quæ illos obligavit, recte servent, populumque de omnibus, ad quæ prædicti Quæstuarii tenentur, admonebit. 25

Animadversio.

☞ Quoad Quæstores Religiosos, præsertim Ordinum Mendicantium, vetitum fuit a Gregorio IX. locorum Ordinariis, ne eos, potissimum Ordinum Prædicatorum, & Minorum, impedirent intra eorum diœceses degentes, eleemosynas ad sui sustentationem colligere, neve fidelibus interdicerent, quin eas iis conferrent, ut in *cap. XVII. Nimis prava, de Excessib. Prælat.* nulla tamen adjecta pœna. Verum ex Const. Sixti IV. *Sacri 26. Julii* 1479. iidem Ordinarii, si intra triduum requisiti, prohibitionem non revocaverint, eo ipso incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensionem a regimine, & administratione. Alii vero quicunque his inferiores, incurrunt excommunicationem, quæ tamen non est reservata, ibi §. VIII.

Præterea, quia, ut intelleximus, exortis nonnunquam controversiis inter locorum Ordinarios, eorum-

eorumque Vicarios, seu Officiales, ac Curatos, & Fratres prædictorum Ordinum variis occasionibus, locorum Ordinarii, eorumque Vicarii, seu Officiales, & Curati prædicti, ne Christifideles Fratribus ipsis pias eleemosynas erogare præsumant, suadere, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, seu prædicari facere, seu pronunciare præsumunt; locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, seu Officialibus, & Curatis prædictis, ac etiam aliis quibuscunque, dicta auctoritate, mandamus, ut ab hujusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de cetero prorsus omnino abstineant; decernentes, inhibitiones ipsas, & mandata nullius existere firmitatis, & illis contravenientes, censuris hujusmodi minime ligari, ac eosdem persuadentes, & inhibentes, mandatoque nostro hujusmodi obtemperare non curantes (nisi pœnituerint, & persuasiones, ac inhibitiones, & prædicta revocaverint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso Ordinarios interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & suspensionis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, alios vero, inferiores ab eis, excommunicationis sententiam incurrere.

Ad tramites harum Apostolicarum Sanctionum S. Congr. Conc. pluries declaravit, non posse Episcopos tam directe, quam indirecte Regularibus id prohibere, *ut lib. XII. Decretor. pag.* 32. *In Polinganen.* 24. *Septemb.* 1622. *dicto lib. pag.* 110. *in Beneventana* 7. *Julii* 1646. *lib. XVIII. pag.* 144. *& in Senonen.* 28. *Febr.* 1654. *lib. XIX. pag.* 316. Neque tenentur Regulares petere ab Ordinario licentiam, si quæstuare velint per se ipsos, non per alios eorum nomine, intra diœcesim, ubi habent Conventus, ut ex sequenti Decreto Congr. Episcoporum, & Regul. *sub die* 6. *Octob.* 1596. relato a Matthæuccio, *Official. Curiæ cap. XLIII. n.* 4. *& seq.* = Non tenentur Regulares, qui ex institutione, aut facultate Sedis Apostol. eleemosynas quæritare, aut mendicare possunt, petere ab Ordinariis licentiam eleemosynas per diœcesim quærendi, cum in erectione monasteriorum eis licentia tacite ab Ordinariis impertita censeatur = Neque itidem in tali casu ostendere tenentur licentiam suorum Superiorum, ut ex Decreto Congr. Concil. ab eodem Matthæuccio ibidem relato n. 5. = An, ut Quæstores arceantur, possint Ordinarii facultatum a Superioribus Regularium eleemosynæ quærendæ concessarum aliquam cognitionem, & qualem habere? Congr. censuit, ex Concilio non prohiberi Regulares, quominus eleemosynas quærant; non tamen alios eorum nomine, & auctoritate quoquomodo posse quæritare: illos tamen extra locum, ubi sita sunt monasteria, eleemosynas per eamdem diœcesim colligentes, teneri ad ostendendam Ordinario licentiam suorum Superiorum =.

Si vero quæstuare velint per se ipsos extra diœcesim, ubi non habent Conventus, tenentur ostendere Ordinario licentiam suorum Superiorum, imo & consensum ab eodem obtinere, ut in dicta *Polinganen.* ac prius *in Mediolanen. mens. Junii* 1587. *lib. IV. Decretor. pag.* 268. *&* 28. *Novemb.* 1602. *lib. X. pag.* 51. *ac* 12. *Junii* 1608.

Hic tamen ita monitos vult Mendicantes laudatus Matthæuccius *num.* 7. *&* 8. = Non est dubium, posse Episcopos immodicas quæstuationes impedire, per *text. in Clement. Abusionibus, de Pœnit. & Remiss.* = Ubi dixit Piasecus, ubi sup. = Regulares delinquentes circa quæstuationem posse ab Episcopo puniri = Addit ibidem Sperellus, posse Episcopos, ut fraudes in quæstuatione vitentur, mandare, ne quis Religiosus eleemosynam quærat, nisi prius licentiam Superiorem exhibeat, & per eos recognoscatur. Quod quidem, quantum ad exteros a loco, & habentes extra ipsum Conventum, est juxta dispositionem Decreti, postremo loco allegati, ut hac via impediant, ne gravamen recipiant Regulares loci, qui in ejusdem populi, & animarum servitio occupantur. Quinimo idem præceptum possunt facere Regularibus ejusdem loci, non ut eos eleemosynas quærere impediant, sed ut provideant, ne fraudes committantur: sæpe enim fit, quod Regulares privilegio Mendicantium gaudentes, & bona in communi possidentes, qui commode ex solitis redditibus vivere possunt, privilegio Mendicantium fraude abutantur, subtrahendo eleemosynas Regularibus, quibus vera mendicitas, & eleemosynæ dietim acquisitæ necessariam præbent sustentationem, prout post Genuen. *Prax. cap. LVII. num.* 11. tenet Donat. *prax. tom. I. tract. XIII. quæst.* 32. *num.* 15. Monacell. *form. part. I. form. IV. tit. VI. num.* 8. Unde Decr. *n.* 4. (ut supra) relatum procedit, dum non concurrit suspicio fraudis. Siquidem pauperum, & monasteriorum protectio est propria Episcoporum, qui tenentur ea tueri, & defendere *cap. Pervenit, cap. Nunciatum* 84. *dist.* =

Pro quo monito aliqua ex parte facit sequens Decretum Cong. Episcopor. & Regul. sub die 22. *Junii* 1674. (quod idem refert n. 2.) = declaravit, & decrevit, ne in posterum præfatorum Ordinum = (Conventus scilicet Observ. & Capuccin. in Regno Corsicæ) proprios suos districtus ad quæstuandum egrediatur, sed intra suos limites se quisque contineat, ut ab his, quibus serviunt, sustentari facilius possint. Necnon, ut ubi plures inveniuntur Conventus in eodem districtu, inter eosdem ratio antiquitatis, ac fundationis rationabiliter habeatur, sicque omnino observari mandavit. = Quæ dispositio (subdit citatus Auctor) ex rationis identitate, & inspecta ratione finali, ac regionis sterilitate, quas S. C. indubie ponderavit, & ad evitandas lites, adeo faciliter inter Regularium Quæstores, ipsasque Religiones enascentes, ad cetera loca extendi, nullus est, qui non consideret = Hactenus de Mendicantibus, eleemosynarum petitoribus.

Quod autem spectat ad Quæstores Confraternitatum, aliorumque locorum piorum, Cong. Conc. *mens. Novemb.* 1587. = censuit, non impediendos Confratres, si facultas habitum gestandi, eleemosynas quæritandi, & mortuos sepeliendi facta illis sit per Bullas S. M. Pii V. = *Item in Maceraten.* 6. *Julii* 1608. declaravit, Presbyterum, qui accedit ad accipiendum primitias frugum, seu animalium, quæ offerri sponte solent devotionis gratia pro Ecclesia sua, non comprehendi Decreto Conc. *cap. IX. sess. XXI.*

Ministri Confraternitatis Confalonis de Urbe deputare possunt Quæstores ad colligendas eleemo-

synas

synas in toto Statu ecclesiastico pro redemptione Christianorum ejusdem status ab Infidelium captivitate ex Constit. Sixti V. *Cum benigna* 1. Aprilis 1586.

Circa Collectores eleemosynarum pro subsidio Terræ Sanctæ ex speciali indulto a pluribus Pontificibus concesso Fratribus Ordinis Minorum de Observantia, vide Constitutionem Bened. XIV. *Emanarunt nuper* 20. Augusti 1743. relata a Lucio Ferraris, *Prompta Bibliotheca* in additione ad verb. Eleemosyna, in qua idem indultum confirmatur, & injungitur, ut non bis in anno, prout statuerat Urbanus VIII. sed= Ad minus quatuor vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus= tam per Verbi Dei Prædicatores in suis sacris concionibus, quam in quibusvis aliis actionibus, & functionibus publicis, necessitates ejusdem Terræ Sanctæ proponi, & commendari curent, & faciant = ☜

Postremo non est oblivioni mandandum, posse Episcopum etiam Regulares cogere, ut in Offertorio Missarum conventualium, quæ Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent Fidelibus, quæ festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantia horum festorum, & jejuniorum præcepta ecclesiastica a fidelibus transgrediantur, ut observant Laurent. da Portel. in *dubiis Regularibus, verbo Episcopus, n.*7. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.*43. *art.*7. ubi testatur, se ita vidisse observari a quibusdam Fratribus Ordinis Mendicantium in Diœcesi Elborensi Regni Portugaliæ; refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, &* 2. *alleg.* 24. *num.* 21. & novissime Fr. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 25. *sub num.* 5. Ex se autem non posse Regulares in suis Ecclesiis non parochialibus annunciare populo festa, & jejunia inveni, censuisse S. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositam, rescribentem Episcopo Burgi Sanct. Donnini *sub die* 15. *Decemb.* 1603. sed postmodum declaravit S. Congreg. Concilii *sub die* 2. *Julii* 1620. Regulares non prohiberi dies festos, & jejunia in suis Ecclesiis annunciare, prout attestatur Laurentius de Pereinis *in Const. sui Ordinis Minimorum, tom.*2. *Const.*7. *Pii V. num.*13. *vers. ad primum, pag.*193. & post hæc scripta, & impressa vidi Lezanam *in sum. q. Regular. tom.* 1. *cap.*12. *num.*41. *versic. ad primum*: ubi refert, de hoc extare declarationem Sacr. Congregat. Cardinalium Concilii, missam ad Eminentissimum Cardin. Ludovisium, Archiepiscopum Bononiensem.

Animadversio.

☞ Quo autem jure possit Episcopus cogere Regulares, ut declarent fidelibus festivitates, & jejunia in hebdomada occurrentia, adhuc non inveni. ☜

PARS SECUNDA.

CAP. XVII.

Circa administrationem Sacramentorum in genere, plura per Parochos consideranda.

SUMMARIUM.

1 *Sacramentorum vim, & usum plebibus suis pro suscipientium captu explicare debent Parochi.*

2 *Sacramenta iis ritibus, & cæremoniis, quæ in Rituali sub Paulo V. edito continentur, administrare debent Parochi.*

3 *Ritus, & cæremoniæ in Sacramentis administrandis jam præscriptæ omitti sine peccato non possunt, nisi aliud facere ipsa necessitas cogat.*

4 *Sacramenta in peccato mortali administrans, an peccet mortaliter, ostenditur.*

5 *Sacramentorum validitas ex bono, vel malo ministro minime dependet.*

6 *Ministri Ecclesiæ instrumentaliter operantur in Sacramentis, ideo non agunt secundum propriam virtutem, sed ejus, a quo moventur, qui est Christus.* ☞ *Vide Additionem.*

7 *Sacramenti ad necessitatem requiritur, ut Parochus ipse intendat homini conferre sacramentum, saltem implicite.*

8 *Intentio virtualis sufficit in Parocho ad valorem Sacramenti.*

9 *Intentio ad Sacramenti utilitatem semper debet esse absoluta.*

10 *Sacramenta administrata sub conditione de præsenti, vel de futuro valida sunt.*

11 *Parochus peccat non solum, si apponat conditionem de futuro in Sacramentis administrandis, sed etiam, si apponat conditionem de præterito, vel de præsenti absque rationabili causa.* ☞ *Vide Animadversionem.*

12 *Sacramenta dare suis Parochianis ex obligatione justitiæ tenetur Parochus tempore gravis necessitatis, etiam cum certo periculo vitæ propriæ.*

13 *Pestis tempore Parochus non potest fugere, aut populum deserere.*

14 *Parochus nullo casu excusari potest, quominus ministret Sacramenta morienti, ne quidem metu mortis, seu alterius contagiosæ infirmitatis, excepto, si alteri æque idoneo officium suum cum Ordinarii consensu committat.*

15 *Parochus cavere debet, ne, dum pestis tempore unius non graviter indigentis spirituali utilitati consulere intendit, plures ex ipsius occubitu graviorem jacturam spiritualem patiantur.*

16 *Principes non possunt impedire Parochos, & Sacerdotes administrare Sacramenta tempore pestis, poterunt tamen Curatos, & alios ministrantes infectis prohibere a sanorum commercio.*

17 *Episcopus potest tempore pestis præcipere Parochis, etiam cum mortis periculo, ne ab Urbe discedant, & quod necessaria Sacramenta petentibus administrent.*

18 *Parochi tempore pestis tenentur residere in suis Parochialibus; possunt tamen per alium idoneum ministrare Parochianis suis peste infectis Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ.*

19 *Episcopus tenetur tempore pestis suis magnis ex-*

pensis idoneos quærere ministros, si illi desint.

20 *Religiosis, an sit licitum tempore pestis fugere, vel potius teneantur obedire Prælato, jubenti permanere, ac Sacramenta peste infectis ministrare instar Parochorum, remissive.*

☞ *Vide Additionem.*

21 *Parochus an possit sibi providere de necessaria defensione in probabili vitæ periculo, cum tamen necessitas Sacramenti administrandi urgeat, ostenditur.*

22 *Parochus, si certo sciat, se occisum iri, an teneatur ire ad infirmum, sine Sacramento Pœnitentiæ certo moriturum.*

☞ *Vide Additionem.*

23 *Parochus, qui capitales gerit inimicitias, non potest admonere populum, ut qui indiguerit illius opera, vocet eum de die, & non de nocte.*

24 *Parochus excommunicatus occultus, petitus a Parochianis suis, ut Missam celebret in die festo, vel Sacramentum aliquod ex necessitate ministret, non peccat, modo præmittat dolorem de peccatis, nec possit absolutionem excommunicationis obtinere.*

☞ *Vide Animadversionem.*

25 *Parochus excommunicatus vitandus, administrans Sacramenta, & ab eo illa petentes, seu recipientes extra necessitatem, graviter peccant.*

☞ *Vide Additionem.*

26 *Parochus minori excommunicatione notatus, conferendo ecclesiastica Sacramenta, an peccet mortaliter, ostenditur.*

27 *Gesta sacramentaliter ab eo, qui verus Parochus non est, sed communi errore talis existimatur, habens titulum putativum a legitimo Superiore, sunt valida in foro conscientiæ.*

28 *Confessiones factæ Parocho habenti titulum putativum a legitimo Superiore, & communi errore pro tali existimato, non sunt iterandæ, detecto impedimento.*

29 *Declaratur* cap. dudum, *ibi*, deceptæ de elect.

☞ *Vide Animadversionem.*

30 *Privatus quando quis est ipso jure administratione publica, beneficio, munere, & officio, quo fungitur, valent acta ejus ante criminis declarationem, concurrente communi populis vel majoris partis errore.*

31 *Indulgentiæ concessæ a Prælato penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur, quam si essent concessæ a Prælato vero.*

☞ *Vide Animadversionem.*

32 *Prælato non notorie intruso qui solvit, liberatur.*

33 *Gesta ut valeant, non satis est communis error, sed necessario requiritur titulus a Superiore collatus, quamvis invalidus.*

34 *Absolutio sacramentalis præstita a Sacerdote, qui communiter existimatur proprius ipsius Pœnitentis Sacerdos, est valida, concurrente titulo a legitimo Superiore collato, quamvis invalido.*

☞ *Vide Additionem.*

35 *Inhabilitas quando procederet a jure divino, aut naturali, licet concurrat communis error, & titulus, gesta per sic inhabilem nullius sunt momenti.*

36 *Absolutio sacramentalis est irrita, quam præstat non Sacerdos, quamvis communiter existimetur Sacerdos, & verus Parochus.*

☞ *Vide Additionem.*

37 *Parochus, seclusa Episcopi reservatione, potest dare alteri, etiam simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepta Pœnitentia, quam dat solus Episcopus.*

58 *Vicecuratus a proprio Parocho ob ejus absentiam ad breve tempus, ut omnem curam gerat, potest alii delegare unam, vel alteram causam.*

☞ *Vide Animadversionem.*

39 *Beneficium curatum habens, quamvis regulariter per seipsum curam exercere teneatur, ex consuetudine tamen immemorabili, vel privilegio induci, & concedi potest, ut eidem per Capellanum, etiam temporalem, inserviat.*

☞ *Vide Animadversionem.*

40 *Religiosi sine speciali licentia Parochi Sacramenta Unctionis Extremæ, vel Eucharistiæ administrantes, & Matrimonia solemnizantes, excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt.*

☞ *Vide Additionem.*

41 *Religiosi in partibus Indiarum ad curam Indorum deputati tanquam Parochi, libere suis Parochianis Sacramenta administrare valent.*

42 *Simonia est pro Sacramentis celebrandis aliquid recipere tanquam pretium ipsorum, aut tanquam mercedem operis, seu laboris concomitantis.*

☞ *Vide Additionem.*

43 *Parochus, si Sacramenta administrare nolit, ubi obligatus est, qua pœna afficiatur, ostenditur.*

☞ *Vide Additionem.*

PArochi animadvertere *in primis* debent in ad- 1
ministratione Sacramentorum, ut eorum vim,
& usum Plebibus suis pro suspicientium captu ex-
plicent, sicut Patres Concilii Tridentini præcepe-
runt, *sess.* 24. *de ref. cap.* 7. in hæc verba. *Ut fide-*
lis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum re-
verentia, atque animi devotione accedat, præcipit
Sancta Synodus Episcopis omnibus, ut non solum, cum
hæc per seipsos erunt populo administranda, prius il-
lorum vim, & usum pro suscipientium captu expli-
cent; sed etiam idem a singulis Parochis pie, pruden-
terque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & com-
mode fieri poterit, servari studeant, juxta formam a
S. Synodo in Cathechesi singulis Sacramentis præscri-
bendam, quam Episcopi in vulgarem linguam fideli-
ter verti, atque a Parochis omnibus exponi curabunt.
Idque bono efficiat animo, ac se ad Sacramenta
administranda toties, quoties opus fuerit, omnibus
expositum dicat, non enim muneri suo satisfacit,
si eadem moleste, & ægre administrat, ut oc-
casionem tribuat suis ovibus non petendi deinde
Sacramenta toties, quoties petivissent, amota
difficultate exhibendi; officium enim Pastoris non
solum est pastum ovibus non subtrahere, verum
deducere ad illum, ita Joan. Sanc. *in select. disp.*
47. *num.* 11.

Secundo debent quoque attendere, ut illa admini- 2
strent iis ritibus, & cæremoniis, quæ in Rituali, sub
Paulo V. Pont. Max. edito, continentur, sicut in
Constit. eidem, Rituali præfixa, quæ est 85. in Bul-
lario, idem Pont. mandavit, eo quod ritus hujus-
modi, & cæremoniæ, in Sacramentis administran- 3
dis jam præscriptæ, omitti sine peccato non pos-
sunt, nisi aliud facere ipsa necessitas cogat, ut
affirmavit Pius V. *in Catech. Roman. p.* 2. *de Sacra-*
men. in genere, §. 18. subdens, valde utiles esse,
cum

cum mentes illorum, qui eas intuentur, & dili-
genter obſervant, ad ſublimium rerum cogitatio-
nem erigant, fidemque in eis, & charitatem exci-
tent. Vide Jo: Sanc. *in ſelect. diſp.* 47. *n.* 19. ubi
ita ait, de Parochis loquens = Cæremonias ſi forte
ignoras, addiſce, ad id enim obligaris ex Trid.
*ſeſſ.*22. *in decr. de obſer. & evitand. in celeb. Miſſæ*,
commemorante illud Hieremiæ *c.* 48. *Maledictus*
qui facit opus Domini negligenter, &c. ſubdit ex
Palatio, obligari Sacerdotes ſub mortali crimine
ad ſervandum cæremonias.

4 *Tertio* debent, dum ea adminiſtrant, ſine pec-
cato mortali eſſe; ſi enim peccati mortalis conſcii,
ea adminiſtraverint, lethaliter peccare per *c. ult.*
15. *q.* 8. *& c. fin. de cohabit. cler. & mul.* reſolvunt
Victor, *de Baptiſmo*, *n.* 28. Cajet. *tom.* 2. *opuſc. q.*
unic. de uſu rerum ſpirit. Navar. *in c.* 1. §. *Sacerdos*
*de Pœnit. diſt.*6. Vaſq. *in* 3.*p. tom.*2. *diſp.*136. *c.*3.
Soar. *de Sacram. diſp.*16. *ſect.* 3. Azor. *inſtit. mo-*
*ral. p.*1. *l.*4. *cap.*4. *qu.* 6. Poſſev. *de Sacram. diſp.*
16. *ſect.* 3. Poſſevin. *de officio Curati*, *c.*5. *n.*42. Bo-
nacin. *de Sacram. diſp.* 1. *qu.* 3. *puncto* 2. §.1. *n.* 3.
Campan. *in diverſ. Juris Canon. rub.*1. *n.*102. Illu-
ſtriſs. D. meus Rodericus a Cunha *in comment. ad*
*cap.*1. *n.*5. *diſt.* 77. Ratio hujus reſolutionis ſumi
debet partim ex ſanctitate, ac dignitate Sacra-
menti, quod conficere, vel miniſtrare in ſtatu pec-
cati mortalis, veluti ſordidum Chriſti inſtrumen-
tum, non vacat irreverentia, partim vero ex ſan-
ctitate, & dignitate officii, ſeu poteſtatis ſacer-
dotalis. Unde Parochus, habens conſcientiam pec-
cati mortalis, debet conari, & curare, ut in gra-
tia conſtituatur, antequam adminiſtret Sacramen-
ta; quamobrem, ſi advertat, ſe ſolum attritum, de-
bet contritionis actum elicere; ſi vero advertat, ſe
non poſſe actum contritionis elicere, debet Pœ-
nitentiæ Sacramentum recipere, quia tenetur aſ-
ſumere media, quibus ad gratiam ſanctificantem
diſponatur, ne Sacramenta indigne pertractet, ita
ex multis Bonacin. *ubi ſupra n.* 3. Concludo igi-
tur, ſi Parochus Sacramentum aliquod miniſtratu-
rus, mortalis peccati conſcius ſit, alterum eorum
ipſi agendum incumbere, videlicet, ut vel præmiſ-
ſa Confeſſione, ſacramentalem abſolutionem acci-
piat, vel per internum contritionis actum cum
propoſito poſtea ſuo tempore confitendi ſe in Dei
gratiam reſtituat. Quapropter per accidens,
nempe ob ignorantiam fieri poteſt, ut Sacerdos
bona fide exiſtimans, ſe contritum eſſe, cum non
ſit, Sacramentum in peccato mortali adminiſtret
5 ſine nova ſacrilegii culpa. Sacramentorum ta-
men validitas ex bono, vel malo miniſtro minime
dependet, ſed iſte etiam malus, dummodo catho-
licus, quamvis peccet, nihilominus (ut utar ver-
bis Gregorii de Valent. *diſp.*9. *q.*4. *punct.*1. *&* 2.
tom. 4.) valide, ſed non licite Sacramenta con-
fert; nam Auguſtinus *ſuper Joan. tract.* 5. dicit.
Quid in Chriſto non noverat Joannes, poteſtatem
Baptiſmi ipſum Dominum habiturum, & ſibi retentu-
rum, ſed miniſterium plane tranſiturum in bonos, &
malos, quid ſibi facit miniſter, ubi bonus eſt Dominus;
6 quia miniſtri Eccleſiæ inſtrumentaliter operantur
in Sacramentis, ideo non agunt ſecundum pro-
priam virtutem, ſed ejus, a quo moventur, qui
eſt Chriſtus, S. Thom. 3. *p. q.*64. *art.*5.

Additio.

☞ Quamvis non eſſet catholicus, miniſtran-
do v. g. Baptiſmum, dummodo intenderet ſerio
facere, quod facit Eccleſia, adhuc valide admi-
niſtraret. ☜

Quarto eſt notandum ad neceſſitatem Sacramen- 7
ti requiri, ut Parochus ipſe intendat homini con-
ferre Sacramentum, ſaltem implicite, ſe videli-
cet facere velle, quod vera Eccleſia ſolet, aut
quod Chriſtus inſtituit, aut quod Sacerdotes Chri-
ſtianorum facere conſueverunt, etſi determinate
neſciat, aut non credat, eſſe Sacramentum, ita
S. Thom. *p.*3. *q.*64. *ar.*8. *& art.*10. *ad* 2.

Et quamvis decens ſit, ut Parochus, cum Sa- 8
cramenta miniſtrat, aut ſacrificat, intentionem a-
ctualem habeat; tamen ea ad valorem Sacramen-
ti non requiritur, cum ſufficiat virtualis, puta, ſi ali-
quis cum propoſito ſacrificandi; vel baptizandi
venit in Eccleſiam, atque idcirco ſacras veſtes in-
duit, ad Altare, vel baptiſterium acceſſit, licet
tunc, & in ipſa materiæ applicatione, & formæ
prolatione, ad alia cogitanda diſtrahatur, perfi-
citur Sacramentum, juxta doctrinam S. Th. *dict.*
*art.*8. ubi ſic ait: *Si in ipſo exercitio actus cogitatio*
miniſtri ad alia rapiatur, virtute primæ intentionis
perficitur Sacramentum, quamvis ſtudioſe curare de-
beat, ut etiam actualem intentionem adhibeat, ſed
hoc non eſt totaliter poſitum in hominis poteſtate.

Intentio autem ad Sacramenti validitatem ſem- 9
per debet eſſe abſoluta, ideoque non ſufficit, ſi Cu-
ratus baptizet, vel a peccatis abſolvat ſub condi-
tione pendente in futurum, verbi gratia, ſi pater
tuus conſenſerit, ſi concubinam domo ejeceris.
Ratio eſt, quia ſacra Symbola debent a miniſtris
intentione explicita, aut implicita ſecundum Chri-
ſti intentionem determinari, ut ſint practica, &
efficacia; talia autem non ſunt, ſi eorum via, &
efficacia ſuſpendatur a futuro contingente effectu,
ita Soar. *d. diſp.*13. *ſect.*3. *aſſert.* 3. Ægid. de Co-
ninch. *de Sacr. & cenſ. q.*64. *art.* 8. *dub.* 2. *conc.*2.
& 3. Bonac. *d. q.* 3. *pun.* 2. §.3. *n.* 19. ubi *n.*18. 10
reſolvit, Sacramenta adminiſtrata ſub conditione
de præſenti, vel de futuro, valida eſſe; & *nu.*20.
tenet, Curatum peccare non ſolum, ſi apponat con- 11
ditionem de futuro, ſed etiam, ſi apponat condi-
tionem de præterito, vel de præſenti abſque ra-
tionabili cauſa, quia exponit ſe periculo admini-
ſtrandi Sacramentum invalide.

Animadverſio.

☞ Quamvis non levis inter Theologos ardeat
controverſia, quam fuſe exponit Bened. XIV. lib.
VII. cap. XV. per totum de Synod. Diœceſ. edit.
an. 1755. an dari poſſit abſolutio conditionata,
(non quidem de futuro, quæ ab omnibus penitus
reprobatur) ſed de præterito, vel de præſenti,
puta morti proximo, licet morbi vi oppreſſus, nul-
lum pænitentiæ ſignum dederit, aut dare valeat,
benignior tamen plurium doctiſſimorum virorum
ſententia huic favet, ſi aliquo modo chriſtiane
vixiſſe comprobatur; & innixa fundamento, quod

nemo, christiane vivens, præsumi debeat in tali articulo immemor propriæ salutis, & ceteroquin Sacramenta instituta sint propter animarum salutem: ideoque quando dubium periculi nullitatis Sacramenti concurrit cum dubio periculi amissionis salutis æternæ, hæc illi præponi debet; cum conditio in hoc casu nullam irroget injuriam Sacramento. Ad hanc opinionem roborandam Morinus tract. de Sacramen. Pœnit. lib. 10. cap. 10. refert factum Clem. VIII., qui Fabri murario, e Vaticanæ Basilicæ fastigio decidenti ita absolutionem impertitus fuisse dicitur= si es capax, absolvo te a peccatis tuis= Ulterius progrediuntur alii, doctrina non minus, ac pietate præstantes; contendunt enim usum absolutionis conditionatæ in præfato casu, etiam eum eo licitum esse, qui hactenus male vixit, si non innotescat, hunc animum habuisse in malo perseverandi usque ad mortem: atque id clare docuisse S. Augustinum lib. 1. de Adulterin. Conjug. cap. 28.

Et quidem adnotatione digna hic est sententia hujus S. Doctoris, qui cit. lib. 1. de Adulterin. Conjug. cap. 26, & 28. disertissime docet, in præfato casu Sacramentum baptismi conferendum esse Cathecumeno, & illud Pænitentiæ fideli, quamvis uterque solitus fuerit male vivere per adulterina consortia. En S. Doctoris verba, dicto c. 28. = *Ego non solum alios Cathecumenos, verum* etiam ipsos, qui ,, viventium conjugiis copulati, retinent adulterina consortia, cum sanos corpore in his permanentes non admittamus ad baptismum, tamen ,, si desperati, & intra se pænitentes jacuerint, ,, nec pro se respondere potuerint, baptizandos ,, puto; ut etiam hoc peccatum cum ceteris lavacro regenerationis abluatur. Quis enim novit, ,, utrum fortassis adulterinæ carnis illecebra *usque ad baptismum statuerant detineri* = Et paucis interjectis, subjungit= *Quæ autem baptismatis*, eadem reconciliationis est causa, si forte pænitentem finiendæ vitæ periculum præocupaverit; nec ,, ipsos enim ex hac vita sine arrba suæ pacis ,, exire *velle debet mater Ecclesia* = Hoc ipsum *agi oportere*, repetit S. D. cap. 26. aliorum in contrarium timidius sentientium argumenta confutans; ac resolvens. Igitur juxta S. Augustinum etiam ille, qui solitus fuit male vivere, licite poterit in allato casu absolvi; non quidem absolute, quod credo, Augustinum dicere non intendisse, sed conditionate, conditione hac scilicet, saltem mente retenta: *Si es capax*, seu *rrctr dispositus ad hoc Sacramentum recipiendum, Ego te absolvo &c.* Siquidem cum Minister tali modo se gerit, vel subjecto insunt debitæ dispositiones, & tunc perficitur Sacramentum, ac est consultum æternæ saluti illius, in æternum forte alias perituri. Vel non insunt, & tunc, cum Sacerdos tantummodo intendat Sacramentum conficere, intervenientibus necessariis dispositiohibus, in harum defectu Sacramentum non conficit, cui per consequens neque irrogat injuriam. Hæc dicta volo ex fine referendi & istam sententiam: ceterum quia ipsemet Augustinus lib. 2. Retract. cap. 57. testatur, se scripsisse duos libros de Conjugiis adulterinis, cupiens solvere difficillimam quæstionem, quod utrum enodatissime fecerit, nescit, imo vero se non pervenisse ad hujus rei perfectionem sentit, quamvis multos sinus ejus aperuerit. Imo vere probabilem eorum quidem opinionem existimo, qui, christianos, sensibus destitutos absolvendos putant, cum eorum proba, beneque morata vita haberi prudenter potest pro signo, ac testimonio volantatis confitendi, adeoque pro materia satis probabili Sacramenti administraudi. Ceterum opinio asserens, eos christianos absolvendos esse, sensibus destitutos, nullo præmisso pœnitentiæ signo, qui iniqnam duxerunt vitam, tanquam falsa, laxaque damnata est a facultate Parisiensi, opusque Auctoris eamdem docentis damnatum est. Falsa quoque est alia opinio, docens, *regulariter* sine absolutione dimittendum non esse, si quis *actualiter peccando*, subito sensibus destituatur. Vide novam Epithomen P. Concinæ, Neapoli optime incusam, de Pænit. cap. XI. De hac controversia fusior redibit sermo in cap. XXII. post numer. 46.

Quinto est notandum, de obligatione justitiæ 12
tempore gravis necessitatis teneri Parochum Sacramenta dare suis Parochianis, etiam cum certo periculo vitæ propriæ, ubi enim detrimentum ovium suarum immineret in spiritualibus, non poterit ille propter pestem, aliumve morbum contagiosum, aeris intemperiem, seu ob inimicitias, aut Principis, & populi furorem se excusare, nisi adsint alii ministri, qui sufficienter id præstent, ita S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 72. *sect.* 3. *col.* 2. Eminan. Sa *in aphorism. verb. Charitas, num.* 3. Henriq. *in sum. l.* 8. *cap.* 55. §. 1. Vasq. *in opusc. de benefic.* 4. §. 2. *ar.* 1. *dub.* 2. *n.* 135. Molfes. *in sum. Theol. moral. tr.* 6. *cap.* 11. *n.* 31. Fernandez *in examin. Theol. mor. p.* 4. *c.* 15. §. 5. *num.* 4. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præced.* 3. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Sayr. *in floribus dec. sub tit. de constit. decis.* 39.

Quapropter tempore pestis Parochus fugere 13
non potest, nec populum deserere; bonus enim Pastor dat animam suam pro ovibus suis, *Joan.* 3. Nald. *in sum. verb. Parochus, n.* 15. Rutil. Benzon. *de fuga tempore pestis l.* 1. *disp.* 1. *q.* 1. *concl.* 4.
quia nullo casu excusari ille potest, quominus mi- 14
nistret Sacramenta morienti, ne quidem metu pestis, seu alterius contagiosæ infirmitatis, secundum Rip. *in tr. de peste, n.* 147 M. Anton. Genuens. *in man. Pastorum c.* 61. *n.* 8. Piasec. *in praxi Episcop. par.* 2. *c.* 3. *num.* 24. *vers. periculo*; Galleg. *de Paroch. oblig. tempore pestis p.* 3. *in solut. argum. num.* 64. ubi quod Parochus tenetur ea Sacramenta pestiferis ministrare, quæ sunt de salutis necessitate, alia autem non cum tanto vitæ discrimine, exepto, si alteri æque idoneo officium suum cum Ordinarii consensu committat, aut resignet, sicut docent Archiep. Florent. 3. *p. tit.* 22. *c.* 12. §. 3. his verbis, *eos, quibus cura animarum imminet, de necessitate salutis suæ oportet per se, vel per alium idoneum Sacramenta ministrare*, Valent. *tom.* 4. *disp.* 3. *quæst.* 4. *puncto* 3. Benzon. *conclus.* 4. *fol.* 5. Jo: Chapeaville *de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis, c.* 1. *q.* 4. ubi recte tamen monet, dum Pastor beneficium curatum, altero substituto, retinet, licet corpore absens sit, animo tamen, & providentia præsentem esse debere, ut nihil necessarii ad salutem ovibus desit.

Cavere Parochus debet, nedum pestis tempo- 15
re

re unius, non graviter indigentis spirituali utilitati consulere intendit, plures alii ex ipsius occubitu graviorem jacturam spiritualem patiantur: quare, si solus sit, non facile ministrare debet cum vitæ suæ periculo Sacramenta, quæ non admodum necessaria sunt, vel secundum se, ut Extrema Unctio, vel respectu personarum, quarum bonum statum Confessarius probabiliter cognitum habet, quia nuper earum confessiones exceperat. Denique quotiescunque ab aliqua persona, quam verisimilibus conjecturis Sacerdos credit, non habere conscientiam peccati mortalis, vel per contritionem recte ad moriendum dispositam esse, probabilissime timetur periculum contagionis, in tali casu majus bonum publicæ necessitatis præferendum privatæ alicujus, ita Jo: Major. *in 4. dist.* 23. *q.* 1. Chapeaville *ubi sup.* r. 3. *q.* 2. & 18.

16 Principes non possunt impedire Parochos, &
Sacerdotes administrare Sacramenta tempore pe-
stis; poterunt tamen Curatos, & alios ministran-
tes infectis, prohibere a sanorum commercio, ut
17 late resolvit Marta *de Jurisdict. p.* 4. *casu* 73. Imo
potest Episcopus tempore pestis præcipere, Paro-
chis, etiam cum mortis periculo, ne ab Urbe di-
scedant, & quod necessaria Sacramenta petenti-
bus administrent, late Duard, *in comm. ad bullam
in Cœna Domini*, *l.* 1. *c.* 2. *q.* 2. *concl.* 4. Acti *de in-
format. p.* 1. *rub.* 23. Chapeaville *de administr. Sa-
cram. tempore pestis*, r. 1. *qu.* 4. Homob. *de exami-
ne eccles. tract.* 15. *cap.* 8. *quæst.* 25. *resol.* 2. & no-
vissime *in respons. quæst. mor. p.* 2. *resp.* 97. *per tot.
num.* 35. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb.
Pestis num.* 1. & hac de re S. Cong. Conc. instante
S. Carolo, *sub die* 10. *Decemb.* 1576. censuit, Paro-
18 chos tempore pestis teneri omnino residere in suis
Parochialibus, posse tamen per alium idoneum
ministrare Parochianis suis peste infectis Sacra-
menta Baptismi, & pœnitentiæ, & si non rese-
derint, contra eos procedendum esse, servata for-
19 ma *c.* 1. *in fin*, *sess.* 23. *de reform.* Et si adhuc mi-
nistri desint idonei, tenetur etiam suis magnis expen-
sis Episcopus idoneos quærere, & ad administran-
dum exponere, Emman. Sa *in aphorism. verb. E-
piscopus*, *n.* 42. ex Bannes 2. 2. *q.* 33. *art.* 3. *dub.* 4.
20 Utrum autem liceat Religiosis tempore pestis fu-
gere, an potius teneantur obedire Prælato juben-
ti permanere, ac Sacramenta peste infectis mini-
strare instar Parochorum, & ipsis quoque in ne-
cessariis ad corporis salutem inservire; vide Fr.
Emman. *quæstionum Reg. tom.* 3. *q.* 31. *art.* 3. *cum
seq.* Benzon. *d. l.* 1. *disp.* 1. *q.* 1. *concl.* 10. & 11.
late, & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi to-
mo* 2. *l.* 6. *c.* 2. *a num.* 54. ubi quinque conclusioni-
bus totam hanc materiam optime exponit, Novis-
sime Homobon. *in respons. quæst. moral. par.* 2. *resp.*
106. *versicul. qua ratione*.

Additio.

☞ Sanchez loc. cit. sentit, tempore pestis Religiosos non posse fugere, & teneri obedire suo Superiori præcipienti eâ infectis Sacramenta ministrare, Mendicantes potissimum, qui fidelium eleemosynis sustentantur, & in ipsorum defectu quoscumque alios Religiosos: imo & ipsum Superiorem teneri id præcipere, quia hoc non est supra eorum regulam, sed secundum illam, cum eorum munus sit esse Episcoporum, & Parochorum coadjutores in salute spirituali proximorum adjuvanda: addit tamen, id esse intelligendum quando non essent alii Sacerdotes, qui Episcopi sumptibus vellent Parochis auxilio esse. ☜

Quærit curiose Possevin. *d. tr. de officio Curati*, 21
cap. 5. *num.* 58. an detur aliqua cautela, qua Parochus sibi provideat de necessaria defensione in probabili vitæ periculo, cum tamen necessitas Sacramenti administrandi urgeat, & respondet, prudentia omnia incommoda superari: particulariter vero distinguendum, an periculum sit a malo, vel a mala cœli constellatione: si ab ista, vestes, & præsidia, quæ a natura docentur, sunt bona; si periculum est a malo homine, videndum est, an Sacramenta, quæ sunt danda, sint necessaria, & quidem, si instet auditio confessionis morientis, est eundum. Ut autem Curatus tuto vadat, dum induit se (loquimur enim de causa contingenti in nocte, quia in die magis promptum remedium inveniri potest) vocet amicos, qui eum associent, si hoc potest, & curet, ut ipsi vocantes alios associantes vocent; si hoc non potest, ipse ferat arma, ut se defendat, quia ita ei licet, & hoc etiamsi ferat Sacramenta puta Extremæ Unctionis. Porro ita posset agere, statim atque constiterit ei de inimicitia, videat, an possit reconciliari inimicis, si hoc non potest, rem deferat ad Episcopum, &, obtenta licentia, arma deferat, quæ tamen propter decentiam clericatus occulte a se deferri curet. Si vocatur pro Baptismo sufficit, ut doceat modum, quo vocantes ipsi baptizent, absque eo quod ipse vadat. Si vocatur pro Extrema Unctione, non credo, quod teneatur ire cum tanto periculo, nisi ægrotus aliis Sacramentis juvari nequeat; fieri enim potest, ut sit attritus, & accedente Extrema Unctione, virtute Sacramenti evadat contritus. Minus tenetur ire cum tanto periculo ad commendationem animæ. Sed & si vocatus fuerit pro Confessione, curet infirmum audiri per alium Sacerdotem, quod si hoc non potest, eat, ut dictum est.

Sed ulterius quærit idem Possevin. in *citato lo-* 22
co num. 49. quid dicendum, si constet Curatum certo occisum iri, an etiam tunc teneatur ire ad hunc infirmum, sine Sacramento Pœnitentiæ sic certo morientem. Et respondet, sibi videri impossibilem esse istam certitudinem mortis; quia Curatus posset fuga evadere; possibile etiam, impetentes non aggressuros superventurum, qui eum erueret: ideo, stante incertitudine aggressus, & certitudine mortis infirmi sine Sacramentis, credo, teneri ire ad infirmum, juxta supradicta. Excusaretur tamen, si positive, seu de facto sciret, pœnitentem esse in gratia, quia confessus fuerit paulo ante, & alias erat diligens, & bonus, Suar. *tom.* 4. *de pœnitent. disp.* 44. *n.* 15. quod tamen caute judicandum est, quia esse bonum, & diligentem, non arguit impeccabilitatem, ideo credo, teneri omnino ad illam ire, ut supra.

Additio.

☞ Benedictus XIV. de Synod. Diœc. lib. XIII. cap. XIX.

cap. XIX. a n.6. ad totum 9. probat, teneri Parochum, etiam cum evidenti vitæ periculo tempore pestis administrare Sacramenta Baptismi, & Pænitentiæ = imo & Extremæ Unctionis, si peste infectus = alia duo Sacramenta Pænitentiæ, & sacri Viatici non susceperit.

83 Advertit tamen idem Possevin. loc. cit. num. 70. non posse Curatum, qui capitales gerit inimicitias, admonere populum, ut qui indiguerit illius opera, vocet eum de die, & non de nocte, & protestari, se tunc nolle ire, quia tenetur ire, quotiescunque necessario vocatus fuerit; posse tamen monere populum, ut pro viribus vocent de die, quia in nocte sunt difficultates majores, dummodo non excludat vocationem de nocte.

84 *Sexto* est notandum, Parochum excomunicatum occultum, petitum a Parochianis suis, ut Missam celebret in die festo, vel Sacramentum aliquod ex necessitate ministret, non peccare, modo præmittat dolorem de peccatis, nec possit absolutionem excommunicationis obtinere ante administrationem Sacramentorum, nec ipse se se ingerat sua sponte administranda Sacramenta, sed petitus administret, ita Possevin. *d. tr. de officio Curati*, *c. 5. num. 46.* & expressius Bonac. *de censuris disp. 2. qu. 5. pun. 2. §. 3. n. 5. vers. respondetur*, alias enim teneretur se abstinere sub peccato mortali, Valer. *de differ. inter utrumque forum*, *verb. nullitas diff. 3.* Et ideo hoc casu Parochiani petentes ab eo celebrationem Missæ, ut illam audiant in die festo, minime peccant, secundum eundem Bonac. *citato loco*. Ratio est, quia Conc. Constantiense, cum fidelibus concedat facultatem communicandi cum excommunicato tolerato, videtur indirecte concessisse, ne excommunicatus toleratus peccet, communicando, & administrando Sacramenta, quando petuntur ab aliis fidelibus, alioquin, si excommunicatus toleratus peccaret, tenerentur ceteri fideles abstinere a participatione cum excommunicato, ad evitandum illius peccatum, consequenter non censeretur fidelibus concessa facultas communicandi cum excommunicato tolerato in Sacramentis, & quibuscumque Divinis. Quare decretum Concilii Constantiensis videtur directe positum in favorem fidelium, & indirecte in favorem excommunicati tolerati, quatenus expedit, & necesse est, ut fideles tuto utantur privilegio participandi, & communicandi cum excommunicato tolerato. Vide Sanchez *de Matrimonio*, *l. 7. disp. 9. num. 8.*

Animadversio.

☞ Quamvis parochianis competat jus petendi Sacramenta a Parocho, quem sciunt esse excommunicatum toleratum, nec peccent, cum ipso in divinis communicando, ex præcepto tamen charitatis teneri viderentur abstinere a petitione, exceptis illis Sacramentis, quæ sibi ad salutem necessaria judicarent, ne sine necessitate essent Parocho occasio peccati.

Verum Parochus excommunicatus vitandus, administrans Sacramenta, & ab eo illa petentes, seu recipientes extra necessitatem, graviter peccant; Sacramenta tamen ipsa sic ab excommunicato vitando administrata, valida sunt, excepto Pœnitentiæ Sacramento, ex eo, quia ad illud valide administrandum requiritur Jurisdictio, & non sufficit potestas Ordinis, excommunicatus autem vitandus caret Jurisdictione, ita Bonac. *d. disp. 2. qu. 2. puncto 2. §. 4. ex num. 1.* ubi quoque subdit, Confessionem factam excommunicato vitando iterandam esse, utpote invalidam, etiamsi pœnitens ignoraret, ipsum esse excommunicatum, modo Confessio non fuerit facta in eo loco, in quo Sacerdos ignorabatur esse excommunicatus, & ex communi errore, ac titulo colorato habebatur pro legitimo Sacerdote, ex dictis infra *n. 27. cum seqq.* & modo Confessio facta non fuerit in articulo mortis.

Additio.

☞ Circa Confessionem habitam in articulo mortis cum Sacerdote nominatim excommunicato, & vitando, notatu digna sunt relata a Cardinali Albitio *de Inconstantia in fide cap. XVIII. numer. 39.* = An possit Sacerdos nominatim excommunicatus, & denunciatus absolvere in articulo mortis constitutum? Dum hæc transcriberem, magna insurrexit controversia in examine cujusdam Episcopi coram san. mem. Alexandro VII. nam cum fuisset interrogatus a P. Diana, sive ab alio Examinatore, an Sacerdos nominatim excommunicatus possit absolvere existentem in articulo mortis, & Episcopus respondisset, affirmative; Dominus Cardinalis Pallavicinus dixit, bon. mem. Fagnanum in suis relectionibus attestari, in Sacra Congreg. Concilii fuisse determinatum contrarium, & propterea magnus rumor insurrexit, quia videbatur opinio contraria omnibus Doctoribus, qui post Conc. scripserunt, & revera Fagnanus in repet. cap. *quoniam de Constitutionibus* refert, Congregationem generalem Moronis, Alciati, Senonensis, Montalti, Albani, S. Sixti censuisse, non posse per doctrinam a Magistro sententiarum, S. Thomæ, Durandi, Turræ Crematæ, S. Antonini, Bacconi, & aliorum Theologorum ab eo citat., sed quia, ut dixi, magnum murmur factum fuit, & P. Diana, & forsan aliquis, alius scripsit pro opinione affirmativa, idem R. P. Fagnanus latius reassumpsit articulum in cap. *Non est vobis, de Sponsalibus*, & conatur respondere omnibus argumentis in contrarium allegatis. Sed licet maxima cum diligentia fuerint requisiti libri, & regesta decretorum S. Congregationis Concilii Tridentini, dicta declaratio reperiri non potuit; dicendum est ergo, quod declaratio prædicta facta non fuerit, vel si facta fuerit, a prædictis libris expuncta, tanquam contraria communi opinioni dd. Theologorum, qui post Conc. scripserunt; & novi etiam, quod de anno 1682. tempore Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XI. fuerit in S. Congregatione S. Officii super ista opinione disceptatum; & cum aliqui ex Cardinalibus opinionem S. Thomæ sequerentur, fuit ad trutinam revocata. Relata re ad Sanctissimum, Sanctitas sua pro sua prudentia jussit, ne super dicta opinione disceptaretur, neque in dubium amplius revocaretur, pro ut mihi asseruit R. P. M. Piaz-

za, Assessor S. Officii &c. = Quod quidem prudentissime jussum; sed quamvis præfatum decretum non fuerit in regestis, librisque S. Congregationis repertum, tamen Cardinalis Capisuccus, qui eidem Sanctissimo Pontifici Innocentio XI. non multum postea selectas suas doctissimas quæstiones theologicas &c. dicavit, aperte hoc tulit testimonium =, *Et nos eamdem declarationem* (quam Fagnanus ex libris originalibus S. Congregationis Concilii, cujus ipse fuit a secretis, excripsit) *in authentica forma apud nos retinemus* = Ac inter præfatas quæstiones typis editas, fortasse hoc intuitu, vir doctrina, fide, ac pietate non minus, ac purpura Eminentissimus, primum dedit locum quæstioni, de qua agitur, & negativam sententiam solide probat, relatumque testimonium affert pag 2. col.2. circa medium. ☜

26 Si vero Parochus fuerit tantum minori excommunicatione nodatus, conferendo ecclesiastica Sacramenta, an peccet mortaliter, dubium est admodum controversum; quidam enim affirmant, auctoritate text *in c. si celebrat, ult.* §. *peccat autem, de cler. excommun.* dum simpliciter inquit, peccare, conferendo, quod magis proprie adaptatur peccato mortali, accipiendo verbum, *peccat.* a principaliori significatione, *juxta reg. c. pen. de sentent. excomm.* Ita Innoc. *in d. c. si celebrat.* Adrian. *de Clavib. q. 3.* Sylvest. *in sum. verb. excommunicatio* 4. n. 1. Archid. *in c. vir cum propria* 33. *q.4.* a quo non dissentit, imo memoriæ tenendum monet Covar. *in cap. Alma mater, p.1. §.8. num.2. vers. sed & sit.* Alii autem non desunt, qui sentiant, nullum peccatum ipsum committere, ex quorum numero sunt Navar. *in man. cap 27. num.* 24. Henriq. *in sum. lib.13. cap.3.* §. 1. Ugolin. *de censur. tab.3. cap.6.* §.2. & vi difficultatis oppressus, cogi se eidem opinioni adhærere concludit Suar. *tom.5. de censur. disp. 24. sect. 2. n.7. & 9.* respondentes, text. *in d. c. si celebrat.* procedere in eo, qui non solum confert, sed conferendo simul suscipiendo, participat, ideoque peccare, ut text. ille habet, non quatenus confert aliis, sed quatenus ipse sibi suscipit, atque intelligunt vers. *peccat autem*, consonare principio textus, ubi de celebrante agitur. Sed ceteri, quorum communior sane apparet opinio, medium tenentes, affirmarunt, illum veniale peccatum committere, expendentes rationem illam; quia licet excommunicati minori excommunicatione, nullum legis præceptum directe offendant, ac subinde non peccent mortaliter, non tamen servant debitum rationis modum, a lege intentum, sed potius irreverenter agunt, ea tractando, & aliis conferendo, quæ lex prohibet ab ipsis suscipi, quam irreverentiam, sufficere ad culpam venialem colligitur ex doctrina S. Thomæ *p.3. q. 64. art.6.* recepta a multis, de quibus Henriq. *in sum. l. 1. cap. 29. §.2. & 3.* Quare ita tenet Anch. *in dict. cap. si celebrat*, Cajetan. *in sum. verb. excommunicatio minor.* Sot. *in 4. dist.22. q. 2. art. 3.* Cardinal. Tolet. *in instr. Sacerd. lib.1. cap. 11. num. 3.* & plures alii, quos refert, & sequitur Sayr. *de censur. lib.2. cap. 22. num. 17.* Jo: Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo Excommunicatio differ.3.*

27 *Septimo* est notandum, gesta sacramentaliter ab eo, qui verus Curatus, seu Parochus non est, sed communi errore talis existimatur, habens titulum putativum a legitimo Superiore, esse valida in foro conscientiæ; ita Glos. *verb. deceptæ in c. dudum 64. de elect.* ubi Abb. antiq. *n. 4.* Innoc. & Compost. *n.3.* Host. *n.12.* Jo: Andr. *n.42.* Bald. *num.5.* Archar. *col.4. prope fin. versic. 5. oppono* Butr. *num. 24. & seq.* Panor. *num. 20.* quos refert, & sequitur Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.1. tit.38. num. 13.* Jo: Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. nullitas, diff. 2. num. 2.*

Unde confessiones his factas, iterandas non esse, 28
detecto impedimento, per text. *in cap. infamis,*
vers. veruntamen 3. q. 7. & in l. Barbarius, ff. de
offic. Prætor. & in l. 2. C. de sent. & interl. resol-
vunt Innoc. Jo. Andr. & Abb. *citatis locis*, Navar.
in cap. placuit, de Pænit. dist. 6. num. 179. & seq.
ubi subdit, quod si notorie quis suo titulo, & pos-
sessione Juris privaretur, sed non adeo notorie,
quin possessionem facti retineret, & a Superiore
toleraretur, eo casu gesta per ipsum in conscien-
tiæ foro valerent, ubi etiam secus resolvit, quan-
do Parochus sine ulla Superioris auctoritate se in
beneficium intrusit, vel notorie ipso jure, aut per
sententiam est suo titulo privatus, quod etiam re-
solvunt plures relati a Sanch. *de Matrim. l.3. disp.*
22. num. 13. Non obstat *d. cap. dudum*, ibi, *decep-*
tæ, quia Abb. *illic, n. 26.* Sanc. *ubi supra, sub*
num.14. & sub num. 56. intelligunt verbum illud, 29
deceptæ, quasi animæ Parochianorum a Curato
Ecclesia privato, & communiter tolerato abso-
lutorum non decipiantur vere per hujusmodi ab-
solutionem, imo per eam, supposita bona fide, sal-
ventur adinstar Baptismi invalidi, bona fide susce-
pti, juxta text. *in cap. 2. & in c. ult. de Presbyt.*
non bap. sed solum dicuntur deceptæ, habito re-
spectu ad animum prædicti Curati, eas decipere
intendentis.

Animadversio,

☞ Si notorie quis suo titulo, & possessione privatus esset, licet non adeo notorie, quin possessionem facti retineret, sentire, quod gesta per ipsum in foro conscientiæ valerent, esset alea plena periculo, cum tunc cessaret in pænitentibus bona fides, ob quam solam Ecclesia intendit jurisdictionem supplere, ut mox notabitur post num. 34. ☜

Unde etiam quando quis est ipso jure privatus 30
administratione publica, beneficio, munere, & officio, quo fungitur, valent acta ejus ante criminis declarationem, concurrente communi populi, vel majoris partis errore, ita Nav. *in dict. c. placuit n. 179. & seq.* Azor. *instit. mor. p. 1. l. 5. cap.8. q.2. & p. 2. l.7. c.17. q. 4.* Sanch. *d. disp. 22. num.56.* ubi *n.57.* resolvit, quod dum privatio, & hominis inhibitio est occulta, adhuc valent gesta, concurrente prædicto communi errore.

Hinc denique Indulgentiæ concessæ a Prælato 31
penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur, quam si essent concessæ a Prælato vero, ut per Aviles *ad cap. 1. Prætor. numer. 13. pag. 25.*

Ani-

Animadversio.

☞ Nescio, quo fundamento hoc asseri possit; nec quoad hoc videtur militare eadem ratio de Confessione, bona fide facta coram Confessario cum titulo colorato, & errore communi, cum Ecclesia, tamquam pia mater, in hoc casu suppleat jurisdictionem, ne fideles exponantur sine eorum culpa periculo damnationis æternæ, quod non incurritur in nullitate Indulgentiarum: ideoque non præsumitur, Ecclesiam; supplere velle in non necessarius ad animæ salutem. ☜

32 Et qui solvit Prælato non notorie intruso liberatur, Gama *Lusit. dec.* 1. *num.*1. *&* *dec.*303. *n.*1. Mascard. *de probation. concl.* 1323. *n.*1. Surd. *dec.* 229. *n.*10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.*45. §.2. *num.* 17.

33 Ut autem gesta valeant, non satis est communis error, sed necessario requiritur titulus a Superiore collatus, quamvis invalidus sit ob aliquod vitium latens; quare dum aliquis sine titulo, & auctoritate Superioris in officium Judicis, Parochi, aut Confessoris se intrusit, licet communis error facti accedat, gesta per illum, ad utrumque forum pertinentia, sunt prorsus invalida, ita Sanc. *dict. disp.*22. *n.*49. Soar. *in* 3. *p. tom.* 4. *disp.* 26. *sect.* 6. *num.*7. Lessi. *de Instit. l.*2. *c.*29. *dub.* 8. *nu.* 68. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. l.* 1. *nu.* 102. *&* 103. Ægid. de Coninc. K. *de Sacramentis, disp.* 8. *dub.*3. *num.*22. *&* *dub.*6. *n.*47. Villalob. *in sum. tom.*2. *tr.*1. *diffic.* 13. *num.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *tr.*7. *cap.*9. *n.* 227. Jo. Valer. *de different. utriusque fori verb. Nullitas, differnt.*7. *n.*2. Fagundea *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 2. *l.*7. *c.*2. *n.*73. Contra Basil. Pont. *de Matrim. l.*3. *c.*22. *n.* 46. & Jo. Sanc. *in selectis, disp.* 44. *n.* 3. existimantes, quod ut gesta valeant, tam in foro externo, quam conscientiæ, satis esse, haberi communem errorem, nec necessarium esse titulum collatum a Superiore legitimo.

34 Intellige supradicta, & sic tunc solum communem errorem, & titulum operari validitatem eorum, quæ geruntur per inhabilem, quando inhabilitas fuerit de jure humano, veluti quando absolutio sacramentalis præstatur a Sacerdote, qui communiter existimatur proprius ipsius pœnitentis Sacerdos, cum tamen a parte rei non esset talis, propter aliquod sui ipsius impedimentum juris humani, ut quia titulum beneficii parochial. alioquin sibi legitime collatum, amisit a parte rei ipso jure propter adeptionem alterius beneficii, juxta terminos *d. c. dudum, &* *c. de multa, de præb.* vel propter delictum eandem privationem inducens, vel ob aliud simile impedimentum.

Additio.

☞ Sententia Auctoris est verior, & communior, si tamen pænitens sciat, Parochum esse intrusum, tunc licet adsit titulus coloratus respectu aliorum, hic illi non suffragatur, cum Ecclesia intendat supplere jurisdictionem, ne fideles bona fide frustrentur, animæque periculum sine eorum culpa subeant, quod quisque intelligit, non militare respectu pænitentis, scientis defectum jurisdictionis, cum tunc dici nequeat, esse in bona fide. ☜

Quando vero inhabilitas procederet a jure di- 35
vino, aut naturali, licet concurrat prædictus error, & titulus, gesta per sic inhabilem nullius erunt momenti, Abb. *in c.* 2. *in fin. de Presb. non baptiz.* & alii, quos refert, & sequitur Mascard. *de prob. conclus.* 649. *n.* 98. *&* 99. Sanch. *d. disp.*
22. *n.* 27. Unde, si non Sacerdos sacramentaliter 36
absolvat, quamvis communiter existimetur Sacerdos, & verus Parochus, absolutio est irrita; is enim patitur inhabilitatem de Jure divino, secundum quod soli Ordini sacerdotali annexa est potestas necessaria ad eam absolutionem ministrandam, ex text. *in c. verb. de Pænitent. dist.* 1. Conc. Trid. *sess.*14. *de Sacram. Pænit. c.*10. Jo: Valer. *de different. utriusque fori verb. Nullitatis, differ.* 2. *num.* 3. refert in loco del Povo Regni Aragoniæ inventum fuisse Parochum, qui erat laicus Regni Franciæ, & curam animarum illius loci per 33. annos exercuerat.

Additio.

☞ Ex Constit. Bened. XIV. *Sacerdos in æternum* 20. *April.* 1744. non promotus ad Presbyteratum & Confessionem sacramentalem audiens, si absolutionis formam protulerit, etiam pro prima vice, tradendus est curiæ sæculari, prævia degradatione, si alium Ordinem susceperit. Ex altera vero ejusdem Pontificis Constit. *Divinarum* 4. *nonas Aug.* 1757. hujusmodi reo non amplius suffragatur, ut olim, sincera dicti delicti confessio, facta judici, cum primum ab eo interrogatus fuerit, an sciat, qua de causa carceri inclusus sit, ad obtinendam promeritæ pænæ minorationem, scilicet triremium, & carceris loco mortis, sed omnino tradi debet, servatis servandis, brachio sæculari, capitali pæna puniendus, dummodo vigesimum annum expleverit. Idem confirmavit Clemens XIII. Constit. *Gravissimum* 20. *Martii* 1760. abrogando contrariam Tribunalium ecclesiasticorum praxim, atque consuetudinem, hactenus observatam.

Ex iisdem Constitutionibus eadem pæna, & judicii forma servanda est contra non promotum ad Presbyteratum, Missam celebrantem. ☜

Octavo est notandum, Parochum, seclusa Episco- 37
pi reservatione, posse dare alteri, etiam simplici Sacerdoti, licentiam administrandi Sacramenta, excepta Pænitentia, quam dat solus Episcopus ex Conc. Trid. *sess.* 23. *de reformat. c.*15. ita Sac. Congr. *Episcoporum, &* *Regul. rescripsit Episcopo Castellanen. sub die* 20. *Augusti* 1602. ubi etiam quod hoc idem Episcopus ei prohibere non debet: sed si reservaverit, ministrare sine tali licentia Sacramenta, est peccatum mortale, Possevin. *de*
offic. Curati, c. 5. *num.* 51. Sed iste Vicecuratus a 38
proprio Parocho ob ejus absentiam ad breve tempus, ut omnem curam gerat, potest aliis delegare unam, vel alteram causam, Sanch. *de Matrim. l.*3. *disp.* 31. *num.*13. Squillante *de privilegiis clericorum c.*2. *num.*34. ubi *n.*35. subdit, non posse prædictum

dictum Parochi delegatum ad universam Parochiæ curam alteri delegare omnem curam, dum abest, etiam ad modicum tempus, nisi adesset consuetudo, ut dum ad breve tempus abest, substituat aliquem ministraturum omnia Sacramenta in Parochia, quia Parochus Viceeuratum instituens, & conscius consuetudinis tacens, videtur tacite dare facultatem ad eam substitutionem, & ubi extat dicta consuetudo, posset sic institutus a Viceeurato dare alteri licentiam assistendi Matrimonio, aut ministrandi aliud Sacramentum, qui est delegatus ad universitatem causarum, & non censetur delegatus illius Viceeurati; & *n.* 37. resolvit, quod si Parochus præsens assumeret Vicarium locantem operas, ut ipsum adjuvet, hic Vicarius non posset delegare, quia non censetur illi vices suas plenas committere; & *num.*39. ait, quod Sacerdos delegatus ad assistendum alicui Matrimonio, ex delegatione Parochi non potest subdelegare, quia delegatus ad unam causam, non potest totam delegare, nisi sit delegatus supremi Principis.

Animadversio.

☞ Quamvis Viceeuratus delegatus esset ad universitatem causarum, attento vulgatissimo juris axiomate, quod delegatus subdelegare nequit, si non sit delegatus a Supremo Principe, non posset alterum delegare ad assistendum matrimonio; potissimum cum hic agatur de subdelegato a subdelegato. ☜

39 Nota, quod Curato, quamvis regulariter per seipsum curam exercere teneatur, ex consuetudine tamen immemorabili, vel privilegio, induci, & concedi potest, ut per Vicarium, etiam ad nutum amovibilem, inserviatur, ita Navar. *cons.*21. *de cleric. non resid. in novis*, Sayr. *in floribus dec. sub eodem tit. dec.*18.

Animadversio.

☞ Hæc opinio non vacat suis contradictoribus, saltem quoad consuetudinem: & merito quidem, quamvis enim nondum definitum fuerit, residentiam Episcoporum, & Parochorum esse de jure divino, certum tamen est ex jure naturali, & divino eos teneri oves suas pascere 2. ad Timoth. 4. vers. 27. *tu vero vigila &c.* Actorum 20. *attendite vobis, & universo gregi*, ut edixit Tridentinum cap. 1. sess. XXIII. de Refor. = cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere = nullo modo, admissa sententia, quod ex consuetudine immemorabili non teneretur Parochus ad residentiam, & per Vicarium animarum curam exerceret, dici poterit, pascere oves suas, super eas invigilare, & agnoscere; cum potissimum ex declarat. Greg. XIII. consuetudo immemorabilis neque excuset a residentia Canonicos Cathedralium, & insignium Collegiatarum, quamvis ad hanc teneantur solo jure humano, ut ex sequenti decreto Congr. Conc. an. 1573. lib. 1. decretor. pag. 33. a tergo = Sanctissimus D. N. ex sententia Cong. Conc. declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus; in Collegiatis autem non insignibus posse excusare; dum tamen sint rurales, prorsus destitutæ, & in quibus numquam antea super hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenues redditus essent, ut Canonicos, aliunde non habentes, unde vivere, alere non possint = Multo minus ob allatam rationem excusabit Parochum.

Si autem agatur de Coadjutore Parochi, & hic itidem tenetur ad residentiam personalem, eadem lege, qua ex Trid. cap. 1. sess. XXIII. de refor. tenetur Parochus; excipitur tamen ille Coadjutor, qui ex institutione potest per alium servire, ut censuit Cong. Conc. in Brixien. 6. Nov. 1620. in responsione ad II. dubium. ☜

At Religiosi, qui sine speciali licentia Parochi 40
præsumunt clericis, aut laicis Sacramentum Unctionis Extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniave solemnizare, excommunicationis incurrunt sententiam ipso facto, per Sedem Apostol. dumtaxat absolvendi, *Clem.* 1. *de priv.* plures citati per me, *de Officio & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 50. *n.*96. *secundum Lugdun. impr.* quibus adde Lezan. *in sum. q. Reg. c.* 9. *n.* 31. & ad singula quæque Sacramenta infra suis in locis adnotabimus.

Additio.

☞ Advertit hic Thesaurus *de Pœnis Ecclesiast. Verb. Matrimonium cap.* 1. = Quod multi putant, decretum hoc pœnale (contra scilicet audentes conjungere matrimonio, aut benedicere Sponsos sine licentia proprii Parochi, (de quibus tantum loquitur Tridentin. cap. I. sess. XXIV. de reformat. Matrimon.) non abrogasse pœnam excommunicationis, latam in Clementina præfata, & ideo dicunt, Regulares, illius Clementinæ transgressores incurrere & illam excommunicationem, & hanc suspensionem, quia regulam statuunt, quod pœna nova non tollit antiquam, quando sunt latæ sententiæ; secus si ferendæ, ita in terminis tenet Sanch. *lib.* 3. de matrim. *disput.* 48, *n.*8. cum Navarro, & Majolo, & tenet Marius Alterius *tom.* 2. *disput.* 11. *cap.* 5. *col.*6, & 7. Ugolin. & Molfesius, quos allegat, & sequitur Barbos. in d. Clemen. 1. n. 7. Contrariam tamen sententiam multi tenent, scilicet abrogatam esse excommunicationis pœnam, in d. Clementina latam, per suspensionis pœnam, latam in Tridentino, quia pœna gravior antiqua censetur abrogata per pœnam mitiorem novam: ita Henriq. *lib.* 13. *c.* 38. *Sayr. lib.*2. *c.*15. *n.* 10. Bonac. de susp. particul. *disp.* 3. *q.* 3. *punct.* 5. 26. Rebell. *postb.* 4. *lib. decl. sect.*2. *nu.* 83. Basil. Pontius *de imp. Matrim. cap.* 26. §. 2. & §. 6. Suar. *de Censur. disp.* 12. *sect.* 4. *num.* 13., & ita invenio responsum a Sacra Congregatione Concilii. =

Cum autem hæc suspensio sit absolute prolata, eademque oratione complectatur Tridentinum tam Parochum alienum, quam alium quemcunque Sacerdotem, sive regularem, sive sæcularem; cumque ceteroquin suspensio sic absolute prolata intelligenda sit juxta omnes Canonistas, ab officio

ſolum, aut ab officio, & beneficio ſimul, quæri hic poſſet, a quo ſuſpenſus eſſet Sacerdos ſæcularis, & regularis, in hoc delinquens, carens, tam officio, quam beneficio?

Huic dubio ſatis apte, meo videri, reſpondit Sanchez *tract. de Cenſur. diſput. XXXI. ſect. III. §. VI. n.* 18. *pag.*570. tom. V. edit. Venetiis an. 1606. ſentiens, neque Parochum alienum, neque Sacerdotem beneficiatum in hoc delinquentem, ſuſpenſum eſſe ab officio, & reſpective beneficio, ſed ab officio ſacerdotali, eo pari modo, quo ſuſpenſus dici deberet ſimplex Sacerdos, tam ſæcularis, quam regularis = Non eſt veriſimile (ſunt ejus verba) voluiſſe Concilium ſuſpendere illos Sacerdotes ab omni officio, & beneficio, ut verbum illud ſimpliciter prolatum indicare videtur, tum quia peccatum illud non apparet dignum tanta pæna, tum etiam quia illa pæna indifferenter fertur in Parochos, & Sacerdotes ſimplices, tam regulares, quam ſæculares, & ita videtur ſolum ſuſpenſione communi omnibus illis. Cenſeo igitur illam eſſe ſuſpenſionem ab officio ſacerdotali, quia juxta Canonum intelligentiam ex materia ſubjecta determinatur pæna, ut in eo quis puniatur, in quo deliquit =.

Quamvis circa hoc idem dubium hæreat Sayrus *in Theſauro caſuum conſcientiæ lib. IV. cap. XV. numer.* 9. ſententiatque, expetendam eſſe declarationem a Congr. Conc. ibi = Secundo obſervandum eſt, non exprimi, neque ex antecedentibus, vel conſequentibus colligi poſſe, a qua re ſit iſta ſuſpenſio. Mihi probabile videtur, tanquam mitius, ſatis eſſe intelligere, quod ſuſpenſus ſit ab officio, præſertim cum ſuſpenſio iſta propter uſurpationem alieni officii lata ſit, de qua re conſulenda eſt declaratio a Congregatione Cardinalium, qui ſuper Conc. Trident. ejuſque dubiis interpretandis præficiuntur: interim tamen tutius eſt, ſe tam a beneficio, quam ab officio ſuſpenſum eſſe credat =.

Quidquid tamen ſit de hujus Auctoris opinione, crederem, non eſſe recedendum a ſententia Sanchez, aptante æqualem pænam æquali delinquentium delicto. A qua ſuſpenſione abſolvere poſſe reſolvit etiam Vicarium generalem *lib.III. diſput.* 52. *n.*4. *& diſp.*48. *n.*7. Et cum Concilium utatur verbo *Auſus fuerit*, affirmat, ab illius incurſu excuſare ignorantiam, dummodo non ſit ita craſſa, ut ſit ingens temeritas.

Circa Euchariſtiam adminiſtrandam a Regularibus pro implemento præcepti Communionis paſchalis, vera eſt regula ab Auctore firmata, ſecus extra tempus paſchale pro devotione Fidelium. ☜

41 In partibus vero Indiarum Occidentalium Religioſi ad curam Indorum, tanquam Parochi, libere ſuis Parochianis miniſtrare valent ſine metu dictæ excommunicationis, quia id faciunt ex commiſſione Papæ per indultum Alex. VI. in quo datur facultas, ſeu commiſſio Regibus Hiſpaniarum ad aſſignandos populos Fratribus Mendicantibus ſine conſenſu Epiſcoporum, ut ibi exerceant poteſtatem Parochorum, puta Sacram. miniſtrando, Evangelium prædicando, mortuos cum elevatione Crucis ſepeliendo, & tandem oblationes factas a Fidelibus in eorum Eccleſiis colligendo, ut eſt notorium in illo novo Orbe; ex quo conſequenter fit, quod etiam Communionem paſchalem, implendi præcepti eccleſiaſtici gratia, valent inibi miniſtrare, itemque aſſiſtere matrimoniis, ſeu nuptias benedicere, ut expreſſe conceſſit Pius V. ſicut teſtantur Miranda *in man. Prælat. t. primo quæſtione* 42. *art.*7. noviſſime Hieron. Roderic. *in compendio qu. Regul. reſ.*126. *n.*10. dum tamen ſint periti in lingua, & idiomate illius gentis, alias enim non reputarentur habiles ad curam animarum, per ſe ipſos exercendam, Portel. *in dubiis Regular. verbo Sacram. adminiſtratio n.* 1. *&* 2. Hieron. Roderic. *ubi ſupr. reſol.*109. *n.* 1. *in fine*. Eodem privilegio gaudent Fratres Minores in Braſilia per conceſſionem Sixti V. cujus tranſumptum vidiſſe authenticum teſtatur Portel. *in addit. ad dubia Regul. verb. Matrim. n.*9. *in fine*, ubi etiam addit, eandem conceſſionem (ut arbitratur) factam eſſe pro India Orientali, ubi Fratres aſſiſtunt converſioni Indorum in locis ſibi aſſignatis adminiſtrandi Sacramenta, refert Hieron. Roder. *de reſ.*126. *n.*10. *verſ. eodem*.

Nono eſt notandum, ſimoniam eſſe pro Sacramentis celebrandis aliquid recipere tanquam pretium ipſorum, aut tanquam mercedem operis, ſeu laboris concomitantis, ut probat *c. quicquid* 1. *q.*1. ibi, *pretia qualibet, vel præmia*, Bonacin. *de ſimon. q.*4. §. 1. niſi tanquam ſtipendium ſuſtentationis quis accipiat, juxta illud Chr. Dom. Math. *c.*10. *Dignus, eſt operarius cibo ſuo*, & Luc. 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua c. pen. & ult.* 1. *q.*2. *c. cum ſecundum de præb.* Vict. *de ſimon. p.*2. *n.*19. Sylveſ. *in ſum. verb. ſimonia q.*9. Sot. *l.*9. *de juſtit. q.*8. *art.* 1. Nav. *in man. c.*23. *n.*101. Bonac. *de ſimon. q.*6. *punct.* 2. *n.* 1. & redditus ratione curæ ſibi obvenientes adeo tenues eſſent, ut non ſufficerent ad ſuſtentanda onera perſonæ, ſtatus, & officii, Valent. *t.*3. *diſp.*6. *q.*16. *punct.*... *ver. quodam etiam*. Quotieſcunque enim in his terminis concurrit cauſa honeſta dandi, & recipiendi, qualis erit eleemoſyna, pia oblatio, ſtipendium ſubſtentationis, merces laboris accidentalis, & oblationis ſubſequutæ, vel juſta conſuetudo rationabilis, & præſcripta, temporalia ſic data ſpiritualium miniſtris ex hujuſmodi cauſis præſumuntur conceſſa, ac proinde excludunt quamcunque ſiniſtram turpiter recepti præſumptionem, ut de eleemoſyna & oblatione eſt text. *in c. placuit il* 2. *& in c. dictum* 1. *q.* 1. *& in cap. dilectus* 30. *de ſimon.* de ſtipendio, & de ſuſtentatione eſt text. *in c. pen.* 1. *q.* 2. *& in d. cap. cum ſecundum*, de conſuetudine eſt etiam text. *in c. ad Apoſt. de ſimon.* ubi *gloſſ. ult.* & Abb. n.4. & docent citati a Bonacin. *de ſimon. q.* 1. §. 2. *verſ.* 2. *eſt*. 42

Non committitur tamen ſimonia, accipiendo aliquid pro materia remota Sacramentorum, ut pro pane, vino, aqua, oleo, &c. Ratio eſt, quia non accipitur temporale pro ſpirituali, cum materia remota Sacramenti ſecundum ſe ſit res naturalis, temporalis & pretio æſtimabilis, nec valorem ſuum amittat ob connexionem cum ſpirituali, ut bene reſolvit Bonac. *de ſimon. q.* 4. §.1. *n.* 2. ubi *in verſ. dixi* tradit, temporale accipi non poſſe pro materia proxima, velut pro ablutione in Baptiſmo, pro conſignatione in Confirmatione, pro ſpeciebus conſecratis in Euchariſtia, pro verborum pro-

prolatione in Sacramento Pæniten. & sic de ceteris, ex ea ratione, quia *in c.Baptizandis, & in c. in Eccl. de simon.* & in aliis juribus 1. *q.* 1. habetur, simoniam committi, non solum vendendo Sacramenta, verum etiam vendendo actiones Sacramentorum, & sacra ministeria, quæ in actionibus corporalibus consistunt, & subdit idem Bonacin. 1. *ibidem in vers. ex dictis*, de forma Sacramentorum idem esse sentiendum, quod de materia proxima.

Additio.

☞ Ex decreto Cong. Conc. 13. Martii 1683. *In Nullius* Phasani, interdictum est Parocho aliquid accipere, stante etiam consuetudine immemorabili pro publicandis denunciationibus matrimoniorum, ac describendis in libro nominibus baptizatorum. Ex decreto ejusdem Cong. sub 20. Feb. 1723. in Albanen. funerum, relato in Thesauro d.Congr. tom. II. pag. 280. prohibitum est etiam recipere vas, seu discum, quo Parochus utitur in administratione Extremæ Unctionis, quodque eidem ad dictum usum consignatur ab infirmo, seu adstantibus. Quod legitur etiam interdictum a Taxa Innocentiana, edita an. 1678. ☜

43 Superest nunc videre, qua pæna afficiatur Parochus, si Sacramenta administrare nolit, ubi obligatus est. Et primo, ommissis multis, quæ tradit Grilenzon cons. 171. pro certo constituendum est, si moriatur Parochianus sine Sacramentis, graviter, ac mortifere Parochum peccare; nam reus est illius animæ, ut dicitur *in c. si Presbyter, & in c. seq. 26. qu. 6.* glos. *verb. sine confessione in c. officium, de offic. Archip.* Ugolin. *de officio Episcopi cap.* 15. §. 12. *n.* 14. Quoad pœnam vero, cum non generatim de omnibus Sacramentis, nec de singulis speciatim cautum sit, quæ pæna inferatur nolenti Sacramenta administrare, arbitraria pœna puniendum hunc esse existimo arg. *l. 1. ff. de jure de l. & c. de causis, de offic. deleg.* resolvunt Nav. *cons.3. de pænis in antiq.* alias *cons.3. de Paroc. in novis*, Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. de pænis dec.3.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 55. vers. hinc pracedit*, Ugolin. *d.* §.12. *n.*14. ubi subdit, arbitrariam pænam inferri, habito respectu ad negligentiam Parochi, & ad necessitatem Sacramenti, & salutem animatum, additque, id locum habere in Sacramentis necessariis, ut in Baptismo, & Pænitentia: excipit tamen, ubi quis infirmum sibi commendatum baptizare noluit; nam si sine Baptismo moriatur, deponi debet, per *c. quicunque Presbyter, de consecrat. dist.* 4. Hæc pauca sufficiant dixisse de Sacramentis in genere, nunc vero de singulis in particulari infra aliquid prælibabimus, videlicet de Baptismo, Pænitentia, Sacra Communione, Matrimonio, & Extrema Unctione. Non pauci scriptum reliquerunt, Parochum primam Tonsuram subditis suis conferre posse, ex quorum numero sunt Panorm. *in cap. 4. de consuetud. n.9.* Archidiac. Hugo, & Innoc. *in cap. nullus Episcopus, de tempor. ordinat.* Sed hoc merito refellunt Sot. *in 4. dist. 25. qu. 1. art. 1.* Martin. Fernan. *de Ordine c.5.* §. 2. *in 5. dub.* Azor. *instit. moral. p. 2. l.3. c.48. qu.2.* novissime Philibert. Marchin., *de Sacram. Ordinis tract.1. p.2. c.10. num. 3.* ubi refert totius Romanæ Ecclesiæ usum testari hoc munus ad Episcopum pertinere, ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.2. alleg.3. num.16.*

Additio.

☞ Circa facultatem hic tributam Parocho conferendi Primam Tonsuram, vide notata in c.I. post 9. & in cap. IX. post. num.3. ☜

CAP. XVIII.

De Baptismi Sacramento administrando præcipua quædam per Parochum curanda.

SUMMARIUM.

1 *Baptismi solemniter, & ex pastorali officio celebrandi est proprius minister Sacerdos.*
2 *Baptizans solemniter, cum non sit Sacerdos, illicite baptizat, & si Clericus sit, irregularitatem incurrit.*
3 *Irregularitatem incurrit, qui ministrat in Ordine sacro, quem non habet, modo scienter, serio, & ex officio ministret.*
☞ *Vide Animadversionem.*
4 *Excommunicatus Parochus majori excommunicatione, non potest solemniter baptizare, alias peccabit mortaliter, & fiet irregularis, imo nec in extrema necessitate, sed debet tali casu absque solemnitate baptizare.*
5 *Parocho excommunicato præferendus est laicus non excommunicatus, baptizando in extrema necessitate.*
6 *Baptismus non potest ministrari solemniter in casu necessitatis, vel extra, ab interdicto personaliter.*
7 *Baptizandus quisque est in sua, cui subest, Ecclesia, nisi peregrinus sit, vel certum non habeat domicilium.*
☞ *Vide Additionem.*
8 *Parochus, si infirmum baptizare noluerit, & ille sine Baptism. moriatur, deponitur.*
☞ *Vide Additionem.*
9 *Baptizare potest solemniter alienus Parochus de expressa licentia proprii Sacerdotis.*
10 *Diaconus ex Sacerdotis proprii comissione ob rationabilem causam facta, solemniter baptizat.*
11 *Sacerdos alienus, si infantem alterius parochiæ solemniter baptizaverit sine licentia proprii Parochi, peccat mortaliter, sed non incurrit excommunicationem, aut irregularitatem.*
☞ *Vide Animadversionem.*
12 *Sacerdos alienus baptizans in solemnitate, quando Parochus abest, nec facile haberi potest, non peccat.*
13 *Baptismalis fons decenter pro facultate loci debet esse ornatus.*
14 *Parentes ex consuetudine, & præcepto Ecclesiæ possunt ad baptizandos infantes suos ante adultam ætatem obligari.*
15 *Parvuli aliorum fide, & professione sunt baptizandi.*

16 Baptizandi sunt adulti, ægrotantes, pœnitentes, muti, & surdi.

17 Baptizandi nomina Sanctorum tenere debent, non autem Infidelium, aut Gentilium.

☞ Vide Additionem.

18 Nomen malum habet sinistram suspicionem, & ex bono nomine oritur bona præsumptio.

19 Nomen honestum habere, præmium est non modicum.

20 Auctor ad quadragesimum ætatis suæ annum, dum hæc scribebat, ingreditur.

21 Patrinos designare ad parentes spectat; ipsis vero non designantibus, ad Parochum pertinet.

22 Patrinus unus, vel ad summum duo, unus scilicet vir, unaque fœmina adhibendi sunt.

23 Dispensare non potest Episcopus, ut duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant.

24 Procurator unus, qui sit viri, & alter qui sit procurator mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere possunt.

25 Cognatio spiritualis contrahitur a mittente, non vero a procuratore.

☞ Vide Additionem.

26 Patrinos plures adhibens Parochus, peccat mortaliter, sed ab omnibus contrahitur cognatio.

27 Patrinus in Baptismo esse non potest, qui nondum fuit baptizatus, nec inde aliquam contrahit cognationem.

☞ Vide Additionem.

28 Patrini in baptismo esse possunt pueri cujuscunque ætatis, modo habeant usum rationis.

29 Patrini possunt esse minores baptizato.

30 Patrini in Baptismo qui esse non possint, referuntur.

31 Abbates, Monachi, aut Religiosi, saltem claustrales, Patrini esse non possunt.

32 Religiosi ad episcopalem dignitatem evecti, possunt esse Patrini in Baptismo.

☞ Vide Additionem.

33 Cognatio spiritualis contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, ejusque patrem, & matrem, & Matrimonium inter ipsos omnino prohibetur.

34 Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet Patrinos, neque a viro contracta transfunditur in uxorem, vel e contra.

35 Cognationem contrahunt etiam omnes in necessitate baptizantes, quamvis sit pater, in tantum ut privetur jure petendi debitum a sua conjuge, nisi quando alius non reperiretur, qui possit infantem baptizare.

☞ Vide Additionem.

36 Patrini, quod onus subeant pro docendis illis, quos in Baptismo susceperunt, ostenditur.

37 Parochus infantem in periculo mortis jam baptizatum nequaquam iterum baptizabit, alioquin in irregularitatem incidet, sed cæremonias ab Ecclesia fieri consuetas explebit.

☞ Vide Additionem.

38 Baptismalis fons ex qua materia, & qualiter fabricandus, ostenditur.

39 Baptismus, seclusa necessitate, non est conferendus in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, nisi Regum, vel Principum filii extiterint, qui sint baptizandi.

40 Clem. unic. de Baptismo loquitur de magnis dominis, & ideo non comprehendit Ducem Venetiarum, & Jannensem, sed Duces Regales.

☞ Vide Additionem.

41 Baptismus administrari potest in Ecclesia interdicta.

42 Interdicti tempore administrari potest Baptismus non solum parvulis, sed etiam adultis cum solemnitate Unctionis, Catechismi, & Exorcismi.

☞ Vide Additionem.

43 Baptismi materia remota est aqua simplex, seu elementaris.

☞ Vide Additionem.

44 Baptismi materia propinqua est ablutio per aquam, quæ scilicet successivo contactu contingit corpus.

45 Aquæ minima gutta non sufficit ad baptizandum, sed opus est tanta quantitate, ut ejus infusio corpus hominis, vel principalis ejus pars moraliter ablui dicatur.

☞ Vide Additionem.

46 Baptismus non est validus, si aqua contingat tantummodo vestes, aut pileum, aut aliquid aliud extra carnes.

47 Baptismus fieri potest tribus modis, videlicet immersione, vel infusione, vel aspersione.

48 Baptismi ad valorem nihil interest, utrum fiat per aquæ effusionem, an vero corporis immersionem, unam, vel trinam, dummodo licite fiat.

☞ Vide Additionem.

49 Forma Baptismi in Occidentalibus Ecclesiis quæ, ostenditur.

50 Persona, quæ baptizatur, exprimenda est in Baptismo.

51 Persona baptizans non est necessarium, ut in forma directe significetur, seu exprimatur, sicut necessarium est exprimi personam, quæ baptizatur, sed sufficit indirecte.

52 Actio, quæ exercetur circa eum, qui baptizatur, exprimenda est, sive per verbum baptizo, sive per verbum, abluo, sive per verbum mergo, & simile.

53 In Baptismo exprimendæ sunt tres personæ Sanctissimæ Trinitatis.

54 Baptizat invalide, qui utitur hac forma, Ego te baptizo in nomine Christi.

Declaratur text. in cap. A quodam Judæo de consec. dist. num. 55.

56 Baptismus valet, sub hac forma celebratus; Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti.

☞ Vide Additionem.

57 Baptismus valet, quamvis in ejus forma relinquatur particula In. Item licet relinquatur particula. Et, ut numero 58.

☞ Vide Animadversionem.

59 Parochus in forma Baptismi relinquens particulas, In, ac Et sine scandalo, & contemptu, & sine falsitate significationis, peccat tantum venialiter.

☞ Vide Animadversionem.

Minister Baptismi solemniter, & ex pastorali 1
officio celebrandi est proprius Sacerdos, idest Parochus. Cum enim Sacerdotes omnes vi consecrationis suæ accipiant potestatem in corpus Christi verum, quia illud conficere possunt, consequenter etiam idonei fiunt, quibus ordinaria pote-

potestas conferatur in corpus Christi mysticum, fideles scilicet colligendo per Baptismum, spiritualiter pascendo per verbi Dei prædicationem, & a peccatis absolutionem, adeoque ipsos disponendo, ut etiam ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accipiendum idonei reddantur. Cum vero officium pascendi, seu cura animarum proxime non proveniat ex ordinatione, sed sit potestas jurisdictionis ab Ecclesia, sive Prælato ecclesiastico collata, ideo Sacerdotes, qui eam non habent, tale officium exercere non possunt. Hinc est, quod officium baptizandi (sicut, & prædicandi, a peccatis absolvendi, aliisque Sacramentis pascendi) per se primo conveniat Episcopis, seu primis Sacerdotibus, Romano quidem respectu totius Orbis, aliis vero respectu suæ diœcesis; at vero inferioribus Sacerdotibus, seu Presbyteris per communicationem Episcoporum; & ideo sic docent Bonac. *de Sacr. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 2. *ex n.* 2. Paulus Laym. *in Theol. mor. l.* 5. *tr.* 2. *c.* 7. *n.* 2. ubi in fine ex hoc infert, graviter peccare parentes, si prolem suam Parocho alieno absque proprii licentia baptizandum offerant.

2 Unde fit eum, qui solemniter baptizat, cum non sit Sacerdos, illicite baptizare; usurpat enim sibi alienum officium, ac proinde, si Clericus sit, irregularitatem incurrit, ita Trullenc. *in praxi ref. Sacram. l.* 2. *c.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. Navar. *in man. c.* 22. *n.* 7. Sayr. *de censur. l.* 7. *c.* 10. *num.* 4. Bonac. *de censur. disp.* 7. *q.* 3. *punct.* 6. *num.* 5. Ugolin. *de officio Episc. c.* 15. §. 6. *num.* 6. ubi loquitur de Diacono solemniter baptizante, si id faciat ut Sacerdos,
3 sed si ut Diaconus bona fide fecit, existimans se id posse, credit non incurrere irregularitatem, quod in foro animæ post Nav. *consl.* 70. *ad fin. de sentent. excom.* verum dicit Joan. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. irregularitas diff.* 3. illam enim contrahit qui ministrat in Ordine sacro, quem non habet, modo scienter, & serio, & ex officio ministret, *cap.* 1. & 2. *de cleric. non ordin. min.* Ugolin. *de irregular. c.* 37. Suar. *c.* 5. *de cens. disp.* 11. *sect.* 3. *num.* 22. Sayr. *d. c.* 10. *n.* 1.

Animadversio.

☞ Si vero Diaconus est Parochus, potest suos parochianos solemniter baptizare, cum vi suæ ordinationis hæc ei competat facultas, ut in confesso est apud omnes, nec tunc usurparet alterius jurisdictionem. Et quamvis Cardinalis Petra in Comment. ad Constit. II. Gregor. XI. tom. IV. n. 26. referat, Cong. Conc. in Carnoten. 2. Decemb. 1679. rescripsisse, Diaconum parochum, qui dum celebrabatur Missa parochialis, solemniter baptizaverat, ad cantelam dispensandum esse ab irregularitate, non ob id tamen ita rescripsit, sed quia benedixit etiam panem, & aquam. Quæ benedictio, cum sit actus adnexus Ordini sacerdotali ex institutione Ecclesiæ, ideo Sac. Cong. rescripsit, dispensandum esse ad cautelam. Laudatus autem Petra dimidiatum retulit postulatum Sacr. Congr. factum, loco siquidem cit. refert dumtaxat, quod solemniter baptizaverit, & non quod benedixerit etiam panem, & aquam, ut expositum fuerit in dicto postulato, a me recognito, exarato lib. XXX. Decretor. ejusdem Cong. pag. 496.

Notandum, quod eligi potest in Parochum etiam prima dumtaxat Tonsura initiatus, dummodo intra annum, obtetis dispensationibus pro temporum interstitiis, promoveri possit ad Presbyteratum, ut probat Fagnanus ad cap. V. Præterea de ætat., & qualitat. Præficiendor. n. 5. ex Decreto Congreg. Conc. approbato a Clement. VIII. ☜

Excommunicatus Parochus majori excommunicatione non potest solemniter Sacramentum Baptismi ministrare, alias peccabit mortaliter, & fiet irregularis, imo nec in extrema necessitate, sed debet tali casu absque solemnitate illud administrare, ita S. Thom. *in* 4. *dist.* 5. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 5. Sot. *in* 4. *dist.* 1. *q.* 5. *art.* 6. Card. Tolet. *in instr. Sacerd. l.* 2. *c.* 20. *num.* 7. quod intelligitur, si non sit alius, qui baptizet, nam si adesset laicus non excommunicatus, esset præferendus Sacerdoti excommunicato; quia tunc non est necessitas, cum possit tale Sacramentum conferri a laico, ita Sylvest. *in sum. verb. Baptismus* 3. *num.* 1. Nav. *in man. c.* 22. *num.* 7. & hoc est probabile, licet aliter sentiat Sayr. *lib.* 2. *de censur.* c 2. *num.* 17. Nec etiam potest ministrari solemniter in casu necessitatis, vel extra, ab interdicto personaliter, ut resolvit idem Sayr. *l.* 5. *de censur. c.* 7. *n.* 5. cum satis sit illud ministrare sine solemnitate ad satisfacendum necessitati, quamvis contrarium probabile censeat Suar. *tom.* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. *n.* 5. 4 5 6

7 Quisque igitur in sua, cui subest, Ecclesia, est baptizandus, quia unus Sacerdos alterius Parochiæ terminos, plebem, & jus non valet usurpare, *cap. placuit* 7. *q.* 1. *c. sicut* 9. *q.* 2. *c.* 1. *c. nullus*, *c. Episc. c. non invitati* 13. *q.* 1. *cap. nullus* 3. *de Paroc.* nisi consuetudine sit obtentum, ut infantes possint baptizari a quibuscumque Presbyteris, vel Canonicis civitatis, quia illa servanda erit, dummodo id fiat de licentia Ordinarii, & sine præjudicio Jurium, & emolumentorum Parochi, ut censuit S. Congr. Rit. *in Oriolen.* 16. *Decembr.* 1605. vel nisi baptizandus peregrinetur, aut certum non habeat domicilium, hoc enim casu in ea Ecclesia, quam elegerit, baptizari poterit *c. nec numerus ii princ. vers. aut in electa* 10. *quæst.* 3.

Additio.

☞ Adeo certum est, quemcumque baptizandum esse in Ecclesia, cui subest, si habet fontem baptismalem, ut id etiam locum habeat, quando baptizandi sunt ad fidem conversi, qui ex Decreto Cong. Conc. 22. Sept. 1687. & 21. Febr., ac 28. August. 1688. *in Neapolitana Juris baptizandi*, baptizari debent, non a Parocho Metropolitanæ, sed a Parochis parochiarum, intra quarum limites degunt.

= Nec qualitas Cathedralitatis, necnon similes, imo etiam majoris præheminentiæ in nostris terminis non attenduntur ad impediendum Parochis in propriis parochialibus Ecclesiis ea, quæ ipsis tamquam Parochis competunt; inter quæ jura annumeratur illud retinendi fontem baptismalem = ex allegatis supra = ut in longe durioribus terminis Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis matris, & capitis,

pitis , respondit = Rota in decis. 22. n. 51., & 52. apud Monacel. in Formular. tom. IV. (quæ est decis. 621. coram Molines *Romana Funeralium* 15. *Junii* 1699. n. 57. & 58.) ibi = parum suffragari visa sunt ea , quæ cumulabantur circa superioritatem , & præheminentialem qualitatem dictæ Sacrosanctæ Basilicæ ; quia hujusmodi superioritas , & præheminentia consistit in eo , quod sit sedes summorum Pontificum , caput omnium Ecclesiarum Urbis , & Orbis , & inter eas primum locum obtineat , Can. *Constantinus*, quæ præheminentia non operatur , quod illius Vicarius exercere valeat aliquod jus parochiale in subditos aliorum Parochorum : in Urbe enim (prout etiam in Civitate Fabriani) parochiæ sunt distinctæ , suosque habent districtus , & limites , quos egredi nequeunt, & ipsemet Vicarius perpetuus Lateranensis (eodem modo , quo Parochus Ecclesiæ cathedralis Fabriani) habent suam curam distinctam, & separatam cum assignatione emolumentorum &c. , sicque præfato Vicario permissum non est in exercitio curæ &c. ponere falcem in messem alienam =

Hæc eadem generalis doctrina favore Parochorum contra Cathedralem , excepta longæva consuetudine in contrarium , aut speciali reservatione , facta in ipsius favorem in prævia divisione parochiarum , admissa, & firmata est cum his duabus limitationibus ab eodem Rotæ tribunali decis. 239. coram Raaiocinio 2. Decem. 1735. postea summo Pontifice , n. 10., 13. & 26.

Advertendum tamen circa Ecclesiam S. Joannis in Laterano , quod non obstante primo loco relata decisione, vigore longævæ consuetudinis posse illius Vicarium perpetuum baptizare quoscumque infantes intra limites cujuscumque Parochiæ natos , imo etiam ex alienis Diœcesibus , ad ipsam Ecclesiam sponte delatos .

Romæ præter dictum Vicarium Ecclesiæ Lateranensis , etiam Parochus Basilicæ Vaticanæ baptizare potest pueros omnes ad ipsam delatos , tam ex omnibus parochiis Urbis , quam ex aliis extra dictam Urbem , nedum ex immemorabili consuetudine , ut testantur Raphael Sindone , & Antonius Martinetti, Beneficiati ejusdem Basilicæ in opere, cui titulus = *Preggi, e nuove strutture della Basilica Vaticana* = lib. 1. §. 1. dicato Benedicto XIV. & typis dato an. 1750. a Joanne Maria Salvioni , Typografo Vaticano , sed etiam ex declaratione Cong. Conc. *in Romana juris baptizandi sub die* 15. *Maji* 1700. ut in lib. I., decretor. ejusdem Cong. pag. 224. a tergo ; confirmato a laudato Benedicto Constit. *Ad* honorandam 22. Martii 1752. §. XIV. injunctoque §. XV. Parochis præcepto gratis tradendi infantium parentibus , quoties ab his petantur , schedulas , typis datas , a se subscriptas cum impressione sigilli propriæ parochiæ , exhibendas Parocho ejusdem Basilicæ, in quibus adnotata sint nomina Parentum , & nativitas prolis , sub pœna in contrafacientes quinque ducatorum auri in auro , erogandorum in subventionem piæ Domus , & Hospitalis S. Spiritus in Saxia , gravioribusque pœnis , & multis , crescente contumacia , a competentibus Judicibus , tam ex officio , quam ad recurrentium instantiam infligendis .

Savonæ ad Parochum Cathedralis spectat jus privativum baptizandi pueros aliarum trium Civitatis Parochialium , natos intra octavam Resurrectionis , & Pentecostes , etiamsi illorum Baptismum contingat differri post dictam Octavam , ut declaravit eadem Cong. *in Savonen. Juris parochialium* in responsione ad dubia XXXII. XXXIII. , & XXXIV. in Folio diei 17. Junii 1713.

Quod autem spectat ad consuetudinem baptizandi infantes in alia , quam in propria parochia , quis fuerit sensus Cong. Concil. patet ex ejus responso ad dubium II. *in Fabrianen. Fontis baptismalis* , quo decisum fuit = expedire, ut sublata etiam consuetudine , quisque Parochus , habens fontem, baptismalem , infantes in sua parochia natos aqua salutis respergat = Etiamsi agatur de Ecclesia cathedrali , ut videre est in foliis ejusdem Congreg. sub die 21. Jun. 1732. pag 161. tom. V. & sub die 6. Febr. 1734. pag. 243. & 20. Martii ejusdem anni pag. 264. tom. VI. ☙

Et quicunque Presbyter, si in provincia propria, 8
vel in alia , vel ubicunque inventus fuerit , commendatum sibi infirmum baptizare noluerit , vel pro intentione itineris , vel de alia aliqua excusatione, & si sine Baptismo moriatur infirmus, deponitur, *can. quicunque, de cons. dist.* 4. Sala. ad Bern. *in pract. cap.* 55. *vers. hinc procedit.* Ugol. *de officio Episcopi c.* 15. §. 12. *num.* 14.

Additio .

☞ Diaconus ex vi suæ ordinationis recipit potestatem baptizandi solemniter , ut patet ex forma in Pontificali Romano expressa , cum autem hodie baptizare solemniter sit de Juribus parochialibus , ideo indiget deputatione , ne Parochi jurisdictionem usurpet . ☙

De licentia tamen proprii Sacerdotis expressa 9
aut rationabiliter præsumpta , alienus solemniter baptizare potest , *c. interdicimus* 16. *quæst.* 1. Ludov. Miranda *in man. Prelati tom.* 1. *q.* 43. *art.* 1. *in pr.* ubi etiam quod in casu necessitatis , vel de licentia Ordinarii non est prohibitum Religiosis baptizare , Ugolin. *d. c.* 15. §. 6. *n.* 7. Paul. Laym. *in Theolog. mor. l.* 5. *tr.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *in fine* . Ascan. Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 4. *q.* 1. *num.* 2. Imo ex Sacerdotis proprii commissio- 10
ne ob rationabilem causam facta , etiam Diaconi solemniter baptizant , *c. Diaconos* 93. *dist.* Sot. *in* 4. *dist.* 3. *q. unic. art.* 1. Vasq. *disp.* 147. *c.* 4. Bonac. *de censur. disp.* 7. *q.* 3. *puncto* 6. *num.* 5. *& de Sacr. disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 5. *n.* 3. Paul. Laym. *d. c.* 7. *num.* 3. ubi subdit , notandum discrimen inter Diaconum , & Presbyterum , quod attinet ad potestatem paptizandi , hæc enim jure ordinario Presbytero conferri potest , ut ipsi tamquam ex proprio pastorali officio competat , Diacono antem extraordinarie tantum ob aliquam incidentem causam a Sacerdote proprio delegari , puta , si is propter baptizandorum multitudinem gravem infirmitatem , vel excommunicationis censuram , Baptismum petentibus neque per se , neque per substitutum Sacerdotem satisfacere possit .

At vero , si alienus Sacerdos infantem alterius 11
parochiæ solemniter baptizaverit sine licentia proprii Parochi, licet peccet mortaliter , cum non usur-

usurpet sibi jurisdictionem, & munus alterius, quia pascere animas, quod maxime fit verbo, & Sacramentis, pertinet ad Pastores; nullam tamen incurrit excommunicationem, vel irregularitatem, cum hæc pæna nullibi reperiatur expressa.

Animadversio.

☞ Animadvertenda hic tamen sunt tradita a Thesauro de Pœnis Eccles. Verbo Parochialia Jura cap. I. per hæc verba = Usurpantes jura parochialia incurrunt in excommunicationem Papæ reservatam, latam in Bulla Cœnæ Domini, & in Conc. Trident. de quibus dixi, *verbo Usurpatio*; itaque, si Parochus ministret sacramenta alienis Parochianis, animo usurpandi, & acquirendi tale jus suæ Ecclesiæ, incurrit in censuras latas contra usurpantes jura aliarum Ecclesiarum. ☜

12 Si vero baptizet in necessitate, quando Parochus abest, nec facile haberi potest, non peccat; quia quilibet Sacerdos est per se institutus minister ad hoc Sacramentum, & habet potestatem illud administrandi, ut per Emman. Sa *in aphorismis verb. Baptismus n.* 7. Valent. *tom.* 4. *disp.*4. *qu.*2. *puncto* 1. *prope fin.* Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *q.*2. *puncto* 5. *n.*10. Miranda *d. art.* 1.

13 Vocatus Parochus sacerdos, vel alius de ejus licentia, ut supra, ad hoc Sacramentum administrandum, statim, & sine alia cunctatione ad Ecclesiam se conferre debebit, ubi fons baptismalis decenter pro facultate loci debet esse ornatus, & desuper caute occlusus, habens intus aquam mundam, & sufficientem, ut advertit Piasec. *in praxi Episc. p.*2. *cap.*3. *n.* 25. *vers. fontis*; indutusque superpelliceo, & stola violacea ad Ecclesiæ januam consistat, ubi ante omnia ab illis, qui infantem ad Baptismum deferunt, quæret de nomine infanti imponendo, qui sint Patrini, an infans domi ob casum aliquem fuerit baptizatus, vide Castald. *in praxi cærem. lib.*2. *sect.*14. *c.*3.

14 Sed advertat, quod extra casum necessitatis, & stando solum in jure divino, non videntur obligari parentes ad baptizandos filios tempore infantiæ, quod dicitur olim fuisse in consuetudine aliquibus in locis; at vero ex consuetudine Ecclesiæ, & præcepto ejus recte possunt parentes ad baptizandos infantes suos ante adultam ætatem obligari, cum res sit justa, & bono communi expediens, & ipsi subditi jurisdictioni Ecclesiæ, unde, seclusa magna causa, non potest hæc consuetudo violari: ita Suar. *t.*3. *de Sacr. q.*71. *disp.*31. *sect.*1. *vers.* 3. quem refert, & sequitur Illustriss. D. meus Roder. a Cunha *in comment. ad cap. baptizari* 3. *n.* 2. *dist.* 5. Facit etiam *Const.* 23. *Eugenii IV.* incip. *Cantate pridie Nonas Febr.* 1441. quæ admonet, Baptismum non esse differendum in pueris ob periculum mortis, sed quamprimum commode fieri potest, conferri debet, quia eripit a diaboli potestate, & filios Dei facit adoptivos, cujus Constitutionis memini
15 *in collect. Bullarii verb. Baptism.* Parvuli igitur parentum fide, & professione sunt baptizandi, *c.* 1. *§. fin. dict. c. baptizari*, *distin.* 5. *c. illud* 6. *c. filius Dei c. parvuli etiam*, cum aliis, *de consec. dist.* 4. Item, & adulti *d. c.* 1. *§. fin. d. c. baptiz. c.* 1. *§.*
16 *Sacram. de sum. Trin.* & ægrotantes, qui si pro se respondere non possunt, aliorum suæ voluntatis testimonio sunt baptizandi, quod idem de pœnitentibus est dicendum *c. ægrotantes, d. c. parvuli*, *de consec dist.*4. Item de mutis, & surdis *d. c. parvuli*. Dormientes autem, atque inviti, seu amentes, quando suscipiant caracterem Baptismi, & quando non, & quando sint baptizandi, vel non, habetur *in c. majores* 3. *§. item quæritur*, *de Baptismo*.

Quod ad baptizandi nomen attinet, illud est 17
animadvertendum, quod sicut Christiani a Christo dicuntur, ita æquum censetur, ut ipsi a Christi militibus, qui sancti fuerunt, nomina sua ducant, non autem ab Infidelibus, aut Gentilibus, qui Christum non agnoverunt, nec ab aliis etiam denominationibus, quæ cum Religione non sunt conjunctæ, vel turpia significant.

Additio.

☞ Circa nomina turcica hæc habet Philippus de Carboreano Ordinis Minorum Regular. Observantiæ, in Additionibus ad Theologiam Moralem Pauli Gabrielis Antoine, Soc. Jesu, in tractatu de Virtutib. Theolog. cap. III. = Quinto. Qui nomina turcica, quorum nec memores esse deberent, per labia sua assumunt: abominanda Infidelium templa, quæ moscheas vocant, frequentant, ecclesiasticorum jejuniorum dies carnium esu prophanant, & hæc eo fine, ut Maumethani credantur; opera faciunt, quæ mendacium in re gravissima continent, & virtualem Fidei negationem maxima cum Dei injuria, proximique scandalo includunt, quemadmodum legitur in Constit. *Inter omnigenas* tom. I. Bullar. pag. 32. in qua Bened. XIV. abusus damnat nonnullos, Fidei puritati contrarios, qui in Regno Serviæ, finitimisque Regionibus in christianam Religionem irrepserunt, atque decernit eos = qui obstinate in via impiorum pergere velint, incapaces esse Sacramentorum in vita, & si impenitentes decesserint, suffragiorum post mortem, ad quæ nullus Ecclesiæ minister illos admittere præsumat, alioquin a proprio Episcopo canonicis pænis plectendus erit.

His iisdem pœnis contentis in can. III. Concil. Albaniæ celebr. ann. 1730. sub Clem. XII. dictus Bened. Constitut. *Quod Provinciale* 1. Aug. 1754. mulctandos præcipit Christifideles Provinciæ Albaniæ, sub Turcarum ditione versantes, qui turcicis, seu maumetanis nominibus, quæ numquam sibi imposita fuerant, ob quamcumque, vel tributorum exemptionem, & immunitatem, vel liberi commercii commodum, vel evitandarum pœnarum causam, se nuncupari patiuntur = ☜

Quia malum nomen habet sinistram suspicio- 18
nem, & ex bono nomine oritur bona præsumptio ut notant Doctores *in cap.* 1. *de deposito*, Mathesil. *sing.* 75. Annibal. *in rub. ff. soluto matrim.* n. 222. Jas. *in l. cunctos populos lect.* 2. *num.* 25. *C. de sum. Trinit.* Felin. in *proœm. Decret. nu.* 30. Cassan. *in consuet. Burgund. fol.*66. *num.* 53. & in *catal. gloriæ mundi p.*11. *consul.*23. Guilelmi *in c. Rainutius*, *de test. verb. Rainutius*, *a num.*45. Gerald. *sing.* 75. Mandos. *cons.*76. *ex num.* 1. Fusc. *lit. N. sing.*14. Ant. Scap. *de jure non scripto.*15. *cap.*105. *ex n.*6. Ant. de Sola in *Constit. Ducatus Sabaudiæ in proœm. gl.* 1.

gl. 1. *num.* 3. Vivi. *t.* 1. *com. opin. l.* 9. *tit.* 18. *num.* 1.
pag. 513. ubi *in verf. alinm etiam*, colligit ex *dict.*
cap 1. Quod si quis deponeret res suas penes tur-
pe nomen habentem, & eas perderet, sibi impu-
tandum foret, qui illi confidere ausus sit, Cened.
ad Decr. collect. 24. *num.* 3. Menoch. *de præsu. l.* 1.
præs. 89. *n.* 131. Mascard. *de prob. concl.* 831. *n.* 22.
Farin. *in praxi crim. part.* 6. *quæst.* 176. *num.* 91.
19 *cum seqq.* Unde dicitur præmium esse non modi-
cum bonum, & honestum nomen habere, quia a
nomine, & cognomine multoties sumitur & per-
missa est argumentatio, ut late explicat Abb. *in*
proœm. Decr. in verb. Greg. n. 7. Et hinc. Salicet. *in*
l. 1. *princ. C. de sum. Trin.* per eum text. exhorta-
tur parentes, ut pulchra nomina, & honesta libe-
ris imponant; quia secundum illum turpia quo-
dammodo præseferunt infamiam.

20 Ideo juxta Sacrorum Canonum, & Conciliorum
præscriptum Parochus, si nomen baptisandi non es-
se Sancti alicujus animadvertat, moneat placide il-
lum deferentes, ut, dimisso eo, aliud nomen inqui-
rant, & pronuntient, quod Sanctis, vel Sanctæ ali-
cujus sit, cujus vitam pro viribus imitari conetur, &
cujus intercessione in Cœlis apud Deum uti possit,
cum bene norint, quot, quantisque periculis, &
calamitatibus humana vita sit obnoxia, quantum-
que indigeamus assiduo Sanctorum patrocinio.

21 Quod autem spectat ad Patrinos, animadver-
tat Parochus, an parentes eos designaverint; quia
ad illos hoc pertinet, ipsis vero non designantibus,
ad eum tunc spectabit, ut notant Possevin. *dict.*
tract. de officio Curati cap. 6. *n.* 33. Bonacin. *de Ma-*
trim. qu. 3. *puncto* 5. §. 2. *num.* 27.

22 At de susceptorum numero institutum fuit, ut
unius tantum esset, Leo I. *in cap non plures, de*
consecr. dist. 4. *& in cap. ult. de cognat. spirit. l.* 6.
Sed Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 2.
unum tantum juxta prisca Canonum statuta adhi-
beri Patrinum voluit, vel ad summum duos, scili-
cet unum virum, unamque fœminam, refert Posse-
vin. *dict. cap.* 6. *num.* 33.

23 Nec Episcopus potest dispensare, ut duo viri,
vel duæ fœminæ simul suscipiant, cum super con-
ciliari Constitutione dispensandi potestatem non ha-
beat, ita decisum referant a S. Congr. Zerol. *in*
praxi Epis. p. 1. *verb. Baptismus* §. 4. Sanch. *de Ma-*
trim. l. 7. *disp.* 57. *num.* 7. Rebello *de obligat. Inst.*
p. 2. *in appendice ad l.* 4. *n.* 89. Valer. Reginald. *in*
praxi fori pœnit. lib. 31. *n.* 154. Bon. *d.* §. 2. *n.* 33.
Paul. Laym. in *Theol. moral. l.* 5. *tract.* 2. *cap.* 9.
num. 4. Armendar. *in addit ad recopil. legum Na-*
varræ, l. 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de Matrim. in declar. n.* 75.
24 ubi *num.* 80. pariter decisum refert, quod unus pro-
curator, qui sit viri, & alter, qui sit procurator
mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere pos-
sunt: sed non duo viri, nec duæ mulieres, unus-
quisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris,
vel mulier loco viri, quod etiam tradunt Possevin.
d. n. 33. & Rebello *citato loco n.* 90.

25 Et hoc casu cognatio contrahitur a mittente,
non vero a procuratore, ut resolvunt multi per
me citati *de offc. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 30.
num. 50. & censuit S. Congr. Concil. *in Tadertina* 16. *Martii* 1630.

Additio.

☞ Hoc idem declaravit alibi pluries, & no-
vissime in Theatina, Matrim. 13. Sept. 1721. in
Thesauro Resolut. ejusd. Cong. tom. II. p. 76. ☜

Si quis vero adhiberet plures Patrinos, pecca- 26
ret mortaliter, quia præceptum Ecclesiæ in re
magni momenti violatur, ex cujus transgressione
multiplicantur cognationes, sufficientes ad dirimen-
dum Matrimonium, ita Fr. Emman. *in sum. p.* 1.
cap. 226. *num.* 1. Vega etiam *in sum. p.* 1. *cap.* 33.
casu 39. Bonac. *d.* §. 2. *num.* 32. Armendar. *in Ad-*
dit. ad recop. legum Navarræ l. 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de*
Matrim. in declarat. n. 83. quidquid dicat Sanch. *d.*
l. 7. *disp.* 57. *num.* 6. cum omnibus tamen cognatio
contraheretur; quia licet actus contra legem fa-
ctus regulariter non valeat *l. non dub. C. de leg.*
excipitur tamen, ubi lex actum non tollit, & pœ-
nam extrinsecam addit, quæ potest cum actus va-
lore consistere, & valor actus non respicit favo-
rem ejus, cujus pœna imponitur, ut dicit Bart.
communiter receptus *in l. prætor. ait, n.* 3. *ff. de*
novi oper. nunciat. & ita est in nostro casu, non
tollit enim actum, sed ponit pœnam Parocho ad-
mittenti plures duobus, & valor actus non perti-
net ad favorem Parochi, sed suscepti, quare sic
resolvunt Navar. *cons.* 4. *in antiq. alias cons.* 7. *in*
novis de cognat. spirit. Ugolin. *de potest. Episc. cap.*
25. §. 1. *num.* 5. Sayr. *in floribus decis. sub d. tit.*
de cognat. spirituali decis. 4. & dicit decisum Ar-
mendar. *loco proxime citato*.

Attendat quoque Parochus, an Patrini, *ut su-* 27
pra designati, & qui hoc onus suscepturi accesse-
runt, admitti possint, hoc est, an sint baptisati,
quia alias, si non baptisatus teneat, invalide facit,
hoc est nulla inde contrahitur cognatio; quia sicut
ad carnalem cognationem inter aliquos desidera-
tur processio utriusque ab eodem stipite secundum
carnalem propagationem, ita ad spiritualem exi-
gitur processio utriusque ab eodem stipite, nempe
Christo, secundum spiritualem regenerationem,
mediante visibili Sacramento Baptismi, *c. in Ba-*
ptismate, de consec. dist. 4. Sanchez. *d. l.* 7. *disp.* 70.
a num. 7. Rebello *de obligat. Justit. p.* 2. *l.* 3. *qu.* 6.
n. 6. *&* 7. Basil. Pont. *de impedimentis matrim. cap.*
24. §. 1. *vers. illud tamen*.

Additio.

☞ Si autem agatur de Patrinis Confirmatio-
nis, requiritur etiam, ut sint confirmati, alias
nec tunc cognationem contraherent, ut infra nota-
bitur post num. 37. §. *Certum est*. ☜

Nec opportet, ut hi Patrini sint majores, quia 28
pueri cujuscumque ætatis possunt esse suscepto-
res legitimi, modo habeant usum rationis, Sanch.
dict. l. 7. *disp.* 61. *n.* 4. Sayr. *in floribus decis. tit.*
de cognatione spirit. decis. 1. Nav. *cons.* 1. *alias* 2. *in*
novis, eodem tit. Possevin. *dict. cap.* 6. *num.* 29.
Bonacin. *dicto* §. 2. *n.* 17.

Nec refert, an sint minores baptizato, quia nul- 29
lo jure statuitur, aut requiritur, ut sint minores,
Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *tract. de Sacram.*
Matri-

Matrimon. c.17. concl.7. dub. 2. Nav. *conf. 3. alias 4. de cogn. spirit.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. dec.* 3. non enim Patrinus, aut Matrina personam patris, vel matris gerit (quasi hac ratione, ut quidam falso putant, necesse sit, ut Patrinus tot annis baptizato major sit, ut possit esse pater ejus naturalis) sed baptizans tantum patris personam gerit, & aequa matris; Patrinus autem solum se fidejussorem constituit, *c. vos ante, de cons. dist.* 4. qualis potest esse, qui est minor aetate.

30 Perpendat etiam Parochus, an designati hujusmodi sint catholici, an sanæ mentis, an bonæ famæ, an eodem anno in Paschate confessi fuerint, & Santissimam Eucharistiam sumpserint, an doctrinam christianam sciant, itemque excommunicatos, interdictos, facinorosos, & criminosos ab infantis susceptione arcebit, ita Paul. Laym. *d. c. 9. n. 2. vers. praterea*, ubi tamen addit, hæc genera personarum valide Patrini munus obire posse, sed non licite. Item mutus homo, & muta mulier prohibentur esse Patrini *cap. parvuli, de confecr. distin.* 4. Anchar. *in rub. de cognat. spirit. l.6. num.4.* Anton. Fernandez *d. p.3. cap.11. §. 9. num.4. in fine*, & addit Basil. Pont. *d. §. 1. vers. exclusi*, in Conc. Parisien. *l. 1. cap.54.* pœnitentes publicos, donec peracta pœnitentia, reconcilientur, repulsos esse a susceptione.

31 Advertat demum, ne ii susceptores sint Abbates, Monachi, aut Religiosi, saltem claustrales, quia prohibitum est eos in Baptismo Patrinos adhiberi, *cap. non licet Abbati, de confecr. dist.* 4. Fr. Emman. *quast. Reg. tom.2. q.58. art.3.* Sanch. *de Matrim. l.7. disp.60. n.21.* Possevin. *d. c. 6. n.27. vers. secundo*, Galet. *in Margarita casuum consc. verb. Religiosus, pag.225.* Galgan. *de jure ecclesiastic. l.3. tit.85. n.25.& 26.* Rebello *de oblig. instit. part.2. lib.3. q.6. n.10.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. num. 157. vers. 4.* Ludov. Miranda *in man. Pralat. tom. 1. q. 43. art. 1. in concl. prope med.* Bonac. *d. §. num.23.* Basil. Pont. *d. §.1. vers. exclusi*, Paul. Laym. *d. cap. 9. num. 3. in principio* Tamburin. *de jure Abbatum, tom.2. disp. 4. qu. 2.*
32 nisi bujusmodi Religiosi ad episcopalem dignitatem promoveantur, exemplo S. Gregorii, qui ex Religione promotus in Cardinal. factus est Mauritii Imperatoris compater, ut referunt Gregor. Lop. 65. *verbo majoral. tit.5. p. 1.* Fr. Emman. *d. art.3.* plures quos refert; & sequitur Sanchea *in præcepta Decal. tom.2. l.6. cap.6. n.24.*

Additio.

☞ Nec passim in Patrinos admittendi sunt Clerici in sacris, aut beneficiati, sine proprii Ordinarii licentia, *Concilium Aquense, celebratum anno* 1585. ☜

33 Post quam Patrinos, seu Matrinas, defectibus, qui illos juxta sacros Canones inhabiles reddunt, carere, eosque idoneos esse ad tenendum illum, qui baptizandus est, cognoverit Parochus, eos, de his, quæ sequuntur, admonebit: primo affinitatem, seu cognationem spiritualem in illa sacra regeneratione contrahi inter ipsos, & baptizatum, ejusque patrem, & matrem, atque idcico matrimonium inter ipsos omnino prohiberi, ut statuit Conc. Trid. *sess.24. de reformation. Matrimon. cap.* 2. & resolvunt citati per me *d. p. 2. alleg. 30. ex n.53.* ubi *n. 55. & 56.*

Hinc colligo, cognationem spiritualem non con- 34
trahi inter ipsosmet Patrinos, neque a viro contractam transfundi in uxorem, vel e contra; advertit tamen Paul. Laym. *d. tract.2. cap. 9. numer. 3. vers. quarto*, minus decens esse, ut duo conjuges simul alienam prolem suscipiant, quamvis id con-
suetudine cohonestari possit. Quam quidem co- 35
gnationem contrahunt etiam omnes in necessitate baptizantes, quamvis sit pater, in tantum, ut privetur jure petendi debitum a sua conjuge, nisi quando alius non reperitur, qui possit infantem baptizare, late Sanctar. *var. res. q.72. a princ.*

Additio.

☞ Cum Alex. III. in Decretal. relata cap. II. *Si vir de Cognat. spiritali* statuerit, conjuges non esse ab invicem separandos (intellige quoad thorum) si alter eorum, sive ex malitia, sive ex ignorantia levaverit ex sacro fonte proprium filium, ideoque teneri alterum alteri debitum reddere, non levis controversia inter Sacrorum Canonum Interpretes orta est, an sicuti licite debitum reddere possunt, ita & petere, cum nihil clare ex hac eadem Decretali circa petitionem colligatur.

Verum in praxi prævaluit opinio, ubique recepta, quod si alter sine necessitate propriam prolem vel levaverit de sacro fonte, vel etiam baptizaverit, hunc cognationem contrabere cum altero, quæ conjugii usum impediret, saltem donec Ordinarius dispensasset: secus vero, si ex necessitate id faceret, juxta responsum Joannis VIII. ad Anselmum Lemovicensem Episcopum, relatum in Can. VII. *Ad limina* caus. XXX. quæst. I. in quo redarguitur idem Episcopus, qui in hoc casu conjugium separandum censuit, quasi proinde contracta fuisset hujusmodi cognatio, debiti petitionem impediens.

Hoc tamen non procedere de patre, aut matre, levante de sacro fonte, aut ex necessitate baptizante propriam prolem, fornicarie susceptam, probat Fagnanus ad hoc idem cap. *Si vir*, & consequenter inter se matrimonium valide contrahere non posse. ☜

Deinde doceat breviter onus, cui se subjiciunt, 36
gravissimum esse, nempe ut sint perpetui fidejussores illorum, quos suscipiunt, spondeantque pro ipsis Deo, illos nec a fide, nec a lege vivendo declinaturos, quare sciant, se teneri ad ipsos in viam Domini dirigendos, & Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apost. aliaque ad christianam doctrinam pertinentia eosdem edocendos, prout declarat S. Thom. 3. 3. *p. q. 67. ar.5. in corpore*, Tum moneat Paroch. eosdem Patrinos, ut depositis armis, & Matrinas, aliasque mulieres, ut velato sint capite, atque humili devotione profana omnia excludant, & genuflexi debitam erga hoc Sacrament. reverentiam testentur.

Quærere insuper debet Parochus, & scire, an 37
casu aliquo, ita postulante necessitate, infans domi baptizatus fuerit; quod si eum baptizatum esse

comperiet, quærat adhuc, a quo sit baptizatus, tum qua materia, & qua forma, & an ea omnia peracta sint, quæ in hoc Sacramento in casu periculi mortis extra Ecclesiam administrando, requiruntur, & quæ hinc inferius breviter adnotantur. Si vero Parochus in periculo mortis Sacramentum rite perfectum, & baptizatum infantem esse viderit, nequaquam iterum baptizabit, alioquin in irregularitatem incideret; sed alias solemnitates, & cæremonias ab Ecclesia fieri consuetas explebit. Et si puer ante integram nativitatem baptizatus fuerit ob periculum mortis, perpendat eo casu ante totalem egressionem baptizare posse in capite, manu, vel pede jam emisso, ita Suar. *tom. 3. de Sacr. in 3. p. q. 68. disp. 25. art. 11.* quem refert, & sequitur Illustr. D. meus Roder. a Cunha *in commentar. ad c. baptizari 3. num. 1. distinct. 5.*

Animadversio.

☞ Quod inter Maritum, vel Uxorem suscipientis, & baptizatum, nec non inter Maritum, & Uxorem suscipientis, & Patrem, & Matrem baptizati, non contrahatur cognatio spiritualis, jam declaraverat S. Pius V. Constit. *Cum illius* 28. Novemb. 1566.

Et circa Patrinum placet hic transcribere a me tradita in meo Opere = Expositio juris Pontificii &c. = pag. 525. hoc eod. tit.

Nota I. Numeri patrinorum designandorum præfixionem ita strictam esse, ut neque Episcopus dispensare possit super plurium designatione, cum, ex vulgatis, attento transcripto Tridentini decreto, inferior nequeat dispensare in lege Superioris, uti colligitur ex jam dictis ab Auctore, & ita etiam declaratum fuisse a Cong. Concilii refert hic Passerinus n. 5. addens juxta probabiliorem sententiam, esse peccatum mortale admittere plures, quam duos.

Nota II. Deficientibus parentibus in designatione Patrinorum, quoad suscipientes in Baptismo, designandos esse a Parocho, qui tamen juxta Trid. prius sciscitari debet ab iisdem parentibus, quem, vel quos elegerint.

Nota III. Si contra Concilium plures designati, & admissi fuerint a Parocho, omnesque simul susceperint, & baptizatum tetigerint, tunc omnes cognationem contrahere Passer. sentit loc. cit. n. 6. & Author supra num. 26.

Nota IV. Controverti a DD. an si ex negligentia parentum, vel Parochi nulla fuerit designatua, & plures infantem de fonte susceperint, hi cognationem contrahant? sed idem Passerin n. 7. cum Navarro, Grutier, Bonacina, Barbosa, & aliis affirmative sententiæ adhæret = Illi enim ,, (ait) sunt vere susceptores, licet non fuerint ,, designati; unde in hoc casu jus antiquum non ,, est correctum. Neque enim Conc. Trid. statuit designationem tanquam formam, qua deficiente, factum sit irritum = Et ita etiam declaratum est a Congr. Conc., in Cremonen.

Nota V. Ad contrahendam hanc cognationem, non sufficere, quod Patrini baptizatum, etiam adultum, tangant cum solo digito = quia (ita prosequitur Passarin. n. 10. ex auctoritate S. Thomæ, ,, Sanchez, Barb., & aliorum) hæc cæremonia ,, non est inducta ad sustentandum corporaliter ,, baptizatum, sed ad significandam imbecillitatem spiritualem, & veluti in fide debilitatem, ,, ob quam indiget adhuc sustentari =.

Nota VI. Ex declaratione ejusdem Congreg. *in Bobien. 20. Decembr. 1653. lib. XIX. Decretor. pag. 296.* contrahi cognationem ab eo, qui in Patrinum designatus, infantem baptizatum de manu Sacerdotis, qui baptizaverat, recepit; licet in actu Baptismi non tetigerit; imo eadem Sacr. Congr. 18. *Decembris* 1658. *lib. XXXVIII. Decretor. pag. 618. ad dubium Cognationis spiritualis*, respondit, eam contraxisse Titium cum matre pueri, quem de sacro fonte levavit, non obstante, quod illum non susceperit in actu baptismi de manu baptizantis, sed de manu obstetricia contra opinionem Julii Caponi affirmantis, ad contrahendam cognationem spiritualem requiri, ut Patrinus recipiat puerum de manu baptizantis, pluribus DD. in suam sententiam allegatis.

Notandum VII. Non contrahi vero declaravit *in Govana lib. III. Decretor. pag. 119.* a non designato, etiam si baptizatum tetigerit, sed absque animo illum levandi de sacro fonte.

Idem dicendum de tenente in Confirmatione, in qua a tenente contrahitur ex notissimis dicta cognatio, apta impedire matrimonium contrahendum, & contractum dirimere: verum non futilis est quæstio, an si confirmatus & ipse non fuerit, revera eam contrahat.

Certum est, ad id munus tunc assumi non posse, ut statuitur in sequenti Can. Concilii Moguntini, relato a Gratiano in *Can. II. dist. IV. de Consec.* = In Baptismate, vel in Chrismate non potest alium suscipere in filiolum, qui non est ipse baptizatus, vel confirmatus =.

Ex qua prohibitione non defuerunt DD. relati a Lucio Ferraris *Prompta Bibliotheca*, *verbo Confirmatio art. III. n. 19.* sentientes cum Glossa ad cit. Can. probabilem esse sententiam, si de facto Patrinus non confirmatus ad id munus admissus fuerit, non contrahere cognationem.

Hæsitaveram quidem, sicuti & quamplurimi, licet in pontificio jure versatissimi, an tuto in praxi hæc sententia admitti posset: sed postquam mihi occurrit sequens exemplaris declaratio Congregationis Concilii sub *die* 13. *Junii* 1654. relata *lib. XIX. Decretor. pag.* 358. a me recognita, his verbis extensa = Paulus Ruffus &c. mature &c. censuit, non confirmatum, si susceperit aliquem in Sacramento Confirmationis, non contrahere cognationem spiritualem = a dubitatione recessi, & non amplius probabilis, sed certa, tutaque in praxi sententia dicenda est. Quare recedendum est a censura, quæ addita legitur contra probabilitatem dictæ opinionis, relatæ a laudato Ferraris, qua asseritur; nullibi in jure decerni, non confirmatum, Patrini munus in Confirmatione obeuntem, non contrahere Cognationem. ☜

Ad Baptismi Sacramentum rite obeundum debet Parochus nonnulla parata tenere, & sedulo efficere, ne unquam in eis habendis defectus aliqui notari possit. *Primo* fontem habere debet, in quo aqua ad Baptismum conferendum in vase aliquo nitido contineatur, non in ligneu, imbiberetur 38

retur enim aqua ab ipso, non ex aurichalco, ne ærugine tegatur, sed ex lapide marmoreo, ubi facilius aqua conservatur, & hic fons erit constitutus in loco Ecclesiæ commodo, & occluso clavibus, ne homines aquam sumant ad superstitiones faciendas. *Secundo* vasculum, quo aqua fundatur super caput baptizandi. *Tertio* alia duo vasa, saltem ex stanno, in quorum altero Chrisma, in altero oleum Catechumenorum contineatur. Hæc omnia nitida, atque expurgata semper erunt, aquaque Baptismi in singulos annos renovabitur, benedictionibus solemnibus adhibitis, necnon oleo, ac Chrismate mixtis, & fient hæc in die Sabbati Sancti, & Pentecostes, ut habetur in Missali Romano. Vide Ugol. *de officio Episcopi*, *c.* 16. §. 5. *num.* 1. Berti Lucens. *in praxi crim. Reg. tr.* 4. *cap.* 34. *in fin. vers. fontis baptismalis*. De libro autem baptizandorum, quem Parochus tenere debet, diximus *sup. hoc tr. c.* 7. *n.* 2. Catechumenorum oleum adhibet Parochus, dum Baptismum administrat, inungitur enim ab eo baptizandus in pectore, & inter scapulas, ut dicitur *in c.* 1. *de Sacra Unct.* §. *quia vero Christus*, ubi etiam, quamobrem id fiat, declaratur, & *in cap. deinde de consecr. dist.* 4. secundo, dum consecratur aqua Baptismi in Sabbato Sancto Paschæ, & Pentecostes, ut supra dixi, infunditur enim in aquam Baptismi, prout habetur in Missali Romano. Oleum autem infirmorum adhibetur, ubi administratur Sacramentum Extremæ Unctionis, sicut dicitur *in d. c. unic. ver. de prima*, & infra suo loco ostendemus.

39 Præter supradicta, quæ a Parocho diligenter curanda sunt, alia veniunt notanda, quæ ad hoc Sacramentum rite, & recte conferendum scire oportet, & præcipue, an extra Ecclesiam aliquando illud administrare liceat, & qua materia, & forma.

Cica primum, secluso imminenti aliquo mortis periculo, quo infans extra Ecclesiam domi, ubi nascitur, aut alibi, baptizari debeat, dict. Baptismum non esse conferendum in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, nisi Regum, vel Principum, (quibus valet in hoc casu deferri) liberi extiterint, aut talis necessitas emerserit, ob quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi,
40 sicut probat text. *in Clem. unica in Baptismo*, ubi Vitalin. *n.* 43. intelligit, text. illum loqui de magnis dominis, Ugol. *de officio & potest. Episc. l.* 1. *c.* 15. §. 6. *n.* 2. Et ideo non comprehendere Ducem, Venetiarum & Januensem, sed Duces Regales infert idem Vitalin. ubi proxime, & Aloys. Ric. *in praxi aurea, resol.* 427. *in principio* tenet Principes Regni Neapolitani includi sub dispositione illius textus.

Additio.

☞ In Decretali Clem. V. *Præsenti*, relata in Clementinis tit. de Baptismo, prohibetur collatio Baptismi in privatis domibus, etiamsi postea ibidem baptizati, ad sacrum fontem afferantur, ut consuetæ cæremoniæ, ac Ritus in Ecclesia celebrentur, exceptis Regum, & Principum liberis, aut tali necessitate emergente, propter quam nequeant infantes ad Ecclesiam absque periculo deferri, & aliter facere præsumentes, aut suam in hoc præsentiam (idest ex proposito, ut Gloss. hic) exhibentes, plecti debent ab Episcopo pœna arbitraria, ex Can. XIX. & XXXI. Conc. Trullani. Clericus qui sine licentia Episcopi intra Oratorium domus privatæ baptizasset, erat deponendus, laicus vero excommunicandus. Nota I. ex Rituali Romano de tempore, & loco administrandi Baptismi, Parochus non pro libito, sed deposcentibus dumtaxat dictis Regibus, & Principibus, conferre posse Baptismum in eorum domibus, & tunc nonnisi in eorumdem Capellis, seu Oratoriis, aqua baptismali de more benedicta. Nota II. juxta Gloss. verb. *Regum*, nomine Principum non venire Marchionem, Ducem, Comitem, Baronem, vel alios similes, sed Principem talis potentatus, qui sit comparandus Regiæ dignitati, prout etiam clare eruitur ex Rituali ibi = nisi forte sint Regum, aut magnorum Principum filii = Nota III. juxta eandem Gloss. verbo liberi, quam amplectitur Fagnan. in cap. *Ex transmissa n.* 16. *de filiis Presbyterorum*, nomine liberorum (prout textus vocat Regum, ac Principum filios) venire etiam nepotes ex filiis, & alios descendentes ex masculis. Nota IV. periculum, ob quod in privatis domibus baptizare licet, nedum esse respectu baptizandi, quando scilicet est in mortis articulo, sed etiam respectu eorum, qui illum deferre deberent ad Ecclesiam, puta, si hostes haberent, vel locus esset obsessus d. cit. Gloss. verbo *Periculo*. ☜

Quid autem faciendum, ubi Ecclesia parochia- 41
lis fuerit interdicta, videtur indagandum; sed omissis pluribus, ego puto, etiam tunc in ea Baptismum administrari posse; nec teneri Parochum aliam Ecclesiam, vel Parochiam vicinam, non interdictam adire, ut ibi Sacramentum Baptismi administret, quia *in c. quoniam de sent. excom. l.* 5. permittitur simpliciter baptismus absque ulla restrictione, ita Sylvest. *verb. interdictum* 5. *qu.* 7. *n.* 9. Henr. *in sum. l.* 13. *cap.* 45. §. 3. Zambran. *d. c.* 1. *dub.* 13. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 33. *sect.* 1. Bonac. *in simili tract. disp.* 5. *punct.* 2. §. 1. *num.* 3. Squill. *de obligat. Cler. p.* 5. *n.* 37.

Et quamvis de Jure Decretalium *in cap. non est* 42
vobis, de sponsal. & in c. responso, de sent. excom. licitum tantum esset tempore interdicti administrare Sacramentum Baptismi parvulis, quo nomine videbatur denegari adultis, in quibus tanta non cernitur necessitas, postea noviore jure Sexti etiam adultis administrari posse expresse decidit, text. *in d. cap. quoniam*, ex ratione, quam insinuat, propter moræ periculum; addit etiam, posse Baptismum administrari cum solemnitate Unctionis, & consequenter Catechismi, & Exorcismi, ita Ugol. *de censur. tab.* 5. *c.* 7. §. 4. *num.* 1. *&* 2. Suar. *d. sect.* 1. *nu.* 3. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. l.* 32. *tract.* 3. *n.* 23. Sayr. *de cens. l.* 5. *c.* 7. *num.* 3. Bon. *d.* §. 1. *a n.* 1. qui fere omnes resolvunt, fontem benedici, & susceptores, seu Patrinos adhiberi posse ex regula, concesso uno, conceduntur omnia necessaria ad illud unum, de qua *in l. ad rem mobilem. ff. de procurat. & in cap. præterea de officio delegat.*

Baptismi reiteratio omni jure prohibita est, ita

 quod

quod Parochus Baptismum iterans, ultra sacrilegii peccatum, est excommunicatus, & irregularis, ac deponendus ab officio, & beneficio, *c. fin. de Baptism.* & tanquam indignus Sacerdotio deponitur, *l. 1. C. ne sanctum Bapt.* & sic baptizantes admonet Aloyf. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. dec. 127. num. 7.* ne quemquam baptizent sine prævia diligenti indagine, si sit baptizatus puer, nec ne, ubi autem dubium extiterit, an puer esset baptizatus, poterit Parochus eum baptizare cum clausula, si non es baptizatus, juxta dispositionem text. *in cap. 2. de Bap.* ex aliis Aloyf. Ricc. *d. dec. 127. à n. 9.* ubi etiam ait, verisimilem conjecturam dubitandi esse, si parvulus reperiretur expositus ad januam hospitalis, vel inventus in nemore absque scriptura: si vero expositi infantes afferunt secum schedulam Baptismi, vel si aliquis testis asserat, fuisse baptizatos, tunc non debent, nec possunt baptizari, ut post multos resolvit Zambran. *de casibus in art. mortis cap. 1. d. 5.* ubi ait, sufficere testimonium saltem unius vetulæ bene examinatæ, certoque testificantis, dummodo sit catholica, & non suspecta in fide, & Religione, & *n. 2.* subdit, si non sit certitudo modo dicto, baptizandum esse expositum sub conditione.

Additio.

☞ Circa Baptismum dandum Expositis ad Januam Hospitalium, attendendum est sequens Decretum Congr. Conc. sub die 18. Decem. 1723. Cum enim Parochus Sancti Spiritus in Saxia Urbis Romæ supplicem exhibuisset Sacræ Pœnitentiariæ libellum, in quo retulerat, præter infantes recenter natos, ad Archiospitale ejusdem Sancti Spiritus, sæpissime etiam infantes deferri duorum, quatuor, vel sex, vel decem mensium, & etiam unius anni cum dimidio, absque ullo certo signo Baptismatis recepti: & ne ex una parte suo muneri in re tanti momenti deficiat, Baptismum omittendo, & ex alia parte Baptismum conferendo, se exponat periculo irregularitatis, impositæ rebaptizantibus ad terminos textus *in cap. 2. Ex literarum, de Apostatis*, humillime quæsivisset, quid a se esset agendum; cumque a Sacra Pœnitentiaria dictus supplex libellus ad laudatam Sacram Congregationem remissus fuisset, extensoque insequenter coram eadem dubio, his verbis.

Quomodo se gerere debeat Parochus Sancti Spiritus in Saxia in collatione Baptismatis infantibus, qui ad Archyospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam, de Baptismo testantem, sive non habeant, & etiamsi ex colore, & ceteris corporis qualitatibus deprehendatur, eosdem esse constitutos in ætate sex, autem decem mensium, vel unius anni cum dimidio =.

Respondit = Esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus expositis, juxta instructionem; & instructio est, quod excipiatur a Baptismo sub conditione casus schedulæ, quæ haberet certitudinem =.

Ita reperitur in Thesauro resolutionum ejusdem *Cong. tom. II. pag. 412., & tom. III. pag. 2.*

Quod autem incaute Baptismum reiterans, præter peccatum, sit excommunicatus, ut hic asserit Auctor, fundamento caret, cum hæc excommunicatio, de qua in cit. cap. finali, lata sit in Græcos Schismaticos, rebaptizare præsumentes baptizatos a Latinis, non contra incaute illum reiterantem, qui irregularitatem dumtaxat incurrit ex *Can. Confirmandum dist. 50. & cap. 2. de Apostat.* ☜

Circa vero *secundum* de materia Baptismi, ad- 43
vertendum est, remotam materiam hujus Sacramenti esse aquam simplicem, seu elementarem, ut definitum est in Conc. Flor. in decr. Eug. Papæ, & Trid. *sess. 7. de Bapt. can. 2.* quamvis putei, fontis, pluviæ, balnei, vel ex sulfore, cinere, nive, gelu, aut sale defluat, hæc enim videtur aqua naturalis, sive calida sit, sive frigida, sive tincta colore, sive densa: non sunt tamen materia Baptismi aquæ artificiales, & humores mixti, videlicet aqua rosacea, lachrymæ, saliva, urina, cervisia, & similes. Colliguntur hæc ex S. Thoma, *p. 3. qu. 66. art. 3. & 4.*

Additio.

☞ Aqua rosacea juxta communem adhiberi potest in solo casu extremæ necessitatis, quando scilicet haberi nequit aqua naturalis, & baptizandus probabiliter creditur proxime moriturus; & tunc quidem sub conditione. ☜

Materia autem propinqua hujus Sacramenti est 44
ablutio per aquam, quæ scilicet successivo contactu contingit corpus, ita post multos Bonacin. *d. punct. 3. ex num. 12.* Paul. Laym. *d. c. 3. num. 1. vers. assertio 2.* Nec sufficit quævis minima aquæ gutta, 45
sed opus est tanta quantitate, ut ejus infusio corpus hominis, vel principalis ejus pars ablui dicantur, Suar. *tom. 3. disp. 20. sect. 2. col. ante penult. vers. quare non est probanda*, Paul Laym. *d. c. 3. num. 1. vers. corol. 3.* Bonacin. *d. punct. 3. num. 18.* ubi *n. 20.*

Additio.

☞ Juxta communiorem DD. sententiam, etiam est invalidus in casu, quo infans, nondum totus egressus de utero Matris, ablutus fuerit in capite ab obstetrice ob imminens mortis periculum, & postea egressus, repertus fuerit totus involutus in pelle, quam secundinam vocant; quandoquidem hæc non pertinet ad infantem, tamquam pars ipsius corporis, sed est ab eodem corpore omnino distincta, ut observant Anathomici, præsertim Riolanus *lib. V. Antrophographiæ cap. III.*, ajunt enim, esse quoddam involucrum, a natura ordinatum ad conservationem fœtus in utero existentis, ne lædatur, præsertim ab urina, quam idem fœtus emittit, & asservatur inter ipsam secundinam, & aliud involucrum, quod dicitur Chorton. Unde ex vi nativitatis debet a fœtu abjici, & quando abjici non potest, ordinarie nascitur cum ipsa, & aliquando secum trahit partem ipsius tantum, si totam nequit abjicere. Cum igitur hæc ex una parte non sit proprie vera infantis pars, ex alia vero, quousque hic est tali involucro totaliter involutus, nequeat aqua ipsius corpus pertingere, prout

prout pertingere omnino debet, ut dici queat ablutus, necessario sequitur, baptismum ita collatum, probabilius non esse validum, Verum cum non desint DD. a Pasqualigo relati in Theoria, *& Praxi*, contrarium sentientes (quamvis ipsorum sententia sit tenuissimæ probabilitatis), ideo in tali casu, ut tutius procedatur, reiterandus esset Baptismus sub conditione. ☜

46 Resolvit d. Bonacin. non esse validum Baptismum, si aqua contingat tantummodo vestes, aut aliquid aliud extra carnem.

47 Tribus modis potest ablutio fieri in Baptismo, videlicet immersione, vel infusione, vel aspersione: olim vero ordinarius baptizandi ritus fuit per immersionem, licet etiam per aspersionem, vel effusionem aquæ interdum conferri soleret, præsertim propter necessitatem, sicut docet S. Cypr. l.4. *Epist. 7. ad Magnum*, quæ apud Jacob. Pamel.
48 est 76. & S. Tho. *d. q. 66. art.4.* nam ad valorem Baptismi nihil interest, utrum fiat per aquæ effusionem, an vero per corporis Immersionem unam, vel trinam, dummodo licite fiat, debet tamen ex officio ministrans in hoc servare consuetudinem suæ Ecclesiæ, ita ut, si baptizans administret Sacramentum Baptismi per infusionem, vel per aspersionem contra ritum suæ Ecclesiæ, graviter peccet: ita Sot. *d. q. unica ar.8. concl.3.* & alii, citato Bonac. in *d. puncto 3. num.17.* ubi subdit, secus esse, si hoc faciat, quando nequit sustentare baptizandum, aut si baptizandus sit adultus, aut si mortis periculum immineat; tunc enim non peccat, administrando Baptismum per infusionem, vel per aspersionem, cum ipsum ad hoc faciendum justa causa impellat, etiamsi in eo loco receptum sit per consuetudinem, ut Baptismus per immersionem administretur.

Additio.

☞ Repetam hic a me tradita in Opere, cui Titulus = *Expositio Juris Pontificii* pag. 442. Ex Decretali Alexandri III. *Si quis puerum*, relata *in Cap.I. tit. XLII. de Baptis.* clare deducitur, ritum baptizandi per trinam immersionem, ordinarie in primitiva Ecclesia adhibitum (de quo etiam mentio est in Epistola XLI. lib. 1. D. Gregorii Magni ad Leandrum Episcopum Hispaniarum, relata in Can. LXXX. *de Trina* dist. IV. de consecr.) adhuc viguisse tempore Alex. III. sæculo nempe XII. verum ritus iste fere ubique exolevit, ususque obtinuit, ut infusione aquæ in caput baptizandi Baptisma conferatur. Ceterum, sive immersione, etiam unica, sive infusione, sive aspersione conferatur, semper valide confertur, & minister tenetur servare suæ Ecclesiæ consuetudinem, ut etiam præscribitur in Rituali Romano, Pauli V. jussu edito §. *Quoniam* de forma Baptismi. Et revera Ecclesia Mediolanensis etiamnum observat ritum trinæ immersionis, ut in Rituali Ambrosiano, tit. de instruct. Baptismi. De ritu trinæ hujus immersionis adeatur Cabasutius in notitia Conciliorum, dissert.IV. de ritibus, olim in Baptismo adhiberi solitis. Declarat itaque hic Pontifex, Baptismum per trinam immersionem collatum cum solis verbis = In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti = omissis illis = Ego te baptizo = nullum esse, cui accessit etiam declaratio Alex. VIII. qui die 17. Decembris 1690. proscripsit hanc Propositionem, in ordine la XXVII. = *Valuit aliquando Baptismus, sub hac forma collatus = In nomine Patris &c. prætermissis illis = Ego te baptizo* =, & quidem sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, & Papæ reservatæ, in eam docentes, defendentes, edentes, aut de ea, etiam disputative, publice, aut privatim tractantes, nisi forte impugnando; a quo insuper prohibitum fuit in virtute S. Obedientiæ, & sub interminatione divini judicii eamdem a quoquam ad praxim deduci.

Nota, neque ly *Ego*, neque *Amen* esse, de essentia formæ, ut in confesso est apud omnes Catholicos, etiamsi omitti non debeant. ☜

Denique circa tertium, de forma Baptismi est 49
notandum, in Occidentalibus Ecclesiis consuetam hanc esse. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Desumitur ex Conc. Flor. *in decreto Eugenii*, & ex verbis Christi apud Matth. cap.2. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii: & Spiritus sancti*, & tradunt Navar. *in man. cap.* 22. *num.*2. Henriq. *in sum. l.*2. *c.*8. §.1. Bonac. *d. quæst.* 2. *punct.* 4. *ex num.*1. Paul. Laym. *d. lib.5. tract.2. cap.4. a principio*. Ex qua forma.

Primo colligitur, in ea exprimendam esse perso- 50
nam, quæ baptizatur, sive dicatur, *Baptizo te*, sive *baptizo hunc*, sive *baptizo Cajum*, sive, *tu baptizaris a me*, ita ex *cap.1. de Baptismo*, & ex Concil. Florent. colligunt Jacob. de Graff. *d. c.3. numer.*20. Suar. *tom.3. disp.21. sect.2. concl.3.* Chamerot. *de Baptismo cap. 3. dub.3.* Erit autem substantialis mutatio, seu defectus in Baptismo, si persona baptizanda neque specialiter, neque generaliter exprimatur, ut significat S. Thom. *dict. q.66. art.5. ad* 4. & docent Abbas *in d. cap.1. numer. 7.* Sot. *in 4. dist. 3. q. unica art. 5. §. ex hac ergo*, Henriq. *d. l. 2. c. 8.* §. 4. Vasq. *disp. 142. cap.3.* Ægid. Choninck *de Sacramen. & censur. qu. 66. art.6. dub. unic. concl.3.* Suar. *tom.3. disp. 21. sect.2. assert. 3.* Ratio est, quia forma verborum debet determinate significare actum baptizandi, a qua ablutio determinationem suam accipit. Et confirmatur ex eo, quod ideo in forma Baptismi persona altera a baptizante exprimi debet, ut appareat, quod ex Christi institutione inter baptizantem, & baptizatum debeat esse discretio, & nemo a se ipso baptizari possit, sicut definitur *in c. debitum de Baptismo*; ac proinde inferunt DD. non valiturum Baptismum, si quis alterum abluendo,
dicat, *Ego baptizo in nomine Patris, &c.* Non ita 51
necessarium est, ut in forma directe significetur, seu exprimatur persona baptizans, sicut necessarium est exprimi personam, quæ baptizatur. Ratio est, quia forma Baptismi exprimere debet materiam propinquam, quæ est ablutio; ea autem magis determinatur a subjecto, in quo recipitur, quam ab agente, a quo procedit; consistit enim Baptismus, ait Henriq. *d. cap.8.* §. 4. in ablutione passiva, quare ita tenent Victor. *de Sacram. Baptismi, concl.17.* Chamerot. *de Baptismo c.3. dub. 2.* & alii citati a Bonac. *d. q. 2. punct. 4. n. 3.* Ceterum saltem indirecte personam ministri in forma significandam esse credo, quia implicite saltem significari debet, ablutionis actum a ministeriali agente

te procedere, ex quo elicitur, quod hac formula, *baptizet te Christus*, item *baptizeris servus Christi*, vel *baptizetur servus Christi in nomine Patris*, &c. persona ministri, seu actio, quatenus a persona ministri procedit, implicite significetur, ut sensus, sit, baptizat, vel baptizet te Christus per me exercentem hanc sensibilem actionem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

52 *Secundo* colligitur, exprimendam esse actionem, quæ exercetur circa eum, qui baptizatur, sive exprimatur, per verbum, *baptizo*, sive per verbum, *abluo*, sive per verbum *mergo*, & simile, ita Jacob. de Graff. *d. c.* 3. *n.* 21. Vivald. *d. titul. de Baptismo*, *c.*3. *n.*10. Vasquez. *p.*3. *disp.* 142. *c.* 2. *num.* 10. Bonacin. *d. disput.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 4. *num.* 4.

53 *Tertio* colligitur, exprimendas esse tres Personas Sanctissimæ Trinitatis, idque probatur ex institutione Christi Matth. 21. *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, & definivisse videtur Pelag. Papa *in c. si revera, de consecr. dist.* 5. & Zach. Papa *in c. in Synodo, ead. dist.* tradunt S. Thom. *d. q.*66. *art.*6. ex quo patet, eum invalide baptizare, qui utitur hac forma. *Ego te baptizo in nomine Christi*, aut *trium Personarum*, vel *Sanctissimæ Trinitatis*, ut per Victor. *de Baptismo qu.* 16. Henriq. *in sum. lib.* 2. *cap.* 8. §. 1. *& cap.* 11. §.1. Suar. *tom.*3. *disp.*21. *sect.*3. *concl.*1. *& sectione* 4. *versiculo in hac re*. Bonac. *d. disp.*2. *q.*2. *puncto* 4. *num.*7. Paul. Layman. *d. cap.*4. *n.*3.

54 Sed obstat text. *in cap. a quodam Judæo, de consecr. dist.*4. dum definit, si in nomine Christi aliquis baptizetur, non debere iterum baptizari, quod est dicere, Baptismum in nomine Christi ministratum ratum esse, ac firmum, quæ resolutio est contra tertium corolarium, & Doctores *ibidem* citatos, qui ob id varie intelligant *d. c. a quodam*. In primis aliqui citati a Valent. *t.*4. *disp.*4. *quæst.* 1. *puncto* 3. explicant hoc modo, baptizatos a pagano sub nomine Trinitatis, vel Christi tantum, non esse rebaptizandos absolute, sed sub conditione. Alii vero, ex quorum numero sunt Sot. *in* 4. *dist.* 3. *qu. unic. art.* 6. *ad fin.* Henriq. *d. l.* 2. *cap.* 10. §.2. *&* 3. Suar. *d. disp.* 21. *sect.*1. *num.*3. Bonac. *d. punct.*4. *sub n.*8. *vers. respondeo*, melius tenent, textum *in d. c. ad quodam*, dum habet baptizatos a pagano non rebaptizandos, si baptizati sint in nomine Trinitatis, esse intelligendum, expresso scilicet nomine Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, aut tantum in nomine Christi, videlicet loco Filii, expresso Christi nomine, sic dicendo, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Christi, & Spiritus sancti*, & ita non sine probabilitate videtur exponendus Nicolaus I. *in d. c. a quodam*, sicut intelligitur S. Ambrosius, quem ipse pro se allegat, quia Doctoris dictum est intelligendum secundum doctrinas, & auctoritates, quas allegat., ad notata per Bart. *in l. non solum* §. *si liberationis verba n.*7. *ff. de liberat. legat.*, Alex. *cons.* 31. *n.*9. *vol.*4. Surd. *cons.* 177. *num.* 21. *& decis.* 126. *sub n.*12. Sanctus autem Ambrosius nunquam dixit, valere Baptismum in nomine Trinitatis, non expressis personis, seu nominibus Trinitatis, aut tantum in nomine Christi, sed sæpius *in l. de Sanctis Sacra.* dicit, hanc esse formam. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*.

Verum, quamvis ultimus explicandi modus sit 55 probabilis, ut supra dixi, probabilior tamen mihi videtur alius, quem adducit Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.*5. *c.*5. *vers. quarto objicitur*, dum ait, Nicolaum *in d. cap. a quodam*, respondisse ad quæstionem sibi præpositam, an baptizatus a Pagano, vel Judæo verum Baptismi Sacramentum suscepisset, vere baptizatum fuisse, si in nomine Christi baptizatus fuit Baptismo Christi, non igitur definivit, valere Baptismum nomine Christi datum, sed ratum esse Baptismum, sive a Pagano, sive a Judæo collatum, dummodo is Paganus, vel Judæus baptizaverit Baptismo Christi, & non Baptismo Joannis, vel alicujus alterius, & ideo rationem reddit Nicolaus, quia Baptismus, inquit, non est illorum, qui baptizant, sed Christi, cujus virtutem habet, & ideo dicit sic, ut in Actibus Apostolicis legitur, significans Baptismum valere virtute Christi datum, sicut valebat, cum Apostoli baptizabant in nomine Christi, hoc est, cum conferebant Baptismum, Christi auctoritate institutum, & ejus virtute vim habentem.

Quarto colligitur, non bene dixisse Bonacinam 56 *de Sacram. disput.*2. *qu.* 2. *puncto* 4. *n.* 4. dum resolvit, non esse validum Sacramentum Baptismi sub illa forma, *Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti*, quia baptizans sub dicta forma, non ideo asserit esse plura nomina, sicut qui diceret in nominibus, sed idem essentiale Dei nomen communem tribus ter repetit, quod recte fieri potest absque pluralitate, sicut vere dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, sed Dii nuncupari non possunt, quare Baptismum sub dicta forma celebratum esse validum resolvunt Suarez *tom.*2. *disp.*21. *sect.* 3. Ægid. de Conink. *dict. q.* 66. *art.* 6. *n.* 58. Cabrer. *eadem q.* 66. *art.*5. *n.* 22. quos refert, & sequitur Ant. Dian. *resolut. moral. p.*2. *tract.*3. *miscel. resol.* 15.

Additio.

☞ Ita etiam resolvit Sac. Cong. Conc. in una Poloniæ sub die 4. Maji 1641. ut lib. XVI. Decretor. ejusdem Cong. pag.533.

Invalidus tamen esset baptismus, si adhiberetur forma = Ego te baptizo in nominibus Patris &c. quia licet collatus cum forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti sit validus, eo quod per ly in nomine ter repetito, non significatur pluralitas naturæ Divinæ; e contra vero per ly in nominibus significatur pluralitas ejusdem naturæ, Reiffenstuel Tract. XIV. dist.3. de Baptismo, quæst.3. num.25., & 26. Theolog. Moral. ☜

Quinto colligitur, Parochum, qui in forma Baptismi reliquit particulam *In*, dicendo, *Ego te baptizo nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti*, valide baptizare, ut bene resolvunt Henriq. *in sum. lib.*2. *cap.*3. §.6. Bonac. *d. puncto* 4. *num.*16.

Contra Cardin. Tolet. *in instruct. Sacerd. l.* 2. 57 *cap.*19. *n.* 2. Barthol. *ab Angelis in examine Confess. dialog.* 2. §. 115. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 3. Valer. Reginald. *d. in praxi fori pœnit l.*24. *c.*1. *n.* 30. existimantes, si in forma

ma Baptismi omittatur particula *In*, Parochum non conficere Sacramentum, & consequenter peccare mortaliter.

Animadversio.

☞ Quod omissio particulæ *In* reddat dubiam Baptismi formam, clare infertur ex hac diversa DD. sententia, ac proinde, cum in materia Sacramentorum sequi debeamus, ex vulgatis, sententiam tutam, iterandus esset sub conditione. ☜

58 *Sexto* colligitur, valide quoque baptizare, si omittat particulam Et, si ut quidam dicunt, in forma, quæ caret conjunctione *Et*, significaretur, & invocaretur tota Trinitas, quia remaneret verum Sacramentum, relicta enim illa particula, Et, remaneret adhuc integer sensus formæ, ita Card. Tolet. *dict. loco*, Comitol. *dict. q.9. num.5.* Pitigian. *in 4. sent. part. 1. dist. 3. qu. 2. artic. 12.* Ægid. de Coninck. *dict. q.66. art. 6. nu. 61.* Sed contra asserunt Vivald. *in candelab. aureo titulo de forma Baptismi n.* 21. Conrad. *in resp. casuum Conscientiæ tom. 2. qu.* 84. Bartol. *ab Angel.* & Valer. Reginald. citatis locis, existimantes, particulam, *Et*, esse de essentia formæ.

Animadversio.

☞ Ex ratione allata in præcedenti additione, omissio particulæ *Et* reddit etiam dubiam formam Baptismi. Ideoque in praxi servanda est regula, quam ibi innuimus. Casus hic contigit in Diœcesi Genetensi: cum enim obstetrix rudis, & octogenaria baptizaverit infantem, in mortis discrimine constitutum cum hac forma = Mi te abbatezzo in nome del Padre, e del Figniolo, Spirito Santo = de qua certior factus infantis Parochus, cum dubitaverit, an validus fuerit Baptismus propter omissionem particulæ *Et*, consuluit Episcopum Genetensem, qui jussit, infantem illum sub conditione iterum baptizari; & id propter omissionem dictæ, particulæ, per quam significatur (ut ipse ratiocinatus est) divinarum Personarum distinctio; ita hæc facti species relata legitur in Thesauro Resolutionum Cong.Conc. in folio diei 12. Maji 1753. Tom. XXIII. pag. 45. ☜

59 Verum licet Parochus omittens supradictas particulas In, ac Et faciat contra communem Ecclesiæ usum, tamen, si omittantur sine scandalo, & contemptu, & sine falsitate significationis, non erit, nisi peccatum veniale, ex adductis per Sot. *in 4. distinctione 3. quæst. unica, art. 5. §. quod si*, Rub. *de Sacram. in 4. sent. dist.* 3. Vasq. *in 3. p. t. 2. disp.*142. *n.* 30.

Animadversio.

☞ In hoc relatarum opinionum conflictu satis intelligere potest Parochus, formam prolatam sine particula *In*, ac *Et*, esse dubiam, ideoque Baptismum ita collatum necessario reiterandum esse sub conditione, licet eam omitteret sine scandalo, & contemptu, cum ageret contra communem Ecclesiæ usum in re tam gravi, & periculo plena. Unde quis ipsum excusaret a lethali culpa?

Post hæc ultimo inquires, an valeat Baptisma collatum per hæc verba = Io ti batteazo col nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo. Est validum ex Decreto Benedicti XIV. 7. Decemb. 1741.

Notandum tamen est, & quidem speciatim, quod quoties, vel conferendus est Baptismus, quando certo constet, numquam collatum fuisse, vel reiterandus est in prædictis, vel similibus casibus, si res est de adultis, semper reiterandum esse secreto, sive adultus ligatus sit, sive non, matrimonio, & sine præjudicio matrimonii, si quod prius fuerit rite contractum, ut ex decretis laudatæ Congreg. Concil. in Ripana 12. Decemb. 1733. in dicto Thesauro Resolut. tom. VI. pag. 206, & in Tarvisina Baptismi 4. Maji 1737. tom. VII. pag. 230. & tom. VIII. pag. 59. in qua causa dubitabatur de Baptismo collato cuidam mulieri, jam matrimonio copulatæ, de cujus parentum matrimonio, etsi catholicorum, nullum babebatur documentum, nec de ipsius nativitate, nec de nativitatis loco, nec de patriis.

Notandum pariter ad tollendum dubium, an quis fuerit, necne baptizatus, non sufficere conjecturam suscepti baptismi, quod orthodoxæ fidei rudimentis reperiatur instructus, ut sentit dicta Congregatio in cit. causa Ripana.

Quando autem agitur de dubio nimis arduo ob casus circumstantias, non ita facilis inextrigabilis, non statim Parochus Baptismum conferat, vel reiteret, etiam sub conditione, sed consulat Episcopum, nisi periculum sit in mora ob imminentem subjecti, vel baptizandi, vel rebaptizandi mortem.

Ut obviam eat Parochus periculo nullitatis Baptismi, ab obstetrice collati infantibus in mortis discrimine constitutis, nullam ad hoc officium admittere debet, nisi prius eam instruxerit circa intentionem, materiam, formam, & modum illum conferendi. Pro qua re opportunum duximus hic transcribere instructionem, Bononiæ thypis datam an. 1744. a quodam Sacerdote ex Cleric. Regul. S. Pauli, Pœnitentiario Ecclesiæ Metropolitanæ ejusdem Civitatis, cui titulus = Dell'Amministrazione del Sagramento del Battesimo ne' casi di necessità, per uso delle Levatrici della Città, e Diocesi di Bologna. ☜

§. I.

Additio.

☞ D. Q*uale è la materia del Battesimo?*

R. La materia da adoperarsi per conferire il Battesimo è l'acqua vera, e naturale: o sia di mare, o di fiume, o di pozzo, o di palude, o di pioggia, o di neve disfatta: quella in somma, la quale, senz' alcun' aggiunta, si chiama communemente acqua (1).

(1) *Concil. Trid. sess. 7. de bapt. can. 2., Catechis. Roman. de Bapt. num. 7.*

D. *Quali sono i liquori, che assolutamente nulla vagliono per l'amministrazione del Battesimo?*

R. Quelli primieramente, i quali non sono in veruna maniera acqua, ma sono di diversa specie dall'acqua, come l'olio, il vino, il sudore, la saliva, le lagrime, e simili (1). E perciò fu riprovato da' Sagri Canoni un Battesimo conferito in caso di necessità colla saliva (2).

Ancora non possono usarsi que' liquori, i quali contengono in se l'acqua naturale, ma avendo insieme maggior quantità di altra materia, non hanno il nome di acqua, come il fango, il brodo spesso, il vino non molto innacquato, e simili (3). Parimente la neve, il ghiaccio, e la grandine, che sono veramente acqua naturale condensata, se prima non si disfanno, non si possono adoperare a batteaaare, perchè in tale stato non hanno di acqua nè l'uso, nè il nome (4).

D. *L' acqua, in cui è mescolato qualche poco di altra materia, è buona per dare il Battesimo?*

R. Fuori de' casi di necessità estrema, l'acqua da adoperarsi per dare il Battesimo dee essere pura, e monda, perchè così esigge la riverenaa dovuta al Sagramento (5). E' perciò la Levatrice, quando sarà chiamata a fare il suo uffizio, prima d' ogn' altra cosa, faccia preparare un vaso d'acqua pura, e monda, per tutti i casi, che potessero succedere. Con tuttociò in un caso improviso, in cui non si potesse avere acqua monda, e la Creatura fosse in prossimo pericolo di morte, si potrebbe adoperare anche dell'acqua immonda, per provvedere all' eterna salute di quell'anima. Nè la mescolanaa di qualche poco d' altra materia fa, che quella non sia acqua naturale; siccome la mescolanza del Sacro Crisma, che si mette dalla Chiesa nel Sagro Fonte, non fa, che quell' acqua non sia vera, e naturale.

D. *Quali sono quelle cose, delle quali si dubita, se sieno buone, o no, per dare il Battesimo?*

R. L' acqua rosa, e le altre acque distillate da erbe, o da fiori, la lisciva, il brodo ordinario, l' acqua risultante dal sale disfatto, e simili cose, delle quali è controversia fra' Teologi se sieno acqua naturale (6). Pure ne' casi d' estrema necessità, non potendosi trovare acqua certamente naturale, per non privare la Creatura d'un rimedio, almeno dubbio, si potrebbe adoperare qualcuno de' suddetti liquori, che si avesse in pronto, batteaaando però sotto condizione, e dicendo: *se questa è acqua naturale, Io ti battezzo in nome &c.*

§. II.

D. *Qual' è la forma del Battesimo?*

R. La forma del Battesimo consiste nelle parole insegnateci da Gesù Cristo, cioè: *io ti battezzo in nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo* (7).

D. *Chi dicesse solamente*: in nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo, *e lasciasse quelle parole*: io ti battezzo, *valerebbe il Battesimo?*

R. No, perchè la tradizione, e la pratica universale della Chiesa ci fa vedere, essere necessario esprimere nella forma l' aaione del Ministro, che batteaaa (8).

D. *Chi dicesse*: io ti batteazo in nome della Santissima Trinità, o in nome di Gesù Christo, *battezzerebbe bene?*

R. No, perchè non esprimerebbe tutte e tre le Divine Persone, nel modo insegnatoci dal Signore (9). Nel batteaaare adunque dica la Levatrice fedelmente le parole suddette, che usa la Santa Chiesa; e non v' aggiunga l' invocaaione della Beata Vergine, nè di alcun Santo, nè altra parola.

D. *Che intenzione dee avere la Levatrice, per ben battezzare.*

R. Di fare quello, che fa la Santa Madre Chiesa (10).

§. III.

D. *IN che modo si ha da battezzare?*

R. Si ha da versar l' acqua sopra la testa della Creatura, in maniera che scorra, e nel tempo medesimo, che si versa l' acqua, si hanno da dire le parole suddette: *io ti battezzo nel nome &c.* Il Rituale Romano dice, che l' acqua si ha da versare tre volte in modo di Croce sopra la testa della Creatura, dicendo nel tempo stesso le parole (11). Ma questo versare tre volte l' acqua in modo di Croce non è cosa necessaria al valore del Sagramento, benchè sia d' antichissimo rito della Chiesa; onde si può validamente batteaaare, anche versando l' acqua una volta sola (12).

Avverta la Levatrice, che se la Creatura avesse i capelli folti, converebbe sparpagliarli, perchè l' acqua potesse arrivare alla carne; non essendo cosa certa, che il Battesimo sia valido, quando si sono bagnati solamente i capelli. (13)

D. *Sarebbe egli bastante il mettere nella testa della Creatura una sola gocciola d' acqua, o pure il toccarle la fronte col dito molle d' acqua?*

R. No, perchè battezaare vuol dir lavare, e purificare; e per far questo non basta il bagnare solamente, ma è necessario che l'acqua scorra sopra la cosa, che si vuol lavare, e purificare (14).

D. *Se una persona, volendo battezzare una Creatura, prima finisse di versar l' acqua, e poi dicesse le parole, il Battesimo valerebbe?*

R. Nò, perchè la pronunaia delle parole dee accompagnare l' azione del Ministro, che battezaa,

(1) *S. Thom. 3. p. q.66. art.3. & 4.* (2) *Cap. non ut apponeres de bap.* (3) *S. Thom. loc. cit.*
(4) *Communis apud Leandr. tom. 1. tract. 2. disp. 2. dub. 7.*
(5) *S. Carolus Actor. p. 4. de Baptismi administ.* (6) *V. Dian. coord. to.1. tr.1. resol.52. & 53.*
(7) *Matth. ult.* (8) *Cap. 1. de Baptis. Ale. VIII. prop. 27.*
(9) *Cap. si non sanctificatur de consec. dist. 4. Synod. Bononien. lib. 2. cap. 2.*
(10) *Concil. Trid. sess. 7. can.11.* (11) *Rit. Rom. §. 3.* (12) *S.Thom. 3.p. q. 66. art.8.*
(13) *V. Card. de Lugo Respons. Moral. l. 1. dub.1.* (14) *Giribald. de Baptis. cap.4. dub.3. n.24.*

aa, e costituire insieme con essa il Sagramento (1). E perciò le parole si hanno da dire nel tempo che si versa l' acqua: e se si dicessero dopo, o innanzi l'azione di versar l' acqua, non valerebbe il Battesimo.

D. *Due persone, volendo battezzare una Creatura, fecero così: una versò l' acqua sulla testa della Creatura, e l' altra nel medesimo tempo disse le parole*: io ti battezzo &c. *si domanda, se il Battesimo ebbe il suo valore?*

R. No, dice S. Tommaso, perchè niuna di quelle due persone si può dire, che battezzasse, perchè il battezzare comprende amendue le cose, cioè il versar l' acqua, ed il proferire le parole (2). E perciò la persona, che versò l'acqua, non avendo detto le parole, non compiè il Battesimo; e la persona, che disse le parole: *io ti battezzo &c.* disse il falso, non avendo essa gettata l' acqua, e così non battezzò.

§. IV.

D. *Si può battezzare una Creatura, la quale sia affatto rinchiusa nel ventre della Madre?*

R. No; o perchè, come dice S. Agostino, niuno può rinascere alla vita della grazia, se prima non è nato alla vita corporale (3): o perchè non è possibile in pratica il fare in modo, che l'acqua arrivi a bagnare la carne propria della Creatura.

D. *Se la Creatura mettesse fuori la testa dal ventre della Madre, e si dubitasse, se fosse per uscire viva alla luce, che dovrebbe farsi?*

R. Si dovrebbe battezzare assolutamente nella testa, dicendo: *io ti battezzo in nome &c.* (4) E benchè poi la Creatura nascesse del tutto, e fosse di nuovo in pericolo di morte, non avrebbe bisogno d' altro Battesimo, essendo stata battezzata nella testa, ch' è la parte principale dell' uomo, nella quale si fondano, e hanno il loro vigore tutti li sensi interni, ed esterni.

D. *Se la Creatura mettesse fuori solamente un piede, una mano, o altra parte del corpo, che non fosse la testa, come si dovrebbe regolare la Levatrice?*

R. Se la Levatrice teme, che la Creatura non sia per potere uscire alla luce, deve battezzarla nella parte, che è scoperta, sotto condizione, dicendo: *se tu sei capace, io ti battezzo &c.* Ma se poi la Creatura uscisse fuori del tutto, e si temesse, che fosse per morire, dovrebbe la Levatrice battezzarla di nuovo sotto condizione, dicendo: *se tu non sei battezzata, io ti battezzo &c.* (5) E questa è la pratica della Chiesa, fondata sul dubbio ragionevole, che si può avere, se il Battesimo conferito in qualunque parte del corpo, che non sia la testa, sia valido, o no, considerata la varietà delle opinioni fra' Teologi.

Avverta la Levatrice nel caso suddetto, che se ella non conosce in quella parte della Creatura, ch' è fuori, alcun moto vitale, anzi, secondo la sua arte vede, che la Creatura è morta, non ha da dare il Battesimo. Ma se non può conoscere, se la Creatura è viva, o morta, può, e deve battezzare la parte scoperta sotto condizione, come sopra, dicendo: *se tu sei capace, io ti battezzo &c.* Ed in questa condizione ella viene a comprendere tutti e due i dubbj, che vi sono in tal caso, cioè se la Creatura è viva, o morta, e se quella parte scoperta è sufficiente, o no, per conferire validamente il Battesimo.

§. V.

D. *Un Mostro si ha da battezzare?*

R. Se il Mostro non ha segno alcuno di Creatura umana, non si dee battezzare; ma se ne avesse qualche leggiera apparenza, di modo che si potesse dubitare, se fosse uomo, o no, si dovrebbe battezzare in questo modo: *se tu sei uomo, io ti battezzo &c.* (6)

D. *Un Mostro, che avesse quasi del tutto figura di bestia, e vedendovisi qualche apparenza umana, si fosse battezzato sotto condizione, si potrebbe poi mettere fra due materassi, perchè morisse, come s' intende essersi qualche volta fatto?*

R. No, perchè sarebbe uno esporsi a pericolo d' omicidio; essendosi dubitato, che potesse esser uomo.

D. *Un mostro, il quale avesse la testa di bestia, e il resto del corpo di uomo, si dovrebbe battezzare?*

R. E' cosa controversa fra' Teologi; ma la pratica si è, che un simil mostro si battezzi sotto condizione, dicendo: *se tu sei uomo, io ti battezzo &c.* La ragione, perchè un tal mostro non si debba assolutamente, e senza condizione battezzare, si è la persuasione quasi comune, che la testa sia la parte principale dell'uomo, e l'indizio sicuro, che la Creatura sia umana. La ragione, perchè si debba battezzare sotto condizione, si è, perchè gravi Dottori stimano, un tal mostro essere veramente Uomo; e perciò noi in pratica, salvando colla condizione la riverenza dovuta al Sagramento, dobbiamo attenerci alla parte più sicura, e provedere alla salute di quell' anima, se mai vi fosse (7).

D. *Se nascesse un Mostro senza testa, dovrebbe battezzarsi?*

R. I Dottori dicono, che dovrebbe farsi da' periti un diligente esame, per conoscere, se un tal mostro è Uomo, o no (8). In caso adunque di necessità, che il mostro fosse per morire, la Levatrice lo battezzi sotto condizione, dicendo: *se tu sei Uomo, io ti battezzo &c.*

D. *Se un Mostro ha più d' una testa, e più d' un petto, che si ha da fare?*

R. Si ha da battezzare assolutamente ciascuna di quelle teste, dicendo: *Io ti battezzo in nome &c.*

X per-

(1) *Catechis. Rom. de bapt. n.19.* (2) *S.Th. 3. p. q. 67. art.6. ad 3.*
(3) *S. Augustinus Epist. 57. S. Tho. 3. p. q.68. art.11. Rit. Rom. §.5. Synod. Bon. lib.2. cap.2.*
(4) *S. Tho. 3. p. q. 68. art. 11. ad 4.* (5) *Decretum Clementis VIII. ad Epist. Palav. apud Panimol. dec.104. num.1. Rit. Rom. §.5. Synod. Bonon. lib.2. cap.2.* (6) *Rit. Rom. §. 5.*
(7) *Synodus Bonon. lib.2. cap.2. Card. Gotti quæst. 5. de Baptis. dub. 6. §. 2. Leand. tom. 1. tract. 2. disp. 5. quæst. 5.* (8) *Cleritat. de Baptis. dec.51. sub num. 5.*

perchè in tal caso è certo, che nel Mostro vi sono due persone (1). Che se il Mostro stasse morendo, nè vi fosse tempo di fare distintamente tutti que' battesimi, potrebbe la Levatrice farli tutti insieme, versando l'acqua sopra tutte quelle teste, e dicendo nel medesimo tempo: *io vi battezzo in nome &c.*

D. *Se un Mostro ha due teste, ma non ha due petti, distintamente formati, come si ha da contenere la Levatrice?*

R. In tal caso si può prudentemente dubitare, se il Mostro abbia più persone, o una sola; E perciò, se il Mostro è in pericolo di morte, la Levatrice battezzi una di quelle teste assolutamente, dicendo: *io ti battezzo in nome &c.* e poi battezzi l'altra testa sotto condizione, dicendo: *se tu non sei battezzato, io ti battezzo in nome &c.* (2)

§. VI.

D. CHI è il *Ministro del Battesimo?*

R. Il legittimo Ministro del Battesimo è il Parroco, o il Sacerdote deputato a tale uffizio dal Vescovo: e questi dee battezzare coll'acqua benedetta del Sagro Fonte, e fare tutte le cerimonie, che prescrive la Santa Chiesa (3). Onde se una Levatrice, o qualunque altra persona, non deputata, battezzasse privatamente in casa una Creatura, che non fosse in pericolo di morte, peccherebbe gravemente contro al precetto della Chiesa.

D. *Quando si debbono portare le Creature alla Chiesa, perchè ivi sieno battezzate?*

R. Quanto prima comodamente può farsi, e peccano gravemente i Parenti, se notabilmente differiscono di portarle, perchè ritardano alle povere Creature un Sagramento di tanta necessità; e le lasciano esposte al pericolo, troppo imminente alla tenera età, di morire senza Battesimo (4). Anzi nel nostro Sinodo ci è la Scomunica contro a' Parenti, i quali differiscono più di nove giorni il portare a battezzare le Creature. Sia dunque uffizio della Levatrice, di avvisare i Parenti delle Creature di tutte queste cose.

D. *In caso di necessità, che la Creatura sia in pericolo di morte, chi può battezzare?*

R. Ogni persona, sia fedele, o infedele, anche una donna, purchè osservi le cose dette di sopra circa la materia, la forma, e l'intenzione (5).

D. *In caso, che la Creatura sia in pericolo di morte, la Levatrice ha da battezzare, benchè si possa avere una persona più degna di lei, che faccia tale uffizio?*

R. Se si può avere un Sacerdote, questi si dee preferire al Diacono, il Diacono al Suddiacono, il Chierico al Laico, e l'Uomo alla donna. Ma se la Creatura non fosse del tutto nata, e stasse in pericolo, ha da battezzare la Levatrice, benchè potesse aversi altra persona più degna, anche un Sacerdote, perchè così richiede l'onestà (6). Parimente se fosse presente un Uomo, il quale però non ben sapesse il modo di battezzare, la Levatrice pratica dovrebbe senza scrupolo alcuno dare il Battesimo.

D. *E' obbligata la Levatrice a sapere le cose appartenenti all'amministrazione del Battesimo?*

R. E' obbligata sotto pena di peccato mortale, essendo cosa annessa al di lei uffizio, e di cui l'occasione si presenta non tanto di rado, e la materia è gravissima, trattandosi della salute eterna delle anime. Anzi dandosi caso, come si è detto, in cui alla sola Levatrice appartiene il battezzare, la di lei ignoranza potrebbe essere alle anime di eterno danno (7).

D. *La Levatrice, che ha battezzata in casa una Creatura pericolante, che cosa dee poi fare, quando la stessa Creatura si porta alla Chiesa?*

R. Ha da riferire fedelmente al Sacerdote il modo, con cui ha battezzato, e ha da rispondere con docilità alle interrogazioni, che da lui le saranno fatte: affinchè possa il Sacerdote conoscere, se la Creatura sicuramente è stata battezzata, o pure se il Battesimo è dubbio, e così vedere, se ha da supplire solamente le cerimonie, o se ha da battezzare di nuovo sotto condizione.

§. VII.

D. E' *Necessario il Battesimo al conseguimento dell'eterna salute?*

R. Dice Gesù Cristo Signor nostro: *chi non è rinato per mezzo dell'acqua, e dello Spirito Santo, non può entrare nel Regno di Dio* (8). Questa general sentenza comprende anche i Bambini, i quali, se muojono senza Battesimo, restano in eterno separati da Dio, ed esclusi dal Paradiso (9).

D. *Questa gran necessità del Battesimo sopra di che è fondata?*

R. E' fondata sopra di questo, che il Battesimo è il rimedio del peccato originale, cioè del peccato d'Adamo nostro primo Padre, il qual peccato si trasfonde in tutti i discendenti di lui, e li rende soggetti alla podestà del Demonio, ed esclusi dal Regno de' Cieli (10). E per mezzo del Battesimo, istituito da Gesù Cristo, s'infonde nell'anima la grazia santificante, per la quale si rimette il peccato originale, ed ogni altro peccato, che vi fosse; e il battezzato viene fatto partecipe della divina natura, amico di Dio, e suo figliuolo addottivo, ed erede dell'eterna gloria.

D. *I Bambini hanno maggior necessità del Battesimo, che non hanno gli Adulti?*

R. Certo, perchè un'Adulto si può salvare col Battesimo di desiderio, quando non può avere il Battesimo d'acqua; cioè col desiderio del Battesimo, congiunto col pentimento de' suoi peccati: ma

(1) *Rit. Rom. §. 5.* (2) *Rit. Rom. §. 5.* (3) *Concil. Viennen. Clement. unic. de bapt. SS. D. N. Benedicti XIV. vol. 5. Notif. 10.* (4) *Eug. IV. in Bulla 23. §. 3. Catechis. Rom. de bapt. num. 34. Synod. Bonon. l. 2. cap. 2.* (5) *Rit. Rom. §. 4.* (6) *Rit. Rom. §. 4. Catech. Rom. de baptis. §. 25.*
(7) *Synod. Bonon. lib. 2. cap. 2. Leander tom. 1. tract. 2. disput. 4. quæst. 33.* (8) *Joan. 3.*
(9) *Concil. Tridentin. sess. 7. de Sacr. can. 9.* (10) *Concil. Trid. loc. cit.*

ma i poveri Bambini, non essendo capaci di un tal desiderio, non hanno altro rimedio per la loro eterna salute, che il Battesimo d'acqua (1).

D. *Ci è altra ragione, che possa muovere le Levatrici ad avere una somma premura per battezzar bene le Creature?*

R. Sì bene, ed è, che il Battesimo è il fondamento, e la porta di tutti gli altri Sagramenti, senza di cui la persona non è capace di ricevere alcun' altro Sagramento (2). Sieno adunque le Levatrici molto diligenti nell'amministrare questo importantissimo Sagramento. Perchè se, per esempio, un bambino fosse stato da una Levatrice invalidamente battezzato, e poi, fatto adulto, fosse ordinato al Sacerdozio, non sarebbe Sacerdote, perchè non sarebbe entrato per la porta del Santo Battesimo, il che sarebbe grave disordine.

D. *Il Battesimo si può dare due volte alla stessa persona.*

R. Il Battesimo imprime nell'anima un carattere spirituale, che non si può cancellare, e per questo non si può dare due volte alla stessa persona (3). Quindi ne' casi dubbj, sopra più volte accennati, si dà il Battesimo sotto la condizione: *se tu non sei battezzato &c.* per non esporsi al pericolo di battezzare due volte la stessa persona. Si noti però, che non è lecito battezzare sotto condizione, se non si ha un dubbio prudente, che la Creatura non sia battezzata, come c' insegna la fel. mem. di Papa Benedetto XIV. nostro Pastore (4). E si noti ancora, che in tutti i casi, ne' quali si battezza sotto condizione, la condizione si ha da mettere avanti, come si vede espresso ne' Sagri Canoni; e ciò affinchè la condizione possa impedire l' effetto della forma del Battesimo, caso che il Battesimo non si dovesse conferire (5).

CAP. XIX.

De Pœnitentiæ Sacramento præcipua quædam a Parocho notanda.

SUMMARIUM.

1 *Parochus habet jurisdictionem ordinariam in Pœnitentiæ foro circa omnes suæ parochiæ fideles, & censetur quoad hoc a lege approbatus.*

2 *Parochialis beneficii nomine veniunt superiora beneficia, qualia obtinent Parochi aliqui, Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi, & similes, curam animarum, & jurisdictionem in hoc foro habentes.*

3 *Approbatus duntaxat ad audiendas Confessiones, censetur Parochus in ea civitate, vel oppido, ubi sita est Parochia, non autem passim per totam Diœcesim.*
☞ *Vide Additionem.*

4 *Parochus ad Confessiones audiendas virtute Cruciatæ, aut Jubilæi, an ubique sit eligibilis?*
☞ *Vide Animadversionem.*

5 *Parochus suorum Confessiones potest etiam in aliena Diœcesi, & ubique locorum audire.*
☞ *Vide Additionem.*

6 *Parochus post dimissum beneficium non potest, etiam tempore Jubilæi, absque nova approbatione Confessiones audire.*

7 *Confessiones invalide audit, qui se de facto intrusit in parochia sine auctoritate Superioris, vel nullum titulum bonum, aut malum habuit a Superiore, nisi communi errore fuisset pro vero Parocho habitus, habens titulum putativum a legitimo Superiore.*
☞ *Vide Additionem.*

8 *Parochus toties, quoties expedire prudenter judicaverit, subdito, nullaque subsit causa negandi, tenetur vel per se, vel per alium Confessionem ejus audire.*
☞ *Vide Animadversionem.*

9 *Parochus in confitendo magna cura caveat, ne Sanctum det canibus, & projiciat Margaritas ante porcos.*

10 *Parochi jurisdictioni in foro pœnitentiali fideles subjiciuntur, non solum constituentes in parochia domicilium, sive habitationem perpetuam, sed etiam quasi domicilium, sive habitationem ad tempus non admodum breve, negotii alicujus causa.*
☞ *Vide Animadversionem.*

11 *Habitatio bona fide, & non fraude suscepta in aliquo loco, unde quis non potest commode reverti ad sumenda Sacramenta in loco parochiæ, ubi domicilium habet, illius parochiæ efficitur.*

12 *Parochus uterque habet ordinariam potestatem erga personam, quæ in duabus parochiis domicilium contraxit, in quibus scilicet diversis anni temporibus habitare solet.*

13 *Pœnitentiæ Sacramentum potest quilibet de diœcesi recipere in Ecclesia cathedrali.*

14 *Parocho Cathedralis non licet Sacramenta administrare, vel curam exercere in aliena parochia.*

15 *Peregrini, cui Parocho confiteri possint, ostenditur.*

16 *Vagus debet confiteri Parocho illi, in cujus parochia reperitur tempore perceptionis Sacramenti, dummodo non vagetur, ut evadat judicium proprii Parochi.*
☞ *Vide Animadversionem.*

17 *Parochus facultatem non a jure, sed a consuetudine habet eligendi confessarium, quem velit ex approbatis absque alia licentia particulari Episcoporum.*
☞ *Vide Additionem.*

18 *Fideles omnes baptizati utriusque sexus post perfectum usum rationis, qui sibi conscii sunt alicujus peccati mortalis, tenentur præcepto annuæ Confessionis.*

19 *Peccata venialia habentes, an, & quando teneantur præcepto annuæ Confessionis, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

20 *Imperator, & Reges de jure suis Presbyteris parochi alis tenentur confiteri.*
☞ *Vide Additionem.*

21 *Papa ad præceptum annuæ Confessionis obligatur quoad vim directivam tantum.*

X 2 22 Re-

(1) *Cap. nulla de consecr. dist. 4. Catech. Rom. de bapt. n. 36.* (2) *Cap. Veniens de Presbyt. non bapt.* (3) *Concil. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 9.* (4) *Vol. 1. Notif. 8.* (5) *Cap. de quibus, de baptis.*

22 Regulares Ordinis Minorum, ac illorum, qui cum illis in privilegiis communicant, possunt, Parochis contradicentibus, saecularium confessiones audire.

☞ Vide Animadversionem.

23 Parochi ipsi impedire non possunt Regulares ad audiendas confessiones approbatos, quominus illas audire possint in domibus poenitentium aegrotorum, quando ab eis vocantur, modo eorumdem infirmorum Parochos de audita confessione eodem die certiores reddant.

☞ Vide Additionem.

24 Parochus potest alteri Sacerdoti delegare potestatem confessiones audiendi suorum Parochianorum.

25 Parochus, ubi praesumere potuerit, subditum habere justam causam confitendi alieno, debet ipsi petenti licentiam dare.

26 Parochus, si subdito juste postulanti licentiam injuste denegat, subditus autem sine periculo salutis, famae, &c. proprio Parocho confiteri non possit, poterit ipse absque alia facultate alieno confiteri Sacerdoti.

27 Sacerdos, cui Parochus potest delegare potestatem confessiones audiendi Parochianorum suorum, debet esse ab Ordinario ad audiendas confessiones approbatus.

28 Parochus concedens alicui subdito facultatem confitendi sua peccata alteri Sacerdoti, intelligitur de eo, qui habet exercitium curae animarum actu, & habitu, prout habebat committens.

29 Parochus excommunicatus vitandus non potest alteri Sacerdoti approbato delegare potestatem confessiones audiendi suorum Parochianorum.

30 Sacerdos delegatus tenetur credere poenitenti dicenti, se habere licentiam a proprio Parocho, ut illi ministret Sacramentum confessionis.

31 Parochus credere debet Parochiano fide digno, dicenti, se fassum esse habenti legitimam licentiam ipsum absolvendi, atque ita debet illi ministrare Eucharistiam.

32 Parochus, non est obligatus credere dicenti, se adimplevisse praeceptum annuae confessionis, nisi illud legitime probet.

☞ Vide Animadversionem.

33 Confessarii attestationi, asserentis, se absolvisse a censuris, non est credendum in foro externo.

34 Absolutio virtute Bullae Cruciatae; licet non suffragetur in foro externo, attamen ad effectum validitatis impetrationis beneficii ecclesiastici illa suffragatur.

35 Sacerdos, non habens commissionem a Parocho audiendi confessionem, si illam habuisse communiter reputetur, & publice poenitentes audiat, illi quoad Deum excusantur ob communem errorem.

36 Confessus non approbato ex ignorantia ob fidem, quam habuit in Sacramento, quoad Deum est absolutus.

☞ Vide Animadversionem.

37 Subdelegare non potest delegatus a Parocho ad audiendas confessiones suorum Parochianorum, nisi solus officium suum explere non possit.

38 Vicecurati ad tempus absentes alteri Sacerdoti munus pastorale, consuetudine id permittente, delegant.

☞ Vide Additionem, & Animadversionem.

39 Sacerdos auditurus confessiones eorum, qui peste, vel simili morbo contagioso infecti sunt, quid curare debeat, ostenditur.

40 Constitutus in mortis articulo, si aliter non possit, obligatur ex lege charitatis ad confitendum coram aliis saltem ea peccata, quae neque cum scandalo, neque cum gravi sua infamia, vel simili detrimento juncta sunt.

☞ Vide Animadversionem.

41 Interdicti tempore, an, & quando Parochus possit Sacramentum confessionis administrare Parochianis, ostenditur.

42 Parochus caveat, ne à casibus per Episcopum reservatis quemquam absolvat, quia nulliter absolveret, nisi in articulo mortis.

43 Parochus poenitentem habentem peccata reservata Episcopo absenti, poterit absolvere a peccatis non reservatis, reservata absolutione a reservatis, cum Superior copiam sui fecerit.

☞ Vide Animadversionem.

44 Parochus caveat, ne administret Sacramentum poenitentiae per literas, aut nuncium, sed praesentibus tantum, & sibi confitentibus peccata absolutionem conferat.

☞ Vide Additionem.

45 Poenitens non solum ubi semel S. Poenitentiariae literas super dispensatione aliqua in foro conscientiae praesentavit alicui Confessario, sed etiam postquam fuit ab eo pronunciatum, dispensationem esse subreptitiam, potest alium Confessarium adire.

☞ Vide Additionem.

46 Infirmus in mortis articulo constitutus, si, adveniente Parocho, nullum peccatum confiteri possit, quid Parochus hoc casu agere debeat, ostenditur.

47 Infirmus, quando inchoatam confessionem perficere nequit, quid agere debeat Parochus, ostenditur.

48 Parochi, ubique locorum existentes poenitentes ad turpia, & inhonestos actus solicitantes, ab Inquisitoribus tamquam de haeresi suspecti puniuntur.

49 Parochus, qui poenitentem in confessionali osculatur, aut cum venerea delectatione manus, vel aliam partem poenitentis attrectat, aut ictu oculorum, vel alio signo ad libidinem provocat, incidit in poenas contra solicitantes in confessione comminatas.

☞ Vide Animadversionem.

50 Parochus, provocans in confessionali masculum ad nefandum peccatum perpetrandum, incurrit poenas contra solicitantes comminatas.

51 Parochus Confessarius solicitans poenitentem in confessionali ad alia graviora delicta, praeter venerea, non incidit in poenas contra solicitantes in confessione comminatas.

52 Filiam spiritualem ratione Poenitentiae extra confessionem solicitans Parochus ad venerea, non incurrit poenas contra solicitantes in confessione comminatas.

53 Parochus, qui carnaliter cognovit poenitentem, non tenetur hanc circumstantiam in confessione explicare.

☞ Vide Additionem.

54 Confessionis sigillum directe, vel indirecte, ante, vel post mortem confitentis sine mortali sacrilegio revelare non potest Parochus; etiamsi alias integrum Regnum debeat perire.

☞ Vide Additionem.

55 Parochi revelantis confessionem poena est depositio,

tio, & in monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrusio.
☞ *Vide Additionem.*
56 *Confessario licentiam dare potest pœnitens loquendi de peccatis suis, sive coram se, sive coram aliis.*
☞ *Vide Additionem.*
57 *Licentia data per pœnitentem Confessario loquendi de peccatis suis, debet esse voluntaria, expressa, & actu data, non vero sufficit præsumpta, & semel data in confessione potest nihilominus revocari.*
58 *Confessario dicenti, se habuisse licentiam a pœnitente de revelanda confessione, an & quando credatur, ostenditur.*
59 *Confessionale in Ecclesia habere debet Parochus in loco aperto, & manifesto, non autem in facellis, neque in angulis Ecclesiæ.*
60 *Superpelliceum, & stolam deferre tenetur Parochus sæcularis, dum audit confessiones.*
☞ *Vide Additionem.*
61 *Bullam in Cœna Domini penes se habere tenetur Parochus, & debet cavere, ne quemquam absolvat a casibus in ea reservatis.*
62 *Libros quales Parochus penes se habere debeat, ostenditur.*

1 PRovisus de parochiali beneficio, & sic Parochus Sacerdos habet jurisdictionem ordinariam in pœnitentiæ foro circa omnes suæ parochiæ fideles, & censetur quoad hoc a lege approbatus absque alia desuper sibi facienda per Ordinarium licentia, ut colligitur ex Conc. Trid. *sess.* 23. *de ref. c.* 15. ibi, *nisi aut parochiale beneficium, &c.* & tradunt Anton. Fernandez *in examine Theologiæ moralis p.*3. *cap.* 7. *ex num.* 3. ubi *num.* 4. *in fine* subdit, Parochos habere hanc jurisdictionis ordinariam potestatem a Summo Pont. dependentem ab Episcopo, quoad culparum reservationem, Paul. Layman. *in Theologia mor. l.*5. *tr.*5. *cap.* 10. *n.* 3. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prac.*2. *l.*7.
2 *cap.* 2. Nomine autem parochialis beneficii in præsenti materia veniunt superiora beneficia, qualia obtinent Parochi, aliqui Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi, & similes, curam animarum, & jurisdictionem in hoc foro habentes, ut per Suar. *tom.* 4. *de Pœnitent. disp.* 22. *sect.* 4. *num.* 21. Anton. Fernandez *d. part.* 3. *capitulo* 9. §. 8. *num.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 1. *cap.*16. *q.* 3. *num.* 190. Filiuc. *in quæstione morali tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 157. Fagundez *d. cap.* 2. *num.*41. Antonius Diana *resol. moral. par.*1. *tract. de Bulla Cruciatæ, resol.*8. *in fine.*
3 Approbatus tamen dumtaxat ad audiendas confessiones censetur Parochus in ea civitate, vel oppido, ubi sita est parochia, non autem passim per totam diœcesim, prout resolvunt, & a Sac. Congr. decisum referunt Piasec. *in praxi Episc. par.*2. *cap.*1. *n.* 10. *p.*92. Homob. de Bonis *in examine eccles. p.*1. *tr.*5. *c.*3. *q.*15.

Additio.

☞ Ita quidem decisum fuit a S. Cong. Conc. in Leodien. Mense Aug. 1600. ad II. dubium, ut lib. IX. Decretor. pag.7. Ideoque, stante hoc decreto, ad removendas omnes difficultates expediret, ut quilibet Episcopus expresse facultatem daret omnibus Parochis audiendi confessionem in tota diœcesi, ut datam fuisse legitur a Sancte Lanucci in diœcesana Synodo Civitatis Castellanæ, celebratæ an.1657. *cap. V. de Sacram. Pœnit.* Potest tamen Parochus in propria Ecclesia absolvere parochianos alterius parochiæ absque alia licentia, ut declaravit laudata Congr. in Vilnen. 25. Jun. 1639. lib. XVI. decretor. pag.213. ad V.

Subnectuntur hic decreta ejusd. Cong. edita in Posmanien. *Dubium auditionis Confessionum* sub die 3. Decemb. 1707. relata in Thesauro Resolut. dictæ Cong. tom.IX. pag.141.

I. An Curati unius diœcesis, vocati a Parochis alienæ diœcesis, possint in illa audire confessiones tam suorum subditorum, quam alienorum absque licentia Episcopi loci.

II. An Sacerdotes approbati ad confessiones audiendas in una diœcesi, vocati a Parochis alterius diœcesis, possint in ista audire confessiones quorumlibet absque approbatione Episcopi loci: & quatenus negative ad utrumque:

III. An, & quomodo in casibus prædictis sit consulendum, si agatur de magno concursu populi, & magna distantia adeundi pro approbatione ad Episcopum diœcesanum in casu &c.

S. Cong. die 19. Novemb. 1707. distulit propositionem. Die vero 3. Decemb. ejusd. anni rescripsit = Ad I. affirmative quoad subditos, negative quoad reliquos. Ad II. negative. Ad III. arbitrio, & prudentia Ordinarii. ☜

Nisi inquam Parochus virtute Cruciatæ, aut Jubilæi eligatur, quia tunc ubique est eligibilis, sic ut expresse tenent Suar. *dict. sess.* 4. *num.* 18. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. l.* 1. *cap.* 16. *q.* 3. *num.* 189. quidquid dicant Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.*27. *num.* 21. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. 4

Animadversio.

☞ Stante decreto supra relato in Leodien. recedendum omnino est ab opinione, quod virtute Cruciatæ, aut Jubilæi Parochus sit eligibilis ad audiendas confessiones in tota diœcesi, nisi enim deputatus sit ab Ordinario, eas valide audire nequit, nedum ex Constitutionibus Pauli V. Urbani VIII. & Clem. X. quibus contraria opinio damnata est, sed etiam ex Constit. Innocent. XII. *Cum sicut* 19. April. 1700. in qua decrevit, ac declaravit = Confessarios (ut apposite adnotatum legitur in Synodo Tusculana, habita an. 1763. artic. VII. n.7. de Ministro Sacram. Pœnit. pag. 620.) tam sæculares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim Bullæ Cruciatæ a Pœnitentibus ad audiendas eorum confessiones electos, eas audire non posse sine approbatione Ordinarii loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & in quo Confessarius ad suas excipiendas confessiones requirunt; neque ad hoc suffragari approbationem, semel, aut plures ab Ordinariis aliorum locorum obtentam, etiamsi pœnitentes subditi illorum Ordinariorum forent, qui Confessarios electos approbassent; adeoque

que confessiones in posterum aliter factas, & auditas nullas, irritas, atque invalidas fore: Sacerdotibus vero, qui illas audire præsumpserint, suspensionis pænam ipso facto incurrendam indixit: opinionem autem contrariam, tamquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam damnavit, eamque doceri, sustineri, aut ad praxim deduci sub pæna excommunicationis, ipsofacto incurrendæ probibuit. Innocentii XII. Constitutionem confirmavit mox per literas in forma Brevis Innocentius XIII. *Apostolici ministeri* 13. *Maji* 1723. quibus etiam declaravit, Sacerdotes, sive sæculares, sive regulares, qui ab Episcopis obtinuerint licentiam audiendi Confessiones limitatam, vel quoad locum, vel quoad tempus, vel quoad genus personarum, non posse Sacramentum Pænitentiæ administrare extra tempus, vel locum, vel personarum genus, ab ipsis Episcopis præscriptum, quocumque privilegio, etiam in vi Bullæ Cruciatæ, nullatenus suffragante. Sacerdotibus autem tam sæcularibus, quam regularibus ad Confessiones excipiendas, vel ex vi Bullæ Cruciatæ, vel ex quocumque alio privilegio electis, minime suffragari, quod approbati alias fuerint ab Episcopo, qui loci, in quo confessiones audiendæ sunt, Ordinarius aliquando fuerit, sed non amplius sit, vel quia obierit, aut Episcopatui renunciaverit, vel quia ad aliam Feclesiam auctoritate Apostolica fuerit translatus; sed necessariam omnino esse illius approbationem, qui actu ordinariam in ea diœcesi exerceat jurisdictionem: eam tamen sufficere, etiam tacitam, ac tamdiu durare, quamdiu præcedens approbatio expresse revocata non fuerit; in quo casu nova ex integro impetranda erit, non secus ac, quando prior approbatio, tempore præfinito elapso, expiraverit. Innocentii XIII. literas Benedictus XIII. *In supremo militantis Erclesiæ* 23. *Septembris* 1724. aliis Apostolicis suis literis approbavit, confirmavit, atque innovavit. Verum cum novæ hac super re excitari possent controversiæ, Benedictus XIV, ut omnem in posterum dubitandi occasionem adimeret, Constitutionem *Apostolico indulto* nonis Augusti 1744. edidit, qua statuit, ac declarat, idem omnino jus, quod vigore prædictorum Decretorum circa intelligentiam, & usum Indulti Bullæ Cruciatæ obtinet, etiam quoad reliqua ejusdem generis Indulta pariformiter valere, atque obtinere debere; & reprobationem dictarum opinionum, quatenus respiciunt intelligentiam, & usum Indulti Bullæ Cruciatæ, a præfatis Pontificibus proscriptarum, locum similiter habere, quatenus easdem opiniones, & sententias in medium proferri contingeret circa similia etiam Indulta, sive universis per Ecclesiam Cristifidelibus, sive alicui regioni, aut loco, Universitati, aut cætui particulari Sodalium, seu Confratrum, quomodocumque, & ubicumque concessa, vel concedenda. Deinque ita subdit = Insuper decernimus, & declaramus, id, quod generaliter de Indultis præmissis sentiendum jam diximus, generaliter quoque intelligendum esse de omnibus, & singulis personis, quæ sub eorumdem Indultorum concessione comprehensæ reperiuntur, vel quas in posterum comprehendi contingat, quæque supradictis Indultis uti voluerint: ita videlicet, ut si in aliquo Indulto tam sæcularibus, quam Regularibus tribuatur facultas eligendi Confessarium ab Ordinario loci approbatum; tunc Confessarius vigore talis concessionis, sive a sæculari, sive a regulari pænitente ad audiendas eorum respective confessiones electus, nullatenus ejusmodi confessiones audire valeat, nisi ab Episcopo diæcesano, & Ordinario loci, ubi confessio excipienda est, ad confessiones approbatus, & deputatus existat, quacumque alia approbatione, tam illius generis, quam uterque Innocentius Prædecessores prædicti declararunt, non suffragari, quam ea, si de Regularibus agatur, quæ a solo proprio regulari Prælato obtenta foret, minime suffragante. Æquum est enim, & rationi consentaneum, ut quicumque speciali Indulti beneficio gaudere, eoque uti voluerit, is conditiones in eodem Indulto præscriptas omnino servet; neque licitum est cuiquam conditionem illam approbationis Confessarii per loci Ordinarium faciendæ, alio modo intelligere, quam eo, quo ipsam intelligendam esse toties Prædecessores nostri Romani Pontifices, ut præmissum est decreverunt. Quorum nos quoque vestigiis inhærentes, præfatam conditionem, in eodem plane sensu, quem illi tradiderunt, ab omnibus, & singulis hujusmodi Indulto sub ea conditione concesso utentibus excipiendam, & servandam esse statuimus, atque mandamus, quicumque illi fuerint, qui in vi ejusmodi Indulti Confessarium sibi eligent, sive sæculares, sive Regulares cujuslibet Ordinis, & Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, & Ordinum Militarium, & etiam militiæ Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, nec non Societatis Jesu, atque alterius cujusvis Congregationis, vel Societatis, tametsi de illis, aut illorum, vel illarum aliquo, seu aliqua, specialis, & expressa mentio, quomodocumque facienda foret. Ideoque confessiones, & absolutiones in præmissis casibus aliter in posterum factas, & respective auditas, seu impertitas, irritas fore, & invalidas declaramus, & contrariam quamcumque opinionem, ejusque praxim deinceps prohibemus, ac reprobamus, tamquam explanatæ toties ab Apostolica Sede verborum intelligentiæ, ac menti nostræ, quam ad omnem hac super re ambiguitatem tollendam per præsentes clarius exposuimus, penitus adversantem = ☞

Quod intelligitur, quoad extraneos sibi non 5
subditos; quia suorum confessiones potest ille
etiam in aliena diœcesi, & ubique locorum audire,
secundum Victor. *de Confess. n.* 152. Card. Tolet.
*in instr. Sacerd. l.*4. *c.* 13. *in fine* Henriq. *in sum. l.*
7. §.1. Anton. Capyc. *decis.* 203. *nu.* 15. Sylvest.
verb. Confessor. 1. *q.*13. Covar. *pract. c.* 11. *nu.* 4.
Navar. *in man. cap.*27. *num.*255.

Additio.

☞ Idipsum declaratum fuit a S. Cong. Concilii in supra relato decreto in Passavien. ad I. cum enim hæc Parochi jurisdictio sit ordinaria, & voluntaria, non contentiosa, sequitur personam. ☞

Post dimissum beneficium non poterit amplius 6
Parochus absque nnva approbatione accipere con-
fessiones, nec etiam censetur sufficienter idoneus,
& ap-

& approbatus ad illas audiendas tempore Jubilæi, ut per Henriq. *in sum. lib. 7. cap. 12. §. 3. & 4.* Soar. *d. tomo 4. disp. 28. sect. 4. n. 20. & sect. 6. n.13.* Valer. Reginald. *d. lib. 1. n. 190.* Filiuc. *dict. nu. 257.* quicquid dicant Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ, §.9. n. 4.* Villalob. *dict. tomo 1. tract.27. claus.9. §. 1. n. 4.* Joan. de la Cruz *in director. conscient. part. 2. de Pœnit. quæst. 5. dub. 8. concl. 4.*

7 Prout nec etiam valide Confessiones audit, qui se de facto intrusit in hujusmodi beneficio sine auctoritate Superioris, vel nullum titulum bonum, aut malum habuit a Superiore, secundum Angel. *verb. Confessio, §.2.* Navarr. *in man. cap. 9. nu. 11. & in capitulo placuit, de pœnit. dist. 6. n. 176.* Nisi communi errore fuisset pro vero Parocho habitus, habens titulum putativum a legitimo Superiore, quia tunc Confessiones a suis subditis illi factæ, essent validæ, juxta ea, quæ supra diximus, *capitulo 17. n. 27. cum seqq.* & addit optime Sanchez, *loco proxime citat.* non satis esse communem errorem, sed necessarium esse titulum collatum a Superiore, quamvis invalidum ob aliquod vitium latens, & *num. 50.* subdit, non sufficere titulum conferri a quocunque Superiore, sed conferendum esse a legitimo Superiore.

Additio.

☞ Hic recolenda sunt a me addita in cap. XVII. post num. 34. ☜

8 Non tantum semel in anno, quando subditus tantummodo obligatur, tenetur Parochus ex officio Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, ut existimarunt Sylvest. *verb. Confessio 1. §. 18.* Armil. *verb. Absolutio num. 27.* Medina *de Pœnit. quæst. 41.* Valer. Reginald. *dict. lib. 1. cap. 8. n. 81.* sed etiam toties, quoties expedire prudenter judicaverit, subdito, nullaque subsit causa negandi, tenetur vel per se, vel per alium Confessionem ejus audire, sive ratione festi occurrentis, aut Indulgentiarum præpositarum, sive quia tunc tempus (verbi gratia singulis mensibus, aut decimo quarto die) solet confiteri, aut quia habet aliqua peccata, quæ ipsius conscientiam gravant, aut aliam similem ob causam, ut bene docent Adrian. *q. 5. de Confess. dub. 8.* Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art. 2.* Navar. *in cap. consideret n. 159.* Petr. Sot. *instit. Sacerd. tr. de officio Past. pag. ult.* ubi dicit, boni pastoris esse curare ne Confessio, neve Communio alicui, vel indigenti, vel petenti desit, Valer. Reginal. *tom. 2. l. 20. n. 68.* Coriolan. *de casibus reserv. p. 1. sect. 1. num 2.* Petr. Hurtado *de Pœnit. disp. 10. diffic. 20.* Fagundez. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 1. cap. 3. n. 3.* Ioan. Sanc. *in select. disp 47. num. 6. & 7.* ubi *n. 8. vers. nec Paroch.* subdit, Parochum peccare contra justitiam, Religionem, & Pœnitentiæ virtutem, si nec semel etiam in anno Confessiones vellet excipere, aut Confessarii copiam exibere, quod evenire quasi incredibile est. Ludov. a Sancto Joanne Evangelista *in tract. de administ. Sacram. art. 1. tit. de residentia n. 13.* Limitat hanc sententiam Vasq. *in 3. p. tom. 4. qu. 93. art. 3. dub. 6. n. 3.* quando tanta frequentia Confessionis non expediret saluti, & profectui spirituali subditi, sunt enim qui ita frequenter confitentur, ut omnino sit inutile, quia & Confessionis virtus contemnitur, imo & aliquando expedit conscientiæ subditi cessare a Confessione propter scrupulorum perturbationem, quapropter diligenter inspiciendum est, quid unicuique pœnitenti conveniat. Limitat *secundo* Didac. Nugnus *in addit. ad 3. p. t. 2. q. 8. ar. 4. dub. 3.* & excusat Parochum a mortali peccato, qui semel, aut iterum denegat confessionem petenti rationabiliter. Et Joan. Sanc. *d. disp. 47. n. 10.* post Suar. *de Pœnit. disp. 32. sect. 1.* tenet, solum venialiter peccare Parochum, si semel, aut iterum nollet audire Confessiones (nulla excusante causa, quæ valde tenuis sufficeret pro una, vel alia vice) nisi subditus aliqua gravi tentatione, aut difficultate premeretur, vel quia longum, & laboriosum iter ingreditur, vel quia tempus esset Jubilæi, in his enim, & similibus eventibus graviter peccare Pastorem, refugientem Sacramenti ministerio vacare concludit.

Animadversio.

☞ Cum nescire possit Parochus, in qua necessitate constitutus sit pœnitens emittendæ Confessiones, non video quommodo excusari posset a mortali, etiamsi semel, aut iterum nollet eam audire, potissimum si nulla excusaretur causa. ☜

Limitat *tertio* idem Joan. Sanc. si subditus tempore importuno, hora scilicet prandii, aut somni vellet peccata sua confiteri, aut quando potius expedit Parocho agere alia negocia talis qualis momenti, quia tunc non tenetur Confessionem audire. Advertant Parochi muneri suo non satisfacere alterius Confessarii copiam exibendo, qui Parochianorum excipiat Confessiones, cum videat, & sciat, eos nequaquam alium Confessarium, sed solum proprium Parochum audire solum velle, tunc enim tenetur per se ipsum audire subditum, ut resolvit Joan. Sanc. *dict. disp. 47. n. 10.*

Magna Parochus in confitendo cura caveat, ne 9
Sanctum det canibus, & projiciat margaritas ante porcos, Matth. 7. *vers. 6.* indignos absolvendo, & ne, dum alios purgat, ipse fœdetur: ideo opus est, ut magna prudentia, & dexteritate utatur. Cum enim sit pater quidam spiritualis, medicus, & judex, in patris officio cavere debet, ne sit vel indulgentior, vel severior, quam res postulat, ne quem consolari debet, eum acerbitate verborum affligat. In officio medici, ne medicamenta præbeat minus accomodata ad morbi, & ægroti naturam, quibus malum non sanetur, sed augeatur potius. Denique in judicis officio, ne condemnet absolvendos, & condemnandos absolvat, sed rectam, & æquam sententiam ferat. Prov. 17. vers. 15. *Qui justificat impium, & qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum.* Ubi vero ille audierit gravia peccata, condoleat ex animo, & intimis sensibus misereatur, gemat, lachrimetur, taciteque precetur pro fratris lapsu. *Quis infirmatur*, ait Apostol. 2. Corinth. 11. *vers. 29. & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non uror*; Et 1. ad Corint. 9. vers. 19. cum seq. *Nam cum liber essem ex omnibus omnium me servum feci*,

feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrarer, iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) *ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem iis, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem* (cum sine Dei lege non essem, sed in lege essem Chr.) *ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.* Sic Dei infinitam misericordiam, & patientiam imitatur, & Christi Dom. qui perditissimorum hominum consuetudinem non horrebat, vestigiis insistat. Habeat ante oculos exemplum pii illius Samaritani *Lucæ 10. vers. 32. & 33.* qui saucii, ac miseri hominis conditionem miseratus, ejus curam suscepit, vulnera alligavit, &c. Vera justitia compassionem habet, falsa vero indignationem, ut ait Sanctus Gregorius *homil. 34. in Evang.*

10 Parochi jurisdictioni in foro pœnitentiali fideles subjiciuntur, non solum constituentes in Parochia domicilium, sive habitationem perpetuam, sed etiam quasi domicilium, sive habitationem ad tempus, non admodum breve, negotii alicujus causa; ita glos. *in Clem. 1. de priv.* Sylvest. *in sum. verb. domicil. & verb. Paroc.* Sanch. *de Matrim. l. 3. disp. 23. n. 12. & in præcep. Decal. tom. 1. l. 4. cap. 37. n. 24.* ubi monent, eandem rationem esse de aliorum Sacramentorum (excepto Ordinis) administratione, item de jure assistendi Matrimonio, dispensandi in votis, conferendi ecclesiasticam sepulturam &c. non tantum quoad incolas, sed etia quoad quasi incolas, videlicet scholares, milites præsidiarios, famulos, & ancillas, tametsi alibi domicilium habeant, refert Paul. Laym. *in Theol. moral. l. 5. t. 6. c. 10. n. 5.*

Animadversio.

☞ Cum potestas dispensandi in votis competat dumtaxat Prælatis, habentibus jurisdictionem in foro externo, qua Parochum, signanter, præter communem, carere probat Mascat. Institut. Canon. lib. III. tit. XXXIV. de vot. & vot. redemp. n. 8. q. 5. in iis, per se loquendo, dispensare nequit. ☜

11 Habitatio enim bona fide, & non fraude suscepta in aliquo loco, unde quis non potest commode revertere ad sumenda Sacramenta in loco parochiæ, ubi domicilium habet, illius loci Parochianum efficit; secus tamen, si fraudulenter in præjudicium proprii, vel alterius Parochi habitationem ad tempus mutaverit, cum fraus, & dolus nemini patrocinari debeant, juxta vulgaria jura, ita Nav. *cons. 1. de Parochi in utr. edit.* Sayr. *in florib. dec. sub eodem tit. dec. 1.*

12 Habet quoque Parochus uterque ordinariam potestatem erga personam, quæ in duabus Parochiis domicilium contraxit, in quibus scilicet diversis anni temporibus habitare solet, ita argum. *l. assumptio, §. ult. ff. ad municip. & c. 2. de sepultur. l. 6.* resolvunt Navar. *in c. placuit n. 77. de Pœnit. dist. 6.* Henriq. *in sum. l. 6. c. 7. §. 2.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. disp. 25. sect. 2.* Ægyd. de Conink. *d. disp. 8. dub. 3. in fine concl. 4.* Sanc. *d. l. 3. disp. 24. n. 5.* Anton. Fernand. *in examine Theol. mor. p. 3. c. 6. §. 9. n. 6.* Paul. Laym. *d. c. 10. n. 6. vers. dubitatur,*
& subdit, hinc fieri, ut personæ hujusmodi liberum 13
sit in alterutra, quam malit, Pœnitentiam, & Sacramenta suscipere, dummodo in utroque loco magnam anni partem habitare soleat, nam alioquin, si recreationis tantum causa ad breve tempus in alterum locum secedat, unum Parochum habere censebitur, in cujus parochia principalius habitat. In Ecclesia autem cathedrali poterit quili- 14
bet ex diœcesi recipere hoc Sacramentum, ut per Piasec. *in praxi Episc. p. 2. c. 3. n. 24. vers. circa festum*, & faciunt per me adducta de Canon. *c. 6. a num. 18.* Non licet tamen Paroch. Cathedralis Sacram. administrare, vel curam exercere in aliena Parochia, S. Congr. Conc. *in Eugubina 20. Septembris 1628.*

Peregrini cui Parocho confiteri possint, tradunt 15
Victor. *in sum. de Sacramento*, ubi *de Confessione num. 155.* Sylvest. *verb. Confessor. 1. q. 2.* Navarr. *in c. placuit, de Pœnit. dist. 6. a n. 62. vers. infertur, & quarto* Ugol. *de officio Episcopi c. 39. §. 4. per tot.* ubi *num. 35*, sic distinguit. Aut peregrinus licentiam habet a simplici suo Parocho peregrinandi, & in hoc casu concludo hunc absolvi non posse a quocumque, quandoquidem Sacerdotes alii a suo Ordinario probati non sunt; Aut licentiam habet a suo Episcopo, & in hoc casu pro certo habeo, ipsum absolvi posse a quocunque Sacerdote approbato ab Ordinario diœcesi, ubi reperitur; nam per illam licentiam videtur probasse Sacerdotes alios aliorum Ordinariorum (modo ab ipsis Ordinariis fuerint approbati.) Id quod locum habere sentio, non solum, ubi expresse licentiam habuit, verum etiam, ubi tacite, utpote qui sciunt, quosdam sic peregrinari, & consuevisse Sacramenta recipere, & ob id, tacendo, videtur consentire, præsertim, quod verisimile est, si licentia hæc petita esset, facillime ipsam concessurum. Hactenus Ugol. Unde jam hodie ex tacita Ordinariorum voluntate, per consuetudinem confirmata, non solum possunt advenæ, & peregrini cuicunque approbato Sacerdoti confiteri, sed etiam S. Eucharistiæ Sacramentum, etiam tempore paschali suscipere, si ad propriam parochiam facile accedere nequeant; ita tamen, ut ad proprios lares reversi, annuæ Confessionis, ac Communionis Parochis, id poscentibus, testimonium in schedula exbibere debeant, sic Nav. *in cap. placuit 11. 66. de Pœnit. dist. 6.* Emman. Sa *in aphor. verb. Conf. n. 2. & verb. Parochus n. 7.* Homob. *de examine eccles. tr. 8. c. 11. qu. 4. & novissime in respons. q. mor. part. 2. resp. 49.*

Vagum debere confiteri Parocho illi, in cujus pa- 16
rochia reperitur tempore perceptionis Sacramenti, resolvunt Sylvest. *d. verb. Confessio 1. q. 10.* ubi intelligit, dummodo non vagetur, ut evadat judicium proprii Parochi, Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art. 2.* Card. Tolet. *instruct. Sacerd. d. l. 3. cap. 13. n. 12.* Possevin. *d. tract. de officio Curati cap. 7. n. 11.* De scholaribus, & mercatoribus a quo absolvi possint, vide Ugolin. *d. cap. 39. §. 5.*

Animadversio.

☞ Juxta hodiernam Ecclesiæ disciplinam peregrinus, vagus, ac quicumque alius non tenetur confi-

confiteri Parocho. Eucharistiam tameo tenentur sumere in Ecclesia parochiæ, in qua degunt, ut præcepto Communionis paschalis satisfaciant; non in Cathedrali (quidquid olim senserint DD, ab Auctore supra citati) & in Urbe, neque in Ecclesia S. Joannis Lateranensis, ac S. Petri in Vaticano, ut notabitur infra ad cap. XX. n. 12. ☜

17 Parochus vero ipse cui debeat confiteri, dubitatur ab aliquibus, quorum illa est magis approbata sententia, Parochum facultatem non a jure, sed a consuetudine habere eligendi Confessarium, quem velit ex approbatis, absque alia licentia particulari Episcoporum, qui ordinarii Confessarii sunt Parochorum, & ita obtinuit praxis, vide Nav. *in c. placuit*, *de Pænitent. dist.* 6. *n.*30. Fernandez *in sum. Theol. moral. p.*3. *cap.*6. §.9. *n.*12. qui respondent *ad c.* 2. *de Pænitent. & remiss. l.*6.

Additio.

☞ Huc spectat Propositio 16 XVI. in ordine, proscripta ab Alex. VII. 24. Sept. 1665. = Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario = Hodie ergo ex mox additis, etiam Parochus confessionem facere potest coram quocumque Sacerdote, ab Episcopo tamen proprio approbato. ☜

Circa personas, quas obligat præceptum annuæ confessionis, semel faciendæ suo proprio Parocho tempore Quadragesimæ, juxta *c. omnis utriusque sexus*, *de Pænit. & remiss.* illud est adnotandum, Parochianos teneri proprio Sacerdoti, idest suo Parocho, aut saltem cum ejus licentia, alieno confiteri semel in anno, nempe in quadragesimali, seu paschali tempore, ut resolvit Cardin. Bellar. *l.*3. *de Pænitent. c.* 4. ubi ait, quod sunt confessiones Parochianorum extra Quadragesimam quidem liberæ, in Quadragesima vero sunt præcepto, ac lege jussæ; immo *cap.*13. hanc obligationem probat auctoritate Patrum. *Jam enim*, inquit, *supra ex Gregor. Nysseno*, *ex Joanne Chrysost. circa Paschæ celebritatem*, *Christianos omnes ad confessionem accedere debuisse demonstravimus*, hoc autem dicit ratione *d. c. omnis*, quo capitulo volebat Calvinus primo institutam fuisse confessionem: *cum solum*, inquit, Bellarm. *fuerit determinata circumstantia temporis pro confitendo*. Medina *in Cod. de Confess. quæst.* 14. Gregor. de Valentia *disp.* 7. *q.*9. *punct.* 4. *de Confess.* Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.*7. *c.*29. *q.*7. Ludov. Carbo *de quinque præceptis Ecclesiæ c.* 8. Quamvis, inquit, præceptum Ecclesiæ indeterminate loquatur de tempore semel confitendi in anno, *tamen credendum est*, *hoc tempus esse Quadragesimam*, *vel tempus Paschale*, *& ita si quis alio tempore confessus fuerit*, *hoc etiam debet confiteri tempore*, &c. late Theophil. Paroch. *part.* 3. *articul.* 8.

18 Omnes igitur baptizati utriusque sexus, postquam ad annos discretionis, hocest, post ad perfectum usum rationis pervenerint, qui sibi conscii sunt alicujus peccati mortalis, præcepto hujusmodi de annua confessione tempore quadragesimali, vel paschali facienda obligantur, *d. c. omnis*, Concil. Trid. *sess.*14. *c.* 5. *can.* 8. Medina *in Cod. de Pænitent. q.*6. Sot. *in* 4. *dist.*18. *q.*1. *art.*3. Suar. *tom.*4. *de Pænit. disp.* 36. *sect.*1. *n.*7. Bonac. *de Sacram. disp.*5. *q.*5. *sect.* 2. *punct.* 4. *n.* 1. a novissime Steph. Weims *in const.* 24. *ex jure antiquo desumptas*, *& per Concil. Trident. speciatim innovatas*
const. 22. *per tot.* Habentes vero venialia, non ex- 19
cusantur absolute, sed saltem tenentur sistere se suo Parocho, ac Pastori, ut ei declaret, se non esse sibi conscium ullius peccati mortalis, quia debet Pastori saltem aliquo modo constare, talem non teneri præcepto confessionis; ut eum ad Communionem possit admittere, Pastorque tenetur illud de se affirmanti credere, nisi habeat justissimas rationes contrarium suspicandi, Suar. *d. disp.* 36. *sect.* 2. *num.* 9.

Additio.

☞ Quamvis hoc præceptum confitendi semel in anno intelligendum sit de mortalibus, praxis tamen Ecclesiæ est, ut in Paschate ante Communionem quisque confessionem sacramentalem emittat, licet conscius sit peccatorum venialium dumtaxat, tum, ut se peccatorem recognoscat, tum, ut cum majori reverentia ad Eucharistiam accedat, prout loquitur S. Thom. sent. 4. dist. 17. quæst. 3. art. 1. quæst. 3.

Item quamvis nullibi reperiatur statutum tempus, seu dies, intra quos hæc annua confessio emitti debeat, mos nihilominus in universa Ecclesia receptus, & a Triden. cap. V. sess. XIV. de pænit. probatus, & tanquam pius, & merito retinendus est, ut fideles omnes eam emittant tempore Quadradesimæ. ☜

Hinc patet, Imperatorem, & Reges de jure suis ac Presbyteris parochialibus teneri confiteri, nomine enim fidelium ipsi veniunt, gloss. *verb. submittemus in cap. Valentin.* 63. *dist.* Castald. *de Imper. q.* 1. *n.*25. *&* 26.

Additio.

☞ Juxta hodiernam Ecclesiæ disciplinam confiteri possunt cuicumque Confessario, ab Ordinario approbato, ut mox notavi. ☜

De Summo Pontifice quid tenendum? Solet ab 21
aliquibus in dubium revocari, sed communis omnium fere sententia asserit, illum ad hujusmodi præceptum obligari quoad vim directivam, non vero quoad pœnas, & vim coactivam, ut resolvunt citati per me in *Collect. ad d. cap. omnis n.* 2.

Fratres Minores ex privilegio ab Alex. IV. sibi 22
concesso possunt confessiones audire, assensu Parochorum minime requisito, ut refertur, *in compendio privileg. verb. absolutio quoad secular.* 2. §. 1. & idem alii sequentes Pontifices concesserunt; unde colligunt Doctores, Regulares Ordinis Minorum, ac illorum, qui cum eis in privilegiis communicant, posse, Parochis contradicentibus, sæcularium confessiones audire, ita Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ* §. 9. *n.* 145. *&* §. 12. *n.*4. *cum seq. & q. Reg. tom.*1. *q.* 60. *art.* 4. Ludov. Miranda *in man. Prælatorum tom.*1. *q.*44. *art.* 14. *concl.* 2. Fr. Jo. a Cruce *d. statu Relig. l.*2. *c.* 6. *dubio* 1. *concl.*3. Fa-

gundez *in quinque Ecclesiæ præcepta*, *præc.* 2. *l.* 1. *cap.* 5. Tamburin. *de jure Abb. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 13. qui omnes addunt, procedere hanc resolutionem, etiamsi Episcopi in licentiis Regularibus concessis dicant, quod eis, Parocho renuente, non utantur, quia ipsi Ordinarii Sum. Pont. hac in re concessa privilegia tollere, aut limitare non possunt.

Animadversio.

☞ Nedum Fratres Minores, sed quicunque alii Regulares audire possunt sæcularium confessiones, dummodo ab Episcopo loci, in quo eas audiunt, approbati fuerint ex Constitut. Clement. X. *Superna* 21. Junii 1670. ☜

23 Nec etiam Parochi ipsi impedire possunt Regulares ad audiendas confessiones approbatos, quominus illas audire possint in domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur, modo eorumdem infirmorum Parochos de audita confessione eodem die certiores reddant, ut novissime censuit S. Congr. *Visitationis Apostolicæ*, cujus tenorem ad litteram refert Lezana *in sum. q. Reg. c.* 19. *n.* 32. & ante a Sac. Cong. Cardinalium *negotiis Episcoporum*, & *Reg. præposita sub die* 2. *Julii* 1587. & ideo cum quidam Curatus ad eandem S. Cong. *Cardinalium negotii Episcoporum*, & *Regul. præpositorum* conquereretur, quod Fratres Sancti Francisci de Observantia Reformati confessiones Parochianorum suorum ægrotantium absque ejus licentia audiunt, Sacr. ead. Congr. respondit *in una Senogallien.* 22. *Januarii* 1616. dictis Fratribus id prohiberi non posse, dummodo ab Ordinario prius approbati existant, & postea quam infirmorum confessiones audiverint, statim dictum Curatum certiorent.

Additio.

☞ Sic statutum etiam legitur in Const. Clem. X. *Superna* 21. Junii 1670. respectu ceterorum omnium Regularium. ☜

Num melius sit confiteri Parochis, quam Religiosis privilegiatis, saltem ubi adimpletur præceptum annuæ confessionis, vidi apud nonnullos in dubium revocari. Quidam ad favorem Parochorum ex multis moventur. *Primo*, ne Curatus contemnatur. *Secundo*, ne a dicentibus se confessos, decipiatur. *Tertio*, ut agnoscat vultum pecoris sui, *Proverb.* 28. *Quarto*, ut eis subitaneo aliquo morbo gravatis, & loqui nescientibus, scire possit, quomodo succurrere possit, idest sive per confessionem, sive per alia Sacramenta *Quinto*, quia pro omnibus subditis rationem in extremo judicio reddere debebit. *Sexto*, quia æquum est, & utile, ut voluntaria confessio necessariam non excludat. *Septimo*, ex testimonio Alberti, S. Tho. Benedicti XI. & multorum Sanctorum, id convenire probantium propter augmentum meriti, & diminutionem pœnæ, peccatis debitæ. Hanc partem tuetur Michael Lochmarius Ecclesiæ Pataviensis Canonicus *in suo Parochiali c.* 4. *concl.* 11. dum ait, *Curatus securius*, *utilius*, *ac justius eligitur*, *quantum est de per se*, & *ceteris paribus pro confessione sacramentali facienda a Parochianis*, *quam Frater privilegiatus*, &c.

Securius dicit, quia persona Curati est a Deo, & ab Ecclesia ad hæc præcepta, Fratris autem persona solum ad hoc concessa; non enim præcipitur, nec consulitur, quod quis ei confiteatur, nec tenetur etiam volentem confiteri audire, nec aliquis de populo sibi confiteri obligatur, Curatus autem tenetur audire suum Parochianum, & alia Sacramenta ministrare, si offert se. Item Curatus est suis Parochianis amplius obligatus propter mutuam, & correlativam obligationem plebis ad suos Pastores, & e converso, & ideo vicissim sibi magis obligantur. Unde rationabiliter potest Parochianus de eo magis confidere, quod solicitior sit ad providendum suæ saluti, quam Frater, qui est sibi persona extranea. Item alienis confitendo Parochiani sæpius ex hoc incurrunt contemptum, & indevotionem contra Pastorem suum. Item tollitur erubescentia, quæ est maxima pars Pœnitentiæ: certum est enim, quod amplius erubescit pandere peccata illi, quem cernit quotidie præsentem, quam uni extraneo. Item ex hoc sequitur oblationum detentio, vel. diminutio, quia non parochialibus Ecclesiis, sed Fratribus ipsis offeruntur.

Utilius dicit, quia non videtur ambiguum, quod quisquam, observando, sive sequendo præceptum, utilius sibi agit, quam præcepto neglecto sequendo, sive observando licentiam, & concessionem; cum sequendo solum licentiam, nullus ob hoc directe mereatur, & quisque observando præceptum, mereatur. Item, confitendo Curato, habet duplicis obedientiæ meritum, scilicet meritum quoad legem confessionis, & meritum quoad legem personæ, confitendo Fratri, caret altero illorum meritorum. Item, cum non sit Parochianis præceptum, neque consilium, ut Fratribus confiteantur, inde confiteri suo Curato videtur utilius. Item persona Curati est Parochianis amplius obligata, quam Fratris persona, & amore sancto suo Parochiano magis affecta, unde præsumitur ex hoc, quod sollicitior erit circa utilem medicinam spiritualem sibi adhibendam, quam Frater, cum sit sibi extraneus; igitur ex illo capite utilius eligitur. Item facilius habetur ad Curatum accessus, quam ad Fratrem, specialiter in casu infirmitatis nocte.

Justius dicit, quia Curato magis incumbit rationem facere de suo Parochiano coram districto judice, quam Fratri privilegiato. Item Curatus, sive Plebanus proprie, & stricte dicitur proprius Sacerdos sui Parochiani, sed Frater privilegiatus non, quia nullus de populo obligatur sibi confiteri, nec ipse tenetur audire.

Potestatem confessiones audiendi suorum Parochianorum potest Parochus alteri Sacerdoti delegare, ut colligitur ex *d. c. omnis utriusque sexus*, quatenus ibi præcipitur, ut fideles confiteantur Sacerdoti proprio, id est ordinario, qualis est Parochus, vel confiteantur alieno, id est alteri non ordinario, tamen cum licentia, seu commissione proprii, ut bene explicant Gabr. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 2. *in princ.* Paul. Laym. *d. c.* 10. *n.* 11. Azor. *instit. mor. p.* 1. *l.* 3. *c.* 12. *q.* 10. Imo ubi Curatus præsumere potuerit, subditum habere justam causam confitendi alieno, debet ipsi petenti licentiam da- 24

25

re,

re, ut concludunt Ugol. *de offic. Episcopi c.* 15. §. 8. *n.*2. & Paul. Layman. *dict. tr. 6. c.* 13. *num.* 3. in
26 tantum, quod si Parochus subdito juste postulanti licentiam injuste deneget, subditus autem sine periculo salutis, famæ, &c. proprio Parocho confiteri non possit, ipse poterit absque alia facultate alieno confiteri Sacerdoti, arg. text. *in cap. placuit de pænit. dist.* 6. dum ibi permissum videtur propter ignorantiam Sacerdotis proprii, alterius judicio, & absolutioni se submittere, ergo multo magis id licebit ob Pastoris improbitatem, & propriæ animæ, vel famæ periculum, ut resolvunt Adrian. *in 4. de Confess. q.5. dub.*3. Sylvest. *in sum. verb. Confess.* 1. *q.* 6. Nav. *in d. c. placuit n.* 144. Henriq. *in sum. l.6. c.*13. §. 4. Hinc dicit Palud. *in 4. dist.*17. *q.*3. si a proprio Parocho inepto, & ignorante licentia petatur, ut possit alteri confiteri, & eam deneget, posse Parochianum, ea non obstante, alteri confiteri, quem refert Jo: Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. interpretatio, differ.* 6. *num.*3. Verum, quamvis hæc sententia probabilis sit, contrariam tamen probabiliorem, & veriorem judico. ex text. *in d. c. omnis utriusque sexus*, ibi. *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat, cum aliter ipse illum non possit absolvere*, ex doctrina S. Thom. *in supplem. q.8. art. 4. ad* 5. ubi dicitur: *Si quis ob periculum proprio Sacerdoti confiteri non possit, neque licentiam impetrare confitendi alieno, talem perinde se habere, ac si confessarii copia destitutus esset*, quare hanc partem sustinent Sot. *in 4. dist.* 18. *q.* 4. *art.* 2. Laym. *in methodo p.*1. *c.*6. §.1. Philiarc. *tom.* 1. *p.*2. *l.*2. *c.*24. Suar. *tom.4. de Pœnit. disp.7. sect.*4 *concl.*2. Petr. Nav. *de restit. l.2. c.4. n.* 269. ad text. vero *in d. cap. placuit*, respondet Suar. *d. disp.* 27. *sect.*2. *in fine*, ibi sermonem esse de pœnitentia publica, quæ secundum arbitrium Sacerdotis ob scandalosa peccata imponi olim solebat, talem enim pœnitentiam ab uno Sacerdote decretam, ab altero mutari, nisi manifestum errorem contineret, fas non erat.

Additio.

☞ Juxta hodiernam Ecclesiæ disciplinam, non amplius opus est prædicta licentia, ut pluries notatum est, & etiam infra notabitur.

Confessiones autem factæ cum Sacerdote, errorem dumtaxat communem habente, iterandæ sunt, etiam juxta declarationem Congr. Conc. in sequenti facti specie = Patavina facultatis absolvendi XI. Decembris 1683.

Occasione Universalis Jubilæi nuper indicti pro imploranda divina ope adversus Turcas tres Sacerdotes Regulares in Patavina Diœcesi absque approbatione, & licentia Eminentissimi Episcopi confessiones sacramentales plurium personarum sæcularium publice exceperunt, & quamvis fuissent moniti a Parocho de eorum inhabilitate, attamen ab eorum inceptis desistere noluerunt. Accersiti postea ab ipsomet Eminentissimo Episcopo ad docendum de eorum prætensa facultate absolvendi; responderunt, quod in opinione probabili aliquorum Auctorum Regularium, primus eorum, uti Guardianus, & Prælatus Regularis, secundus, uti approbatus in aliena diœcesi, & tertius, uti approbatus ab ipso Eminentissimo Episcopo Patavino in alio loco diœcesis ad annum, licet jam elapsum, potuerunt licite, & valide tempore Jubilæi excipere dictas confessiones absque nova Ordinarii approbatione; Eminentissimus tamen Episcopus animadvertit huic prætensioni resistere tum Constitutiones S. M. Urbani VIII, & Innocentii X. relatas per Fagnanum in cap. *Sane de officio, & potest. Jud. deleg.* tum Constitutiones Alexandri VII. la 36. 3. Januarii 1636, & Clementis X. de anno 1670, quæ omnes expresse prohibent, ne Regulares absque approbatione Ordinarii confessiones audiant, quamvis in alio loco approbati; tum etiam responsa hujus S. Congregationis super dubiis ad Bullam Gregorii XV. incipien = Inscrutabili, tum denique expressam mentem Sanctissimi D. N., qui in Bulla prædicti Jubilæi requisivit confessarios ab Ordinariis locorum esse approbatos. Unde plurimum dubitans de viribus hujusmodi confessionum, ab oraculo hujus S. Congregationis quanto citius responderi petit.

I. An licite }
II. Valide } Dicti Sacerdotes confessiones exceperint?

Sac. Congr. respondit ad primum illicite.

Ad secundum invalide. Sed non esse inquietandos illos, qui bona fide confessi sunt. Attamen si ipsi confessi hoc resciverint, vel de validitate confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare confessionem.

Quod autem vigore jubilæi, etiam Bullæ Cruciatæ, aut cujuscumque alterius generalis, vel particolaris Indulti eligi nequeat in Confessarium, etiam Regularis, qui actu non abbrobatus fuerit ab Ordinario loci, in quo audiendæ sunt confessiones, præter Constitutiones Pauli V. Urbani VIII. Clem. X. Innocent. XII., & XIII. ac Benedict. XIII. declaravit Benedict. XIV. Const. *Apostolica indulta* nonis Aug. 1744. & quidem sub pæna nullitatis confessionis, & absolutionis, ut patet ex claris sequentibus verbis, = ideoque confessiones, & absolutiones in præmissis casibus aliter in posterum factas, & respective auditas, seu impertitas irritas fore, & invalidas declaramus, & contrariam quamcumque opinionem, ejusque praxim deinceps prohibemus, ac reprobamus, tanquam explanatæ toties ab Apostolica Sede verborum intelligentiæ, ac menti nostræ, quam, ad omnem hac super re ambiguitatem tollendam, per præsentes clarius exposuimus, penitus adversantem.

Quod etiam locum habet respectu Regularis, volentis sibi eligere Confessarium alterius Ordinis, approbatum tantum ab hujus Prælato ad audiendas confessiones suorum Religiosorum, & non ab Ordinario loci ad audiendas sæcularium confessiones, ut notavi in opere meo = Expositio Juris Pontificii &c. *pag.*975. §. *An autem* ☜

Intellige supradictam resolutionem de Parocho 27
habente auctoritatem delegandi alteri Sacerdoti potestatem confessiones audiendi Parochianorum suorum, ut procedat, dummodo ille alter Sacerdos sit ab Ordinario ad audiendas confessiones approbatus, juxta dispositiooem Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.*17. quia approbatio est quid jurisdi-

risdictionis, quam non habent simplices Parochi
& Nic. Gar. de benefic. p. 5. cap. 8. n. 132. tenet,
delegatum debere esse alium Parochum ejusdem
diœcesis, ubi delegans habet beneficium paro-
chiale, vel sacerdotale, approbatum ab Ordinario
loci, ubi exerceri debet hæc jurisdictio, Parochus
enim concedens alicui subdito facultatem confi-
28 tendi sua peccata alteri Sacerdoti, intelligitur de
eo, qui habet exercitium curæ animarum actu,
& habitu, prout habebat committens, Spin. in
speculo testam. gl. 5. princ. n. 31. in princ. vers. simi-
liter etiam Stephan. Gratian. in addit. ad dec. 157.
num. 16. quicquid dicat Petr. Ledesm. in sum. p. 1.
ubi de Sacram. Pœnit. cap. 12. post 5. concl. quia ap-
probare Sacerdotes sacræ confessionis ministros
nullus potest præter Episcopum, ut censuit S. Con-
greg. Conc. teste Armend. ad recop. legum Navar-
ræ l. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno,
n. 15. quæ refero de officio, & potest. Episcop. p. 2.
alleg. 25. n. 12. & in collect. Bullarii verb. approba-
tæ 1.

29 Intellige etiam, dummodo Parochus non sit ex-
communicatus vitandus; quia cum concedere fa-
cultatem confessiones audiendi non sit actus Ordi-
nis, sed jurisdictionis, illam excommunicatus nec
licite, nec valide potest exercere, ideo sic resol-
vit Suar. tom. 5. de censur. disp. 11. sect. 2. num. 15.
& contra Sylvest. & Armil. sequitur. Squillante
de oblig. cler. p. 3. n. 14.

30 Qui quidem delegatus tenetur credere pœniten-
ti dicenti, se habere licentiam a proprio Parocho,
ut illi ministret Sacramentum confessionis, sicut
docent Abb. in Clem. 1. de privileg. num. 5. ubi Bo-
nif. n. 26. Anch. q. 1. & Imol. num. 13. Sylvest. in
sum. verb. Confessor. 1. q. 17. Armil. verb. absolutio
num. 20. Ugolin. de officio Episcopi c. 15. §. 8. n. 3.
novissime Homobon. de Bonis in respons. quæstio-
31 num mor. resp. 50. in fine, p. 2. Sicut & Parochus
credere debet Parochiano fide digno, dicenti, se
confessum fuisse habenti legitimam licentiam
ipsum absolvendi, atque ita debet illi ministrare
Eucharistiam, ut tradunt Gabr. in 4. dist. 17. q. 2.
art. 3. dub. 1. Angl. verb. Confessio 3. n. 32. Bonac.
de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. puncto 4. n. 36. &
alii, quos refert Sanch. de Matrim. l. 3. disp. 37.
n. 1. vers. 2. excipientes tantum, quando Parochus
haberet signa probabilia mendacii pœnitentis.

32 Sic etiam, quando confessio pertinet ad exter-
nam Ecclesiæ gubernationem, ut est confessio an-
nua, non est Parochus adhibiturus fidem dicenti,
se implevisse præceptum, nisi illud legitime pro-
bet, ut testatur usus Ecclesiæ, solent enim peti
schedulæ confessionis, ita Sylv. verb. conf. 1. q. 17.
Jo. Valer. de differ. inter utrumque forum verb. Pœ-
ni.. differ. 5. in fine, & de hac confessione viden-
tur intelligi Host. in d. c. omnis, verb. a proprio,
& ibi Jo. Andr. n. 12. Butr. n. 37. & Anch. num. 8.
dum dicunt, confitentem alieno Sacerdoti, debere
facere fidem proprio, prout eos intelligit Sanc. d.
disp. 37. n. 2. vers. & confirmatur.

Animadversio.

☞ Post immutatam antiquam Ecclesiæ disci-
plinam, qua cuiquam indultum est, ut confessio-
nem annuam coram quocumque Confessario appro-
bato emittere potest, non tenetur, nec potest Pa-
rochus petere fidem emissæ confessionis.

Ad emolliendum tamen rigorem sententiæ Au-
ctorum hic citatorum, cui, non obstante dicta
disciplinæ immutatione, nonnulli Parochi innixi,
adhuc mordicus sustinent, se emissæ confessionis
fidem a suis Parochianis exigere posse, & debe-
re, consulto subjicimus, quid de hac rigorosa
sententia senserit Benedictus XIV. in Institutione
ecclesiastica la XLV. in ordine num. 15. ibi = Non
præcipimus, quod S. Carolus Borromæus, ecclesia-
sticæ disciplinæ restaurator, Parochis indixit, nem-
pe = In describendo singulis annis universos suæ
curæ commissos doli capaces, & in non admini-
strando in Paschate Sanctissimo Eucharistiæ Sa-
cramento, nisi confessi sint sibi, aut alicui ex Con-
fessariis approbatis, de qua confessione fidem scri-
ptam ferant = Idem quoque pagina 671., aliisque
locis repetitur: sed S. Thomæ sententiam ample-
ctimur, qui docet, habendam illis a Parocho fidem,
qui Sacerdoti approbato se confessos esse affir-
mant. Postremo testimonium de peracta confes-
sione non quidem ab omnibus exigendum præscri-
bimus, qui in Paschate Sacram Eucharistiam non
perceperint, sed ab illis tantum, qui eam indo-
lem, moresque præseferunt, ut suspicionem me-
rito injiciant, dum asserunt, se ad Pænitentiæ Sa-
cramentum accessisse. Cum hæc ita se habeant,
neminem queri de nobis jure posse confidimus.
Roncalius eadem tradidit, quæ nos proposuimus =
Item certum est, Parochum posse denegare in
Paschate Communionem non exhibenti schedu-
lam confessionis, quoties prudenter credi non pos-
sit alicui asserenti, se confessum esse; nam tunc,
cum Parochianus fidem non mereatur, bene Pa-
rochus abstinet se ab administranda eidem Com-
munione = ☜

Nullatenus tamen est credendum in foro exter- 33
no attestationi Confessarii asserentis, se absolvisse
a censuris, ut videntur tenere Nav. in man. c. 27.
num. 41. Fr. Emman. in commen. ad Bullam Crucia-
tæ in add. §. 9. n. 51. Peunia in direct. Inquisit. p. 2.
ad Concil. commen. 25. Joan. Valer. d. diff. 5. in fin.
quos refert Rot. in Oxomen. Canonicatus 2. Martii
1622. coram R. P. D. Merlino, ubi fuit dictum, 34
quod licet absolutio Bullæ Cruciatæ non suffra-
getur in foro externo, attamen ad effectum vali-
ditatis impetrationis beneficii ecclesiastici illa suf-
fragatur.

Verum si contingeret, Sacerdotem non habentem 35
commissionem a Parocho audiendi publice pœniten-
tes, si reputabatur communiter obtinere licentiam
Parochi ad audiendas confessiones, excusatur pæ-
nitens quoad Deum ob communem errorem arg.
l. Barbarius fl. de offic. Prat. resolvit Jo: Valer. de
different. inter utrumque forum verb. nullitas diff. 5.
num. 1. & faciunt resoluta sup. c. 17. a num. 27. Et
idem Jo: Valer. verb. Paroch. differ. 4. in fine te-
statur S. Congr. censuisse, illum, qui confessus fue- 36
rit non approbato, si ignoraverit Confessarium
non esse approbatum, vel cogitaverit, non requi-
ri approbationem, ob fidem, quam habuit in Sa-
cramento, quoad Deum esse absolutum, & si de-
inde sciverit, illum non esse approbatum, vel re-
quiri approbationem, teneri reiterare confessionem.

Ani-

Animadversio.

☞ Ab opinione, quam Auctor sequitur num. antecedenti, recedendum est; cum enim ex saniori, & magis recepta sententia non sufficiat solus error communis, sed simul requiratur titulus coloratus ad fundandam jurisdictionem fori sacramentalis, dummodo adsit in pœnitente bona fides, qua Ecclesia eum frustrari non intendit cum animæ periculo sine ipsius culpa, ideoque jurisdictionem supplet, ut alibi pluries notatum est. Inde sequitur, opinionem fundatam in solo errore communi, cum agatur de validitate Sacramenti, esse plenam periculi aleam.

Opinio altera, quam pariter sequitur hic numero 36., admitti quidem posset, si pœnitens vere contritus, bona fide confessionem emiserit. An autem admittenda sit, hæc tam crassa ignorantia in quolibet pœnitente, etiam rudi, ut cogitare possit, non requiri, probationem in Confessario, suspendo judicium. Ceterum falsum est, Congr. Concilii censuisse, in tali casu pœnitentem = quoad Deum esse absolutum: cum enim sub die 11. Decembris 1683. interrogata fuerit ab Eminentissimo Episcopo Patavino in simili facti specie, quam per extensum jam supra transcripsi post num. 26., an confessiones emissæ coram quibusdam Confessariis, quos nominavit, fuerint validæ, respondit, (prout ego ipse legi in regestis ejusdem Cong.) esse invalidas, addito dumtaxat = sed non esse inquietandos illos, qui bona fide confessi sunt: attamen si ipsi confessi hoc rescriverint, aut de validitate confessionis dubitaverint, teneri reiterare confessionem. = ☜

37 Non poterit sic delegatus a Parocho ad audiendas Confessiones suorum Paroch. subdelegare, per *l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisd. l. more, ff. de jurisd. omn. judic. l. a judice, C. de judic.* cum similib. resolvit Jo: Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. jurisdictio, differ. 3. num. 6.* nisi solus officium suum explere non possit, quia tunc ex præsumpta voluntate delegantis concessum illi est, ut certum exercitium jurisdictionis, aut pastoralis officii alieni etiam generatim committat, quamvis non possit integrum offic. vicariæ suæ, ac proinde nec potestatem subdelegandi alteri committere, ita Sylv. *verb. Vicarius, qu. 5.*
38 Nav. *in d. c. placuit num. 69.* excepto, si consuetudo id permittat Vicariis, & non minus, quam Parochi ordinarii, si eos ad breve tempus abesse contingat, Vicarium suo loco substituere possint, quia instituens Vicarium, inquit Sylv. & sciens talem consuetudinem, implicite consentit in talem substitutionem, ita Adrian. *in 4. de Confess. qu. 5. dub. 2.* Squillante *de privil. cler. c. 2. n. 35.* Jo. Capeavil. *in tract. de modo ministrandi Sacr. tempore pestis cap. 6. q. 2.* ubi subdit, id ubique observari, ut Vicecurati ad tempus absentes alteri Sacerdoti munus pastorale delegent, idque maxime pestis tempore observandum esse.

Additio.

☞ Dicta hic ab Auctore a n. 24. usque huc de facultate danda a Parocho alteri Parocho audiendi confessiones suorum parochianorum, vera sunt, inspecto jure antiquo, juxta nempe statuta ab Innoc. III. in Concilio generali Lateranensi IV. celeb. an. 1215. ut in ipsius Decretali, relata in cap. XII. *Omnis utriusque sexus* de Pænit., & remiss. vi cujus omnes parochiam tam laici, quam Sacerdotes, & Clerici emittere debebant confessionem cum proprio Parocho; Parochi cum proprio Episcopo; Episcopi cum proprio Archiepiscopo, Archiepiscopus cum proprio Patriarcha, Patriarchæ, & alii Prælati exempti immediate Papæ subjecti, nec non habentes supra se alium Superiorem, ut Cardinales, cum Papa, aut cum majori ejus Pænitentiario. Verum hodie hujusmodi præcepto derogatum est a Gregorio IX. quoad Episcopos, aliosque Superiores, & minores Prælatos exemptos, tribuente ipsis facultatem sibi eligendi discretum confessarium sine licentia propriorum respective Sacerdotum, ut ex seq. Decretali, relata hoc eod. tit. cap. 16. = *Ne pro dilatione pænitentiæ periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & aliis Superioribus, necnon minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter sui superioris licentiam providum, & discretum sibi possint eligere confessorem* = Quoad reliquos vero, ut licite, & valide confiteri possint Sacerdotibus tam sæcularibus, quam regularibus sine licentia proprii Parochi, approbatis tamen a suis respective Episcopis, tacite derogatum est a Conc. Trident. sess. XIV. cap. VII. de pænit., & sess. XXIII. cap. XV. de reform. tribuente facultatem absolvendi quoscumque cuilibet Sacerdoti, sive sæcularis, sive regularis sit, a proprio Episcopo approbato, qui est primarius omnium suorum subditorum Sacerdos. ☜

Adverte, quod Sacerdos parochialis Curatus, quantumcunque simplex ratione curæ sibi commissæ, potest in adjutorium ejusdem curæ assumere sibi socium ad tempus quemcumque Religiosum, seu alium sine cujuscunque Superioris licentia, puta in Quadragesima, qui illum juvet in Sacram. conferendis, vel officio prædicandi, dummodo sibi constet de ejus sufficientia, nam ex quo tales sunt rite ordinati, possunt illa facere, sicut Curati, nec deficit in eis nisi materia, scilicet populus, unde si Parochus præbet illi materiam, poterit exercere, Franc. de Platea *de excomm. §. 19. in fine n. 9. tom. 4. fol. 353.* quem refert, & sequitur Steph. Grat. *discept. forens. tom. 2. cap. 399. num. 9. & 10.*

Animadversio.

☞ Quod Parochus possit assumere sibi socium quemcumque Religiosum sine cujusque Superioris licentia pro administratione Sacramentorum, & officio prædicationis, si sermo sit de Sacramento Pœnitentiæ, & prædicatione, falsum omnino est, quantumcunque idoneus sit; cum pro valida administratione Sacram. Pœnitentiæ requiratur approbatio Episcopi juxta Trid. c. 15. sess. 23. de ref. & pro prædicatione requiratur licentia tam Episcopi, quam Superioris Regularis juxta idem Trident. cap. II. sess. V. de Justificat. ☜

Quanta vero sit obligatio confessarii Curati in 39
admi-

administrandis Sacramentis illis, qui peste infecti sunt, diximus supra *cap.* 17. *a num.*12. *vers.*5. *est notandum*, nunc vero animadvertendum duxi, Sacerdotem auditurum confessiones eorum, qui peste, vel simili morbo contagioso infecti sunt, ante omnia curare debere, ut fieri possit, in loco ipse libero, seu aere non infecto constitutus sit; quamobrem etiam ipsi infirmi obligati sunt, ut è cubiculo, aut domo ad confitendum egrediantur, vel ad fenestram, Parocho foris stante, portentur, si id sine gravi eorum incommodo fieri possit, ita Joan. Capeaville *d. tract. de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis c.* 1. *q.*9. *& c.* 3. *quæst.* 29. Proderit etiam, si pestis tempore fideles pro confessione admoneantur, ut qui sani sunt, ad sacram confessionem mature veniant in Ecclesia audiendi. At vero, si infirmus egredi, vel loco suo moveri non possit, neque etiam tam alta voce confiteri, ut è loco distanti audiri queat, seu propter suam infirmitatem, aut ob simul discumbentes, in tali casu Parochus, communiter loquendo, accedere debet, & pœnitentes in secreto audire, si tamen timeat periculum contagionis, ut non audeat cum pœnitentibus diu morari, poterit eos rogare, ut statim dicant quædam graviora, aliis omissis, quæ propter moralem impossibilitatem audiri nequeant, sicuti ex quorundam Recentiorum non improbabili sententia docent Zambran. *de casibus in articulo mortis c.*4. *dub.*6. *n.*12. Capeaville *dict. cap.*3. *q.*26. *in fine*, vel a longe stans, poterit hortari hominem, ut clara voce dicat saltem ea peccata, quæ sine gravi sua infamia, aliove detrimento potest, quia ordo charitatis exigit, ut pœnitens minus detrimentum famæ suæ posthabeat majori detrimento, seu jacturæ vitæ, quam Confessarius passurus est, præsertim si Parochus fortasse unicus sit in eo loco, & pluribus aliis necessarius
40 existat: constitutus enim in mortis articulo, si aliter non possit, ex lege charitatis, erga se ipsum obligatur secundum probabilem Doctorum sententiam ad cofitendum coram aliis saltem ea peccata, quæ neque cum scandalo, neque cum gravi sua iofamia, vel simili detrimento juncta sunt, sicuti docent Suar. *tom.*4. *de Pænit. disp.* 36. *sect.*6. Zamb. *d. dub.*6. *n.*25. *cum seq.* Capeavill. *d. c.* 3. *quæst.* 28.

Animadversio.

☞ Quod constitutus in articulo mortis, teneatur confiteri coram aliis saltem aliqua peccata, nullo jure cautum est, immo quandoque esse posset alea plena periculo, potissimum, si convalesceret. Propterea oculatiores D.D. obligant quidem in casu ad dandum signum, quod quis sit miserabilis peccator, actumque supernaturalis veri doloris de omnibus peccatis concipiendum, cum firmo proposito non peccandi de cetero, at non constringunt ad exprimendum coram aliis aliquid grave in particulari, cujus expressio ab iis intelligatur, nisi cum aliter quis confiteri non potest, quam per interpretem, de quo vide S. Tho. suppl. q.9. art. 3. ad 2.

Opinio autem hic, & seq. §. relata, quod in mortis articulo constitutus absolvi possit a simplici Sacerdote, etiam io præsentia Parochi, penitus rejicienda est tanquam falsa, & contra doctrinam Ritualis Rom. de Sacram. Pænit. declarantem, posse quidem in dicto articulo quemlibet Sacerdotem absolvere, si desit approbatus Confessarius, cum tunc Ecclesia intendat illi dare jurisdictionem, sed in subsidium dumtaxat, ne hac occasione quis pereat. ☜

Advertant tamen in articulo mortis constituti, quod possunt absolvi a quibusvis casibus, & censuris reservatis per simplicem Sacerdotem, etiam in præsentia proprii Parochi, quia simplices Sacerdotes pro articulo mortis pares sunt illi quoad jurisdictionem, ita Emman. Sa *in aphorism. expurgatis verb. absolutio num.*3. Ochagavia *de Sacram. tract.* 2. *de confess. Sacram. q.* 35. *num.* 4. Dian. *resol. mor. p.* 1. *tr.*5. *resol.*5. *& p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 161. ubi reprobat Turrian. *in select. disp. cent.* 2. *censu. Theol. dub.* 77. Et sic absoluti in mortis articulo a censuris Superiori reservatis, si evaserint, tenentur, quamprimum potuerint, sistere se Superiori, non ut iterum absolvantur, sed ut obtemperent mandatis ejus, & nisi fecerint, reincidunt in easdem censuras, ut habetur, *in cap. eos, qui, de sentent. excom. in* 6. Ita Gulielm. Merc. *in* 3. *p. D. Thom. q.*9. *art.*6. Dian. *d. p.*4. *tract.*4. *resol.* 199.

Interdicti tempore, an quando, & quomodo 41
Parochus possit Sacramentum hoc suis administrare Parochianis, hujus loci est investigare: & breviter dico, quod attento jure Decretalium, de quo *in capitul. non est vobis de sponsal.* concedebatur tempore illo Sacramentum hoc morientibus tantum, & infirmis: sed postea noviore jure Sexti, de quo in cap. Alma mater *post princ. vers. quia vero, de senten. excommunic. lib.* 6. sanis etiam conceditur, & ratio redditur ibi, *quia propter pronitatem, & facilitatem hominis ad peccandum, summe necessaria est*, cum duplici tamen limitatione; *prima* est, ut recipiens non sit excommunicatus, excepto mortis articulo; *secunda* dummodo non sit aliquo modo in causa culpabilis, ob quam latum est interdictum, aut non sit specialiter interdictus, vide Cov. *d. c. alma mater p.* 2. §. 3. *n.*1. Hen. *in sum. l.*13. *cap.*45. §.1. Ugol. *de censuris tab.*5. *cap.*7. §.6. Sayr. *eod. tr. l.*5. *cap.*7. Suar. *tom.*5. *disp.*33. *sect.*1. *a num.*13. Bonac. *in simili tr. disp.* 4. *puncto* 2. §.3. *ex num.*1.

Circa casus per Episcopum reservatos advertat 42
Parochus, ne ab illis quemquam absolvat, quia nulliter absolveret, nisi in articulo mortis, Conc. Trid. *sess.* 14. *de reform. c.* 7. At vero ubi gravis, & insolita plurium peccatorum in sua diœcesi reservatio facta fuerit, sunt qui affirment eam non tantum illicitam, sed etiam invalidam, ita ut a Parochis observari non debeat, sicuti existimarunt Sot. *in* 4. *dist.*18. *q.*2. *art.*5. Finell. *de casibus reser. c.*4. *n.*4. Henriq. *in sum. l.*6. *cap.* 14. §.3. Sed ego puto, melius convenire, eos sui Superioris sententiæ acquiescere; supplicando tamen, ut illa moderetur, quia licet Episcopi moneantur per Conc. *dict. cap.* 7. ut concessa sibi potestate utantur, non tamen inde sequitur, si quid illicitum ab eis fiat, etiam invalidum esse, cum hinc gravior occasio schismatis oriri possit, facile opinantibus Parochis Episcopum potestatis suæ limites excessisse. Vide Sylvest. *in sum. verb. casus qu.* 5. Suar. *tom.* 4. *de Pænit. disp.* 29. *sect.* 4.

Po-

43 Poterit tamen Parochus pænitentem habentem peccata reservata, Episc. absente, absolvere a peccatis, reservata absolutione a reservatis, cum Superior copiam sui fecerit, ita Henriq. Gandav. *quodlib.* 1. *q.* 27. Cajet. *in sum. verb. Confessio, condit.* 10. Angel. *eod. verb.* 5. §. 9. Sot. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5. Paul. Comitol. *resp. mor. l.* 1. *quæst.* 29. *num.* 2. Joan. Valer. *d. different. inter utrumque forum, verb. Pænitentia differ.* 10. n. 1. ubi addit, debere pænitentem tam reservata, quam non reservata Parocho confiteri, quia quoad Deum debet esse integra confessio, quamvis quoad Superiorem possit esse diminuta, & in fine post Comitol. *citato loco num.* 6. ait, supra resoluta locum tantum habere in reservationibus Inferiorum Papa, & ubi non est annexa aliqua excommunicatio ipsi peccato reservato, aliàs secus, quia ubi adest excommunicatio (ut habetur in omnibus reservationibus Sedis Apostol.) tunc non potest Inferior ullatenus absolvere, etiam a non reservatis, quod & limitant Sot. *d. art.* 5. *ad* 2. & idem Joan. Valer. *d. verb. Pænitentia dist.* 9. *vers. præterea fallit sexto*, in casu gravissimi scandali, si non communicaret pænitens.

Animadversio.

☞ Falsum est, quod Parochus pænitentem habentem peccata reservata, Episcopo absente, possit absolvere a peccatis non reservatis, dilata absolutione a reservatis, cum Superior copiam sui fecerit. Non enim hæc esset absolutio ab omnibus lethalibus, a pænitente commissis, ac in confessione expressis, sed ab aliquibus tantum; quod sufficit, nullum esse valide absolutum, cum gratia sanctificans sit omnino incompossibilis cum lethalibus adhuc vigentibus in anima pænitentis, saltem ob intentionem absolutionis a Parocho restrictæ ad sola non reservata. Unde sicuti si pænitens sibi conscius de duobus lethalibus a se commissis, unum tantum exponat, & absque ullo rationabili motivo aliud voluntarie reticeat, utrumque post absolutionem adhuc in ejus anima viget; ita in alio casu omnia, sive reservata, sive non, vigent adhuc in anima pænitentis, eo quia non potest quis directe absolvi ab aliquibus mortalibus, nisi saltem indirecte ab omnibus mortalibus absolvatur; idque uti dictum, propter incompossibilitatem gratiæ sanctificantis etiam cum uno tantum mortali peccato, cum gratia sanctificans, & peccatum mortale privative opponantur, & unum sit exclusio alterius. Hinc fit, quod si Parochus in allato casu nequeat inabsolutum dimittere penitentem absque certo periculo gravis infamiæ, aut gravis scandali, monere debeat eundem, ut omnia, & singula a se commissa mortalia exponat, sive Episcopo reservata, sive non; & præmissis præmittendis, cognitaque in eo debita dispositione, ab omnibus perpetratis absolvere, directe quidem a non reservatis, & a reservatis Episcopo indirecte, ad obviandum, seu declinandum dictum periculum; quam ob causam debet pariter monere eundem, ut post præfixum tempus ad ipsum redeat pro absolutione directa a reservatis, pro qua interim ipse petet facultatem necessariam.

Hic recolenda sunt a me addita ad Thesaurum de pœnis Ecclesiasticis verb. *Confessio* cap. 6. pag. 53. = Innoc. XI. die 2. Martii 1679. proscripsit hanc Propositionem = Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos ratione magni concursus pœnitentium, qualis v.g. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ = de fide enim est, teneri fideles ad integritatem, etiam materialem manifestationis peccatorum in confessione sacramentali faciendæ, ut ex Conc. Trident. sess. XIV. Can. V. & VII. de Sacram. Pœnit. nisi excuset aliquod impedimentum phisicum, aut morale, & quidem fundatum: unde merito Alex. VII. damnavit hanc Propositionem die 24. Septemb. 1665. = Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, vel ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere. ☙

Advertat quammaxime Parochus, ne ministret hoc Sacramentum Pænitentiæ per literas, aut nuncium, sed præsentibus tantum, & sibi confitentibus peccata absolutionem conferat, quemadmodum Clemens VIII. in generali Congreg. Sac. universalis Inquisitionis decrevit per hæc verba. *Die* 20. *Junii anno* 1602. *In generali Congregat. S. universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apost. in Monte Quirinali coram fel. mem. Clemente divina providentia Papa VIII. proposita quæstione, utrum liceat per literas, seu per internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, Sanctitas sua, auditis votis Patrum Theologorum, & et cum Illustrissimis, & Reverendissimis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus mature, ac diligenter considerata, hanc propositionem, videlicet Licere per literas, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, & prohibuit, præcepitque, ne deinceps ista propositio in publicis, privatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neve unquam, tanquam aliquo casu probabilis, defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputative tractaverit, (nisi forsan impugnando) seu ad praxim directe, vel indirecte deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque dignitate fulgente, etiam S.R.E. Majori Pænitentiario, nisi a pro tempore existente Romano Pont. absolvi, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis subjaciat.* Referunt Juan. Valer. *dist. verb. Pænitentia, different.* 9. *in fine*, Pernandez *in Examine Theolog. mor. p.* 3. *cap.* 6. §.6. *num.* 29. Bonac. *de censur. extra Bullam Cænæ disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 33. & ante me ipsum multos comprobat Doctores citatos per Galeg. *in tract. de Parochorum tempore pestis p.* 2. *num.* 56. *cum seqq.* 44

Additio.

☞ Nota, quod hoc decretum nedum accipiendum sit collective, ut loquitur Suarez disput. 21. de Pœnit. sect. 4., & alii apud Dianam 3. par. tract. 5.

tract. 5. resol. 7. quando scilicet tam confessio, quam absolutio facta, & data fuerit in absentia, sed etiam divisive, quando nempe confessio fiat in absentia, absolutio autem detur a præsente Sacerdote, & e converso, prout declaravit Paulus V. sub die 14. Jul. 1605. in Congr. S. Officii, simulque decrevit, ut eadem interpretatio expungeretur a P. Suario. Verum circa hanc interpretationem, & Pauli decretum, Dominicus Viva in Thesi confixa de conf. & absolut. §. ult. p. 587. col. 2. edit. Patavii 1737. hæc habet= Quod attinet ad Suarium, hoc solum docuit, in eo decreto Clementis non comprehendi casum moribundi, quando scilicet adstantes testantur, quod ille, antequam sensibus destitueretur, absolutionem petierit, & ipse Clemens VIII. declaravit, hunc casum non comprehendi, ostendimus enim in hoc casu, non haberi in rigore confessionem in absentia per literas, aut per internuncium. Ceterum, ne interim interpretatio illa Suarii aliis præberet ansam ad dicendum, quod universim liceat confessio in absentia, dummodo absolutio non detur absenti, aut viceversa, idcirco, ut, notat Moya tract 3. disp. 6. quæst. 2. num. 13. Pontifex decrevit, ut ea interpretatio a P. Suario expungeretur: ubi tamen Pontifici innotuit, quod ea interpretatio solum deserviebat ad explicandum, quo pacto casus moribundi eo decreto non comprehenderetur, & quod disertis verbis id solum doceretur a Suario, permisit, ut ad communem utilitatem ea Operibus Suarii restitueretur, prout legitur loco laudato. =

Advertit hic *Thesaurus de pœnis Ecclesiasticis verbo Sacramentum cap. I.* quod dicta opinio, licere per literas Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, non damnata sit a decreto Clementis VIII. = ut hæretica: ideo contra eam asserentes non intrant pœnæ latæ sententiæ, contra hæreticos statutæ; quamquam tales transgressores reddantur suspecti de hæresi: ita Comitolus respon. moralium lib. 1. quæst. 16. n. 7. & 8. = Advertit etiam = quod dictum decretum non obstat, quin possit, & debeat Confessarius accedens ad infirmum (qui confitendi desiderium per se, vel per alios ostendit, sed ante adventum Confessarii jam sensibus, seu rationis usu destitutus est, & in articulo mortis constitutus) ipsum jam præsens præsentem absolvere, ut habeter in Rituali Romano Pauli V. jussu edito, tit. de Sacram. Pæniten. §. *Quod si inter*.

Quod adeo verum est, ut amplius in dubium revocari nequeat, attenta etiam declaratione Urbani VIII. relata a Bened. XIV. de Synod. diœces. edit. an. 1755. lib. 7. cap. 15. n. 8. cum enim major Lusitaniæ Inquisitor supremæ Romanæ Inquisitioni hanc proposuisset quæstionem = An censuram, & quam, mereatur hæc propositio: Valide impenditur absolutio, quando ægrotus coram uno, vel altero teste signa contritionis exhibet; deinde superveniente Confessore, nullo externo signo confitendi voluntatem ostendit; constat autem ex relatu internuncii, ægrotum ostendisse signa contritionis, & confitendi voluntatem = Sanctissimus (idest Urbanus) in Congregatione coram ipso habita 24. Febr. 1632. = dixit, huic ægroto posse impertiri absolutionem, nec id repugnare decreto Clementis VIII. cum diversam contineat rationem. ☜

In casu occurrenti illud dixi adnotandum, quod 45
Navar. *cons. 8. de officio deleg.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis.* 8. Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiep. Neap. cap. 21. n. 9.* existimarunt, pænitentem, postquam unum Confessarium eligit, cui acceptanti sacræ Pænitentiariæ literas super dispensatione aliqua in foro conscientiæ ei commissa præsentavit, eo dimisso, alterum eligere non posse, etiam, si primo electus consentiat; siquidem jurisdictio delegata delegantis jurisdictio est, ideoque ad ipsum delegantem, cujus illa est, & non ad partes, vel ad judicem electum eam extendere pertinet. Sed melius Salas *de leg. disp. 20. sect. 17. num. 124.* Sanc. *de Matr. l. 8. disp. 27. numer. 40.* Gutier. *in simili tr. c. 125. n. 18.* Valer. Regin. *in praxi foro pænit. l. 13. n. 214.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 34.* docent, non solum, ubi semel literas præsentavit alicui Confessario, sed etiam postquam fuit ab eo pronunciatum, dispensationem esse subreptitiam, posse impetrantem alium Confessarium adire, qui forte sit in ea opinione, ut valeat rescriptum, ac posse eumdem Confessarium, melius re inspecta, dispensationem illam, mutata sententia, exequi, licet si semel dispensavit, non possit recantare palidoniam, sicut quando semel absolvit, aut commutavit votum. Et moventur ex eo, quia cum ea commissio sit facta in foro conscientiæ, sequitur ejusdem fori naturam, quæ est, ut pænitens non adstringatur acquiescere sententiæ unius Confessarii, sed quod possit adire alium, atque possit idem Confessarius sententiam mutare; sapientis enim est mutare consilium ex justa causa, *l. nonnunquam*, ubi gl. *ff. cor. bon.* Scac. de *appel. q. 17. lim. 47. membr. 1. num.* 33.

Additio.

☞ An S. Pænitentiariæ literæ repeti possint a primo Confessario jam electo, & imperito reperto, & alteri tradi pro earum prosecutione, vide Instructionem Bened. XIV. circa convalidationem matrimonii nulliter contracti §. Disputant DD. a me relatam in calce cap. XXI. hujus Operis, in qua etiam leges omnia necessaria observanda ad illud convalidandum vigore prædictarum literarum. ☜

Quando Parochus vadit ad infirmum in mortis 46
articulo constitutum ad audiendam ejus confessionem, potest evenire, ut ipse infirmus, adveniente Parocho, nullum peccatum confiteri possit, vel incboatam confessionem sacramentalem perficere nequeat; in his duobus casibus quid facere debeat, breviter expopam; in primo igitur dico, quod infirmus hujusmodi, qui vel Sacramentum Pænitentiæ expresse desideravit, vel saltem implicite, dum signa generalia pænitentiæ edidit, etsi nullum peccatum in particulari confiteri possit, a Parocho absolvendus est, ea tamen manente obligatione, ut cessante impedimento, peccata mortalia specifice subjiciantur Clavibus. Ratio est, quia confessio qualiscunque, etiam generalis, peccatorum ex animi dolore profecta, potest esse sufficiens materia sacramentalis absolutionis, siquidem specifica, & particularis peccatorum explicatio abso-

absolute non est de necessitate Sacramenti, sed per se directe solum de necessitate præcepti divini, quod pænitentem non obligat, nisi quatenus servari potest, quare ita docent S. Ant. *p.3. tit.* 10. *cap.* 2. Sylv. *in sum. verb. Confessor.* 3. *n.* 16. Suar. *t.* 4. *de Pœnit. disp.*23. *sect.* 1. *num.* 5. Henriq. *in Sum. l.* 6. *c.* 10. §. 7. Card. Tolet. *in instr. Sacerd. l.*3. *cap.*8. *num.* 2. Vasq. *in* 3. *p. t.* 4. *q.*91. *art.*2. *dub.*1. Zambran. *de casibus in ar. mortis c.* 4. *dub.* 2. *sect.* 3. Possevin. *de offic. Curati c.* 7. *n.* 86. Fagundez *in quinque Ecclesiæ Præcepta, præc.* 2. *l.*3. *cap.*1. *num.* 16. qui omnes non aliter permittunt Pænitentiæ Sacramentum morituro obmutescenti, aut phrenetico ministrari, nisi antea sacramentalem absolutionem verbis, aut signis petiverit; quare non satis est, aliquem ante mortis periculum, vel in ipso periculo signum aliquod pietatis, vel etiam pænitentiæ edidisse, nisi talis manifestatio interni doloris directa fuerit ad Sacramentum pænitentiæ, sive absolutionem sacramentalem a Sacerdote petendam ut bene notavit Suar. *d. disp.*23. *sess.* 1. *num.* 13. Ratio autem est manifesta, quia sacramentalis absolutio ministrari non potest, nisi adsit materia Sacram. quæ est confessio, sive accusatio sui coram Sacerdote, tanquam judice, necesse inquam est, ut pænitens se ipsum de peccatis accuset ea intentione, ut per sententiam Sacerdotis in foro interno absolvatur. Signa autem pænitentiæ, quæ præsente mortis periculo ab infirmis eduntur, censeri debent ad Sacramenti confess. directa, cum in tali statu optimum suæ animæ remedium desiderare soleant. Quapropter, licet infirmus in phrenesim lapsus absolvi non possit, quamvis cum sanus esset, & nihil de mortis periculo cogitaret, pectus secundum morem pulsaverit, aut sublatis in cælum oculis dixerit, *Miserere mei Deus*, tamen si talia signa edidit morti vicinus, cum plura verba proferre non posset, præsumptio plerumque fieri potest, quod sacramental. a Sacerd. absolutionem petiverit. Sed etsi, consideratis circumstantiis, & examinatis iis coram quibus talia signa edita sunt, res dubia esse videatur, absolutio tamen conferri poterit sub conditione, si talis materia confess. sufficiens est ad absolutionis ministrationem. Colliguntur hæc ex Possevin. *d. c.*7. *n.* 87. *cum seq.* Zambran. *d. c.*4. *dub.* 2. *sect.* 4. Chapeav. *de modo minist. Sacr. tempor. pestis cap.*3. *q.*10. *&* 11.

Additio.

☞ Circa absolutionem dandam sub conditione vide a me notatata post n. XI. cap. X. VIII. ☜

In secundo vero casu, quando inchoata confessio sacramentalis perfici nequit, advertendum est, quod si pænitens inter confitendum in phrenesim incidat, vel periculum sit, ne mox moriatur, debet statim absolvi ab omnibus censuris: & peccatis, & postea, si supervivat, aliqua peccata audienda, & absolutio denuo conferenda est, ita Victor. *de Confession. num.* 164. Sot. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.*5. *vers. difficultates*: Emman. Sa *in aphorismis, verb. absol. num.*9. Suar. *d. sect.* 1. *num.* 2. Possevin. *d. cap.*7. *num.*89. ubi dicit, Curatum debere absolvere cum cautela, *in quantum possum, & indiges*, pænitentem, qui dicto aliquo peccato, vel peccatis, amittit loquelam, & modum perficiendæ confessionis, quamvis ipse Curatus cognosceret, illum multa debere restituere, vel quia de illis confessus est, vel quia est publicus usurarius, aut est in publica excommunicatione, & non possunt imponi, quæ veniunt imponenda, & *num.* 87. affirmat, fuisse semel vocatum ad excipiendam confessionem infirmi, qui poterat loqui, sed ægre, & dicto uno peccato, per horam integram non potuisse aliud ab eo elicere, quo casu ait, talem absolvendum esse cum conditione, in quantum potest & indiget, si ille vero non poterat loqui, nec respondere per nutus. Si casus occurrat, quod Parochus recipiat promissionem ab ejus Parochiano vulnerato, quod non exponet querelam contra vulnerantem, valet ista promissio, ut tenet Marc. Anton. Genuens. *in practicab. quæst.* 667.

Inter graves, & immanes excessus, quos in 48
administratione hujus Sacramenti pænitentiæ potest Parochus committere, duo sunt horribiliores, quos maximè cavere debet, ne dicam exhorrescere; primus est solicitatio pænitentis ad turpia, & inhonestos actus, contra quos quidem solicitantes tamquam de hæresi suspectos inquiri præceperunt Pius IV, *sua Const.* incip. *Cum nuper*, & Paulus V. *alia Const.* incip. *Dilecte fili*, *sub data* 16. *Septembris* 1608, & novissimè illorum Constitutiones confirmavit, ampliavit, & extendit ad omnes, ubique locorum existentes Greg. XV *sua Const.* incip. *Universi Dominici gregis*, *sub dat. Romæ* 30 *Augusti* 1622, ubi gravibus pœnis eos afficit his verbis; *Et quos in aliquo hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis suspensionem ab executione Ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, & passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant, eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos trudant*; de quibus meminit, nec citato *in hoc loco* Lezana *dict. cap.*19. *num.*33. Perynus *Tom.*2. *priv. Minim. incost.* 4 *Greg. XV.*

In quas pœnas omnino incidet Parochus, qui 49
pœnitentes in confessionali osculatur, aut cum venerea delectatione manus, vel aliam partem pænitentis attrectat, aut ictu oculorum, vel alio signo ad libidinem provocat; non ita, si interius delectetur, aut voluntariè polluatur, fæmina non advertente, quamvis hoc illi extra Confessionem aperiat, ita Bonac. *variar. tract. disputat.* 6. *de onere, & obligatione denunciandi*, *punct.*3. *num.*3, ubi *num.*4. ampliat, sive pænitens consenserit provocationi, & solicitationi Confessarii, sive non, & num.5, pariter ampliat, sive Parochus Confessarius tentaverit allicere verbis expressis, sive tacitis, ut si ipse pænitentem fæminam laudavit a venustate, pulchritudine, morum elegantia, & his similibus, quibus fæminæ facili negotio subverti, & ad libidinem provocari solent.

Animadversio.

☞ Quod Confessarius non incidat in pœnas

contra solicitantes inflictas, attrectando manus, vel aliam partem pænitentis, si non interius *delectetur*, ut sentit Auctor in prima parte hujus numeri, locom habere poterit in foro interno dumtaxat; non vero in externo: in hoc enim, regulariter loquendo, satis est, ut actus sit per seipsum sufficiens ad excitandum in pænitente, & potissimum fæmina, cogitationes, & motus libidinosos, itaut pænitens non eximeretur ab onere illum denunciandi, cum cognoscere nequiret, an dicta manus attrectatio facta fuerit, vel cum, vel sine venerea delectatione. ☜

Idem Bonacina n. 19. ampliat etiam ad Confessarium, qui induxit pænitentem, ut filiam sibi prostituat, seu aliam inducat ad peccandum secum, vel eum alio, quia in Constitutione Gregorii interdicuntur sermones, sive tractatus inhonesti, &
50 num. 16. extendit ad provocantem masculum ad nefandum peccatum perpetrandum, quod clarè colligitur ex dicta Constit. Gregoriana, ibi: *qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda &c.* quamvis ante illam id non esset ita clarum, quia Param. *de origine Sac. Inquisitionis l. 3. quæst.* 10. *num.* 96. non sine fundamento tenuerit contrarium, licet ejus opinio in hoc communiter reprobata extiterit; & omnes fere alii Doctores hac de re scribentes eandem opinionem sustinuerint (quam postea dicta Gregor. Constitutio expressè insinuavit esse tenendam) ut videre est per Fr. Emm. *qu. Reg. tom. 1. qu.* 59. *art.* 4, *& to. 2. qu.* 27. *art.* 3. Jacob. de Grass. *cons.* 1, *a num.* 45. *de cogn. spir.*

51 His vero pœnis non subjicitur Parochus Confessarius, solicitans ad alia graviora delicta præter venerea, quia supradictæ Pontificiæ Constitutiones loquuntur de solicitantibus ad inhonesta, nomine autem inhonestorum per antonomasiam, & ex communi loquendi usu, intelliguntur peccata carnalia, ita Bartol. Gipt. *d. tract. de casibus reservat. cap.* 14. *num.* 5. Illustriss. D. Rodericus a Cunha *d. tract. de solicitantibus mulieres in confessione qu.* 8. *num.* 6, *&* 7. Sanc. *in selectis disput.* 11. *num.* 28. Sanctarell. *de hæresi cap.* 46. *num.* 1. Antonius Diana *d. tract.* 3. *resol.* 20, *& p.* 4. *tract.* 5. *resolut.* 17. Soussa *de Confessar. solicit. tr.* 1. *cap.* 13. *num.* 4, *& seqq.* Homobon. de Bonis *in consult.*
52 *cas. Conscient. vol.* 3. *p.* 5. *resp.* 130. Nec etiam in easdem pœnas incidet Parochus, solicitans ad venerea extra Confessionem filiam suam spiritualem ratione pœnitentiæ, si solicitavit alia occasione; quam occasione, seu prætextu, vel simulatione confessionis, ut si mulierem, transacta confessione, domi suæ visitavit, ut eam provocaret ad peccatum, aut si eam literis, vel internunciis ad libidinem provocaverit, quia præfatæ Constitutiones loquuntur de personis, quæ ad venerea solicitantur, aut alliciuntur in confessione, vel prætextu confessionis: ita Jacob. de Grass. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 16, *& de casibus reservatis lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 29. Fr. Emman. *dist. quæst.* 27. *art.* 2. Sanctarell. *de hæresi cap.* 44. *num.* 15. Bonac. *ubi proximè num.* 21. Illustriss. D. meus Roderic. a Cunha *in d. tract. de solicitantibus mulieres in confessione qu.* 5. *num.* 15. Nec easdem pœnas incurrunt, qui ministrantes Baptismum, Eucharistiam, vel Matrimonium fæminæ, ipsam solicitarent, Sanctarell. *in tract. de hæresi cap.* 46. *num.* 5. Bonac. *de onere denunciandi disp.* 6. *punct.* 3. *num.* 14. Leaana *d. c.* 18. *n.* 34. Joan. Sanc. *in select. disp.* 1. *n.* 42.

☞ Circa solicitationem videnda a me addita in calce hujus Capituli, & præsertim in Regula tertia quoad clausulam immediate post, *transacta Confessione*. ☜

Sed, an Parochus, qui carnaliter cognovit pœ- 53
nitentem, teneatur dictam circumstantiam etiam in confessione explicare, quæstio est dubia, in qua una sententia ait, teneri, quia hæc circumstantia mutat speciem peccati, est enim speciale sacrilegium ratione vinculi, similis cognationi spirituali ex Sacramento contractæ, ita Sanbez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 55. *per tot.*, *& præcipuè num.* 4. Megala *in p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 16. Nugn. *in addit. ad* 3. *par. tom.* 2. *qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *in fine*, Illustris. D. meus Roderic. a Cunha *in d. tract. de solicitantibus mulieres in confessione qu.* 5. *num.* 53. Homob. de Bonis *de examine ecclesiastico p.* 1. *tr.* 5. *cap.* 12. *qu.* 75. Raguc. *in lucerna Parochorum de Sacrament. Pœnitentiæ quæst.* 43. Facundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 33. Sed contraria sententia multo probabilior est, quia hæc circumstantia non mutat speciem, sed notabiliter tantum aggravat peccatum, ut benè notant Fr. Emman. *in Summ. tom.* 1. *c.* 209. *n.* 1. Vasquez *in* 3. *par. tom.* 4. *qu.* 91, *art.* 1. *dub.* 2. *num.* 20. tum quia incestus committitur inter cognatos, Sacramentum autem confessionis non inducit propriè cognationem spiritualem, cum in nullo jure expressa reperiatur, unde *cap. omnes* 30. *qu.* 1. intelligitur de incestu metaphorico, & improprio, quatenus Confessarius dicitur pater spiritualis, consequenter peccatum carnis commissum cum pœnitente extra confessionem, non habet malitiam incestus, necessariò explicandam in confessione; ita Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *quæst.* 5, *&* 9. Petr. Fay. *in addit. ad* 3. *par. qu.* 9. *art.* 2. *disp.* 8. *concl.* 2. Bonac. *de Matrim. qu.* 3. *punct.* 16. *num.* 7. Sanch. *in pract. disp.* 11. *num.* 3. *cum seq.* Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 14. §. 2. *vers. atque*, & hanc opinionem probabilem dicunt Petr. de Ledesm. *in sum. par.* 1. *de Sacram.* ubi *de Sacram. Pœnitent. cap.* 19. *conclus.* 6. Laurent. a Portell. *in addit. ad dubia Regul. verb. eligenda num.* 3. Sed qua pœna plectendus sit, traduut Bernard., & Salzed. *in prat. cap.* 85. *in novis. edit.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 376. *in* 1. *edit. alias resolut.* 318. *in* 2. *edit.* Grilenzon. *cons.* 168. *per tot.*

Additio.

☞ In hoc opinionum conflictu, quamvis in collatione solius Baptismi, & Confirmationis, & non aliorum Sacramentorum administratione contrahatur cognatio spiritualis, ut expressè declaravit Bonifacius VIII in Decretali, relata in *cap. III. Quamvis de cognat. spirit. in VI.* ideoque, cum rigorosè dici nequeat, copulam Confessarii, sive Parochus sit, sive non, cum pænitente, habitam extra occasionem confessionis, inducere circumstantiam mutantem speciem, quia tamen est circumstantia notabiliter aggravans, tum ob deformitatem a quodam spirituali vinculo inter Confessarium,

rium, & pænitentem, tum ob maximum scandalum, & occasionem, quæ præberetur pænitenti, aut parochianæ, facilius sine rubore peccandi, si potissimum habitu, sit cum propria parochiana, dicendum omnino est, esse circumstantiam aperiendam in confessione, juxta communiorem, ex Cathechismo Concil. Trident., sicuti etiam si habitus fuisset a Parocho cum sua porochiana, licet non pænitente.

Et hic addendum censeo, hanc pænitentem absolvi non posse a Confessario complice, ex binis enim Constitutionibus Benedicti XIV. *Sacramentum Pœnitentiæ* 1. *Junii* 1741. & *Apostolici muneris* 3. *Febr.* 1745. sublata est ipso jure cuicumque Confessario, etiam tempore Jubilæi, aut in vim Bullæ Cruciatæ, sive alterius Indulti, confessiones audienti jurisdictio absolvendi complicem in peccato contra sextum Decalogi præceptum sub pœna excommunicationis, Papæ reservatæ, ipso facto incurrendæ, si ausus fuerit eum absolvere, etiam in mortis articulo constitutum; quando tamen absque sui infamia, vel scandalo, & quidem non conficto, haberi potest alius Sacerdos, qui complicis confessionem exciperet: dictus vero complex in hujusmodi articulo constitutus, etiamsi alius Sacerdos haberi potuisset, & ob Confessarii complicis malitiam adhibitus non fuisset, remaneret validè absolutus.

Ad incurrendam autem dictam excommunicationem requiritur ausus temerarius, ut ex prædictis Constitutionibus. ☜

54 Secundus gravis, & immanis excessus Parochi in administratione hujus Sacramenti, est sigilli confessionis violatio, cujus obligatio strictissima est, ut nullo unquam casu ullius boni consequendi, aut mali evitandi causa quodvis, vel minimum peccatum, aut si quid aliud sub sigillo confessionis cadit, directè, vel indirectè, ante, vel post mortem confitentis sine mortali sacrilegio revelari possit, etiamsi alias integrum Regnum debeat perire, ut per Hering. *in summ. lib. 6. cap.* 19. Ægydius de Coninck. *de Sacram. & censur. tom.2. disp.9. n.*19. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *num.*12. Torrebranc. in *tractat. de Magia lib.* 4. *de criminis punition. cap.*7. *de sigillo confessionis*.

55 Pœna vero talis revelantis est depositio, & in monasterium ad agendam perpetuam pænitentiam detrusio, ut probat text. in *dict. capite omnis utriusque sexus in fine*.

Additio.

☞ Pœna detrusionis in monasterium hodie ex contraria consuetudine commutata est in pœnam triremium, vel carceris, vel ergastuli, etiam ad tempus, vel in perpetuum pro casuum, & circumstantiarum varietate. *Thesaur. de pœnis verb. confessio cap. IV.*

Cognitio autem hujus delicti, ordinariè loquendo, non spectat ad S. Officium, ut usque ad diem 25. Martii 1619. in praxi fuisse testatur Card. Albitius de Inconst. in Fide part. 1. cap. 35. num. 88. sed ad Ordinarium, exceptis casibus, in quibus Confessarius, aut cum errore in intellectu diceret, licitam esse revelationem, vel aliter ostenderet se male de Sacramentis sentire, vel quando plures, & frequenter hoc sigillum revelaret: vel tandem, si esset malæ famæ, & alias de hæresi suspectus, ut notat idem Albitius loc. cit. a n. 90. ad 93. ubi refert an. 1596. 19. Febr. quemdam Parochum, qui confessionem revelaverat, suspensum fuisse per triennium a cura animarum.

Huc spectat decretum Sac. Inquisitionis, editum auctoritate Innoc. XI. 18. Novembr. 1682, quo proscripta fuit hæc propositio = Scientia, ex confessione acquisita, uti licet, quando fiat sine directa, aut indirecta revelatione, & gravamine pænitentis, nisi alias multo gravius ex non usu sequeretur, in cujus comparatione prius merito contemnatur. Addita deinde explicatione, sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisitæ cum gravamine pænitentis, seclusa quacumque revelatione, atque in casu, quo multo gravius gravamen ejusdem pænitentis ex non usu sequeretur. Hanc dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pænitentis, etiam cum dicta explicatione, præsenti decreto prohibet=.

Ac alterum, editum a Clem. VIII. 26. Martii 1591. = Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioratus gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur = ☜

Verum unicus casus est, quo ratio, & obligatio sacramentalis sigilli penitus cessat, si videlicet pœnitens Confessario licentiam det loquendi de peccatis suis, sive coram se ipso, sive coram aliis, ita docent Adrian. *in* 4. *de Confess.* ubi de sigillo §. *sed probabilior*, Jo. Medina *in Codic. de Confess. in cap. de licentia confitentis ad revelandum confessiones*, Sylvest. *verb. Confessio*, 8. *n.* 5. 56

Additio.

☞ Nihil referre videtur, quod pænitens extra confessionem det licentiam, quia semper præsumendum est, dare velle, salvo sacramentali sigillo, potissimum, si agatur de pænitente rudi, qui credit, idem esse eam dare in confessione, ac extra.

Cum autem ad hujus sigilli revelationem etiam *tendat*, exquirere a pænitente socium criminis habente, complicis nomen, & habitationem, ea falsa zeli imagine, ut & hujus animæ saluti consuletur, prout declaravit Benedictus XIV. in Const. *suprema* 7. Julii 1745. ideo ex altera ejusdem Constit. *Ubi primum* IV. nonas Junii 1746. Confessarii temere interrogantes pænitentes de socio criminis, eisque manifestare renuentibus absolutionem denegantes, præter peccatum mortale, incurrunt suspensionem ab audiendis confessionibus, ferendæ tamen sententiæ, & sunt denunciandi, si agnosci possit, hanc sibi praxim tamquam licitam statuisse; sicut etiam denunciandi sunt id licere docentes; pænitentes vero, quos ad manifestandum nomen complicis Confessarius adegerit, non tenentur ad eumdem denunciandum, si id egerit ex quadam imprudentia, ac simplicitate, quique hujusmodi praxi addictus agnosci nequeat. ☜

Z 2 Hæc

57 Hæc autem licentia debet esse plene voluntaria, atque expressa, & actu data, non vero sufficit præsumpta, ut bene observant Valer. Reginald. *d. l.* 3. n. 59. Ægid. de Coninck. *d. disp.* 9. *n.*22. *&* 23. Bonac. *de Sacrament. dis.* 5. *quæst.* 6. *sect.* 5. *punct.*4. *n.*9. Paul. Layman. *d. n.*14. *vers. sunt vero*, Et semel data in confessione, potest nihilominus revocari, eo quod notitia illa semper maneat sacramentalis, ideoque ejus conditionis est, ut Confessario nunquam uti liceat, nisi confitens velit, secus est, si extra confessionem licentiam dedit, tunc enim desinit esse notitia, & secretum sacramentale, sicut recte docent Suar. *d. disp.* 33. *sect.*5. n. 7. & Paul. Layman. *d. c.*14. *num.* 16.

☞ Nota Additionem mox allatam. ☜

58 An, & quando credatur Parocho Confessario, dicenti, se habuisse licentiam a pænitente de revelanda confessione; quæstio est admodum controversa, in qua tres casus sunt distinguendi, vel pœnitens est mortuus, & nemo contradicit; vel vivit adhuc, & objicit Sacerdoti revelationem suæ confessionis; vel tertius opponit, Sacerdotem revelasse alterius confessionem. In primo casu mihi dicendum videtur dicto Sacerdotis fide digni asserentis, mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de revelanda confessione, creditur secundum Vivian. *t.* 1. *commun. opin. l.* 1. *tit.* 17. *nu.*7. *vers. sed hoc fallit pag.* 124. Menoch. *de arbit. casu* 414. *n.*8. *& de præsumpt. l.* 6. *præs.*95. *num.* 5. Mascat. *de prob. conclus.* 377. *n.* 9. *& concl.* 982. *n.* 4. Fr. Emman. *q. Reg. t.*2. *q.*35. *art.*1. Valasc. *cons.* 73. *n.*1. In secundo casu est resolvendum, standum esse Sacerdotis juramento, maxime, si vir probus sit, & bonæ famæ, quotiescunque ille, qui confessionis revelationem eidem Sacerdoti objicit, sit peccator, qui ei confessus est, cum de nullo, maxime de Sacerdote, præsumendum sit malum sine probatione, ob reverentiam Sacramenti (ne scilicet temere credatur, sigillum ipsius fractum) nisi id, quod objicitur, sit dictum, aut factum ab eodem Confessario in pænitentis, aut alterius detrimentum, sed Suar. *t.*4. *disp.*33. *sect.*8. *n.*4. quem refert novissime Hieron. Roderic. *in compend. q. Regul. resol.* 48. *n.* 35. *vers. idem trad.* concludit, non posse super hoc dari certam regulam, sed ex qualitate peccati, & circumstantiis personarum, & publicatione delicti præsumptionem esse sumendam, In tertio denique casu de tertio objiciente Sacerdotem revelasse confessionem, est etiam resolvendum, quod si ipse Sacerdos concedat, se revelasse, aut habita licentia a pænitente, tunc illi tertio incumbit onus probandi, factam esse revelationem sine pænitentis licentia, cui oneri satisfacere censebitur, si ostendat, quod idem Sacerdos simpliciter revelaverit, aut se revelasse dixerit pluribus, nihil addendo de habita revelandi licentia; vide Henriq. *d. c.*19. *in fine*, Valer. Regin. *d. l.*3. *n.* 68. Mascard. *d. concl.*1286. Suar. *d. disp.* 33. *in fine* Fr. Emman. *qu. Reg. t.*2. *q.*35. *art.*1. Martin. Delr. *disq. magic. l.* 6. *c.* 1. *sect.*1. Farin. *in praxi crim. q.*51. *a n.* 112. Aldr. *relig. discipl. tuenda l.*2. *cap.* 19. *num.* 6. *cum seq.*

59 Parochus igitur confessionale in Ecclesia habere debet, ubi confitentes audiat, quod in loco aperto, & manifesto sit, non autem in sacellis, neque in angulis Ecclesiæ, unde videri publice non possit idque fit, ut tollatur materia delinquendi, ob quam rationem etiam ipsum confessionale habebit fenestram crate ferrea occlusam, ne pœnitentem videat, ut bene advertit Ugolin. *de officio Episc. cap.* 15. §.8. *n.*14.

Cum audit Parochus confessiones, si sæcularis 60
sit, superpelliceum, & stolam deferre tenetur, ut declaravit Sacra Cardinalium Congregatio, *negociis Episcoporum, & Regularium præposita in una Albiganen. die* 8. *Novembris* 1588 nisi fuerit Religiosus Societatis Jesu, qui superpelliceum deferre non tenetur, ut censuit eadem S. Congr. *sub die* 25. *April.* 1586.

Additio.

☞ Idem statuitur tam quoad locum, in quo audiendæ sunt confessiones, quam quoad habitum, a Rituali Romano in doctrina *de Sacram. Pænit.*

Est autem ab omnibus Confessariis animadvertendum, quod ex decreto Congr. Universalis Inquisitionis sub die 4. Decemb. 1664. mulierum confessiones audiri nequeant extra cratem confessionalem: Nec = post crepusculum vespertinum, & ante auroram sine necessitate = ut ex Decreto Cong. Conc. in Patavina 21. Jan. 1620.

Quod spectat ad gestationem superpellicii, quoad Confessarios Regulares, nedum non tenentur illud deferre Religiosi Societatis Jesu, sed neque ceteri omnes Religiosi; qui in Ecclesia, & sacrario satis est, ut stolam tantum deferant, ut ex decreto pro Urbe Romæ Sac. Visitationis Apostolicæ, jussu Urbani VIII. edito sub die 10. Julii 1625. & quidem sub pæna suspensionis ab audiendis confessionibus, ipso facto incurrenda tam a Confessariis sæcularibus, non deferentibus superpellicium, & stolam, quam a Regularibus eamdem stolam non deferentibus. Quod decretum innovatum fuit a Bened. XIII. 8. Novemb. 1726. sub eadem pæna, *non tamen ipso facto incurrenda*. ☜

Tenetur Parochus penes se habere transumptum 61
Bullæ in Cœna Domini, nec non casus reservatos sui Episcopi, illamque, & illos semel saltem in anno ejus populo publicare curabit, ut commendatur in libro de Bononiensis Ecclesiæ admin. *p.* 3. ubi *de Sacramento Pœnitentiæ pag.* 112. *in fine*, me citato in hoc loco Lezan. *d. c.* 9. *n.* 34. & sub peccato mort. ad hoc eum obligari post Ugolin. & Duard. resolvit Bonac. *de censuris in Bulla*, *disp.*1. *q.*12. *puncto* 7. *a n.*5. Præterea in administratione hujus Sacramenti considerabit, an pœnitentes sint censuris reservatis irretiti, & iis præsertim, quæ continentur in Bulla Cœnæ Domini, nam tunc eos oportet ad Superiores remittere absolvendos, alioquin, si illos absolvere præsumpserit, ultra nullitatem absolutionis, incurret pœnas contentas in eadem Bulla §. *quod si forte*.

Quos autem libros moralis Theologiæ Parochus 62
apud se tenere debeat, enumerat Possevin. *d. tract. de officio Curati cap.* 25. ubi Andr. Victorel. *in appendice* advertit, illum debere multis, iisque egregiis moralis Theologiæ libris bibliothecam suam instruere, non ut omnes inutili evolvat curiositate, sed ut, dum se offert occasio, res diligenter tra-

tractatas legere, varias Doctorum sententias, explicitasque rationes suscipere valeat, & quod in uno Auctore non invenit, in alio reperire possit. Perlegere autem diligenter eos libros debet, qui in officio suo recte, & rite peragendo eum possunt instruere: illi autem sunt Testamentum vetus, & novum, Catechismus Romanus. Trid. Concil. Constitutiones Diœcesanæ, Provinciales, Homiliæ, seu sermones Sanctorum, ac etiam Theologorum insignium Summæ aliquæ, ut Sylvestrina, aut Antonina, vel Navarri; inter ceteros vero libros utilissimi judicantur liber Pastoralis S. Gregorii, & liber S. Joannis Chrysostomi de Sacerdotio, quorum duorum librorum lectione assidua, quantum proficere possit Parochus, nulla ratione explicari valet.

Et rursus, ne Parochi in absolvendis pœnitentibus, in aliquem errorem labantur, penes se habere debent non solum reservationem casuum Episcopalium, & Bullam Cœnæ Domini, sed sæpe sæpius legere Decretum Sacræ Congregationis episcoporum, jussu Clementis VIII. editum, cum suis declarationibus, tenoris, ut infra.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpoposita, justis, & gravibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi Domini Nostri Clem. Papæ Octavi speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus, tam sæcularibus, quam regularibus, per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Jesu, & generaliter quarumcunque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit; ne quis eorum sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum, generaliter, vel specifice, scripto, aut vivæ voeis oraculo, vel per communicationem, a Sede Apostolica, vel ejus auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocunque, sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum alicui, cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex casibus clare, vel dubie in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel aliis quomodocunque Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusque Successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reservandis, nec etiam a casibus, quos Ordinarii locorum hactenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, ullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Sanctitatis suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reservatos respective impetrata in scriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cetero impendere audeat, vel præsumat, sed cum opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimosque Judices suos accedere consulant, sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quam sæcularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcunque officia, Prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto absque ulla alia declaratione incurrenda, super quibus a nemine, nisi a Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impertiri; Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte uti cassas, & irritas haberi de cetero voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque.

Præterea noverint pœnitentes absolutionem, siquam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque roboris, & momenti. Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reservandorum casuum competit, plurium, quam opus sit, reservatione, subditis, aut Confessariis in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, moneutur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem pro cujusvis Diœcesis statu, & qualitate necessario reservandos esse judicaverint, reservent. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 9. mensis Januarii anni 1601.

Decreti suprapositi declaratio.

Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem emersissent, eadem Sacra Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitative locus relinquatur; & ut clarius appareat, in quibus casibus vigore ejusdem Decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem Sanctissimi Dom. N. Clem. PP. VIII. similiter vivæ vocis oraculo super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat; videlicet sub ejusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis ecclesiasticæ in terminis Constitutionis felicis record. Gregorii XIV. quæ incipit, Cum alias nonnulli, violationis clausuræ monialium ad malum finem; Provocantium, & pugnantium in duello, juxta decretum Sacri Concilii Trident. & Constitutionem fel. recor. Gregor. PP. XIII. incip. Ad tollendum; Injicientium violentas manus in Clericos, juxta Canon. Si quis suadente 17. quæst. 4. *ac juris dispositionem; simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere: ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes, tam sæculares, quam regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulta, & facultates, usu ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum & non alias, absolvere a casibus in præsenti declaratione non comprehensis: aliis vero Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus, nihil de novo concedi. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum reservatio spectat, in ea re modum excedant, eadem Sacra Congregatio, illos rursus magnopere admonendo, censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire,*

dire, atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad christianam disciplinam retinendam conferat, in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reservent casus, in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos; facultatem vero, & licentiam absolvendi a casibus reservatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse, declarat. Ceterum, ne quis Sacerdotum sæcularium, aut regularium sub prætextu, quod per primo dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegiis derogatum eidem Decreto, sic, ut præfertur, declarato, contravenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis omnibus in favorem quorumcumque Ordinum, seu Institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam sæcularium, quam Regularium editis, nec non eorundem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum sæcularium, seu regularium locorum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis eisdem, Ordinibus, seu, Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & sæcularibus, seu regularibus locis, aut personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens quoad ea, quæ præsentibus adversantur illis, alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ die 26. Novembris 1602.

Aliud Decretum ejusdem S. Congreg. de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. mandato editum.

Q*Uoniam Sacra Congreg. Cardinalium negociis Episcoporum, ac Regularium præpositorum nuper accepit, quamplures Regulares tantum facultatis, seu privilegii ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, ut etiam a casibus locorum Ordinariis, in eorum Diœcesibus reservatis absque alia ipsorum Ordinariorum licentia pœnitentes, absolvere minime dubitent, nonnullosque alios in Decreto prohibitionis, absolutionis a casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinariis reservatis die 9. Januar. anno millesimo sexcentesimo primo, felicis recordationis Clementis PP. VIII. jussu edito, nec non in declaratione illius, eodem Clement. Pont. jubente die 26. Novembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinariis prædictis reservatas minime comprehensas asserere; unde fit, ut metus, quo homines a peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. Ideo sacra eadem Congregatio de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. speciali mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, Decretum hujusmodi, illiusque declarationem, necnon censuras, & pœnas in eis contentas omnia confirmanda, atque innovanda operæ pretium duxit, prout per præsentes confirmat, atque innovat, ab omnibusque Sacerdotibus, tam sæcularibus, quam Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum Congregationum, aut cujusvis alterius Instituti, etiam necessario exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observari, ac insuper, nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuscumque privilegiis, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel a casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi Apostolicæ reservatis, tam ad forum contentiosum eorundem Ordinariorum deductis, quam non deductis, præterquam in mortis articulo, absolvere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis, mandat, ac præcipit. Non obstantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. in decreto, & declaratione hujusmodi voluit non obstare, Datum Romæ 7. Januarii anni 1617.* me citato in hoc loco, ista refert Lezana *in sum. quæst. Regular. cap. 19. numer.* 15.

Illud Regularibus advertendum duxi, quod licet præfatum Clementis VIII. decretum, quatenus illis aufert potestatem absolvendi a casibus Papæ, vel Episcopo reservatis pro sola Italia, non pro aliis Provinciis fuisse factum, & publicatum videatur, & id asserant Fr. Emman. *in addit. sum. tom.* 4. *cap.* 118. *num.* 18. Fr. Joan. de la Cruz *in sua epitome, l.*2. *c.* 6. *fol.*163. *col.*2. *vers. si arguas secundo*, Suar. *de Pœnit. disp.*30. *sess.* 3. *num.*16. *in fine*, Sanc. *in præcepta Decalogi tom.*1. *l.* 2. *c.* 13. *num.* 36. *ad finem*: Villalob. *in sum. p.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 62. Laur. de Portel. *in dubiis Regul. verb. Confessor. erga sæculares num.* 22. *vers. at sicut, & Verb. casus reservati num.* 6. tamen hodie contrarium est tenendum, prout in sequenti declaratione. *Sacra Congr. S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares a Sede Apost. post Concilium Trid. obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia per prius ab eodem Concil. ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, siqua habebant, absolvendi a casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Dom. legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus; ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis; ac si secus egerint, absolutiones nullas; atque irritas fore, & esse. Ab aliis vero casibus,*

sibus, & censuris, si quidem Regulares habent a Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minime sublatam fuisse iisdem Sacra Congr. Decretis hac de re editis jussu fel. mem. Clem. VIII. Quam S. Congr. sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Datum Romæ 17. Novembris 1628. Fr. A. Cardin. S. Honufrii P. Fagnanus Secret.

Additio.

☞ Circa Decretum Clem. VIII. supra relatum affertur sequens declaratio Congregationis, specialim deputatæ a Clem. XI. & ab eodem approbata die 13. Maji 1711. = Eadem Congregatio . . . . censuit, si Sanctissimo placuerit, præcipiendum esse omnibus, & quibuscumque presbyteris, tam sæcularibus, quam regularibus, in Urbe ad confessiones audiendas deputatis, ut ne in posterum, etiam in foro conscientiæ, absolvant extra mortis articulum quoscumque pænitentes, tam incolas Urbis, quam ad eam confluentes, ab infrascriptis casibus: nempe a casu publico violatæ clausuræ monialium ad malum, seu inhonestum finem: a presbytericidio publico, & a casu publico violatæ immunitatis ecclesiasticæ in terminis Constit. Gregorii XIV. incip. *Cum alias nonnulli*; & etiam in casu occulto dictæ violationis immunitatis, si fuerit secuta auctoritate publica; idque omnino servari ab omnibus, & quibuscumque Confessariis in Urbe degentibus, cujuscumque Religionis, Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Congregationis, quacumque speciali nota explicandis, prout explicati latius fuere in decreto Sac. Congr. Episcopor. & Regul. die 9. mensis Jan. 1602. sub felic. record. Clem. VIII., ac illius confirmatoriis, & innovatoriis sub fel. record. Paulo V. die 7. Jan. 1617. Urbano VIII. die 17. Nov. 1628. editis. Ac sub præsenti prohibitione comprehendi etiam Pænitentiarios Basilicarum Urbis, & ab omnibus Confessariis prædictis eam observari sub iisdem pænis, & censuris, eo ipso, & absque ulla alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis decretis. Noverintque pænitentes absolutionem, siquam in posterum obtinuerint a præfatis casibus, in præsenti decreto expressis, esse nullam, nulliusque roboris, & momenti: eaque omnia observari, non obstantibus quibuscumque privilegiis absolvendi a prædictis casibus, sub quibuscumque tenoribus tam ante, quam post dicta decreta, tam particularibus personis, quam ratione Religionis, Societatis, vel Instituti obtentis, & juxta latam derogationis formam in iisdem decretis contentam, quæ in præsenti repetita censeatur, & non obstantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. voluerunt, non obstare. Rursus declarando, prout declaratum fuit in præfatis decretis, quod circa alios casus S. Sedi Apostolicæ reservatos, non expressos in præsenti decreto (exceptis illis, qui continentur in Bulla in die Cœnæ Domini legi consueta) ita intelligatur præservata facultas absolvendi Confessariis privilegiatis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimis privilegiis non revocatis, & in usu existentibus, ac juxta eorum tenorem tantum exequendis. Aliis vero in Urbe Confessariis privilegia non habentibus, nihil de novo, sicuti per præfata decreta, ita per præsens, censeatur concessum = ☜

Additio.

☞ Crimen solicitationis ad turpia in sacramentali confessione reddit solicitantem suspectum de hæresi, eique injungitur abjuratio, vel de vehementi, vel de levi juxta facti circumstactias, & Sac. Inquisitionis tribunalium praxim, ac insuper denunciandus sit, eo pari modo, quo hæreticus, ut statuerunt Paulus IV. 16. April. 1561. Pius IV. 6. Apr. 1564. Clemens VIII. 3. Decemb. 1592. & Paulus V. 1608. Quando autem fiat abjuratio de levi, adeatur Card. Albitius *de Inconstan. in Fide, par. I. cap. XXXV. n. 3.*

Enorme itaque crimen solicitationis factæ a Sacerdote, gravissimis semper ultum est pænis ab Ecclesia; atque ut eæ, quæ in præsens sunt in usu, quasque scire plurimum confert, facilius innotescant, primo attendenda est Constitutio Pii IV. edita pro Regnis Hispaniarum, postea extensa ad universum catholicum orbem, ac ampliata a Gregorio XV. per Constitutionem, *Universi dominici gregis*, 30. *Augusti* 1622. in qua illa Pii IV. inserta est, ibi.

§. I. Quoniam autem a Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris, quibusdam in locis provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Pænitentiæ Sacramento, solicitando pænitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, ex cælesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco nos ea, quæ bis perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximos.

§. II. Alias siquidem a fel. record. Pio Papa IV. Prædecessore nostro, emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regnis Hispaniarum, hæreticæ pravitatis Inquisitori generali.

Cum, sicut nuper, non sine animi nostri molestia accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum civitatibus, & diæcesibus curam animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut alias audiendis confessionibus pænitentium deputati, in tantam prorupperint iniquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit, Domino Deo, & Salvatori nostro Jesu Christo injuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, & provocando, seu allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco eorum per Sacramentum hujusmo-

jusmodi Creatori nostro reconciliationis, graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in divinæ majestatis offensam, & animarum perniciem, & christifidelium scandalum non modicum.

§. III. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide catholica recte sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios, a te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum civitatum, & diœcesum, de præmissis quomodolibet diffamatos, tam sæculares, quam quorumvis, etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum, Ordinum Regulares, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiæ existant, tam super præmissis, quam super Fide catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & juxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæresi quovis modo suspectos, a Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, juxta excessuum suorum qualitatem, prout juris fuerit, punias; eos etiam, si, & prout juris fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis judicis arbitrio puniendos tradendo.

§. IV. Non obstantibus Constitutionibus &c. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 17. Apr. 1561. Pontificatus nostri Anno II.

§. V. Igitur, ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, præinsertas literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illasque non solum in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusvis christiani orbis partibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

§. VI. Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam sæculares, quam quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum, Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cujuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentali confessionis, sive antea, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in officio sanctæ Inquisitionis severissime, ut infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum, & locorum universi orbis christiani in suis quemque diœcesibus, & territoriis per has nostras literas, etiam privative quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Judices delegamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis Fidei, juxta sacrorum Canonum formam, necnon officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant; & quos in aliquo, ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab executione Ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, & passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant, eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant.

§. VII. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, & Curiæ sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

§. VIII. Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. IX. Mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis; quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

Cum autem post emanatam Gregorii Constitutionem nonnulla exorta fuerint dubia circa onus denunciandi Confessarium solicitantem, cumque proposita fuerint Congregationi supremæ Universalis Inquisitionis, prævio Qualificatorum examine, sequentibus verbis extensa, & relata a Card. Albitio *par. I. cap. XXV. de Inconstan. in Fide n. 66.* eadem Congregatio ipsorum resolutiones approbavit, & servari mandavit, videlicet.

Die

Die 11. Februarii 1661.

I. An sit denunciandus Confessarius, qui dat pœnitenti chartam in confessione, postea domi legendam, in qua ad venerem sollicitabat.

Domini Qualificatores censuerunt, esse denunciandum, & opinionem negativam non esse probabilem.

II. An Confessarius, consentiens sollicitationi, sed statim desistens de illa turpi materia loqui, differendo illius complementum ad aliud tempus, & non præbendo absolutionem pœnitenti, incidat in pœnas contentas in Bulla Gregorii, & sit denunciandus.

Censuerunt incidere, & Confessarium esse denunciandum, rejecta opinione contraria, quam non esse probabilem censuerunt.

III. An Confessarius, sollicitando, propter parvitatem materiæ sit denunciandus.

Cum in rebus venereis non detur pravitas materiæ, & si daretur, in re præsenti non dari censuerunt, esse denunciandum, & opinionem contrariam non esse probabilem.

IV. An Confessarius, qui fœminæ in confessionario dicenti, se velle in crastinum confiteri, illam sollicitat, & confessionem dissuadet, sit denunciandus.

Si sollicitatio fiat extra locum confessionis, & absque prætextu confessionis, censuerunt, negativam opinionem esse probabilem, secus in confessionario, seu in loco confessionis.

V. An Sacerdos, carens jurisdictione, si sollicitet in confessione pœnitentem, sit denunciandus.

Censuerunt, esse denunciandum, & opinionem negativam non esse probabilem.

VI. An interpres, si sollicitet in confessione pœnitentem, sit denunciandus.

Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate.

VII. An mandans Confessario, ut in confessione sollicitet, sit denunciandus.

Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate.

VIII. An quando Confessarius, & pœnitens invicem se sollicitant, Confessarius sit denunciandus.

Affirmative responderunt, & opinionem negativam non esse probabilem.

IX. An Confessarius sollicitatus, si metu inductus, sollicitanti consentiat, sit denunciandus.

Censuerunt, esse denunciandum, & opinionem negativam non esse probabilem.

X. An Confessarius incidat in pœnas Constitutionis Apostolicæ contra sollicitantes, si sollicitet mulierem in aliis Sacramentis, scilicet baptismi, matrimonii, sit denunciandus, & si denunciandus, possit ab Inquisitoribus puniri.

Quoad utrumque articulum censuerunt, opinionem negativam esse probabilem.

XI. An Confessarius, qui sollicitat pœnitentem ad actus illicitos extra actus venereos, sit denunciandus.

Censuerunt, opinionem negativam esse probabilem.

XII. An Confessarius, si laudet pœnitentem ex pulchritudine, & venustate, dicatur illam sollicitare, & ideo sit denunciandus.

Censuerunt, si laus illa sit seria, & nihil pravæ intentionis redoleat, negativam esse probabilem: si vero secus, non esse probabilem.

XIII. An sit denunciandus Confessarius, qui propter sollicitationem alterius abjuravit.

Censuerunt, opinionem negativam non esse probabilem, & ideo denunciandus (quod etiam fuit resolutum sub die 26. Julii 1628.)

XIV. An quis teneatur denunciare Confessarium sollicitantem, si hoc audivit non solum a fide dignis, sed a levibus personis.

Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate.

XV. An sit denunciandus Confessarius, qui sedens in confessionario, sollicitat mulierem stantem ante confessionarium, non simulando confessionem.

Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate.

XVI. An sit denunciandus Confessarius, qui audiens confessionem, dat donum mulieri, ita ut dicatur illam sollicitasse.

Idem censuerunt quoad duodecimum.

Resolutionem dubii primo loco expositam, confirmavit Alexander VII. die 24. Septemb. 1665. qui proscripsit contrariam propositionem, quæ est la VI. inter alias ab ipso damnatas, eodemque die proscripsit & istam.

Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis, est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

Hæc proscriptio respicit dumtaxat opinionem, eximentem ab onere denunciandi sollicitantem, non vero nullitatem confessionis, in casu quo sollicitans absolveret sollicitatum sollicitationi consentientem: sed hodie ex Constitutione Benedicti XIV. mox transcribenda, respicit etiam nullitatem confessionis, cum sollicitans, absolvens complicem peccati contra sextum præceptum, privatus sit eo ipso facultate absolvendi.

Transcriptas Pii, & Gregorii Constitutiones, ac allatas omnes resolutiones, proscriptasque propositiones confirmavit, atque ampliavit Benedict. XIV. sequenti Constitutione *Sacramentum pœnitentiæ 1. Junii 1741.*

Sacramentum pœnitentiæ.... Dudum quidem a fel. record. Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro, per suas literas in forma Brevis, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 30. Augusti 1622. Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscunque Sacerdotes audiendis confessionibus deputatos, ad turpia, & inhonesta sollicitantes; & deinceps successivis temporibus, ad earum literarum interpretationem, & declarationem plura subinde a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum sub die 11. mensis Februarii anno Domini 1661. prodierunt decreta, & a rec. mem. Alexandro PP. VII. pariter Prædecessore nostro, in Congregatione generali Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis, die 24. Septembris 1665. coram eo habita,

inter alias ab evangelica veritate, & Sanctorum Patrum doctrina alienas, & dissonas propositiones, sexta videlicet, & septima, huc revocandæ, damnatæ, & prohibitæ fuerunt; Nos itaque mature perpendentes, quanti momenti sit ad æternam animarum salutem ea ubique exacte observari, & quanti ad infirmas oves curandas, & decorem Sanctæ Ecclesiæ Dei retinendum intererit, ne aliqui Sacerdotes, pœnitentiæ Sacramento nefarie abutentes, pœnitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes, se a Cristo Domino præsides, & judices animarum constitutos, ea sanctitate, quæ sublimitati, ac dignitati muneris convenit, tam venerandum Sacramentum administrent: motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, præfatas literas hujusmodi, ac omnia, & singula decreta prædicta ad illarum interpretationem, & declarationem emanata, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus; illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus, & mandamus omnibus hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & locorum Ordinariis omnium Regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum, & locorum universi Orbis christiani, in suis respective diœcesibus, ut diligenter, omnique humano respectu postposito, inquirant, & procedant contra omnes, & singulos Sacerdotes, tam sæculares, quam regulares, quomodolibet exemptos, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectos, quorumcunque Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum, & cujuscunque dignitatis, & præminentiæ, aut quovis privilegio, & indulto munitos, qui aliquem pœnitentem, quæcunque persona illa sit, vel in actu sacramentalis confessionis, vel ante, vel immediate post confessionem, vel occasione, aut prætextu confessionis, vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali, sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione audiendi ibidem confessionem, ad inhonesta, & turpia solicitare, vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, vel tractatus temerario ausu habuerint; & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, severe animadvertant per condignas pœnas, juxta memoratam Gregorii Prædecessoris nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus. Dantes etiam, si opus sit, & rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei injuriosum remaneat ob probationum defectum impunitum, jam alias in præfata Constitutione tributam, procedendi cum testibus, etiam singularibus, dummodo præsumptiones, indicia, & alia adminicula concurrant.

§. 2. Meminerint præterea omnes, & singuli Sacerdotes, ad confessiones audiendas constituti, teneri se, ac obligari suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra solicitatos, sedulo monere, juxta occurrentium casuum circumstantias, de obligatione denunciandi Inquisitoribus, sive locorum Ordinariis prædictis, personam, quæ solicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat, aut solicitatio inter Confessarium, & pœnitentem mutuo fuerit, sive solicitationi pœnitens consenserit, vel longum tempus post ipsam solicitationem jam effluxerit, aut solicitatio a Confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter Confessarii, ne pœnitentibus, quos noverint jam ab alio solicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denunciationem prædictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti Judici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

§. 3. Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei judicio posthabito, & Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud ecclesiasticos Judices falso solicitationis insimulant: ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur, quæcunque persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes Confessarios impie calumniando, vel scelerate procurando, ut id ab aliis fiat, a quocunque Sacerdote, quovis privilegio, auctoritate, & dignitate munito, preterquam a Nobis, nostrisque Successoribus, nisi in fine vitæ, & excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendæ, quam Nobis, & Successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

§. 4. Demum magnopere cupientes a sacerdotalis judicii, & sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, & Sacramentorum contemptum, & Ecclesiæ injuriam longe submovere, & tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, & quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam, dæmonis potius, quam Dei ministri, loco eos per Sacramentum Creatori suo ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis baratrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquorum in Theologia magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum pluribus Episcopis, per synodales suas Constitutiones jam factum esse novimus, omnibus, & singulis Sacerdotibus, tam sæcularibus, quam regularibus cujuscunque Ordinis, ac dignitatis, tametsi alioquin ad confessiones excipiendas approbatis, & quovis privilegio, & indulto, etiam speciali expressione, & specialissima nota, & mentione digno, suffultis, auctoritate Apostolica, & nostræ potestatis plenitudine interdicimus, & prohibemus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocunque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personæ complicis

plicis in peccato turpi, atque inhonesto, contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacunque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcunque personam ab hujusmodi culpa absolvendam; adeo quidem, ut absolutio, siquam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tanquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad valide absolvendum necessaria, privatus existit, quam ei per præsentes has nostras adimere intendimus; & nihilominus, si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam, a qua absolvendi potestatem Nobis solis, nostrisque Successoribus duntaxat reservamus, ipso facto incurrat.

§. 5. Declarantes etiam, & decernentes, quod nec etiam in vim cujuscumque Jubilæi, aut etiam Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ sanctæ, aut alterius cujuslibet indulti, confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique sacramentalem absolutionem elargiri; cum ad hunc effectum, & in hoc casu nullus Confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati, & pœnitentis genere jurisdictione, ut præfertur, careat, & absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo, & approbato.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim, quæ nuncupantur Cruciatæ sanctæ, vel Jubilæi universalis, & plenarii, necnon quibusvis Ecclesiarum, monasteriorum, & Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. =

Hanc autem Constitutionem quoad ademptam Confessario facultatem absolvendi complicem peccati contra sextum præceptum, ita idem Pontifex declaravit in altera sua Constit. *Apostolici* 8. *Februarii* 1745. ibi.

Edicimus, ac declaramus, eadem Constitutione singulis, ut supra, Sacerdotibus, quemadmodum interdictum non est in mortis articulo personam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, deficiente tunc quocunque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit; ita interdici re ipsa, & prohiberi prædicto modo tunc audire, & absolvere, ut si alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamsi forte iste alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, sive alias ad confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse Sacerdos simplex confessionem excipere, ac absolutionem impertiri.

Porro, si casus urgentis qualitas, & concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutæ in dicto articulo personæ confessionem vocari, aut accedere, sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo nequeat; tunc alium Sacerdotem perinde haberi, censerique posse, ac si revera abesset, atque deficeret; ac proinde in eo rerum statu, non prohiberi socio criminis Sacerdoti absolutionem pœnitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos, & serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus prædictam nostram Constitut. inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt: imo intelligat, teneri, se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere, vel removere, opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius confessionis, absque ullius infamia, vel scandalo audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ nostræ Constitutionis declaramus, & nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus, & præcipimus.

Quod si idem Sacerdos, aut quovis modo sese, nulla gravi necessitate compulsus, ingesserit, aut, ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, si alterius Sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum avertendum congrua media adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicis, eoque in articulo, ut præfertur, constitutæ sacramentalem confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri; nulla, sicut præmittitur, necessaria causa cogente, præsumpserit; quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte pænitentis dispositiones, a Christo Domino, ad Sacramenti pœnitentiæ valorem requisitæ non defuerint: non intendimus enim pro formidando mortis articulo eidem Sacerdoti, quantumvis indigno, necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat. Nihilominus Sacerdos ipse violatæ ausu ejusmodi temerario legis pænas nequaquam effugiet; ac propterea latam in dicta Constitutione majorem excommunicationem, eodemque plene modo, quo ibidem decernitur, Nobis, & huic Sanctæ Sedi reservatam, incurret, prout illum eo ipso incurrere declaramus, volumus, atque statuimus.

Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in præfata nostra Constitutione voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque =

Pro majori in praxi allatarum Constitutionum Gregorii, & Benedicti intellectu subnecto regulas ad cognoscendum, qui denunciandi sint, quas ob causas, quando, & qua ratione denunciare oporteat, prout ad singulas earundem Constitutionum partes exaratæ leguntur a jam laudato Philippo de Carboneano, in ejus Additionibus ad cit. Theologiam moralem Antoine *edit. romanæ an.* 1757. *par. II. pagina* 251. & *seqq.* ibi.

I. Regula = *Denunciandi sunt omnes, & singuli Sacerdotes, sive absolvendi jurisdictione, & auctoritate polleant, sive careant.*

Hujusmodi regula expresse legitur num. 1. & 2. Constitutionis Benedicti (nempe XIV.) quamobrem dubitari amplius non potest, quin simplex

plex Sacerdos, is scilicet, qui ad valide absolvendum jurisdictione careat, denunciandus sit, si confessionem simulando, vel prætextu, aut occasione confessionis, modo infra explicando, solicitaverit, vel inhonesta, atque turpia tractaverit. Sed cum nihil, sive in hac, sive in aliorum Pontificum Constitutionibus, vel supremæ Inquisitionis decretis statuatur de denunciandis, vel Clericis, vel laicis, qui solicitandi causa confessionem simulaverint, vel confessionis prætextu solicitaverint, non videtur probanda, quæ Gipsio tribuitur opinio, qui, ut refert Cozza pag. 153. Clericos etiam, laicosque denunciandos esse contendebat harumce legum virtute; nam si juxta reg. 15. juris, *Odia restringi, & favores convenit ampliari*, atque juxta reg. 49. *In pœnis benignior est interpretatio facienda*, manifestum est, pœnis subjiciendos non esse, qui in lege non designantur, sed excludi videntur. In iis ergo Constitutionibus, cum soli Sacerdotes nominentur, ac denunciationis pœnis subdantur, Clerici, laicique præsumuntur exclusi. At si ii Missam celebrarent, & sacramentalem confessionem audirent, ob alias Constitut. Inquisitorum judicio, ac pœnis gravissimis supponuntur, atque hanc ob rem denunciandi essent, ut debitas pœnas subirent.

Secunda. *Qui aliquem pænitentem, quæcunque persona illa sit, sive pro se ipso, sive pro alia persona solicitaverit.*

Habes hic clare definitum. Primo denunciandum esse Confessarium, sive solicitaverit fœminam, sive masculum, ut liquet, tum ex supra relato supremæ Inquisitionis decreto, tum etiam ex Constit. verbis, nam to *aliquem pænitentem, quæcunque persona sit*, innuit vel masculum, vel fœminam. Deinde denunciandum quoque esse, qui non pro se, sed pro alia persona pœnitentem incitaverit, seu ad turpia provocaverit, ut in Const. num. 2. expressum est.

Tertia. *In actu sacramentalis confessionis, vel ante, vel immediate post.*

Qui eo temporis spatio ad turpia provocet, quod inter confessionis initium, & absolutionem intercedit, is solicitare dicitur in actu confessionis. At quid sit solicitare, vel immediate ante, aut immediate post confessionem, non convenit inter Auctores, ut videre est apud Cozzam dub. 21. pag. 95. communior autem opinio, quæ meo judicio, vera est, atque fini legis omnino consentanea, asserit, vocabulum istud *immediate*, non pro physico, sed pro morali significato esse usurpandum; scilicet, non pro momento, quod nullo interjecto medio, vel præcedit, vel subsequitur confessionem; sed pro brevi illo temporis spatio, in quo, si quidpiam fiat, attentis circumstantiis, secundum communem loquendi modum, ac prudentum judicium, sive immediate ante, vel immediate post confessionem facta dicatur. Quare, qui mulierem, petentem confessionem, sive ad confessionem paratam, & quam paulo post ad confessionem accessuram noverit, ad inhonesta incitaret, is immediate ante confessionem solicitare diceretur, licet breve temporis intervallum provocantem actionem, confessionemque intercederet. Atque eandem ob causam, immediate post confessionem solicitare diceretur, qui vel illico post absolutionem, vel in Ecclesia, cum primum e confessionali egreditur, mulierem ad turpia provocaret, sive chartam ei traderet ad venerem incitantem, domi legendam. Imo communior opinio est, hac quoque lege comprehendi, qui pœnitentem deinceps sequatur, eamque vel in itinere, aut domi solicitet: is enim secundum prudentum judicium, statim post confessionem solicitasse diceretur; quia cum primum potuit, præconceptum in confessione de solicitando desiderium executioni demandavit: sed indicati casus clarius comprehenduntur sub regula, quam subjicimus.

Quarta. *Vel occasione, aut prætextu confessionis.*

Occasio, & prætextus duo hic exprimunt, quæ sunt invicem distincta, atque omnino diversa: nam confessionis occasione solicitare, est ex confessione provocandi motivum sumere: prætextu vero confessionis solicitat, qui confessionem prætexit, sive fingit, ac simulat, ut liberius, vel inhonesta tractet, vel ad venerem incitet. Occasione confessionis tribus modis Confessarius solicitare posse videtur. Primo, dum expressa, aut tacita confessionis petitione solicitandi motivum sumit: tum enim medicinam petenti, venenum, atque panem expectanti scorpionem porrigit, juxta Constitut. allegorias; atque veneratione, demissione animi, confidentia, aliisque pœnitentis affectibus erga Sacramentum, ac Christi ministrum, abutitur, quo facilius ad inhonesta incitet, adeoque denunciandus est. Secundo ex confessione ipsa, hoc est, dum intelligendo, quæ cum aliis egit, vel facere optavit, aut ad venerem proclivitatem occasionem nanciscitur, vel verbis, vel signis ad inhonesta provocandi. Tertio demum, cum notitia utitur, quam ex confessione habuit, ad incitandum, & facilius movendum ad assensum; ab hac enim notitia motum ad solicitandum manifestum est, ex ipsa confessione incitandi occasionem desumere.

Sed, ut pœnitens hanc ob causam denunciare teneatur, habeat necesse est certa indicia, quibus prudenter judicare possit, ex hujusmodi scientia solicitandi motivum accepisse: nam si indicia hujusmodi desint, præsumi potest, aliis ex causis motum fuisse ad solicitandum; suppetunt vero pœnitenti hujusmodi indicia, si Confessarius brevi post confessionem tempore pœnitentem solicitet, veluti personam, quæ facile acquiescere soleat, vel natura ad hujusmodi actus propensa sit, & si aut generalibus verbis, aut nutibus in solicitando utitur, quibus indicare videatur, se scire, vel quid cum aliis egerit, vel quæ alias ad hæc propensa fuerit, aut quidpiam iis simile, quod ex confessione noverit.

☞ Notandum hic est, ex praxi Tribunalis Universalis Inquisitionis non intelligi, *immediate post* Confessarium solicitasse, si post integrum transactum diem tractatus, aut actus inhonestos habuerit cum pœnitente, dummodo nullo modo in confessione pravum

pravum suum animum indicaverit, cum tunc verificari non videatur illa particula : *immediate post* . ☞

Quinta . *Vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali* .

Hac regula ii designantur, qui denunciandi sint ratione loci, in quo ad inhonesta aliquem provocent, scilicet ii, qui in loco destinato ad sacri pœnitentiæ ministerii exercitium, & ad absolvendos fideles a peccatis, etiam extra quamcunque confessionis occasionem, & simulationem, ad turpia solicitant, vel inhonesta tractant. Constat id primum ex decreto supremæ Inquisitionis sub Paulo V. quod una cum aliis a SS. D. N. Bened. XIV. approbatum, & confirmatum fuit; deinde ex eo, quod finis legis videatur hujusmodi pœnis Sacerdotes subjicere, quia in loco, ex quo fideles solutionem a culpis, ac animæ salutem quærunt, novis culpis ligare, atque in perditionem, & mortem æternam ducere student.

☞ Quod hic traditur pro quinta regula,& infra, non semel repetitur a Clariss. Patre a Carboneano, nolim adeo certum reputes, ut sententiam, quæ oppositum docet, destitutam existimes solida probabilitate; suprema namque Universalis Romanæ Inquisitionis Congregatio ad hoc dubium XV. *An sit denunciandus Confessarius, qui sedens in confessionario sollicitat mulierem stantem ante confessionarium, non simulando confessionem*, die 11. Febr. 1661. respondit : *Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate*, ut ex dubiis, ac resolutionibus ejusdem Congregationis, per extensum supra relatis pag. 185. fit manifestum. Porro si sententia opinioni P. Carboneani opposita, est vere probabilis, profecto illa talis Auctoris probabilitatis limites non excedit, ideoque firmare nequit regulam certam. Neque putes, probabilitatem a suprema Congreg. assertam opinioni præfatæ, esse prohabilitatem utcumque, ac levem. Fallitur enim quicunque id ausit asserere; nam in rebus momentosis, practicis, ac ad eum finem propositis, ut quisque sciat, quonam modo in tali, vel tali circumstantia tuto in praxi se gerere possit, ac debeat, S. Congregatio prædicta in suis responsis levem sententiarum probabilitatem non curat, solidamque tantum, ac in praxi tutam, ubi de veritate certo non constat, probabilitatem attendit; ut non obscure colligitur ex aliis ejusdem responsis, tum ipsa eadem die, cum alias datis his, vel æquivalentibus verbis : *Censuerunt, talem opinionem non esse probabilem*, etsi levis probabilitas quandoque eidem conveniat. Accedit, quod responsum Supremæ, a me supra allegatum, est unum ex decretis, expresse approbatis, & confirmatis (quod non invenio de decreto edito sub Paulo V. cui P. Carboneanus adeo innititur) a Benedicto Papa XIV, in Constitut. *Sacramentum Pœnitentiæ* . Jam vero est credibile, quod ea occasione, qua doctissimus Pontifex rem serio perpenderat, id fecisset quoad tale responsum, si hoc defectu levis probabilitatis laborasset ? Certe quod non, maxime cum agatur de approbatione, & confirmatione per Constitutionem. Asserta ergo in eo probabilitas vere solida est, ac tuto reducibilis ad praxim ; ideoque approbatum fuit, & confirmatum.

At inquies tali occasione approbatum quoque fuit, & confirmatum responsum ad IV. cujus petitio erat : *An Confessarius, qui fœminæ in confessionario, dicenti, se velle in crastinum confiteri, illam solicitat, & confessionem dissuadet, sit denunciandus?* cui Suprema respondit : *Si solicitatio fiat extra locum confessionis, & absque prætextu confessionis ; censuerunt, negativam opinionem esse probabilem, secus in confessionario, seu in loco confessionis* ; ubi ex secunda responsionis parte liquet, quod, ut Confessarius sit denunciandus, satis est, quod ipse solicitaverit in confessionario, seu in loco confessionis. Propterea, cum huic consonum sit decretum editum sub Paulo V. non abs re dicitur istud in hoc approbatum fuisse, & confirmatum a Benedicto XIV.

Verum qui ita differit, doctrinam non habet P. Carboneani : quia enim hic optime perceperat sensum hujus responsi, hoc ne quidem tetigit, sed editum tantum sub Paulo V. allegavit, & scite : correspondet enim interrogationi de solicitatione fœminæ, in confessionario pariter existentis, seu confessionem simulantis, ut clare patet ex illis verbis : *qui fœminæ in confessionario dicenti, se velle in crastinum confiteri, illam solicitat &c.* Cui propterea correspondens responsio fuit, quod si solicitatio talis fœminæ fiat, ea adhuc existente in confessionario, seu in loco confessionis, tunc Confessarius est denunciandus ; quod nec ego inficior, cum in isto casu non existat in confessionali solus Confessarius, verum etiam fœmina solicitata. Si vero fiat, ea extante extra locum confessionarii, & absque prætextu confessionis, tunc inquit Suprema, opinio negativa est probabilis; prout postea ad XV. respondit, negativam opinionem esse probabilem, etiamsi Confessarius sede at in confessionario, dummodo non simuletur confessio, quod est id, quod contra P. Carboneanum & ego assero.

Idque eo libentius solide probabile affirmo, quia Benedictus XIV. quando adhuc erat tantum Cardinalis, ac Bononiæ Archiepiscopus, etiam decretum editum sub Paulo V. procedere dicebat in casu, quo simuletur confessio; ideo enim prodiit, quia relatum fuerat, *multi Confessarii tractant de rebus inhonestis cum mulieribus in confessionali extra occasionem confessionis, ubi ly tractant cum mulieribus in confessionali*, satis designat coexistentiam mulierum in tali loco ; & de facto tale decretum excludit quidem *occasionem*, sed non *simulationem* confessionis ; & quando a Suprema simul exclusa fuit etiam simulatio, ut in responso ad præfatum dubium XV. tunc expresse respondit, *opinionem negativam esse probabilem*. Item constanter ajebat, etiam clausulam illam Bullæ Gregorianæ, *Sive extra occasionem confessionis in confessionario*, esse intelligendam copulative, ac connexive ad eam ; *simulantes ibidem confessiones audire* ; ut pro certo testificari adhuc possunt plures, qui eo tempore Examinatoris munere fungebantur Bononiæ. Quid plus ergo desiderandum pro asserenda solida probabilitate hujus sententiæ : præcipue cum sic concordentur omnia supremæ Congregationis decreta cum præfatu responso ejusdem ad dubium XV.

Me

Me non latet diversa utriusque expositio, & intelligentia Fautorum opinionis contrariæ, dicentium, sufficere existentiam in confessionario solius Confessarii solicitantis, 1. quia mens Pontificum in hac materia solicitationis semper fuit Inquisitorum facultates ampliare, ac dilatare. Unde per ly *extra occasionem confessionis in confessionario*, inquiunt, eosdem Pontifices habuisse respectum, non ad confessionem, quam expresse excluserunt per eas particulas *extra occasionem confessionis*, sed ad injuriam loci, utpote ad tribunal ordinarium sacramentalis judicii; ideoque pro onere denunciandi non est necesse, quod intervenerit confessionis simulatio, sed satis est, quod per Confessarium solicitantem illata fuerit injuria ipsimet loco, quod verificatur semel ac ipse solicitavit existens in confessionario, 2. Quia subsequens particula *aut* disjungit casus, eosque distinguit. Ex quo fit, quod cum ly *simulantes* sit terminus restrictivus, afficit quidem casum proximum *aut in loco quocunque, ubi confessiones audiantur*, non vero antecedentem de confessionario, respicitque confessionem ipsam, non locum, proindeque in illo casu requiritur simulatio.

Attamen utrumque hoc fundamentum facile dissolvitur, dicendo quantum ad 1 gratis omnino supponi, quod ampliatio, ac dilatatio dictarum facultatum ad id facta fuerit cum solo respectu ad locum confessionum, nullibi enim hoc expresse Pontifices; quæque statuerunt ad rem præsentem, non excludunt simulationem confessionis, imo si eorum expressiones naturaliter accipiantur, ac intelligantur, eandem involvunt, ut jam supra dictum est: & si attentius Constitutio Gregoriana, ac etiam Benedictina legantur, aperte apparebit, in quo consistat ampliatio earundem, quod hic est superfluum repetere, cum satis alibi exprimatur. Adeo quidem etiam locum electum ad ibi confessiones audiendas, statim fieri tribunal sacramentale per aliquam confessionem ibi exceptam, & tamen etiam per Adversarios solicitatio facta a Confessario in dicto tribunali absque confessione, saltem simulata, non inducit obligationem ipsum denunciandi, ergo a pari. Ad 2. quod attinet, dico, quod sicut particula *aut* disjungit, ac distinguit a casu antecedenti ly *in loco quocunque &c.* ita subsequens particula *seu* pariter distinguit casum loci electi ad ibi confessionem audiendam a præcedenti casu loci cujusque ad confessiones audiendas deputati; ac proinde, si ly *simulantes*, ex quo fit terminus restrictivus, afficit solum casum proximum, hinc fit, quod afficere non debeat ly *aut in loco quocunque &c.* sed ly *seu ad confessionem electo*: alius enim est locus quicunque ad confessiones audiendas deputatus, & alius locus electus ad confessionem, vel confessiones audiendas. Atqui, non obstante dicti termini restrictivitate, ly *simulantes* per Adversarios extenditur etiam ad ly *aut in alio quocunque &c.* ergo non afficit solum casum proximum, & sic, cum hactenus nulla adducta sit ratio, quæ re vera probet, ipsum non posse extendi ad ly *extra occasionem confessionis in confessionario*, hujusmodi extensionem permittant, eandem admittentibus cum adducto fundamento solide probabili, vallato quoque communi ea regula legali: *Clausulæ ultimo loco positæ ad omnia antecedentia connexa referuntur*: quam amplexata est etiam *Rota Romana, ut ex compend. Recen. decis. ejusdem tom. 6. verb. Clausula ultimo loco positæ*, fit manifestum.

Sexta. *Sive in alio loco, ad confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione andiendi ibidem confessionem.*

Tria locorum genera distinguuntur, in quibus confessiones audiri solent. Primus, inquit Felix Potestat. tom. II. pag. 3. cap. 9. est confessionale ordinarium, quod confici solet ex ligno, habens laminam ferream cum parvis foraminibus, quodque in Ecclesia collocatur. Atque hujusmodi est, quod in superiori regula indicatur. Secundus est locus quicunque ab illo distinctus, ubi confessiones audiuntur; tales sunt in domibus religiosis cellulæ quædam in primo claustro, aut in sacristia, atque hujusmodi confessionis locum designari, ait, verbis illis, *sive in alio loco, ad confessiones audiendas destinato*. At si in hujusmodi cellulis confessionale, ut supra dictum est, constructum adsit, quod formam habeat tribunalis ordinarii sacramentalis judicii, tunc ad locum prioris generis pertinebit; ac solicitans, sola loci circumstantia inspecta, denunciandus erit. Tertius locus est, quem Confessarius ad confessionem audiendam pro suo arbitrio eligit; ita potest esse in Ecclesia, in foro, in domo, in agro, ubique, atque hunc solum designant illa verba, *ad confessiones audiendas electo*.

Qui in prioris generis loco solicitant, sunt juxta quintam regulam denunciandi: qui vero in locis secundi, & tertii generis, quæ loca destinata, aut electa dicuntur ad confessionem, solicitaverint, tunc tantum sunt denunciandi, cum vel confessiones audiunt, aut audire simulant. Hinc Confessarius e confessionali provocans mulierem, vel ante sedentem, vel transeuntem, vel rem aliquam indifferentem secum tractantem, aut cum ea inhonestos ibi sermones habens, denunciandus esset; non vero, si extra occasionem confessionis, vel ejusdem simulationis in loco secundi, & tertii generis eadem, vel similia ageret.

Septima. *Ad inhonesta, & turpia, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, tunc, aut postea legendam, tentaverint.*

Quamquam omnia peccata inhonesta sint, & turpia, quod in unoquoque finis honestus desideretur, ac turpitudo illa insit, quæ deformitate ad regulam morum continetur; tamen juxta communem loquendi modum, cum inhonesta, & turpia dicimus, venereos actus indicamus. Atque hoc sensu inhonesta, & turpia in Pontificiis Constitutionibus usurpantur, ut cum Theologi omnes fatentur, tum etiam constat ex eo, quod hujusmodi peccata legibus, pœnisque illis statuendis motivum dederint: atque demum ex ipsa Inquisitionis praxi. Igitur harumce legum virtute denunciandi non sunt ad furtum, vel alia facinora pœnitentes provocantes. At ob Sacramenti abusum, atque hæreseos suspicionem, ii quoque legibus in hæreseos suspectos latis, Inquisitorum judicio subjicium-

ciuntur; quamobrem Auctores bene multi denunciandos esse tuentur, licet non denunciantes, pœnas in hac Constit. stabilitas non subeant.

Aliis Constitutionum particulis indicatur, denunciandos esse, qui provocant, incitant, sive alliciunt verbis, aut signis &c. quæ vel ex se, aut ex loci consuetudine, sive ad venereum conciliandum amorem, sive ad venereos actus inducant, *Signa sunt*, inquit Felix Poteil. cap.4. *Oscula, tactus impudici, etiam sui ipsius Confessarii, tactus manus pœnitentis sine causa, missio osculi manibus, studiosa compressio pedis, aut oculi, & similia signa amatoria, quibus amantes uti soleant ad invitandum, aut alliciendum aliquam personam ad sui amorem. Quod est verum, etiamsi solicitatio fiat per signa venialiter inhonesta, nempe leviter indicativa amoris lascivi: quia licet tales actus sint ex se leves, ex circumstantia tamen Sacramenti, cum qua sunt conjuncti, sunt graves, & mortales.*

Literæ quoque amatoriæ, traditæ etiam, ut domi legantur, sufficiens denunciandi motivum præbent, ut verbis Constit. liquet; sufficit autem literas hujusmodi tales esse, quæ ad prophanum amorem alliciant.

Octava. *Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, vel tractatus temerario ausu habuerint.*

Quemadmodum superioribus verbis eos denunciandos esse præcipitur, qui vel in actu sacramentalis confessionis, vel ante, aut immediate post, sive in confessionali extra occasionem confessionis, vel alio in loco, confessionem simulando, solicitare, & provocare tentaverint. Ita hac regula, denunciandos esse præscribitur, qui in iisdem circumstantiis cum pœnitentibus, sive cum iis, quibus cum confessionem simulaverint, illicitos, & inhonestos sermones, aut tractatus habuerint. Ex quo apparet, non solum eos denunciare oportere, qui illicitis, inhonestisque sermonibus, ac tractatibus ad turpia solicitaverint, seu provocare tentaverint; sed etiam illos, qui vel turpia verba proferant, vel illicitos, aut castitati contrarios sermones habeant, sive de rebus tractent, quæ vel turpes sint, aut pudori, honestatique adversentur; licet hujusmodi verbis, aut tractatibus, nec solicitare, seu provocare contendant, nec ex parte pœnitentis solicitatio, & provocatio sequatur ulla. Rem ita ostendit Poteil. *cit. tom. III. cap. II. Sub his verbis comprehenduntur etiam sermones inhonesti sine provocatione, nam hæc clausula est distincta a priori*, solicitare, vel provocare tentaverint, *& additur disjunctiva*, aut, *quod non esset verum, imo clausula hæc esset superflua, si solum comprehenderet sermones inhonestos cum provocatione.*

Nona. *Denunciare oportet, etiamsi solicitatio inter Confessarium, & pœnitentem mutua fuerit.*

Cum mutua solicitatio fit, sive a pœnitente incipiat, sive a Confessario, ut est manifestum, ex hac regula clare deducitur, falsam, & improbatam omnino esse ab Apostolica Sede illorum opinionem, qui denunciandum non esse tuentur Confessarium, solicitanti fœminæ consentientem.

Decima. *Sive solicitationi pœnitens consenserit, sive consensum minime præstiterit.*

Horum verborum sensus, atque regulæ hujusmodi usus ex supradictis abunde patet. Hic vero in memoriam revocandum est Supremæ Inquisitionis decretum Nota 2. indicatum, quo decernitur, pœnitentem teneri ad denunciandum, non vero ad aperiendum præstitum solicitationi consensum; ac decretum aliud ejusdem Congregationis sub die 27. Januarii 1613. *ubi decretum fuisse volunt nonnulli*, inquit Cozza pag.91. *quod Confessarius, qui mulierem pœnitentem ante ejus pedes signo crucis munitam solicitat, dicens ei, nolle ei suam confessionem audire pro tunc, ut commodius solicitet, sit denunciandus.*

Undecima. *Vel longum tempus post ipsam solicitationem jam effluxerit.*

Non solum hic illorum proscribitur opinio, qui contendunt, post triennium denunciandi obligationem cessare; sed innuitur etiam tamdiu in pœnitente denunciandi onus manere, quoadusque satisfecerit. Imo & eos quoque denunciare debere, qui vel ob ignorationem legis de denunciandis solicitationibus, vel, quod non illico ob simplicitatem solicitationis verba, aut nutus intellexerint, nonnisi post longum tempus agnoscunt, aut teneri ad denunciandum, vel solicitatos fuisse.

Duodecima. *Aut solicitatio a Confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit.*

Regula ex iis, quæ supra sunt explicata, clara est. Addimus autem hæc alia verba, quæ in Gregoriana Constitutione habentur = *Qui ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis perpetranda solicitaverint* = ut Confessarii intelligant, denunciandos esse solicitantes cum pro se ipsis, tum pro aliis personis, tum etiam per alias personas.

☞ Additio horum verborum = *Ut exinde Confessarii intelligant denunciandos esse solicitantes etiam per alias personas* = videtur male facta; hoc enim non eruitur ex talibus verbis Bullæ Gregorianæ: & Suprema Congreg. Romana, sic generaliter interrogata Dubio 7. An mandans Confessario, ut in confessione solicitet, sit denunciandus? die 11. Febr. 1661. respondit: *Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate*; ut videri potest in præfata Resolutione pag. 185.

Melius propterea exponendum hoc est, nimirum id valere de Confessario, qui vere, vel simulate confitente utatur ad aliquam personam pro se, vel pro alio solicitandam; vel ei hoc dicat immediate ante, vel immediate post, & tunc in rigore est denunciandus, non vigore dictorum verborum, sed quia turpia, ac inhonesta tractavit, si mavis rem ad eam regulam deducere: *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.* ☜

= His præmissis, monentur Confessarii, *ut caveant diligenter, ne pœnitentibus, quos noverint jam ab alio solicitatos, sacramentalem absolutionem imper-*

impertiant, nisi prius denunciationem prædictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti judici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

Ex iis manifestum est, omnes pœnitentes gravi præcepto obligatos esse ad denunciandos solicitantes Confessarios, nec sine gravi culpa id omittere posse: agitur enim de re gravi, cujusmodi est Sacramenti abusus, ac de crimine, quod præ se suspicionem fert hæreseos.

Neque solum pœnitens, sed ii quoque, qui vel solicitantem Confessarium casu viderunt, vel audierunt, vel immediate, aut ab ipso solicitante Confessario, sive ex solicitato pœnitente solicitationis scientiam habuerunt. Id universim Theologi ostendunt, ex eo, quod hujusmodi Confessarii sint hæreseos suspecti, quodque testes quoque de immediato auditu, per Inquisitionis Edicta suspectos de hæresi denunciare præcipiantur.

Quæstio dumtaxat est, num denunciare teneatur, qui idem ex levibus, ac suspectis personis audierit? Tutior vero, & communior opinio est, hos quoque denunciare debere; quia in causis ad Sanctum Officium spectantibus admittuntur etiam testes inhabiles, excommunicati, perjurii, infames &c. nec privati est, sed Inquisitoris investigare, & decernere, num persona, ex qua audita fuit facta a Confessario solicitatio, fide sit digna. Cujus quidem rei ratio est, quod hæreseos, aut hæreseos suspicionis crimen ita christianæ reipublicæ perniciosum sit, ut ad illud extirpandum omnia adhibere oporteat media, atque adeo cujuscumque generis testes. Ad cohibendum vero hac in re calumniatores, Sanctissimus D. N. Bened. XIV. in superiori Constit. num.3. pœnas in calumniatores, sive falsos delatores constituit, ut ibi legere est. =

☞ Cautius tamen procedendum crederem in firmanda obligatione denunciandi ob auditum ex levibus, ac suspectis personis. Si enim Inq. Suprema ad hoc Dub. XIV. relat. p. 185. *An quis teneatur denunciare Confessarium solicitantem, si hoc audivit, non solum a fide dignis, sed a levibus personis?* die 11. Februar. 1661. respondit: *Censuerunt, opinionem negativam non carere probabilitate*; itaque omnia responsa approbata fuere, & confirmata per Bullam, *Sacramentum Pœnitentiæ* a Benedicto XIV. idemque docent tot alii, & quidem præclari DD. profecto non video, qua ratione communior, & quodammodo plausibilior venditetur opinio, eandem obligationem impones, cum præcise quis id audivit a levibus, ac suspectis personis. ☜

= Igitur omnes pœnitentes, vel ex pœnitentibus audientes, solicitantem Confessarium denunciare tenentur; idque etiamsi delictum occultum sit, ac solicitans vir bonæ famæ, ex decreto Alexand. VII. die 24. Septembris 1665. & etiam si sciat sub sigillo naturali, jurejurando quoque confirmato; quia hoc ad privatum bonum, denunciatio vero hujus criminis ad publicum reipublicæ christianæ bonum spectat; ac publicum bonum privato anteponendum est, neque juramentum de re mala tenet, ut ex Bord. argumentatur Felix Potest. cap. 12.

Persona solicitata tenetur per se ipsam denunciare, quia hæc obligatio est personalis; & si per alium denunciaret, denunciatio esset ex auditu alterius. Qui per epistolam denunciant, nisi subscribant proprium nomen, & cognomen, non satisfaciunt, ac sunt deinceps ab Inquisitore vocandi, ut iterum juridice deponant.

Si mulieres nobiles sint, aut puellæ, quæ denunciare debeant, ac vereantur ad Inquisitionis tribunal accedere, monere debent per internuncium Inquisitorem, ut domum Notarium mittat ad suscipiendam denunciationem. Aptior vero internuncius est Confessarius, cui Inquisitor de solicitatione jam monitus, committere potest, ut recipiat in scriptis, juramento firmatam denunciationem, ex decreto Inquisit. Rom. jussu Urbani VIII. 27. Sept. 1624. Qui quidem modus servari maxime debet in recipienda monialis denunciatione, ne res aliis monialibus manifestetur. Reliqua patent ex ipsa Const. in qua pœnæ quoque in delinquentes statutæ leguntur.

Nota. Qui in partibus schismaticorum, hæreticorum, & mahumetanorum degunt, licet subjecti sint Constitutionibus contra solicitantes, tamen in iis locorum circumstantiis, in quibus nulla spes adsit punitionis denunciati, atque mulieres sine periculo, & infamia denunciare nequeant, denunciatos vero facile pœnam declinare posse credatur, recurrendo, vel ad Episcopos schismaticos, vel ad laicos judices infideles, ex decreto Sac. Congr. S. Officii die 21. Febr. 1630. attentis supradictis causis, absolvendi sunt, & liberandi ab hujusmodi onere denunciandi; moneri tamen debent, ut *cessantibus supernarratis periculis, & impedimentis, teneantur denunciare* =.

Præter resolutiones, seu decreta circa solicitationem superius jam relata, attendenda etiam sunt sequentia, excerpta ab eodem Carboneano ex dubiis selectis Laurentii Cozzæ, olim S. Universalis Inquisitionis Consultoris, quæ refert loc. cit. pag. 241.

I. Paulum V. sub die 29. Novembris 1612. declarasse, quod etiam ex vi Constitutionis Pii IV. comprehendi solicitatos masculos.

II. Quod a Congr. Universalis Inquisitionis sub die 25. Julii 1624. declaratum fuerit, mulierem, qui solicitanti Sacerdoti consenserit, non teneri in denunciatione consensum a se præstitum manifestare; teneri tamen denunciare, etiamsi ipsa prius solicitaverit, & ad consensum traxerit Confessarium.

III. Sub die 17. Novembris 1624. decisum fuisse, Confessarios solicitantes non esse cogendos ad denunciandum se ipsos.

IV. Refert Carboneanus decretum Pauli V. quo sub die 10. Julii 1614. declaravit, ut procedatur in S. Officio contra Confessarios tractantes cum mulieribus in confessionali de rebus inhonestis, etiam extra occasionem confessionis.

V. Decretum Alexandri VII. sub die 8. Julii 1660. quo declaratur, teneri pœnitentem denunciare, etiamsi nulla fraterna correctio præmissa fuerit, vel alia monitio.

VI. Decretum Universalis Inquisitionis editum 26. Julii 1628. quo definitum fuit, mulierem solicitatam teneri ad denunciationem, etiamsi sciret, solicitantem sponte comparuisse.

VII. Decretum, quo die 22. Januarii 1727. S. Congr.

Congr. S. Officii respondens dubiis propositis a P. Carlo Josepho Spedia, Præfecto Missionum in America, declaravit, mulieres solicitatas non se teneri ad denunciationem, si ministri Inquisitionis, & Vicarii Episcopi in longinquis regionibus degentes, sine gravi incommodo adiri nequeant. Observanda tamen sunt dicta supra §. *Nota qui. pag.* 192.

VIII. Decretum, quo eadem S. Congr. die 11. Maii 1707. declaravit, puellam solicitatam in simplicitate constitutam, & absque notitia inhonestatis, teneri denunciare Confessarium solicitantem, postquam compos effecta fuerit, & notitiam præteritæ solicitationis acquisiverit.

Subnectitur tandem decretum Bened. XIV. quo approbantur pœnæ contra solicitantes, tenoris, ut sequitur.

Feria 5. die 5. Augusti 1745.

In generali Congr. Sac. Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Quirinali coram SS. D. N. Bened. Divina Providentia Papa XIV. & Eminentiss. ac Reverend. DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus, a S. Sede Apostolica specialiter deputatis: Sanctissimus D. N. solicite animadvertens, quam grave sit delictum illorum perditorum hominum, qui sacrosanctæ Missæ Sacrificio, ac salutaris Pœnitentiæ Sacramento, ad animarum reparationem a Christo Domino institutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quod in posterum Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares cujuscumque Ordinis, Instituti, Congregationis, & Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, vel in actu sacramentalis confessionis, sive illius occasione, aut prætextu ad turpia solicitantes, vel Sacrificio Missæ abutentes ad sortilegia, præter pœnas a jure, & Apostolicis Constitutionibus, ac signanter san. mem. Sixti V. & Gregorii XV. contra eosdem inflictas, perpetuam etiam inhabilitatem incurrant ad præfati Sacrificii celebrationem, quodque ejusmodi decretum significetur singulis cujuscunque Ordinis Superioribus, ac Præpositis, ad hoc, ut de illo, sicuti & de prædictis, aliisque Summorum Pontificum Constitutionibus juxta præscriptum in generali decreto supremæ Inquisitionis die 15. Decembris 1633. semel saltem in anno, idest feria sexta post octavam Assumptionis B. M. Virginis, in publica mensa, vel in capitulo, ad hoc specialiter convocato: ac insuper in quocumque generali, vel provinciali capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato capitulari congressu, suos subditos, ac Religiosos commonendos curent, ejusdemque commonitionis coram suprema Congregatione juratum testimonium exhibeant.

Nota transcriptas omnes Constitutiones, editas contra solicitantes in confessione, in singulas nationes universim vires suas extendere, ac latinos æque, ac Græcos sua amplitudine comprehendere, declaravit idem Bened. XIV. Constit. *Etsi pastoralis* 26. *Maji* 1742. §. *IX. num.* 5.

Circa tamen absolutionem dandam, vel denegandam solicitatis in partibus Schismaticorum, hæreticorum, & mahumetanorum degentibus, & non denunciantibus, recolenda sunt dicta supra pag. 192. §. *Nota qui*, & decretum sub die 22. Jan. 1727. hic relatum num. VII.

SUBNECTUNTUR
VARIÆ INSTRUCTIONES

Circa denunciationes faciendas, & respective recipiendas in materia solicitationis, prout referuntur in Appendice Synodi Diœcesanæ Civitatis Castellanæ, celebratæ a Sancte Lanucci anno 1756.

X V.

Istruzione della Sagra Congregatione del S. Officio per le denunzie de' Penitenti sollecitati nella confessione, senza manifestare il proprio consenso.

Rev. P. doppo essersi avuta lunga, e matura considerazione sopra il dubbio significato da diverse bande, se i penitenti siano obbligati a denunziare i Confessori, da quali sono stati sollecitati nel luogo, ed atto della confessione, quando anno acconsentito alla sollecitazione, N. S. e questi miei Signori Eminentissimi in Congregazione tenuta avanti sua Santità ai 25. di Luglio passato, dopo aver anco inteso il parere d' una particolar Congregazione deputata a quest' effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia penitente è tenuto a denunziare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, ed atto della confessione, ancorchè egli abbia consentito, e non è tenuto a propalare il proprio consenso, ne sopra ciò s' interroghi dal Vescovo, ò dall' Inquisitore, ò da loro Vicarj, avanti i quali deporrà: ne meno il Confessore denunziato, procedendosi poi contro di lui nei costituti, che se gli faranno, s' interroghi sopra detto consenso, ed in caso ch' egli volesse dirlo da se, non si scriva il suo detto, come cosa in ordine alla persona sollecitata, non spettante al Sant' Offizio della S. Inquisizione. Le parti dunque di V.R. sono di significare a' Confessori detta risoluzione, e d' incaricargliene strettamente l'osservanza, acciò nei casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Constituzione pubblicata da Gregorio XV. di san. mem. contro i Confessori sollecitanti, significhino zi penitenti l' obbligo, che hanno di denunziare i Confessori, da quali saranno stati sollecitati; ed avendovi consentito, e facendo difficoltà di scoprire il proprio consenso, conforme alla risoluzione, che si è fatta, gli dicano apertamente, che non sono tenuti a propalare il proprio consenso, e che tanto i penitenti, quanto i Confessori sollecitanti, procedendosi contro di loro, non saranno di ciò interrogati, e dicendolo da se, non si scriverà il detto loro. E quando il penitente persiste tuttavia nella medesima renitenza, N. S. si contenta, che dal Vescovo, o dall' Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento la denunzia, per portarla a chi gli averà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose sudette occorrerà altro caso grave, per il quale il penitente non si possa indurre, sua Santita vole, che se

se ne scriva, e si aspetti la risposta, ed in tanto non si proceda all'assoluzione. E tanto V. R. si contenterà di far osservare nella sua giurisdizione, facendo registrare la presente negli atti di cotesto S. Offizio per informazione sua, e de suoi Successori, quali averanno mira, che la presente risoluzione risguarda solo quei penitenti, che per avere consentito, fanno difficoltà in denunziare; ma quei, che non hanno consentito, o avendo consentito, non sono in ciò renitenti, il Confessore non deve porre difficoltà alcuna, ma lasciare, che indifferentemente, e liberamente sodisfacciano all'obbligo, che hanno di denunziare, conforme la Costituzione. Ed il Signore Iddio la conservi.

Di V. S.

Roma li 27. Settembre 1624.
come Fratello. Il Cardinal Mellino.

XVI.

Istruzione nella materia delle denunzie di sollecitazione de'Confessori per la custodia del sigillo sacramentale.

LA Santità di N. S. e questi miei Eminentissimi Colleghi generali Inquisitori, considerando, che i rei di sollecitazione nelle sagramentali confessioni facilmente possono incorrere, o nelle spontanee comparse, o nei costituti, nella rivelazione delle confessioni sacramentali, senza fare riflessione alla violazione del sigillo sacramentale, che è de jure divino, e indispensabile per qualsisia gravissima causa, anco di eresia, hanno perciò stimato espediente di rinovare a cautela gli avvertimenti altre volte dati, si a V. S. che a tutti gli altri Vescovi, e Inquisitori d'Italia, acciò nelli processi di sollecitazione nelle sacramentali confessioni li pretesi rei sollecitanti, o sia nelle spontanee comparse, o nei costituti, non rivelino, anco innocentemente le confessioni, con dire; Confessandosi da me la tale di pensieri, o atti disonesti, le dissi &c. Ma procedendo V. S. colla solita sua attenzione, ammonirà li sponte comparenti, o rei costituiti a non deporre cosa alcuna, che concerna il sigillo delle sacramentali confessioni de' penitenti, ma di riferire solamente ciò, che riguarda il detto, o fatto di essi sollecitanti, in occasione di aver amministrato il Sacramento della Penitenza, o immediatamente avanti, o dopo, o nel confessionario, o sotto pretesto di confessione, e perciò dovranno semplicemente i sollecitanti deporre: confessandosi da me N. N. le dissi &c. ò feci &c. senza dir altro in ordine alla confessione de' penitenti, e se cadessero nel detto errore di rivelare le confessioni, non si dovrà la loro deposizione in questa parte scrivere in processo; e se mai per inavvertenza di qualche ministro, che acremente correggerà, si trovasse scritta in qualche processo, si dovranno cassare dalli processi originali tutte quelle circostanze, che riguardano la detta rivelazione di confessioni sacramentali; così colla sua solita attenzione dovrà V. S. regolarsi, e il presente avvertimento communicherà a tutti i suoi Vicarj, che hanno facoltà di far processi in materia di Fede, acciò colla dovuta attenzione invigilino all' esecuzione del presente ordine, e Dio la prosperi.

Di V. S.

Roma 23. Marzo 1726.
Come Fratello
F. Card. Paulucci.

XVII.

Istruzione, quando, e come si possano delegare li Sacerdoti Confessori, per ricevere le denunzie nelle materie spettanti al Santo Offizio, senza Notaro.

QUesta sagra Congregazione del S. Offizio con sue circolari de' 27. Settembre 1624. e 24. Gennaro 1667. che si conserveranno in codesta sua Cancellaria, ha già conceduta à Vescovi, ed Inquisitori la facoltà in materia di sollecitazione, di delegare in casi particolari i Confessori, quando le persone sollecitate non possono disporsi a denunciare nella forma giuridica ordinaria, per ricevere anco senza Notaro le denunzie, con istruirli del modo di ben riceverle, e darli il giuramento di silentio servando, *& fideliter sibi munus commissum exercendo.* Ora sua Santità, sentito il voto di questi Eminentissimi Colleghi, ha confermate, e novamente concedute à Vescovi, ed Inquisitori le predette facoltà di delegare, come sopra, qualsisia Sacerdote approvato per le confessiooi sacramentali; ma V.S. di dette facoltà parcamente, e dopo aver procurato, che le donne sollecitate denunzino nella forma giuridica ordinaria, si prevalerà, e Dio la prosperi.

Di V. S.

Roma 7. Luglio 1725.
come Fratello
F. Card. Giudice.

Copia d' un Capitolo di lettera scritta dalla Sagra Congregazione del S. Offizio.

COn tal congiuntura si degnerà V. E. parteci- pare al suo Vicario generale, che alla riserva delle materie di sollecitazione, non ha egli facoltà di deputare alcuno a ricevere denunzie, o spontanee, ma deve nei casi particolari ricorrere alla sagra Congregazione, che prontamente le accorda, rendendosi in tal forma legitimi gli atti, e pieno di un costante rispetto bacio all' E. V. umilmente le mani.

Di V. S.

Roma 14. Luglio 1753.
Umilissimo Servitore vero
N. Card. Corsini.

XVIII.

Metodo di ricevere le denunzie da' Sacerdoti Confessori, specialmente però delegati in materia di sollecitazione, senza Notaro.

SI fa un memoriale dalla denunziante, per il quale narra aver da esporre cose pertinenti al Tribunale del S. Offizio, che però prega sua Signoria Illustrissima commettere a persona religio-
sa,

ſa, che con ogni ſecreto vada a ricevere detta denunzia nel tal luogo, a fine di liberare da ogni ſcrupolo la conſcienza di eſſa ſupplicante, ſottoſcrivendo a piè del memoriale il nome, e cognome di eſſa eſponente, potendo mandarſi detto memoriale per il Confeſſore al Prelato, il quale udendo dire, che ſe le ha da proporre negozio ſpettante alla Santa Inquiſizione, deve riceverlo con grandiſſimo ſecreto, aſſumendo almeno due perſone gravi, religioſe, e zelanti, delle quali una ſe ne ſervirà per ſcrivere gli atti, che occorrono, come ſarebbe:

Die .... Menſe .... Anno .... in palatio epiſcopali N. in aula interiori ejuſdem ſolitæ habitationis Illuſtriſſimi, & Reverend. D. Epiſcopi N. coram eodem prædicto D. Illuſtriſſimo Aſſiſtente R. D. N. Canonico Cathedralis N. & in præſentia mei D. N. Sacerdotis Eccleſ. N. Actuarii aſſumpti ad hunc actum, comparet R. P. Fr. N. N. profeſſus Sacerdos, Theologus Ordinis N. exponens videlicet.

Vengo avanti V. S. Illuſtriſſima a portarle queſto memoriale, contiñente negozio del S. Offizio, conſegnatomi da N. N. il quale con occaſione, che io ſono andato a confeſſare alla Chieſa N. mi è ſtato dato da lei, a fine che io, con ogni ſecreto lo preſenti a V.S. Illuſtriſſima; acciò deputi una perſona, che riceva la denunzia di queſta ſupplicante, la quale mi ha detto, che ſe veniſſe di perſona, darebbe da ſoſpettare altri negozj a ſuoi parenti, che le potrebbe cagionare danno grave.

Ovvero, ſe la ſupplicante non ſaprà ſcrivere, potrà inviare d. Religioſo a dire a bocca tutto ciò, che, chi ſa ſcrivere, direbbe per memoriale; e ſi procederà nel modo, come di ſopra, dal Prelato, mutatis, mutandis.

L' Attuario notarà ogni coſa per extenſum.

Tunc Illuſtriſſimus D. prædictus commiſit eidem P. Fr. N. N. profeſſo Religionis N. ut accedat ad locum N. ad finem accipiendi denunciationem faciendam a N. N. juxta Inſtructionem Tribunalis S. Officii, quam præcepit ſibi dari a me Notario aſſumpto, exacto prius juramento, tam a prædicto R.P.N.N. tangendo, prout tetigit, ſacra Evangelia, & pro veritate omnium ſupradictorum, & pro bene, & fideliter recipienda denunciatione ſibi danda, ac ſub ſilentio omnia retinendi, quam a vobis aſſiſtentibus, & a me de non præſentia propalando, nec in totum, nec in partem, prout juravimus, tactis ſacris prædictis Evangeliis: imponendo dicto Patri, & nobis de toto præſenti negocio ſilentium, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſtatim incurrendæ in caſu contraventionis, reſervatæ eidem Illuſtriſſimo, reſpectu aſſiſtentis, & mei ipſius, & Sanctiſſimo D. Papæ, reſpectu prædicti Rev. Patris, & fuit dimiſſus præſens tutus, cum mandato, ut omnes ſubſcribamus. Ego P. Fr. N. N. profeſſus Ordinis N. N. S. Theolog. P. prædicta omnia expoſui. Ego N.N. Canonicus Eccleſiæ N. aſſiſtens deputatus interfui. Ita eſt N.N. Sacerdos Eccleſiæ N. Actuarius aſſumptus ad hunc actum ab Illuſtriſſimo D. N. Epiſcopo N.

Il Delegato dal Veſcovo andarà con carta, e calamajo, ſe non potrà accompagnarſi con il Notaro predetto, o aſſiſtente, almeno eſſo ſolo, nel luogo, tempo, e giorno più opportuno, per oſſervanza del ſecreto, e venendo la denunziante, ha da ſcrivere nel ſeguente modo.

Die .... Menſe .... Anno .... in tali loco ... S' avverta, che ſia fuori del confeſſionario, e non potendoſi, ſi noti il luogo, ubi ſolent ſacramentales confeſſiones excipi (ſed hæc omnia extra Sacramentum Pœnitentiæ) comparet coram me N. N. profeſſo talis Religionis, qui de mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Epiſcopi N. acceſſi ad finem &c. talis de tale, ætatis ſuæ annorum .... ut dixit, & ex aſpectu apparet, ſecularis, vel monialis profeſſa, vel Bizzoca, vidua, quondam N. N. vel uxorata ..... figlia .... ponendo il nome del padre, madre, luogo, dove abita, profeſſione, che eſercita, confini della parrochia, paeſe, o tempo, che ne manca, ſtatura, pelo, ſegnali, ed altre circoſtanze, che poſſono deſcrivere la perſona, quando non foſſe ben nota alla corte veſcovile, ſponte, non citata, neque vocata, quæ medio ejus juramento, ſibi per me dato, tactis ſacris Evangeliis mei Breviarii, prout tetigit, de veritate dicenda, prius monita de gravitate ejuſdem, fuit interrogata ad quid venerit, quæ reſpondit.

Sono venuta, come diſſi a V. R. la ſettimana paſſata, che mi volevo ſgravare la conſcienza, giachè mi avete detto, che ſono obbligata denunziare il Confeſſore, che mi ha parlato di coſe brutte, quando mi confeſſavo; deſidero ſapere, ſe avete parlato a Monſignore Illuſtriſſimo, e che vi ha detto.

Cui a me fuit dictum, habere in commiſſis recipiendi formiter ſuam denunciationem, & proinde, pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, explicite fuit interrogata, ut dicat, quidquid ſibi occurrerit, circa prædicta a ſe ſuperius nominata. Reſpondit, e ſi pongano le ſue proprie parole volgari, che dice, ben vero, ſiano chiare, ed eſplicative, il Confeſſore ſollecitante, per nome, cognome, Religione, o dignità, giorno, meſe, anno, volte che ſollecitò, ſegni, contraſegni, abitazione, luogo, dove abita, abitava il ſollecitante, parole dette, eſpreſſe, ſegni, ſeu atti fatti, e tutte le circoſtanze, che conducano alla replicata chiarezza del ſollecitante, o ſollecitazione.

Avvertendo, che ſe la perſona non ſi ſapeſſe ſpiegare, il Deputato coll' interrogatorj, che anderà facendo, farà ſpiegare le coſe predette neceſſariamente.

L' interrogatorj, benchè ſi diano in volgare, ſi ſcrivano in latino v. g.

Interrogata, quænam verba ſpecialia, vel quoſnam actus inhoneſtos fecerit prædictus N. Confeſſarius ipſi teſti exponenti, & dicat explicite, & clare omnia.

Reſpondit, mi diſſe ....

Se la ſollecitazione è di qualche tempo paſſato, ſe ſe dice.

Interrogata, quare prius, non exoneravit ſuam conſcientiam, denunciando prædictum &c.

Reſpondit &c.

Interrogata de conteſtibus,

Reſpondit: queſto fatto è paſſato da ſolo a ſolo fra me, ed il detto N. N. mentre mi confeſſava nel confeſſionario, come ho detto di ſopra, e per-

perciò non vi è persona, che lo possa deporre.

Interrogata, an exerceat aliquam inimicitiam, vel aliquam exercuerit cum dicto N. N. Confessario, vel cum suis consanguineis, aut amicis, vel e contra.

Respondit &c.

Interrogata, cujus famæ sit prædictus N. N. Confessarius, & an audierit, aliquando ab aliis similia prædictum N. N. patrasse.

Respondit &c.

Si avverta, che le risposte (non mi ricordo) non si ammettano, ma si domanda doppo quelle, & fuit dictum a me, ut bene recordetur &c.

Se parlasse con ira, e passione grande, che dasse sospetto d' inimicizia, dal Notaro, o dal deputato si noti: videlicet, locuta est nimis iracunde &c. vel animose, aut temere.

Interrogata, an viderit ipsa comparens, prædictum N.N. Confessarium fecisse aliqua opera spiritualia, videlicet, orare, eleemosynas clargiri, Missas auscultare, & similia.

Respondit &c.

Quibus habitis, ego ipse mandavi, ut se subscribat, imponendo silentium, ut nullatenus alicui dicat se revelasse, & denunciasse prædicta in totum, vel in partem, contra prædictum N. N. Confessarium, sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, reservatæ ipsi D. Illustrissimo Episcopo (e se farà necessario) SS. D. Papæ, & fuit dimissum examen, præstito denuo juramento, tactis &c. prout tetigit, de silentio observando super prædictis.

In N.N. ho deposto come di sopra, o vero ✠ & quia scribere nescit, fecit signum Crucis, cum calamo a me dato.

Ita est, Ego N.N. professus Ordinis N. de mandato Illustrissimi &c. accessi, & interrogavi.

Ricevuta la scritta rivelazione, il Prelato avverta conservarla con estremo segreto: se il caso sarà grave, ovvero fossero più rivelazioni contro uno stesso Confessore, potrà detto Vescovo tarne copia (avvertendo dare il giuramento, quando assume persona molto grave, per far detta copia) ed includer gli atti in una sua, che potrà scrivere alla sagra Congregazione del S. Offizio di Roma, a fine che gli ordini, come si ha à portare in tal caso, e chiegga l'Istruzione per non errare; avvertendo di più non fare veruno motivo contro il denuziato, acciò non penetri esser reo nel Tribunale, ne communichi tal segreto al suo Superiore, o altro, che sia nel mondo, perchè sarebbe errore grave in materia di S. Offizio.

Le scritture sopra queste materie non si confidino a ministri, ma o si consegnino al Tribunale supremo, ovvero si sugillino, scrivendovi sopra: scritture, che appartengono al Tribunale del S. Offizio, quali nessuno può aprire, lacerare, brugiare, o occupare, sotto le pene apposte nella Bolla di l'P. S. Pio V. che comincia: *Si de protegendis*, cautelandosi a fine, che in vita detti negozj passino, come quelli del sigillo sacramentale, e provveder' in caso di morte, non vadano in potere de' Commissarj degli spogli, ministri della Sedia vacante, o Corteggiani de' Prelati defonti, quali per lo più non avendo molta coscienza, n pubblicano li negozj, ò gli consegnano in mano della parte per mercede. E questo basti per una breve, e facile Istruzione.

CAP. XX.

De Sacræ Communionis dispensatione per Parochos facienda.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdotibus quibuscumque ex Christi institutione competit ordinaria potestas administrandi Sacramentum Eucharistiæ christiano populo.*

2 *Sacerdotes licite non administrant Sacramentum Eucharistiæ, nisi habeant ordinariam, vel delegatam jurisdictionem ad hoc Sacramentum administrandum, excepto necessitatis casu.*

☞ *Vide Additionem.*

3 *Diaconus, absente Sacerdote, in casu necessitatis Sacram Communionem deferre poterit.*

4 *Diaconi jam hodie ex usu, & consuetudine Ecclesiæ, & ob Sacerdotum copiam, nullo modo administrare possunt sacram Eucharistiam, nisi existente gravissima causa, & interveniente urgente necessitate.*

5 *Excommunicatus non potest distribuere Eucharistiam, nec eam deferre ad infirmos.*

6 *Sacerdos simplex de licentia Parochi licite valet Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia parochiali ministrare, etiamsi ab Episcopo non sit expositus ad Sacramenta ministranda.*

7 *Regulares, qui sacram Communionem sine Parochi speciali licentia ipsius subditis ministrare præsumpserint, excommunicationis incurrunt sententiam ipso facto, per Sedem Apost. duntaxat absolvendi.*

☞ *Vide Additionem.*

8 *Regulares obtinent privilegia post* Clem. I. de privil. *ut non requisita licentia Parochi, omnibus Christifidelibus sacram Eucharistiam in suis Ecclesiis per se, vel per alios Sacerdotes saculares in illis ministrantes administrare possint.*

☞ *Vide Additionem.*

9 *Religiosi, qui in partibus Indiarum de licentia Hispaniarum Regum, Sacramentum Eucharistiæ administrant, nullo modo incidunt in excommunicationem* Clem. I. de privil.

10 *Religiosi vigore suorum privilegiorum, an possint sine Parochi licentia administrare populo Sanctissimam Eucharistiam, ostenditur.*

11 *Sacerdotes Regulares tempore paschatis, non possunt ministrare Eucharistiam sæcularibus, ut adimpleant præceptum ecclesiasticum annuæ Communionis.*

12 *Parochiani satisfaciunt præcepto annuæ Communionis, si communicaverint in Ecclesia cathedrali, vel Episcopum adirent pro hujusmodi Sacramento suscipiendo.*

☞ *Vide Animadversionem.*

13 *Parochus suis subditis Eucharistiam ministrare debet, quando illi ex obligatione communicare debent.*

14 *Præcepto annuæ Communionis, quo tempore satisfieri possit, ostenditur.*

15 *Pa-*

15 *Parochus tenetur Eucbariſtiam miniſtrare, quoties pii ſubditi eam rationabiliter petunt.*
☞ *Vide Additionem.*

16 *Eucbariſtia in die Paraſceves non eſt diſtribuenda aliis, quam infirmis.*

17 *Parochus Eucbariſtiam miniſtrans in peccato mortali, au peccet mortaliter, oſtenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

18 *Praceptum eccleſiaſticum annua Communionis obligat omnes fideles utriuſque ſexus, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint.*
☞ *Vide Additionem, & Animadverſionem.*

19 *Parochus communicare non poteſt perpetuo, & abſolute fatuos, ſed tantum ſemifatuos, & non continuo amentes, tempore, quo habent dilucida intervalla.*

20 *Peccatoribus notoriis Eucbariſtia adminiſtranda non eſt.*

21 *Peccator notorius dicitur, qui manifeſtus eſt, vel per ſententiam, vel per confeſſionem factam in judicio, aut per evidentiam rei, qua nulla tergiverſatione celari poteſt.*

22 *Peccatores occultos a Communione, quam petunt, repellere non poteſt Parochus, licet ipſis in confeſſione abſolutionem non dederit.*
☞ *Vide Additionem.*

23 *Viatores Eucbariſtiam ſumere valent in ea Parochia, in qua, tempore Paſchatis reperiuntur.*
☞ *Vide Additionem.*

24 *Parochus, qui Miſſa ſacrum non fecit, ſibi ipſi poteſt Eucbariſtiam miniſtrare.*
☞ *Vide Additionem.*

25 *Laicus non poteſt Eucbariſtiam per ſe ſumere, niſi neceſſitate extrema mortis, & in abſentia Sacerdotis.*
☞ *Vide Animadverſionem.*

26 *Sacerdotes, quando communicant, non tenentur induere ſtolam.*
☞ *Vide Animadverſionem.*

27 *Eucbariſtiam pro communicandis infirmis, debet Parochus ſub fideli cuſtodia, & in loco decenti conſervare.*
☞ *Vide Animadverſionem.*

28 *Pyxides dua in Sacrario tenenda, in quarum una conſervetur Sanctiſſimum Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos.*

29 *Lampas ante Sanctiſſimam Eucbariſtiam noctu, diuque ardere debet.*

30 *Parochus tenetur ad manutenendum oleum lampadis Sanctiſſimi Sacramenti, ſed obſervari debet conſuetudo, quod populus faciat hos ſumptus.*
☞ *Vide Additionem.*

31 *Onus deferendi ad infirmos S. Eucbariſtiam, eſt de pertinentibus ad curam animarum.*

32 *Parochus, quo habitu, & decentia S. Eucbariſtiam deferre debeat ad infirmos, oſtenditur.*

33 *Eucbariſtia non eſt per plateam, in qua habitant Judæi, deferenda.*

34 *Eucbariſtia ad ægrotos etiam de nocte deferri debet, ſi neceſſitas ſuadeat.*

35 *Parocho licitum eſt ſummo mane ante lucem notabiliter Miſſam dicere, pro communicando infirmo, jamjam morituro.*
☞ *Vide Additionem.*

36 *Parocho non licet iterum eadem die celebrare, quando non adeſt particula conſecrata pro communicando infirmo, jamjam morituro, nec eſt alius, qui celebret.*
☞ *Vide Additionem.*

37 *Eucbariſtiam non jejuno dare licitum eſt ob ſolam neceſſitatem.*

38 *Eucbariſtiam, qui ſemel in mortis periculo conſtitutus, per modum Viatici accepit, perſeverante eodem periculo, poteſt iterum accipere per eundem modum Viatici.*
☞ *Vide Additionem.*

39 *Parochus, non habens copiam Confeſſarii, præmiſſa contritione, poterit celebrare ad communicandum infirmum.*
☞ *Vide Animadverſionem.*

40 *Parochus non poteſt celebrare poſt cibum ad communicandum infirmum, qui eſt in articulo mortis.*

41 *Parochus ratione neceſſitatis, poteſt Eucbariſtiam adminiſtrare per modum Viatici infirmo non jejuno, exiſtenti in mortis articulo, non tantum ſemel, ſed iterum, ut num. 42.*
☞ *Vide Additionem.*

43 *Infirmo deliranti poteſt Parochus præbere Viaticum, ſi illud tempore uſus rationis expreſſe petiiſſet, modo non ſit periculum irreverentia.*
☞ *Vide Additionem.*

44 *Eucbariſtia ad ægrotum adoranda deferri non debet, ſi eam ob tuſſim, aut alias ſumere non poteſt pro Viatico.*
☞ *Vide Additionem.*

45 *Parochus non poteſt præbere Viaticum ſub ſpecie vini, ſi infirmus non poſſit deglutire ſub ſpecie panis.*

46 *Parochus non tenetur Eucbariſtiam deferre ad infirmum prope moriturum, ſi timeat, fore ut eam non poſſit illi miniſtrare, niſi valide feſtinanter currat: & Peſtis tempore debet Parochus infirmos propria manu, & non aliquo inſtrumento communicare.*
☞ *Vide Additionem.*

47 & 48. *Interdicti localis tempore poteſt Parochus S. Eucbariſtiam, quatenus Viaticum morientium miniſtrare, non tantum ſemel, ſed quoties expedierit, cum pompa, & ſolemnitate conſueta, ut num. 49.*

50 *Tabernaculum SS. Eucbariſtia non eſt deferendum Sacerdotum humeris, ſed manibus tantum celebrantis, non obſtante quavis contraria conſuetudine.*

51 *Parochus ruralis, ferens Communionem infirmo longe diſtanti, non poteſt ire equo, niſi conſuetudo loci id permitteret, & equus eſſet manſuetus.*

52 *Clavis cuſtodia Sanctiſſimi Sacramenti cui tradenda in Feria quinta in Cœna Domini.*

QUamvis ex Chriſti inſtitutione Sacerdotibus 1
quibuſcunque competat ordinaria poteſtas
adminiſtrandi Sacram Eucbariſtiam chriſtiano po-
pulo, ut deſumitur *ex c. pervenit, de confec. diſt.* 2.
Conc. Trident. *ſeſſ.* 13. *cap.* 8. & docent Sylveſt.
In ſum. verb. Euchar. 3. *q.* 4. Henric. etiam *lib.* 8.
cap. 54. & alii citati a Paul. Laym. *in Theolog. mo-*
rali lib. 5. *tract.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. tamen id licite 2
non faciunt, niſi habeant ordinariam, vel delega-
tam juriſdictionem ad hoc Sacramentum admini-
ſtrandum.

Addi-

Additio.

☞ (Id locum habet, si agatur de Communione paschali. ☜)

Quia dispensatio Sacramentorum, præsertim hujus, quo fideles spiritualiter pascuntur, est proprium munus Pastoris, quod proinde nemo alius sine illius commissione usurpare debet, ita Vasq. *disputat.*219. *cap.*2. Ugolin. *de officio Episc. cap.*15. §.7. *n.*2. Bonac. *de Sacram. disput.*4. *q.* 5. *punct.*1. *n.*4. Paul. Laym. *d. cap.* 7. *n.* 3. *in principio* Tamburin. *de jure Abbatum tom.*2. *disp.*5. *q.*1. quia tenentur fideles, ut præceptum annuæ confessionis adimpleant, Eucharistiam suscipere de manu proprii Pastoris, aut alterius, qui vicem ejus gerat, seu de ejus facultate, Suar. *ad* 3. *p. q.* 80. *art.* 11. *disp.*70. *sect.*2. excepto eo necessitatis casu, quo infirmus in mortis articulo constitutus communicandus est, tunc enim, si propcius Sacerdos absit, vel præsens non possit Sacram. Communionem deferre, nolit etiam alteri committere per iniquitatem,
3 tunc quilibet alius Sacerdos sæcularis, vel Regularis, eo autem absente, etiam Diaconus deferre poterit per licentiam, quam ipsi Sacri Canones, & præsumpta voluntas Superioris in tali casu tribuunt; sic per text. *in c. præsente dist.* 94. docent Henriq. *d. c.*54. §. 2. *&* *c.* 55. §. 1. Card. Tolet. *in instr. Sacerd. l.*2. *c.* 28.

4 Jam vero ex usu, & consuetudine Ecclesiæ, Diaconi nullo modo administrare possunt hoc Sacramentum ob Sacerdotum copiam, & multitudinem, nisi existente gravissima causa, & interveniente urgente necessitate, ut est articulus mortis, & de mandato Episcopi, sive Presbyteri, ut advertunt Suar. *tom.* 3. *ad* 3. *p.* S. Thom. *qu.* 82. *art.*3. *disp.* 72. *sect.*2. Bonac. *d. puncto* 1. *num.* 5. Possevin. *dicto tract. de officio Curati*, *c.*8. *num.*43. Squillante *de obligat. Cleric. p.*1. *n.* 155. Ludovic. Mirand. *d. q.*42. *art.*8. Ludov. a Sancto Joan. *de admin. Sacram. tit.* 4. *de Commun. n.*22. *cum seq.*

5 Utrum autem, & quando Sacerdos credere teneatur pœnitenti dicenti, se habere licentiam a proprio Parocho, ut illi ministret Sacramentum Eucharistiæ, colliges ex iis, quæ supra adduximus, *c.*18. *n.* 30. Parochus excommunicatus, non potest distribuere Eucharistiam in Ecclesia, nec eam deferre ad infirmos; contraveniendo enim peccat mortaliter, & fit irregularis, cum sit sacrum, & proprium ministerium ratione sui Ordinis; sed in extrema necessitate poterit excommunicatus contritus, Eucharistiam indigenti ministrare, si nun sit alius, qui ministret; nam potest esse, ut per illud Sacramentum recipiat primam gratiam, quam ante non habebat; ita Nav. *in man. c.*22. *n.* 4. Suar. *tom.*5. *de censur. disp.*11. *sect.* 1. *n.* 17. Squillante *de obligat. cleric. part.*3. *n.*22.

6 De licentia Parochi, licite valet simplex Sacerdos Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia parochiali ministrare, etiamsi ab Episcopo non sit expositus ad Sacramenta ministranda, juxta formam Conc. Trid. quia ad id non est necessaria actualis jurisdictio, seu potestas ad absolvendum, sicut ad Sacram. Pœnitentiæ, sed tantum potentia ad distribuendum, seu communicandum Sacram. Eucharistiam, quam habet simplex Sacerdos. Unde hac facultate ministrandi recte potest uti quilibet Religiosus Presbyter, quia in Conc. Trid. non aufertur a Sacerdotibus simplicibus hæc potestas, si habent ad id licentiam a Sede Apost. aut Parocho; ita Fr. Emman. *q. Regul. tom.*1. *q.*56. *art.*7. Suar. *in* 3. *p. disput.*72. *sect.* 1. *concl.*1. Hier. Rodec. *in compend. q. Regul. ref.*126. *n.* 6.

Regulares, qui Sacram Communionem sine Pa- 7
rochi speciali licentia, ipsius subditis ministrare præsumpserint, excommunicationis incurrunt sententiam ipso facto, per Sedem Apost. dumtaxat absolvendi, ut probat *Clem.* 1. *de privil.* & tradunt Henric. *in sum. l.*13. *c.*40. §.4. Bonac. *de Sacram. disp.*4. *q.*5. *n.*8. ubi *n.*9. subdit, censuram hanc ab iis non incurri, qui bona fide administrant ex ignorantia excommunicationis, vel probabiliter credunt, Pastorem ratam habiturum hujusmodi administrationem, & *n.*10. credit, excusandos Religiosos, communicantes in articulo mortis, cogente scilicet necessitate, infirmos sine licentia proprii Sacerdotis, & *n.*11. ait, excommunicationem non extendi ad alios Sacerdotes, sed solum ad Religiosos, Jul. Lavoc. *de Indul. par.* 2. *cap.*21. *num.* 24. Filiuc. *in q. moral. tract.* 15. *n.*184. *cum multis sequentibus* Sanc. *de Matrim. lib.*3. *disp.*23. *num.* 17. ubi limitat, si ministrent alieno Religioso sine licentia sui Prælati, late Ludov. Miranda *d. tom.*1. *qu.* 42. *art.*1. ubi addit, quod si Parochus aliquis det licentiam sibi subdito, ut a quocunque Sacerdote possit Sacram. Communionem sumere, haud dubium est, quod possit eam etiam recipere a Religioso, & respectu illius sit quasi specialis, & illum in hac parte sequuntur, Miranda *d. qu.*42. *art.* 1. Hieron. Roder. *ubi supra resolut.* 109. *n.* 5. & addit. Fr. Emman. *in loco citando paulo inferius*, sufficere licentiam obtentam ab Episcopo, & multo melius, atque potiori ratione, si a Summo Pontif. cum illi secundum jus, & sacros Canones dici possint, & debeant Parochi suarum diœcesum, & Ecclesiarum, & Summus Pontifex totius universalis Ecclesiæ, & *art.* 7. resolvit, ad administrandum Eucharistiæ Sacramentum, non sufficere licentiam Parochi excommunicati, in tantum, ut ministrantes cum tali licentia incidant in excommunicationem *d. Clem.*1. nisi forsan eos ignorantia excuset, idque faciant bono zelo, & animo ducti, existimantes, prædictum Parochum non esse excommunicatum, aut eo non obstante, prædictam licentiam potuisse sibi dare.

Additio.

☞ Quod excommunicatio, de qua supra, non extendatur ad alios Sacerdotes, sed solum ad Religiosos, ut asseruit Julius Lavocius, licet non extenderetur ex vi citatæ Clem., extenderetur tamen ex vi Bullæ Cœnæ, & Conc. Trid. si quilibet Sacerdos, aut alienus Parochus ministrando communionem, ministraret animo usurpandi, & acquirendi tale jus, ut probat Thesaurus de pœnis Eccl. verb. *Parochialia jura* cap.1. ☜

Post dictam *Clem.*1. aliqua sunt concessa privi- 8
legia Regularibus, sive Religiosis, ut non requisita licentia Parochi, omnibus Christi fidelibus sacram.

cram. Euchariſtiam in ſuis templis per ſe, vel per alios Sacerdotes miniſtrare poſſint, & hac de re privilegiorum Nicolai V. Sixti IV, & Leonis X. meminere Ludov. Miranda *d. q. 42. art. 1.* Tambur. *de jure Abbatum t. 2, diſ. 5. q. 3.* Portel. *in dub. Regul, verb. Sacram. admin. n.* 8. Hieron. Roderic. *reſol.* 127. *n.* 2. non tamen poſſunt ingredi parochiam alterius, quo Euchariſtiam Fratribus, ac Sororibus tertii Ordinis tribuant, ex Leone X. *in Conc. Lateran.* exceptis fœminis, virginalem, ſeu vidualem caſtitatem, ſub præfato modo videndi promittentibus, quia tales gaudent omnibus privilegiis fratrum, quod non eſt per Concil. Trid. revocatum, aut innovatum, ita Fr. Emman. *tom. 1. q. Reg. qu.* 56. *art.* 10. Hieron. Roder. *in compendio q. Reg. reſol.* 127. *n.* 13. Ugolin. *de Officio Epiſc. c.* 20. §. 11. *n.* 4. Valent. quoque Regulares id ipſum committere aliis Sacerdotibus ſæcularibus, in ſuis Eccleſiis miniſtrantibus ex privilegio Julii II. conceſſo Fratribus Ordinis Minimorum, ut in Eccleſiis ſuis, quoties opus fuerit, poſſint miniſtrare, & miniſtrari facere Sacram. Euch. Curialib. mercatoribus, peregrinis, & tranſeuntibus, ac aliis quibuſcunque perſonis; bujus privilegii meminerunt Cordub. *in addit. d. compend. verb. communicare*, Medina *in ſua inſtructione Confeſſor. l.* 1. *cap.* 11. §. 3. Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 4. Joan. de la Cruz *de ſtatu Relig. l.* 2. *c.* 5. *dubio* 3. *concl.* 3. Ludov. Mirand. *d. q.* 42. *art.* 4. *concl. unic.* ubi addit, non eſſe neceſſarium, quod bujuſmodi Presbyteri ſæculares ſint expoſiti, & approbati ab Epiſcopo, ut in Religioſorum monaſteriis poſſint Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare, quia non eſt eadem ratio de Sacramento Pœnitentiæ, & adminiſtratione Euchariſtiæ, quia in illo adminiſtrando, multo major ſufficientia requiritur, quam in iſto, quod ſolummodo conſiſtit in applicando Sacramentum conſacratum ad uſum recipientis, ſive communicantis, quod etiam tradit Hieron. Roder. *ubi ſupra reſol.* 126. *num.* 2. & 6. & ſubdit Fr. Ludov. Miranda *cit. loco art.* 6. *concluſ.* 1.

Additio.

☞ Circa Tertiarias, vide addenda ad cap. XXVI. poſt num. 69. ☜

9 Religioſos, qui in partibus Indiarum de licentia Hiſpaniarum Regum, fidelibus ibidem exiſtentibus, & infidelibus ad fidem ſe convertentibus, Sacram. Euchariſtiæ adminiſtrant, nullo modo incidere in excommunicationem *dict. Clem.* 1. quamvis id faciant ſine licentia Paroch. de quo etiam Hier. Roder. *ubi ſupra reſ.* 109. *num.* 1. & *reſ.* 127. *num.* 10.

10 Quæſtio eſt dubia, an ſine Parochi licentia poſſint Religioſi, privilegia habentes, de quibus ſupra meminimus, ipſo die Reſurrectionis Dominicæ Sacram Euchariſtiam miniſtrare parochianis, iis videlicet, qui exiſtimantur parochiæ ſatisfeciſſe, vel poſtea ſatisfacturi; in qua Navar. *in c.* 21. *numer.* 52. Henriquez *d. l.* 8. *cap.* 55. §. 1. Azor. *Inſtit. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 41. *qu.* 7. negant, quia hoc ſignificant verba Pontificum in dictis privilegiis, ſub excommunicationis cenſura prohibentium Regularibus, ne ſine licentia Parochi extra neceſſitatis caſum, in Reſurrectionis Dominicæ die ſacram. Euchariſtiam miniſtrent. Eandem ſententiam amplexa eſt *Sac. Congreg. Concil.* cujus declarationis verba ita ſe babent. *Fuit dubitatum, an die Paſchatis Fratres poſſint adminiſtrare populo Sanctiſſimam Euchariſtiam, Sacra Congr. cenſuit, non poſſe, ſtante, quod in privilegio Eugenii IV. hoc eis interdicitur, expreſſe pro illa Die: die* 2. *Mart.* 1619. Contrarium vero ſuſtinent compend. privileg. Societatis Jeſu, *verb. Euchariſtia*, §. 2. Emman. Sa *in aphor. verb. Euchariſtia, num.* 10. Ludov. Miranda *d. q.* 42. *art.* 2. *concl.* 2. Frater Emman. *qu. Regul. tom.* 1. *q.* 56. *art.* 3. Ægid. de Conink. *q.* 82. *art.* 3. *num.* 31. Joan. de la Cruz *de ſtatu Religionis lib.* 3. *cap.* 5. *dub.* 4. *concluſ.* 2. Laur. de Peirinis *tom.* 1. *privileg. Minimor. in conſ.* 1. *Julii II.* §. 3. *num.* 86. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 9. Lezana *in ſum. quæſt. Reg. cap.* 21. *n.* 8. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tr.* 10. *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 7. Tambur. *d. diſp.* 5. *q.* 3. *n.* 3. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 3. *l.* 3. *c.* 2. *n.* 18. Hier. Roder, *d. reſ.* 127. *num.* 5. probabilius cenſentes, non tam verba, quam mentem Pontificum ſpectandam eſſe; voluerunt enim Parochis proſpicere, ut certi eſſe poſſint de ſuorum ſubditorum Communione, ſi eos videant Paſchali tempore in ſua Paroc. communicantes; ſi autem parochiani in parochia ſua ſemel communicent tempore paſchali, nihil omnino Parochis adimitur, etſi iterum, eodem durante tempore paſchali, in alia Eccleſia ſacram Communionem accipiant, ita Paul. Laym. *d. cap.* 7. *num.* 4. *verſ. controverſum*, ubi *in verſ. ſequenti* ad praxim exiſtimat, conſiderandam eſſe Parochi voluntatem, utrum is contentus eſſe videatur, ut paſchali etiam tempore a Regularibus S. Euchariſtia miniſtretur, iis videlicet, qui ſæpe in anno communicantes, extra ſuſpicionem eſſe ſolent, tunc enim tales perſonæ, quæ frequenter communicandi in templo Regularium conſuetudinem habent, & adduci nequeunt, ut in parochia communicent, ad S. Communionem in Templo Regularium admitti poſſunt ex tacito, vel præſumpto Parochi conſenſu, ſin autem exiſtimetur, contrariam eſſe Parochi voluntatem, ut contentus non ſit, paſchali tempore Communionem conferri parochianis ſuis, iis nimirum, de quibus præſumi non poteſt in parochia etiam communicaſſe, aut communicaturos: tunc Confeſſarius ſeverius præcipere debet pœnitentibus omnibus, ut in parochia communicent paſchali tempore, deinde quantum fieri poteſt, ipſo Domin. die Reſurrectionis abſtinere debent a Parochianis communicandis, cum ipſis eo die adminiſtratio Euchariſtiæ interdicta ſit, ſi Parochi non conſentiant. Ex quibus 11 colligitur, minus poſſe Sacerdotem Regularem tempore paſchali miniſtrare Euchariſtiam ſæcularibus, ut adimpleant præceptum eccleſiaſticum annuæ Communionis, ſicut bene reſolvunt Nugn. *tom.* 1. *in* 3. *part. quæſt.* 83. *art.* 4. *concl.* 5. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 12. *lib.* 9. *cap.* 3. *n.* 8. Portel. *in dubiis Regul. tom.* 1. *verb. Sacram. adminiſt. num.* 5. Villalob. *in ſum. p.* 1. *tract.* 7. *dub.* 47. *num.* 4. & inclinare in hanc partem videtur Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 3. *l.* 1. *c.* 5. *n.* 16. quamvis contrarium per privilegia Niculai V. Pauli III. & Pii IV. ac aliorum Pontificum teneant Sorb. *in compend. priv. verb. communicare*, Fr. Emman.

Emman. *q. Reg. tom.* 1. *q.* 56. *art.* 3. Ludov. Beja *resp. casuum Conscientiæ*, *part.* 4. *casu* 4. Jo. de la Cruz *de statu Relig. l.* 2. *cap.* 5. *dub.* 4: *concl.* 3.

12 Animadvertant Parochi, suos Parochianos satisfacere præcepto Ecclesiæ, de quo *in d. cap. omnis utriusque sexus*, si communicarent in Ecclesia cathedrali, ut firmant Bonac. *de Sacram. disp.* 4. *q.* 7. *punct.* 2. *num.* 11. quamvis in fine contrarium tenere videatur, Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 24. *vers. circa festum*, per ea, quæ adduxi *in tract. de Canonicis c.* 26. *de Archipresbytero num.* 20. *cum seq.* Addit Bonacin. *loco proxime citato*, quemlibet posse, etiam invito Parocho, Episcopum adire pro hujusmodi Sacramento suscipiendo, cum illi principaliter commissa sit cura omnium animarum suæ diœcesis, *cap. quæcunque* 10. *q.* 1. *c. præcipimus* 12. *q.* 2. & idem Bonac. *ibidem n* 10. resolvit, laicos inservientes Religiosis, & degentes in monasteriis eorum, a cura Parochorum exemptis, posse ibi Communionem sumere tempore Paschatis, tum quia sicut ibi possunt sepeliri, inconsultis Parochis, ita etiam videntur ibi posse Sacramenta sumere.

Animadversio.

☞ Quod quis non satisfaciat præcepto Communionis paschalis, eam recipiendo in Ecclesia cathedrali, declaravit Cong. Conc. in Firmana, in Sutrina, & in Perusina, Mense Decemb., & 23. Jan. 1683. ad quorum decretorum tramites, Bened. XIV. Instit. Eccl. XVIII. hæc habet = Illud novum contra parochiales Ecclesias excogitatum fuit, idest paschale mandatum satis impleri, si quis pro sumenda Communione metropolitanam, vel cathedralem Ecclesiam adiret: sed omissis iis omnibus, quæ in hanc rem scripta fuerunt, certum quidem est post Innocentii XI. decisionem, sub die 5. Feb. 1682. in qua Pontifex hujusmodi præcepto, minime satisfieri declarat, si qui Romæ in Ecclesiis etiam patriarcalibus S. Jo. Lateran. ac S. Petri in Vaticano Sacram. Eucharistiam sumant = Idem postea laudatus Bened. declaravit in Epistola encyclica ad Primatem, Archiepiscopos & Episcopos Regni Poloniæ incip. *Magno* 2. Jun. 1751. §. XXI.

Quoad laicos vero inservientes Religiosis, & degentes in eorum monasteriis, ut his privilegiis, hic enunciatis, frui possint, requiritur, ut copulative simul concurrant tres conditiones præscriptæ, tam ex Trident. *cap. XI. sess. XXIV. de refor.* quam a Greg. XIII. Const. *Circumspecta* 25. *Novembris* 1580. I. scilicet, quod, eisdem Regularibus acta inserviant. II. quod expensis monasterii intra eorum septa, & domos residerant III. quod sub eorum obedientia vivant: quæ quidem obedientia interpretanda est, non de obedientia religiosa, sed servili; qualem profitentur famuli dominis suis. Quod autem præfata privilegia sint in viridi observantia, patet ex sequenti novissimo Decreto Cong. Conc. in *Vratislavien. jurium Parochialium*, *die* 25. *Jan.* 1738. proposito enim dubio.

= An Patri Abbati monasterii S. Vincentii, Ordinis Præmonstratensis in Civitate Vratislaviæ, sive Religiosis ab eo deputatis, competat exercitium omnimodæ jurisdictionis parochialis, quoad personas inservientes eidem monasterio, eorumque familias, tam degentium intra, quam extra illius septa in casu &c.

Sacra Congr. respondit, negative = Et P. Abbatem, seu Religiosos ab ipso deputatos, posse tantum laicis, deservientibus intra septa monasterii, atque actu inservientibus ministrare Sacramenta Eucharistiæ, etiam tempore Paschatis, ac extremæ Unctionis, nec non sepulturam dare in propria Ecclesia, juxta decretum editum in Mediolanen. = ut videre est tom. VIII. Thesauri Resolut. dictæ Congr. pag. 17.

Decretum autem in Mediolanen. hic citatum, & in dicta pag. 17. relatum, ita sonat sub n. V.

= An Laicis, qui intra claustra Regularium, habitant, & illis actu serviunt, possint Regulares Sacramentum Eucharistiæ, & tempore Paschæ, ac extremæ Unctionis ministrare, nec non in eorum Ecclesiis, eisdem Laicis sepulturam dare = Sacra Congr. sub mense Junii 1587. rescripsit, posse, ut lib. IV. Decretor. pag. 267, & seqq.

Si autem agitur de hospitibus, qui vere non sunt familiares, quamvis continuo degant intra septa monasterii, ibique infirmentur, & moriantur, nullatenus dicta Sacramenta, inrequisito Parocho, ministrare possunt, eosque in propriis Ecclesiis sepelire, ut declaravit ead. Cong. *in Asten. si jurium parochialium*, in qua refertur, quod cum Comes Eustachius Paleo, mortua Uxore, se contulerit ad conventum Fratrum Eremitarum, Ordinis S. Augustini civitatis astensis, ibique solutis conventui alimentis, habitu sæculari indutus, diu vitam duxerit, & postremo correptus lætali morbo obierit, iidem Patres absque Parochi præsentia, & interventu, Viaticum, & Oleum Infirmorum ei ministraverint, ipsiusque cadaver sepulturæ mandaverint, ortum fuit dubium = An Patres S. Augustini licite potuerint, inrequisito Parocho Sacramenta administrare, & corpus tumulare. =

S. Congr. die 27. Novembris 1717. respondit: ad primum *negative*, ut videre est in cit. Thesaur. Resolut. tom. 1. pag. 8. in Asten. in folio sub die 29. Januarii 1718.

Præter facultatem administrandi præfata Sacramenta dictis familiaribus, eosque in propria Ecclesia sepeliendi, Prælati regulares, & alii Religiosi, ab his approbati ad audiendas suorum Religiosorum confessiones; possunt insuper sine approbatione Episcopi audire confessiones eorundem familiarium, nedum ex sententia Cong. Concil. relata a Fagnano in cap. *Omnis utriusque sexus de Pœnit. & remission.* num. 63, sed etiam ex Constit. Clementis X. *Superna* 11. *Kal. Julii* 1670. ibi.

= Ceterum in monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta regularia Instituta vivitur, posse, tam Prælatos regulares, quam Confessores Regularium eorundem monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt vere de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. =

Ex hac Constit. infert Gaudentius a Janua *tom. II. pag.* 244. *n.* 39. dictos familiares, prout exemptos a jurisdictione Episcopi, posse etiam absolvi a præfatis Confessariis Regularibus a casibus Episco-

piscopo reservatis, quin obstent Const. Apostolicæ, adimentes Confessariis Regularibus facultatem ab illis absolvendis, cum hæ locum tantum habeant respectu Regularium, qui Episcopi jurisdictioni subjecti sunt. ☜

12 Animadvertant etiam Parochi, quod indigne, & in peccato mortali Eucharistiam in Paschate suscipiens, Ecclesiæ præceptum adimplet; quia licet Eucharistiam indigne recipiens, lethaliter peccet, & naturale, ac divinum jus violet, contra illud *Sancta*, *sancte tractanda sunt*, attamen is, quoad substantiam, præceptum Ecclesiæ implet, & ecclesiasticam legem servat, ita Fagundez *in quinque Ecclesiæ præc. præc.* 3. *l.*1. *cap.*6. *n.*4. Filliuc. *in q. moral. tract.*3. *c.*2. *q.* 10. Homobon. *d. part.* 2. *quæst.* 51.

Animadversio.

☞ Hæc opinio proscripta est ab Innoc. XI. 2. Martii 1679. ut ex sequenti propositione, la LV. inter alias ab eodem proscriptas = Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem = Cui non dissimilis est altera proscripta ab Alex. VII. 24. Septem. 1665. la XIV. in ordine = Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ. = ☜

Non permittat Parochus, ut communicantes, dum Sanctiss. recipiunt Euchar. demisso vultu, quasi in abscondito sint, ne eveniat, ut aliquis tanto Sacram. abutendi causa, vel magis venerandi gratia, illud secum deferre tentet; nunquam enim hodie id licitum, aut permissum esse debet, licet olim liceret, ut advertit Card. Cæs. Baron. *annal. Eccl. anno Christi* 57. *fol.* 473. *tom.* 1. ubi de Eucharistia, quæ deferebatur per itinerantes, & navigantes, *& anno Christi* 735. *tom.*8. *fol.*338. *& anno Christi* 753. *tom.* 9. *fol.*208. ubi de Eucharistia, quæ solet præcedere Romanos Pontifices peregrinantes, Thom. Bozzi *de signis Ecclesiæ Dei lib.* 13. *cap.*3. *col.* 4. *post med.* ubi de Eucharistia mitti solita absentibus, refert Stephan. Grat. *discept. forens. tom.*3. *cap.*492. *n.*3. *cum seqq.*

13 Quo vero tempore teneatur Parochus suis ovibus Eucharistiam ministrare, hujus loci est investigare. Et omissis prolixis hac in re disputationibus, breviter resolvendum est, ad id obligari, quando subditi debent ex obligatione communicare, hoc est in Paschate, juxta text. *in d. cap. omnis utriusque sexus*, cui præcepto satisfacit communicans in

14 Hebdomada Sancta, vel infra octavam Paschæ, sicut docet Quaranta *in sum. Bullarii verb. Communio*, ubi refert hac de re declarationem Eugenii IV. Henriquez *in summa l.*8. *c.* 5. §. 1. *a princip.* ubi refert, quod in pluribus diœcesibus consuetudo extenditur a principio Quadragesimæ usque ad decimum quintum diem post Pascha, & censuit S. Congr. Conc. *sub die* 19. *Nov.*1616. Potest etiam extendi in longius tempus ex Episcopi, aut Parochi dispensatione rationabili, veluti si timeatur de relapsu in peccatum, si gravitas delicti perpetrati id requirat, aut si causæ alicujus forensis expeditio impediat conscientiæ serenitatem, secundum Galet. *in margarita casuum conscient. verbo Eucharistiæ sumptionem*. Absque causa vero non potest Communionis in Paschate præceptum adimpleri, anticipando a tertia Dominica Quadragesimæ usque ad tertiam Dominicam post Pascha, ut declaravit S. Rituum Congr. *in una Granaten.* 15. *Febr.* 1614.

Quid autem, si parochianus negligentia, vel malitia, aut aliquo impedimento intra legitimum tempus non adimpleverit præceptum communicandi, an obligatus maneat, remoto impedimento, statim communicare? Quidam ex quorum numero sunt Armil. Tabien. Sot. Medin. Gregor. de Valentia, Toled: & alii negativam partem tuentur, dicentes, quod licet hic peccaverit, aliud peccatum non committit, si differat usque ad sequentem annum. Sed contrarium probabilius sustinent Suar. *tom.*3. *de Sacram. dist.*70. *sect.*1. *vers. dico ergo*, *& tom.*4. *disp.*36. *sect.*3. *num.*3. Filiuc. *tract.* 4. *cap.* 2. *q.*9. *n.* 58. Laym. *lib.* 5. *tract,* 4. *cap.*5. *n.*8. Lugo *disp.* 16. *sect.*4. *n.* 66. *&* 67. & alii quamplurimi.

Additio.

☞ Major probabilitas sententiæ hic citatorum Auctorum, non ab alio repetenda quidem est, nisi ab eo solidissimo fundamento, quod tempus paschale non præfixum sit ad finiendam, sed ad sollicitandam præcepti adimpletionem, utpote absoluti.

Ex eadem ratione, qui omisit confiteri semel in anno, ex eo quod, & hoc præceptum sit absolutum, & præcise non affixum tempori, tenetur, quamprimum potest, confiteri: imo juxta probatissimos Auctores tenetur bis confiteri, semel pro anno præterito, ut defectum resarciat, & semel pro currenti, ut ejusdem anni præcepto satisfaciat: atque ita, ut toties culpabiliter differens, graviter peccet, quoties ei occurrit opportunitas confitendi cum recordatione omissi præcepti.

Non tamen inde sequitur (ut animadvertit Auctor Additionum ad Theologiam moralem Cuniliati *tom.II. cap.II. de præcepto confessionis annuæ* §.*II. num.* 2.) = eum, qui per viginti annos confessionem neglexit, eodem anno vicies ad confessionem teneri: etenim alia est Ecclesiæ mens, & timoratorum praxis in hoc casu, alia in casu præcedenti.

Præterea, qui prævidet, se impediendum ad implendum utrumque præceptum, annuæ scilicet confessionis, & paschalis Communionis, antequam elabatur annus, & tempus paschale, tenetur prævenire, V.G. dum suscipit longam navigationem, cum ex dictis, præceptum non expiret, elapsis terminis. ☜

Tenetur quoque Parochus Eucharistiam mini- 15
strare, quoties pii subditi eam rationabiliter petunt, ut si petant non nimis frequenter, sed quatenus postulat ipsorum conditio, & Sacramenti reverentia; nam Parocho impositum est onus pascendi oves suas, quod maxime fit verbo, & Sacramentis, nec par est, ut parvuli petant panem, & non sit, qui eum illis frangat, ita Nav. *in c. placuit*, *de Pœnit. dist.* 6. *n.* 152. Valer. Reg. *in praxi fori pœnit. lib.*29. *n.*96. Bonac. *de Sacram. disp.* 4. *q.*1. *punct.* 1. *num.*14. Fagundez *d. præc.* 3. *l.* 3. *cap.* 3. *num.* 1.

Additio.

☞ Quamvis Parochus teneatur Eucharistiam administrare, quoties ipsius subditi rationabiliter eam petunt; non tenetur tamen ipsam administrare, imo non potest, si petatur in nocte Nativitatis Domini, non obstante quocumque privilegio, ex decreto S, Cong. Rituum sub *die 7. Decemb. 1641. 9. August. 1653. & 20. April. 1664. in Pisaurensi*; Quorum decretorum observantia etiam demandata fuit Romæ a S. Cong. Visitationis Apostolicæ 7. *Decem.* 1703. Semper enim administrari debet diurno tempore, ab aurora videlicet usque ad meridiem.

Nec si petatur post Communionem Sacerdotis in Missa defunctorum, si ministranda sit cum Particulis præconsecratis, & non per modum Sacrificii, prout est, quando fidelibus præbetur cum Particulis, intra eamdem Missam consecratis, ex decreto S. Congr. Rituum 2. *Septem.* 1741. *in Aquen. ad IV.* dubium. Circa quod monitos velim Parochum, & quoscumque Sacerdotes, quod non sit attendendus Meratus, asserens *par.* 1. *tom.* 1. *pag.* 602. *ad Gavantum*, posse in Missa Defunctorum immediate post Communionem Sacerdotis, Eucharistiam adstantibus distribui, etiam cum Particulis ab alio præconsecratis; nullumque esse S. Cong. Rituum decretum, cujus habenda sit ratio. Hujus Auctoris assertioni sisus Bened. XIV. *lib. III. cap. XVIII. num.* 12. *de Sacrosancto Missæ sacrificio* ait = Cum quo (Merato) concludendum est, posse in Missis Defunctorum Eucharistiam, sive in eadem, sive in alia Missa consecratam distribui, dummodo id nec fiat ante, vel post Missam, sed intra eamdem Missam post ipsius Sacerdotis Communionem = Meratus enim, & Benedictus, cum scripserint ante mox allatum decretum, non abs re asseruerunt, nullum esse dict. Cong. decretum, cujus habenda ratio sit; potissimum cum decretum ejusdem Cong. ann. 1701. quo ex sententia Gavanti prohibebatur, ne cuiquam adstantium in Missis Defunctorum Eucharistia præberetur, ab eadem revocatum fuerit 21. *Martii* 1711. vetitumque, ne vulgaretur, aut ejus exemplar aliquod ederetur, ut testatur idem Bened. *loc. cit. num.* 10. Unde omnino attendendum est allatum decretum *ann.* 1741.

Nec administrari potest sine Episcopi licentia, si petatur tam a Parocho, quam a quocumque Sacerdote celebrante in Oratoriis privatis, licet ex Apostolico indulto in iis Missa celebrari possit, ut declaravit Bened. XIV. *in Epistola Encyclica ad Primatem*, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniæ, incipien. *Magno 2. Junii 2751. §. §. XXIII. & XXIV.*

Quod ad Communionem quotidianam spectat, attendendum est decretum Sacr. Cong. Conc. sub *die* 12. *Februarii* 1679. approbatum ab Innocentio XI. quo quidem non reprobatur, sed remittitur judicio prudentis Confessarii juxta pietatem, & devotionem personarum.

In eodem decreto cavetur, ne Communionem recipientibus tradantur plures Eucharistiæ formæ, seu Particulæ, neque grandiores, sed consuetæ: ideoque omnino reprobandus est ille, qui irrepsit abusus, quo sine ulla necessitate, dimidiatæ Particulæ traduntur, quoties accedentibus tradendæ, integræ non sufficiunt.

Si extra Missam administranda sit Eucharistia, Sacerdos candido indutus esse debet superpelliceo, ac stola albi coloris, seu congruentis saltem officio diei currentis. ☜

In die autem Parasceves non est distribuenda 16
Eucharistia aliis, quam infirmis, ut censuit S. Rituum Congr. *sub die* 10. *Februarii* 1622. Et tenet Francolin. *de Horis Canon. c.* 30. *num.* 12. quicquid post Layman. Tanner. & Hurtad. teneat Diana *res. mor. p.* 4. *tract.* 4. *res.* 237. & Sanc. *in selectis disp.* 22. *n.* 20. ubi a principio disp. differit, an sit licitum quotidie Sacram. Eucharistiam suscipi a laicis.

Priusquam Parochus Eucharistiam administret, 17
si habeat conscientiam peccati mortalis, debet præparare se ad gratiam per confessionem, vel saltem per contritionem: non peccabit tamen mortaliter sic in peccato mortali ministrans, quia qui ministrat Eucharistiam consecratam, non est minister Dei ad justificationem proxime, sicut in aliis Sacramentis, sed tantum est veluti applicans activa passivis; in aliis namque Sacramentis Sacerdos simul conficit, & ministrat Sacramentum, non autem in hoc, non enim est idem conficere, & aliis ministrare; & ideo sic resolvunt Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *ubi de Sacr. in comm. c.* 6. *concl.* 8. *difficul.* 5. Nugn. *in* 3. *p. t.* 1. *q.* 64. *art.* 6. *diffic.* 1. *concl.* 2. Petr. de Reyna *in sum. Sacram. tract.* 4. *num.* 6. Vasquez *in* 3. *p. tom.* 2. *disp.* 136. *cap.* 3. *n.* 38. Jo. de la Cruz. *in director. conscient. p.* 2. *q.* 4. *dub.* 3. *concl.* 1. quos refert, & sequitur Anton. Diana *in mor. resolut. part.* 2. *tr. de celebr. Missar. resol.* 23. *& tr.* 2. Miscel. *resolut.* 13. in part. Possevin. *dicto tract. de officio Curati cap.* 5. *n.* 44. *in fine*. Sed contrarium, imo Parochum graviter peccare, indigne administrando hoc Sacramentum in peccato mortali, non improbabiliter sustinent Valent. *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 10. *punct.* 1. Suar. *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 1. *sect.* 16. Ægid. de Coninck. *de Sacrament. quæstion* 64. *art.* 6. *dub.* 1. *num.* 35. Bonac. *in simili tract. disp.* 4. *q.* 5. *punct.* 2. *a princ.* Filliuc. *in quæst. moralibus tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 9. *qu.* 9. *n.* 271. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 4. *dub.* 14. *n.* 2. Fagundez *d. præc.* 3. *lib.* 3. *c.* 3. *num.* 20. ex dictis supra *c.* 17. *num.* 4.

Additio.

☞ Cum sancte Sancta tractanda sint, ministrans Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, juxta veriorem peccat peccato sacrilegii, & quidem toties, quoties illam administrat, cum tunc sint diversæ administrationes: si vero unica tantum vice administrat, semel tantum peccabit, licet pluribus administret, cum tunc sit administratio tantum per modum unius. Non desunt tamen, qui sentiunt tot peccata mortalia committi, quot sunt ii, quibus administratur = ajunt enim, actus licet continuatos, ejus tamen esse naturæ, ut ad unum definitum terminum referantur, in quo integre singuli perficiuntur = ut refert Bened. XIV. de Sacrif. Missæ lib. III. cap. XIX. num. 3. Verum qui

unum

unum tantum peccatum committi sustinent, fatentur, (ut animadvertit continuator Tournely, tract. de Sacram. in gener. cap. II. art. I. sect. II. punc. I. §. II.) indignam quamlibet distributionem, ultra primam, esse circumstantiam notabiliter aggravantem, utpote quæ solitarie sumpta, ad grave peccatum sufficiat: unde cum oporteat confiteri circumstantias notabiliter aggravantes, necesse sit etiam juxta ipsos, ut in confessione exprimatur numerus eorum, quibus facta est distributio. ☜

18 Quinam sumptionis hujus Sacramenti capaces sint, & ex vi præcepti obligentur, est a Parocho sciendum. Communis hac in re est Doctorum sententia, præceptum ecclesiasticum sumendæ Communionis obligare omnes fideles utriusque sexus, postquam ad annos discretionis pervenerint, ut habetur *in d. c. omnis utriusque sexus*, & de Fide definitum est in Conc. Trid. *sess.* 13. *can.* 9. Certa autem ætas definiri non potest, in qua pueri, & puellæ ad S. Euchar. Sacram. idonei sint, sed prudentium id parentum, multo magis Confessariorum judicio æstimandum est; nam alii citius, videlicet circa annum nonum, aut decimum, alii vero serius, circa annum ætatis decimum quartum sufficientem rationis usum, & spiritualium rerum intelligentiam assequuntur, sicut præter alios adnotarunt Sot. *in* 4. *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 9. & alii citati a Bonac. *d. disp.* 4. *q.* 7. *puncto* 2. *a n.* 1. late Jo. Sanc. *in select. disp.* 26. Zambran. *cap.* 3. *dub.* 2. & addit Jo. Capeavil. *de modo ministr. Sacram. tempore pestis*, *c.* 4. *qu.* 9. post Navar. *in man. c.* 21. *nu.* 57. neque in mortis articulo pueros ante dictam ætatem ad Sacram. Communionem obligari, videlicet, ut ille ait, masculos ante annum decimum quartum, vel decimum quintum, fœminas vero ante duodecimum.

Animadversio.

☞ Nimis laxam opinionem hanc, immo falsam dicunt alii, sic universaliter, ac indefinite prolatam; cum enim ipsamet experientia teste, longe ante annum 14. plures pueri, ac ante 12. plures puellæ, revera capaces sint satis percipiendi, quam magna veneratione dignum sit hoc Sacramentum, quos effectus producat, & quali cum prævia dispositione, ac devotione, ad ipsum sit accedendum: cur ante dictam ætatem, neque in articulo mortis, hi, & illæ non debent ad sacram Communionem obligari? Nonne illi, & illæ, in quibus malitia supplet ætatem, ac ante septennium in aliquod mortale ceciderunt (quod non adeo raro evenit) jure divino illud confiteri tenentur, & ex præcepto Ecclesiæ intra annum? Certe quod sic, cum Ecclesia in cap. Omnis utriusque sexus indiscriminatim propterea obliget omnes christifideles, qui ad talem discretionis usum pervenerunt, ut capaces fuerint committere, & de facto commiserint aliquod peccatum mortale. Quidni ergo idem dicendum de illis, qui respectivam habent capacitatem in ordine ad rite digne, & fructuose sumendam Eucharistiam, tum in articulo mortis, cum annuatim in Paschate? ☜

Additio.

☞ Præcepto Eucharistiam suscipiendi tempore paschali in propria Ecclesia parochiali, obstringitur etiam quicumque sæcularis Sacerdos, licet multoties, imo semper intra annum Missam celebraverit, nunquam vero, intra totum idem tempus, ut pluribus cumulatis rationum momentis, satis probavi in meo Opere, cui Titulus = Expositio Juris Pontificii *pag.* 749. *& seqq.* ☜

Perpetuo, & absolute fatuos in sanitate communicare non potest Parochus, sed tantum semifatuos, & non continuo amentes, tempore, quo habent dilucida intervalla, ita Henriq. *l.* 8. *c.* 42. §. 3. Bonacin. *d. disp.* 4. *quæst.* 6. *puncto* 1. *ex num.* 4. Paul. Layman. *d. tract.* 4. *cap.* 4. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 7. *dub.* 40. *num.* 3. Sanc. *in select. disp.* 6. *num.* 5. *& disp.* 36. *n.* 9. *& disp.* 38. *num.* 1. Anton. Diana *resol. mor. p.* 2. *tract. de celebrat. Missarum resol.* 79. Pet de Ledesma *in sum. p.* 1. *cap.* 13. *de Eucharistia concl.* 8. Zambran. *de casibus in art. mortis*, *cap.* 3. *dub.* 4. *per tot. ubi num.* 2. resolvit, quod si amentes, vel furiosi, aut qui carent actu sensu, & usu rationis, habuerunt aliquando illum, danda est eis Eucharistia in periculo mortis, dum non constet, fuisse notorios excommunicatos, vel notorios peccatores, qui non dederint signa pænitentiæ, item dummodo non constet, clare eos in complacentia peccati mortalis usum rationis amisisse, & denique dummodo possint eam recipere sine periculo irreverentiæ, idest, vomitus vel expuitionis, aut alicujus similis specialis indignitatis, & *n.* 7. subdit, non esse necesse, ut prædicti amentes tempore usus rationis petierint expresse Eucharistiam, sed sat esse in sanitate debitis temporibus eam sumpsisse, vel vixisse non immemores suæ spiritualis salutis, & *n.* 6. tenet Energumenis, seu dæmoniacis non esse negandam Eucharistiam, si alias habeant sufficientem dispositionem. Sed an, & quando infirmo deliranti, qui propter febrim in amentiam, vel phrenesim incidit, possit Paroc. præbere viaticum, dicam inferius *n.* 41. 19

Peccatoribus notoriis, veluti usurariis publicis, 20 meretricibus, an Eucharistia administranda sit, ubi peccatorum eos pænituit, si publice illam petant, in dubium ab aliquibus revocari solet, sed breviter concludendum, tribuendam eis non esse. Nam etsi eos peccatorum pænituerit, quia tamen adhuc non manifesto constat de sua pœnitentia, ne scandalum detur, neganda eis est; ita Navar. *in man. cap.* 21. *numer.* 55. *& in capitulo penult.* §. *Sacerdos numer.* 61. *& numer.* 102. *de Pænitent. distinct.* 6. Card. Tolet. *in instr. Sacerd. l.* 6. *c.* 17. *n.* 5. Less. *de just. lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 13. *num.* 73. Possevin. *d. tractat. de officio Curati c.* 5. *n.* 14. Squillante *de oblig. Cleric. part.* 2. *n.* 73. Eagundea *dicto prac.* 3. *l.* 3. *c.* 10. *per totum* Piasf. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 3. *n.* 24. *vers. videndum* Sanch. *in select. disp.* 36. Berti Lucens. *in praxi crim. Regul. tit.* 4. *cap.* 34. *prope fin. vers. videndum*, Ugolin. *de officio Episc. c.* 15. §. 7. *n.* 2. ubi subdit, notorium peccatorem dici, qui 21 manifestus est, vel per sententiam, vel per confessionem factam in jure, aut per evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione celari potest; limitat

 id

id dupliciter, *primo*, ubi secreto Eucharist. petunt, tunc enim ipsis administranda est, ex quo vere eos pænituit, & confessi sunt peccata, nec scandalum tunc præbent, *secundo*, ubi manifeste constaret, eos vitam mutasse, quia scilicet honeste vivunt, idque notissimum est omnibus.

Qua autem juris, seu facti evidentia debeat constare, quod petens Eucharistiam, de peccato publico sit infamatus, ad hoc, ut illi ea denegari possit, vide Ochagau de Sacram. Euchar. *tract.* 2. *q.* 10. *num.* 3. Hurtado *de justis disp.* 12. *de restit. diffic.* 7. Hyeron. Gaz. *in sum. mor. tract.* 3. *diffic.* 7. *dub.* 4. *nu.* 7. *cum seqq. ubi n.* 10. differit, quid agendum, quando peccator publicus est in uno loco, in eo vero, in quo Communionem petit, occultus remanet, & post relatas nonnullorum opiniones, tandem cum Enriquez in sum. lib. 2. cap. 67. de Euchar. ait, id totum prudentiæ Ministri relinquendum, qui consideratis personæ, & loci circumstantiis, arbitrabitur, an ei danda, vel neganda sit.

22 Occultos autem peccatores, licet ipsis in confessione absolutionem non dederit, a Communione, quam petunt, publice repellere non posset Parochus, ne videatur detegere peccata ipsorum occulta, ita Nav. *dicto cap.* 21. *n.* 55. *& d.* §. *Sacerdos n.* 84. Ugol. *dict.* §. 7. *n.* 4. Piasec. *dict. n.* 44. *versicul. videndum*, Jo. Valer. *de different. inter utrumque forum*, *verb. peccatum*, *differ.* 2. tum quia nec Christus Dominus denegavit eam Judæ, ut habetur *in c. si Sacerdos de officio Ordinar.* tum quia si eam denegaret, sigillum confessionis frangeret, contra *d. c. omnis utriusque sexus*, quod tamen similiter limitat dupliciter Ugol. *eodem num.* 4. *& primo*, ubi extra tempus Paschatis eam peteret, quia enim tunc ab ea præstanda potest Parochus se excusare, & sic legitime ipsi poterit denegare; *secundo*, ubi etiam tempore Paschatis petit, sed secreto, nam potest ipsam ei denegare, quandoquidem sigillum confessionis non violatur, quod fit ubi alteri, non autem si pœnitenti peccatum patefecit, quicquid dicat Nav. *d. n.* 55. Petere autem Communionem publice, est adstare linteo Altaris, vel petere coram aliis, petere privatæ est, petere Curatu solitarie, vel adstante ministro, ita Henriq. *in sum. l.* 8. *c.* 56. §. 1. Possev. *d. tr. de offic. Curati*, *cap.* 5. *num.* 13.

Additio.

☞ Communio non est deneganda peccatori occulto, eam publice petenti, juxta generalem regulam, quam etiam amplectitur Benedictus XIV. in Constitutione de Refractariis Constitutioni *Unigenitus*, incipien. *Ex omnibus* 15. Sept. 1756. §. III. Neganda vero est occulte petenti, si absque scandalo fieri possit, Rituale Roman. de Sacram. Eucharist. §. *Occultos*.

Si autem Parocho etiam privatim innotescat, extra confessionem tamen, cum sacra Particula uti velle ad sortilegia, aut ad eamdem conculcandam, deneganda est, licet inde sequatur scandalum, & ipsius infamia, cum bonum fidei prævaleat famæ rei hæreticæ pravitatis, S. Thomas 3. *part. qu.* 21. *art.* 5.

Quando vero neganda, vel danda sit Refractariis Constitutioni *Unigenitus*, consule cit. Constit. Benedict. per totam.

Caveat tamen Parochus ab illorum Doctorum opinione, qui asseruerunt, negandam esse Communionem peccatoribus, jam per confessionem sacramentalem reconciliatis, antequam de suis delictis condignam egerint pænitentiam, ac illis, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis expers mixtionis, ut ex Propositionibus la XXII. e XXIII. in ordine, inter damnatas ab Alexandro VIII. 7. Decem. 1690.

Opinio autem sustinens, tunc tantum violari sigillum, quando peccatum in confessione auditum manifestatur alteri, non autem quando ipsimet pænitenti, penitus rejicienda est = adeo enim (ita Benedictus XIV. de Synod. Diœc. lib. VII. cap. XI. n. 6. editionis 1755.)

Stricta est lex sigilli confessionis sacramentalis, ut Confessarius, ne cum ipso quidem pænitente extra confessionem loqui possit de illius delicto, quod per confessionem unice novit, nisi ipse pænitens expressam ei licentiam tribuerit = Idem sentit S. Carolus Borromæus in instructione Confessariorum §. XXIII. ☜

Viatores aliique, in aliena parochia existentes, 23 qui tempore Paschatis non possunt propriam parochiam adire, Eucharistiam sumere valent in ea parochia, in qua tempore Paschatis reperiuntur, ut resolvunt Fusc. *de visitat. l.* 2. *c.* 5. *n.* 44. Ugolin. *dicto c.* 15. §. 7. *n.* 8. Bonac. *d. disp.* 4. *q.* 7. *punct.* 2. *num.* 8. asserentes, Eugenium IV. vivæ vocis oraculo declarasse, viatores, ubi se invenerint in Paschate censeri parochianos, ac si adepti fuissent habitationem, quoad Sacramenta Pænitentiæ, & Eucharist. & ita docet usus, & praxis, cui nescio, an faveat, quod resolvit Fagundez *dict. præc.* 3. *l.* 1. *c.* 5. *n.* 10. *& l.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. dum vult, posse eos communicare in Ecclesiis Mendicantium ex obligatione præcepti.

Additio.

☞ Crederem Parochum, debere, & cogere posse viatores, advenas, & peregrinos, postquam se receperint in proprium domicilium, ad ostendendum autenticum documentum peractæ Communionis, nisi forte ageretur de tali personarum qualitate, ob quam nulla oriri posset omissionis suspicio.

Nec schedula, quæ tradi solet communicantibus, habenda est pro authentico documento, cum subsit fraudibus, vel quia ab eam habente, ematur, aut a negligenter custodiente subripi possit, ad quos aliquo modo impediendos, Romæ inflicta est excommunicatio Emin. Vicario reservata, juxta præscriptum Innocent. XI. sub die 7. Apr. 1688., tam contra alteri dantes, vel vendentes, quam recipientes, & ementes schedulam vulgo Bigletto Communionis peractæ, ad fallendos Parochos.

Quod si prædicti omnes aliquo impedimento irretiti, tempore congruo huic præcepto, ubi tunc reperiuntur, satisfacere nequiverint, tenentur nihilominus, licet paschale tempus transactum fuerit, sub mortali culpa quamprimum commode pote-

poterint, eodem anno satisfacere, cum id tempus non sit appositum ad finiendam, sed ad solicitandam obligationem, ut jam notavi supra post numer. 14. ☞

24 Quærit pulchre Ugol. *d.* §.7. *num.* 9. an Parochus, qui Missæ Sacrum non facit, sibi Eucharistiam administrare queat, & posse respondit, tum quia, & conjuges matrimonium sibi administrant, præsente eorum Parocho, & duobus testibus; tum quia Indulgentia concessa a Prælato, & ipse recipere eam potest, nec repugnat, si dicatur, differentiam esse debere inter dantem, & accipientem, unde non potest quis se ipsum baptizare, nam ea Sacramenta, dum administrantur, fiunt, & in Baptismo, quod generationem significat, sicut non potest quis se ipsum generare, ita nec potest se ipsum baptizare, *c. debitum de Bapt.* in Pœnitentia debet quis jurisdictionem habere, ut supra diximus. At Eucharistia per modum cibi sumitur, ergo per se administrare ipse Sacerdos sibi potest, sicut cibum sumere.

Additio.

☞ An Sacerdos Missam non celebrans sibi Eucharistiam per modum Viatici ministrare queat, hæc habet Bened. XIV. de Synod. Diœcesf. edit. ann. 1755. lib. XIII. cap. 19. n.27. = haud tamen damnari videretur Sacerdos, qui sacro Viatico reficiendus, annuente Sacerdote ministrante, illud manibus susciperet, atque ad os suum ipse admoveret. = ☜

25 Non autem laicus, quia ipsi prohibitum est eam tangere, arg. *cap. tribus de consecrat. dist.*2. nisi in necessitate extrema mortis, & in absentia Sacerdotis, secundum Suar. *tom.* 3. *q.* 82. *disput.* 72. *sect.* 3. Possev. *d. c.*8. *n.*24. afferentes exemplum Reginæ Scotiæ, quæ se ipsam communicavit, dum statim esset occidenda, quod tamen factum dicunt, forsitan de Sum. Pont. licentia processisse.

Animadversio.

☞ Quidquid sit de antiquo more, quo per plura sæcula, Laici quidem consueverint in proprias manus recipere a Sacerdote Eucharistiam, suisque itidem manibus in os inferre, fœminæ vero in album pannulum eamdem suscipere, suis & ipsæ manibus ori admovere, Suarezii sententiam non amplectitur laudatus Benedictus loc. cit. num. 27. & n.28. & approbat sententiam Cajetani ad Commentarium ad cap. XXVI. vers. 26. S. Matthæi (quam etiam vindicat a censuræ nota, ei inusta a Catharino lib. V. Annotationum contra commentaria Cajetani) posse nempe, tempore sævientis pestis laicum admoto ore assumere Eucharistiam, depositam a Parocho super patinam in loco apto, ad sic providendum necessitati miseri moribundi, ac simul removendum a Parocho contagionis periculum. Qua in re n.26. refert, qui fuerit Congr. Conc. sensus ibi = Post accuratum rei examen rescriptum fuit postulato Vicarii Apostolici Juliæ Cæsareæ; (nunc vulgo Algeri) videlicet advigilandum ipsi esse quammaxime, ut peste correptis Sacramenta ministrarentur; quo vero ad modum administrandæ Eucharistiæ, si Sacerdotes deprehendisset alienos, atque abhorrentes a ministratione suis manibus peragenda, modum ipse statueret, audito prudentum consilio, atque præ oculis habito decore in tanti Sacramenti administratione servando, ut quidquid eidem repugnans deprehenderet, omnino usurpari prohiberet. =

Qui autem modus adhibendus esset debitus reverentiæ tanti Sacramenti, & magis aptus ad consulendum indemnitati ministrantium; postquam in Ecclesia catholica vetus usitatus modus obsolevit, quo viri in nudas manus, mulieres vero in album pannulum illud accipiebant, ad se eo reficiendum, ut dictum est; n. 27. refert varios modos a DD. excogitatos. Alii enim ajunt, recipi posse Eucharistiam ab ægroto propriis suis manibus, insertam in panem domesticum, vel inter duas Particulas non consecratas, extrema illarum parte madefacta, ut sibi invicem adhereant, commonefacto ægroto, inter illas delitescere SS. Eucharistiæ Sacramentum. Alii admovendam ajunt illius ori, vel forcipe argenteo, vel oblonga lamina, quæ in semicirculi formam desinat. Alii tandem ajunt, porrigendam a Sacerdote manu chiroteca induta. Qui tamen modi communiter improbantur, tamquam minus decentes, & non satis tuti ad removendum periculum alicujus inconvenientis. Non reprobantur autem sequentes, semper tamen approbandi ab Episcopo, non a ministrantibus pro eorum libito, scilicet, vel apponendi Eucharistiam super patinam in mensula decenter parata, ex qua peste infectus ore accipiat, absumatque, vel eam immittendi in vasculo, cum haustu aquæ, vel vini.

Si autem agatur de Sacerdote, qui Missam celebrare nequeat, & Eucharistia se reficere velit, idem Ben. de *Sacrif. Mis. lib.III. cap.XVII. n.* 10. docet cum Sylvio, posse suis manibus se communicare, si nullus alius Sacerdos sit, qui eam illi exhibeat; dummodo absit scandalum, & præcipua quadam ratione id faciat. Inter justas autem causas eam recenset = ne in solemni aliqua festivitate careat Eucharistia. = ☜

Advertendum est, Sacerdotes, quoties commu- 26
nicant, teneri ex præcepto Concilii Bracharens. III. induere stolam in modum Crucis ad pectus sub pœna excommunicationis *cap. ecclesiastica* 23. *distinct.* Sed jam hodie Sacerdos, sive sanus, sive infirmus communicans se sine stola non videtur peccare, quia tum sæculares, tum Regulares stola, uti desiisse dicuntur in sumptione Eucharistiæ, & sic decretum dicti Concilii Bracharens. consuetudine videtur abrogatum, ita referunt Henriq. *in sum. l.*8. *c.* 44. §.5. *lit.*N. Azor. *instit. mor. p.*1. *l.*10. *c.*28. *q.*12. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.*1. *l.*2. *cap.* 41. *n.* 3. Valer. Regin. *in praxi feri pœnit. l.* 29. *n.* 112. Galet. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb. Sacerd. antepen.* Nald. *in sum. verb. Sacerdos n.*6. Bonac. *d.disp.*4. *q.*6. *punct.* 2. *n.* 2. Illustrissimus D. meus Roderic. a Cunha *in comment. ad d. capitul. Ecclesiastica*.

Animadversio.

☞ Nescio, quommodo contraria consuetudine abro-

abrogatum videatur, quod Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares desierint uti stola in sumptione Eucharistiæ, cum ministrandi Eucharistiam mos universim obtinuerit, ut refert Benedictus XIV. Institut. Ecclesiast. XXXVIII. numer. 2. = ut in Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, aliisque Regularium Ecclesiis Clerus universus illi Templo addictus, Eucharistiam sumat, dum res divina celebratur; Sacerdotes quidem collo pendentem, Diaconi vero a dextro ad sinistrum humerum stolam fluentem deferunt, quemadmodum Gavant. Sacr. Rituum Magister tradit, & etiam præcipitur a Rituali Romano de Ordine ministrandi Sac. Eucharistiam. ☜

27 Veniamus jam ad Communionem infirmorum, quam sub fideli custodia, & in loco decenti pro communicandis infirmis debet Parochus conservare, ut dicitur *in cap. sane 10. de celebr. Missar.* & tradunt Pelag. *de planctu Ecclesiæ, l. 2. cap. 27. versiculo vigesimotertio*, Petr. Boll. *in œconomia ecclesi. class. 2. capitulo quarto*, § 6. *pag.* 257. Mich. Timoth. *de eccles. visita lib. 2. tract. 1. cap.* 22. & 23. Menoch. *de arbitr. casu* 410. eleganter Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. capit. quinto num.* 3. his verbis *Unde primo est videndum, quod ipsa Sacra Eucharistia honorifice custodiatur, quod locus sit decens, & eminentior Ecclesiæ, bene recondita. Tabernaculum sit bene firmum, & clausum ex omni sua parte, ut nec foramen, etiam minimum pateat, clave custodiatur, & qui clavem detinet, sit Presbyter, alioquin sufficiens, & Dei timoratus, nec permittatur stare in loco humido. Tabernaculum sit honorificum juxta facultates Ecclesiæ, cum veste serica interiori, & exteriori, & cum vase argenteo, & corporali benedicto ad retinendum ipsum Sacramentum cum simili operculo, mutetur saltem quolibet octavo die, & antiqua sumatur, ne aliqua corruptio in ipsis speciebus generetur, & si Præpositus ipsi Sacramento incaute Eucharistiam dimiserit, puniatur juxta sacros Canones suspensione trium mensium ab officio, capitulo il primo, de custodia Euchar.* Hactenus Paul. Fusc. & aliqua notat Berti Lucens. *in praxi criminum Regular. tit. 4. cap. 34. prope fin. versicul. vide primo* & addit. Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. n. 24. vers. unde primo.*

Animadversio.

☞ Nedum tenetur Parochus Eucharistiam per modum Viatici Infirmis ministrare, sed etiam aliis diuturna infirmitate laborantibus, licet non morti proximis, jejunis tamen, in solemnioribus anni Festis diebus, iis potissimum, qui sani eam frequenter sumere consueverunt, & tanto refici Sacramento optant, & petunt.

Tenetur insuper tam Parochus, quam alii Ecclesiarum Rectores tabernaculi clavem, in quo SS. Eucharistia asservatur, semper penes se custodire. Quod si ob ejusdem clavis, ipsiusque tabernaculi male servatam custodiam furtum aliquod, vel sacrilegium circa Eucharistiam, pixidem, ostensorium, & similia unquam evenerit, suspendendi erunt ab Ordinario tribus mensibus ab officio, juxta Decretalem Innocentii III. editam in Concilio generali Lateranensi, relatam *in cap. I. statuimus de custodia Eucharist.* aliisque pœnis plectendi ad formam epistolæ circularis Congr. *Episcopor. & Regular. sub die 8. Januar.* 1724. approbata ab Innoc. XIII. per extensum relata in Appendice Synod. *Fulginaten. pag.* 328. *edit.* 1762. Quibus pœnis etiam plecti possunt ab eodem Ordinario Regulares, licet exempti, cumulative cum eorum Superioribus, prout statuitur in dicta circulari. Circa quam cumulativam, ita animadvertit Benedictus XIV. lib. IX. cap. XV. *de Synod. Diœces. edit. an.* 1755. *n.* 2, & 4. = Et primo quidem Regulares delinquentes contra Decretalem *Innocentii III. in cap. 1. de custod. Eucharist.* non solum a suo Superiore regulari, sed etiam ab Episcopo, cui tanti Sacramenti cura debet potissimum incumbere, corrigi, & puniri possunt, sicuti approbante Innoc. XIII. *die 8. Januarii* 1724. rescriptum fuit *a Sac. Cong. Episc. & Regul.* cujus decretum refertur in Appendice ad citat. Synod. Neapolitanam, habitam a Card. Pignatello *n.* 20. =

Ad illius custodiam etiam pertinet ejusdem renovatio, a Græcis quidem singulis octo, vel quindecim diebus, ex Const. Innoc. IV. *Sub catholicæ 6. Martii* 1254. & Clem. VIII. Sanctissimus 31. Aug. 1595. A latinis vero quolibet octiduo, vel die Dominico, vel feria V. ex decreto laudatæ Cong. in Ravennaten. 5. April. 1573. & ex cap. LVIII. *Permittimus de senten. excom.* Consoltius autem, juxta S. Carolum Borromæum, feria V. quia tali die Jesus Christus hoc Sacramentum instituit. ☜

28 Addit Piasec. quod tenendæ sunt ibi duæ pyxide in quarum una conservetur Sanctiss. Sacram., in altera deferatur ad infirmos, & pyxides istæ nonnisi super Altari viatico, vel super corporali collocentur, & cavendum, ne ibidem Olea Sancta teneantur, sed in alio separato decenti loco.

29 Lampas ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum noctu, diuque semper ardeat, tum propter ejus reverentiam, tum etiam, ut ingredientes in Ecclesiam sciant, ubi primum adorare debeant præsentiam Salvatoris nostri, monet enim lumen adesse ibi candorem lucis æternæ, Christum Dominum, & ad pietatem, venerationemque tam eximii Sacramenti nos assidue solicitat, Possevin. *de officio Curati capitulo* 12. *num.* 68. cum advertentia tamen, ut diligens inquisitio adhibeatur, ne in lampadibus ipsis quid curiosum misceatur, ita Paul. Fusc. *d. c. 5. n. 6.* & dicit Nav. *de Oratione cap. 13. n. 67.* in Conimbricensi Episcopatu constitutionem esse, quæ præcipit, habere lumen accensum diu, noctuque ante Sanctissimum Sacramentum. Quis autem debeat facere sumptus pro hu- 30
jusmodi lampade, est hujus loci investigare. Sed ne longius a materia trahi videar, breviter respondendum duxi, debere observari consuetudinem, quod populus faciat hos sumptus, sicut bene resolvunt Rip. *cons. 2. n. 4. & 5. de consuetud.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore* §. 13. *n.* 8. alias enim tenentur Parochi ad manutenendum oleum lampadis, ut dicit idem Bellet. *d. tit. de cleric. debitore* § 14. *n.* 5.

Additio.

☞ Quod si ob ipsius negligentiam lampas diu, noctu-

noctuque non ardeat, multari poterit pœna pecuniaria, vel alia arbitrio Episcopi *cit. cap. X. fane*.

31 Ad quam lampadem semper ardentem retinendam potest Episcopus compellere etiam Regulares vigore Trid. sess. XXII. Decret. de evitand. in celebrat.Missar.Nec talis defectus suppletur per lampadem in choro ardentem, debet enim collucere ante, non retro post ipsum tabernaculum in Altari locatum, *Sac. Cong. Rituum 22.Aug.1699.* ☜

Porro deferri ipsam Sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc usum diligenter in Ecclesiis conservari maxima pietate, simulque sanctitate institutum fuit, ut colligitur ex Conc. Trid. *sess.13. c. 6. de SS. Euchar. Sacram.* & propterea *can.* 7. anathematizantur dicentes, non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur, quod quidem onus eam deferendi ad infirmos est de pertinentibus ad curam animarum, ut censuit Rot. in Recanaten. Parochialis coram Cantuccio, inter impressas, *dec. 52. num.*10. 21. *&* 22. *p. 2. divers.* & apud Farin. *decis.* 340. *n.* 1. *part.*2. *recent.*

32 Quare, impedimento cessante, Parochus deferre debet (ut dicitur *in d. cap. fane*) habitu decenti, supposito mundo velamine, & cum superpelliceo, lumine præcedente cum omni reverentia, & honore, vultu dimisso ante pectus, similiter cum vase argenteo, vel saltem in Calice, velamine serico cooperto, non tamen in vase vitreo, deferre quoque debebit duas Particulas, ut in regressu adoretur ab omnibus, cum pallio honesto, præcedente tintinabulo, ut cuncti genuflectant, Psalmos, seu Orationes inter eundum recitando, sicut pie admodum advertunt Cened. *ad decretal. collect.* 51. *n.*2. *cum seq.* Paul. Fusc. *d. cap.* 5. *n.* 10. Berti Lucens. *d. c.* 34. *prope finem*, *verf. ad infirmos* Piasec. *d. cap.* 3. *num.* 24. *verf. ad infirmos*, ubi testatur, respondisse S. Rituum Congregationem *Episcopo Anconitano* 21. *Februarii* 1593. deferendam non esse Sac.

33 Eucharist. per plateam, in qua habitant Judæi, quem refero, ego ipse *de officio, & potestate Episcopi par.*2. *alleg.* 22. *n.*3.

Quando vero extra civitatem defertur Sanctissimum Sacramentum ægrotis ad loca longinqua, aut per vias difficiles, & periculosas, omittitur umbella, & portatur pyxis continens unam tantum Hostiam, & reponitur in bursa serica condecenter ornata, collocando eam ad collum Sacerdotis, ad evitandam irreverentiam, aut scandalum, quod oriretur, si contingeret, quod Sacerdos in via caderet, prout ita ordinatum fuit *In Act. Eccl. Mediol. p.*4. *fol.*684. per S.Carol. Borrhomæum, tunc ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopum, refert Stephan.Gratian. *discept. forens. t.*3. *c.*492. *num.*2.

34 Etsi vero magis deceat, idque curandum sit, ut S. Eucharistia interdiu ad ægrotos deferatur, si tamen necessitas suadeat, quia periculum in mora est, etiam de nocte deferri debet, ut docent Suar. *tom.*3. *disp.*66. *sess.* 5. *paulo post princ.* Zambran. *de casibus in articulo mortis c.*3. *dub.* 1. *num.* 5. Paul. Laym. *in Theol. mor. lib.*5. *tract.* 4. *cap.*5. *num.* 6.

35 Sicut etiam pro communicando infirmo jamjam morituro licitum est Parocho Missam dicere non media nocte, sed summo mane ante lucem notabiliter, ita Sylv. *verb. Missa* 1. *q.* 6. Navar. *in man. cap.*25. *n.* 85. Henriq. *in sum. l.*9. *de Missa cap.* 24. §.5. Azor. *inst. mor. p.*1. *l.*10. *c.* 25. *qu.* 7. Bonac. *de Sacram. disp.*4. *q. ult. punct.*9. *num.*3. Possevin. *d. c.*8. *n.* 28. Fagundez *in quinque Eccles. præcepta*, *præc.*1. *l.* 3. *c.*17. *n.* 15. Ludov. a S. Jo: *de administr. Sacr. art.*4. *de Commun. n.*9.

Additio.

☞ Hoc intelligendum est, nisi adsint Particulæ consecratæ asservatæ in solito Ciborio. ☜

Et in hoc eventu credunt aliqui, licitum esse ite- 36
rum eadem die celebrare, quando non adest Eucaristia consecrata, nec est alius, qui celebret, ut sunt Major. *in* 4. *dist.*9. *q.*3. *ad* 5. Card. Tolet. *lib.* 1. *cap.*3. *n.*7. Sed contrarium est probabilius, ut tenent Victor. *in sum. n.* 83. Nav. *in man. c.* 21. *num.* 53. Suar. *tom.* 3. *disp.* 66. *sect.* 5. Squill. *de oblig. Cleric. part.*2. *n.*63.

Additio.

☞ Circa iterationem Missæ vide a me addita post num. 9. cap. XI. pag.96. ☜

Sic etiam ob solam necessitatem licitum est, eam 37
non jejunio dare, alias enim illicitum foret, ubi nullum probabile periculum mortis, vel supervenientis diuturnæ phrenesis infirmo imminere videtur, ipsi non jejuno Sac. Eucharistiam ministrare, ut bene notat Zambran. *d. c.*3. *dubio* 5. *num.*1. quem refert Paul. Laym. *d. c.* 5. *n.* 3. *in fine*, ubi in principio recte advertit, quod quamvis consuetudo Ecclesiæ non sit, nec deceat, ut ad omnes infirmos S. Eucharistia per plateas deferatur, tamen ejus delatio frequentior est, quam sacræ Unctionis, quia non tantum mortis periculum expectandum est ad sanctissimam Eucharistiam infirmo ministrandam, quantum ad sacram Unctionem extremam, & deinde subdit, quod si quis diuturno morbo detineatur, ut ad Ecclesiam accedere non possit, Sacrosanctam Eucharistiam ad animæ suæ salutem, ac medicinam, non tantum semel, puta in Paschate, sed etiam sæpius, spectatis circumstantiis loci, &c. petere jure poterit, & *n.* 5. tenet, illum, qui semel in mortis periculo constitutus 38
sacram Eucharistiam per modum Viatici accepit, perseverante eodem periculo, posse iterum accipere per eundem modum Viatici, vide Castald. *in praxi cæremon. l.*2. *sect.*14. *c.*8. *n.* 5. & Zambran. *d. c.*5. *dub.*5. *n.*3. post Suar. *p.*3. *tom.*3. *quæst.* 80. *disp.* 68. *sect.*5. *in princ.* resolvit, quod licet possit infirmus una, vel altera hora post mediam noctem communicare jejunus, si amplius expectare non possit, non est tamen necessarium ea intempestiva hora ei Sacramentum dare, quia nec id est in usu, nec decet reverentiam tanti Sacramenti, nec sine difficultate id fieri potest, & *num.* 4. subdit, quod post sex, aut septem dies potest iterum Eucharist. dari infirmo, jam morti proximiori, etiam non jejuno, dummodo commode nequeat jejunus communicare, licet prius in eadem infirmitate jam communicaverit non jejunus.

Addi-

Additio.

☞ Quid circa iterationem Viatici senserit Bened.XIV. de Synod.Diœc. edit. an.1755. lib.VII. cap. XII. n.5. pag.218. patet ex his verbis = Aliqua dumtaxat dissentio est in præfiniendo temporis spatio, quod debeat intercedere, ut intra eandem infirmitatem possit iterum non jejuno dari Eucharistia. Aliqui enim cum Navarro multum temporis interfluere debere existimant inter unam, & alteram Communionem: quam indefinitam Navarii assertionem de spatio triginta dierum explicat Villalob. in summa 1. part. tract. 7. dub. 384. Alii cum Suarez cit. loc. decem, aut octo dies exposcunt: alii cum Ludovico a S. Joan. in summa, hispano sermone edita, tom.1. q.7. art.10. difficult. 4. de Sacram. Euchar. post elapsos tres dies Viaticum iterari concedunt. Alii demum cum Layman. cit. cap. 6. num. 20. etiam in sequenti die illud repeti permittunt, si videatur instare mortis periculum, & ægrotus, qui cum sanus esset, frequenter consueverat eucharisticum panem degustare, eo denuo nutriri, & roborari cupiat. Abstrahat igitur Episcopus ab hisce quæstionibus, solumque Parochis insinuet, posse, & debere Sanctissimum Viaticum in eadem infirmitate iterum, & tertio administrari; præsertim, si ipsimet ægrotantes iterum cælestem illum panem esuriant: & si velit, pœnam etiam in Parochos decernat, qui post plurimum temporis, Eucharistiam ad eundem infirmum, eum devote flagitantem, falsis quibusdam, & emendicatis prætextibus, denuo deferre obstinate detrectant: nihil quippe in hac saluberrima Constit. invenietur censura, & castigatione dignum. = ☜

39 Ad communicandum infirmum poterit Parochus, non habens copiam Confessarii, præmissa contritione celebrare, nam censetur adesse necessitas proximi, quæ tanquam propria, reputatur, per Conc. Trid. *sess.* 13. *cap* 7. ubi ait, quod Sacerdotes, urgenti necessitate, quando non habent copiam Confessarii, Sacrum faciant absque prævia confessione peccati mortalis, ita ut quamprimum postea, data copia Confessarii, confiteantur, novissime Homobon. de bonis *in respons. qu. mor. p.* 2. *respons.* 52. ubi subdit illud *quamprimum*, muraliter arbitrio boni viri intelligendum esse, hoc est; cum primum iterum celebraturus est, & ut post Reginal. Valent. & Suar. resolvit Bonac. *de Sacram. disp.* 4. *qu.*6. *puncto* 1. *n.*22. ubi subdit, Henricum non bene dixisse, Parochum in hoc casu secundam Missam celebrare, cum id non videatur in usu, nec ad praxim reducendum.

Animadversio.

☞ Quod si *Quamprimum* intelligendum sit = Cum primum iterum celebraturus est = Est opinio non valde dissimilis, potissimum, si post plures dies sit celebraturus, huic alteri proscriptæ ab Alexan. VII. 18. Martii 1666. la XXXIX. in ordine = illa particula *quamprimum* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur. = A quo etiam proscripta est hæc altera la XXXVIII. in ordine = Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum, vide a me addita pag. 119. post n.7. ☜

Et quamvis aliqui teneant, posse Parochum celebrare post cibum ad communicandum infirmum, 40
qui est in articulo mortis, in casu, quo ille non posset recipere illud Sacramentum, cessante omninò scandalo, ex quorum numero sunt Major. *in* 4. Zambran. *in decis. casuum tempore mortis cap.* 4. *de Eucharist. dub.*6. *num.*3. & dicat probabile Filliuc. *quæst. moral. Tom.*1. *tract.*4. *num.*242. tamen aliorum ferè Doctorum opinio est in contrarium, quia major ratio habenda est reverentiæ hujus Sacramenti, quam necessitati proximi, & tale præceptum obligat infirmos, cum decenter, & reverenter Sacramentum confici, & sumi potest, ita S. Antonin. *part.*3. *titul.*13. *cap.*6. §.2. Sylvest. *in sum. verb. Missa* 1. *qu.*7. *dicto* 2. *casu* 3. Victor. *in sum. num.* 83. Sot. *in* 4. *dist.*13. *qu.* 2. *art.*2. Navar. *in man. cap.*25. *num.* 88. Heriq. *lib.*8. *cap.*4. *in princip. & cap.* 46. §.1. Chamerot, *de Euchar. cap.* 9. *dub.*7. Possevin. *dict. cap.* 8. *num.*25. Petrus de Ledesma *in sum. part.*1, ubi *de Euchar. cap.*13. *conclus.*5. *dub. ult.* Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.*30. *qu.*2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*29. *num.* 121. Bonacin. *dict. disp.*3. *qu.* 6. *puncto* 2. *num.*24. Ludovic. a Sancto Joanne *d. loco art.*4. *num.*8. Gavant. *in comment. ad Rubric. Missalis par.*1. *cap.* 9. *sub num.*1. novissime Philibert. Marchin. *de Sacramento Ordinis tract.*3. *part.*3. *capit.*3. *num.*13. ubi advertit, quod si Eucharistiæ sumptio tempore mortis est necessaria necessitate medii, & consequenter est de divino jure, juxta illud: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, &c.* ut quamplures etiam ex Divi Thomæ schola sustinent, profecto prior sententia videtur valde probabilis, quia quod est necessarium ad salutem necessitate medii, & præcepti divini, præferendum est, cuilibet præcepto humano, quale est jejunium.

Hinc etiam provenit, ut possit Parochus ratio- 41
ne necessitatis Eucharistiam administrare per modum Viatici infirmo non jejuno, existenti in mortis articulo, quando non potest commodè expectari tempus, quo Eucharistia illi jejuno administretur, quia adest necessitas, tam infirmo indigentis auxilio Eucharistiæ, quam adimplendi præcepti divini, quod si unquam obligat, maximè obligat in mortis articulo; tum quia hoc privilegium est concessum infirmo *in can. liquido, & in can. Sacr. de consec. dist.* 2. quando non solum procedit in casu mortis naturalis, verum etiam in eventu mortis violentæ, si Communio commode nequeat anticipari, vel differri, ut si aliquis damnatus sit ad mortem, illique Princeps jubeat mortem eo die inferri absque dilatione, ita post multos, docet Bonacin. *dict. punct.* 2. *num.*21. & 22., ubi etiam in fine advertit, quod infirmus, ut jejunus communicet, non tenetur differre sumptionem medicinæ, vel cibi cum gravi incommodo.

Et potest talem infirmum iterum non jejunum 42
communicare, quia in Concil. Constant. *sess.*13. dicitur, in casu infirmitatis, posse Eucharistiam dari non jejuno, & ibi non limitatur ad unam tantum vicem, unde bene poterit Parochus iterum submini-

nistra-

nistrare Eucharistiam infirmo, qui semel in articulo mortis sumpsit Communionem per modum Viatici non jejunus, quia moriturus valdè indiget tanti Sacramenti præsidio, & id sæpius, & ita maximè indigentem ope, & subsidio hujus Sacramenti ad vincendas occurrentes tentationes, & peccandi pericula superanda, pia Mater Ecclesia, non videtur velle sua præcepta de communicandis jejunis cum tanto spirituali dispendio adimplere; quare ita resolvunt Sot. *in 4. distinct.* 12. *quæst.* 1. *anmr.* 8. Victor. *in summ. num.* 82. Jacob. de Graff. *in aureis dec. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *numer.* 32. Henr. *d. l.* 8. *c.* 4. §. 1. *& cap.* 50. §. 1. Ægyd. de Coninck. *de Sacr. q.* 80. *art.* 8. *n.* 53. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. l.* 29. *c.* 60. *num.* 120. Bonac. *d. dif.* 4. *q.* 6. *pun.* 2. *n.* 23. Contra Vasq. *in* 3. *p. tom.* 3. *dis.* 211. *c.* 4. *n.* 38. Jo: de la Cruz. *in direct. Consc. p.* 2. *tr. de Euchar. qu.* 5. *dub.* 4. *concl.* 3. existimantes, minime posse non jejuno Eucharistiam per modum Viatici subministrare. Quænam temporis intercapedo inter unam, & alteram Communionem habenda sit, tradunt Nugn. *in* 3. *par. tit.* 1. *disp.* 80 *art.* 8. Suarez etiam *in* 3. *par. tom.* 3. *disp.* 68. *sess.* 4. Henriq. *dict. lib.* 8. *cap.* 5. §. 1. Bonac. *dict. pun.* 2. *num.* 23. Villalob. *in summ. par.* 1. *tract.* 7. *dub.* 38. *num.* 8. Fagundez *dict. prac.* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10, qui resolvunt, post octo, vel decem dies posse Parochum iterum infirmo non jejuno præbere Viaticum. Immo ex justa causa post diei unius intervallum credit Paul. Laym. *in morali Theolog. lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 20. his verbis: *Quinimmo existimo, ob justam causam, puta aliquis assuetus frequenter communicare, aut sacrificare, propter devotionem, ac desiderium difficile abstineat, permitti ipsi posse, ut altero statim die iterum Sacram Eucharistiam de manu Sacerdotis accipiat non jejunus, dummodo mortis periculum instare videatur &c.* refert novissimè Philibertus Marchin. *de Sacram. Ordinis tract.* 3. *part.* 3. *num.* 12. post Henric. Fr. Emmanuel Suarez, Reginald., & Bonac. ampliat, ut possit etiam conferri Eucharistia, ut Viaticum, suspendendo, vel damnato ad quamcumque mortem violentam, etiam si non esset jejunus.

Additio.

☞ Hic recolenda sunt notata in hoc *eod. cap. post num.* 38.

Magna est inter DD. discrepantia, an a Parocho ministrandum sit Viaticum Sacerdoti, qui mane corpore sanus Missam celebravit, aut laico, qui mane pariter ex mera devotione SS. Eucharistiam sumpsit, eademque die lethali vulnere, aut morbo correptus, Medicorum judicio ea ipsa die moriturus sit? Aliis negantibus, affirmantibus aliis, *Benedict. XIV. lib. VII. de Synod. Diœcef. edit. ann.* 1755. *cap. x. num.* 2. sentit, integrum esse = Parocho eam sententiam amplecti, quæ sibi magis arriserit = cui quidem affirmativam consulerem, quando potissimum illud ab eo ægrotus instanter expostulasset, quo validior fiat ad ultimam sustinendam cum dæmone luctam. ☜

43 Infirmo deliranti, qui propter febrem incidit in amentiam, seu phrenesim, potest Parochus præbere Viaticum, si illud tempore usus rationis expressè petiisset, & signa contritionis, Confessionis, & Communionis ostendisset, etiam multo ante; modo non sit periculum irreverentiæ, ita Zanard. *in direct. Confess. par.* 1 *tract. de Euch. arist. cap.* 7. Possevin. *d. tract. cap.* 8. *num.* 31. Ludovic. a Sancto Jo: *d. artic.* 4. *de Commun. num.* 11. Ego tamen benignius puto, debere Eucharistiam tempore mortis præberi omni fideli, qui non est notorius excommunicatus, nec notorius peccator, quamvis non dederit signa pœnitentiæ, dummodo de eo non constet, in complacentia peccati mortalis amisisse usum rationis, quia illo tempore omnis fidelis censetur, illam interpretativè petere, & sic Parochi debent hujusmodi ægrotis Communionem præbere, ita Ægyd. de Coninck. *d. quæst.* 80. *art.* 9. *num.* 74. Zambran. *in decis. casuum conscientiæ tempore mortis cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 2, & 7. Sanci *in select. disp.* 8. *num.* 10. intellige, procedere, quando infirmus potest sine irreverentia, & periculo vomitus dict. Communionem sumere; alias enim nullo modo est danda, & sic intelligendi sunt Emman. Sà *verb. Euchar. num.* 3. & Sylv. *in* 3. *par. quæst.* 80. *art.* 9. dum asserunt, in mortis articulo non esse amentibus dandam Eucharistiam, ob irriverentiæ periculum; advertit tamen Zambran. *dict. dub.* 4. *num.* 5. posse fieri experientiam ad illud periculum evitandum, ut scilicet detur primo hujusmodi infirmo aliqua forma non consecrata, ut appareat, quomodo se habeat in tali sumptione, & si se habuerit decenter, detur illa forma consecrata, sin autem minimè.

Additio.

☞ Circa Viaticum ministrandum deliranti, vel in amentiam, aut phrenesim lapso, si tempore usus rationis illud expetiisset, & signa contritionis dedisset, fateor quidem, id inniti sententiæ S. Thomæ, qui in 4. distinct. 9. artic. 5. quæst. 3. in corpore, & 3. part. sum. qu. 80 art. 9. in corp. ait = Quidam vero sunt omnino carentes judicio rationis; & isti vel fuerunt tales a nativitate, & tunc eis non debet dari, quia non possunt ad devotionem induci, quæ requiritur ad hoc Sacramentum . . . . . vel inciderunt in amentiam post fidem, & devotionem Sacramenti, & tunc debet eis dare (Eucharistia) nisi timeatur periculum, vel de vomitu, vel de expuitione, aut aliquo hujusmodi = Quam sententiam amplexus est etiam S. Carolus Borromæus, qui innixus decreto Concilii IV. Carthaginen. an. 398. cap. 76. Canon. *Is, qui* 8. 26. qu. 6. p. 4. Instruct. de Sacram. Eucharistiæ, qui ad Communionem admittendi, sic statuit = Quamvis, si antequam in insaniam inciderint, piam, & religiosam animi voluntatem præ se tulerint, licebit in fine vitæ, ex Decreto Concilii Carthaginensis; modo vomitionis, aut alterius indignitatis, & incommodi periculum non sit = Verum non ita facilè eam ad praxim reducendam crederem; cum enim semper timendum esset periculum vomitus, aut expuitionis, ut, me præsente, accidit cum quodam Sacerdote, qui licet post emissam Confessionem nullum signum dedisset, se extra mentis sensum esse, statimque

Eucharistiam sumpsit per modum Viatici, illam expuit.

Penitus autem rejcienda est opinio, asserena, administrari debere Viaticum omni fideli, qui non est notorius excommunicatus, nec notorius peccator, quamvis non dederit signa pænitentiæ ante amissum usum rationia, nedum ob periculum expuitionis & irreverentiæ, sed etiam ob incertitudinem de illius statu in gratia, quæ moraliter saltem argui posset ex præcedentibus pænitentiæ signis, quæ in hoc casu deficerent. ☜

44 Eucharistia ad ægrotum adoranda deferri non debet, si eam ob tussim, aut aliam causam sumere non potest pro Viatico, ut a S.Congr. decis. testatur Zerol. *in praxi Episc. p.1. verb. Euchar.* §. 5. quem refert Zypæ. *analytica postremi Juris eccles. enarrat lib.3. tit. de celebrat Missar. n.6.* * Ludov. a Sancto Joanne *de administr. Sacram. tit.4. de commu. n.30.* ubi refert, ita respondisse S. Congr. *in sam. p.1. c.64. num.3.*

Additio.

☞ Viaticum administrandum est etiam malefactoribus, proximè in patibulo morituris, alioquin dispositis, & jeiunis, *Can.xxx. Quæsitum caus. XIII. quæst.2.* & Judex tenetur iisdem concedere tempus, juxta sanctionem S. Pii V. *Braschius in Promptuario Synodale cap.xxviii. n.10.*

Infirmo, qui ob faucium ariditatem declutire nequit sacram Particulam, potius est ei præbenda sola, & illico purificatio danda, quam eadem intincta vino ministranda, idem Braschius *loc. cit. num.13.*

Controvertunt DD., aliis affirmantibus, negantibus aliis, an Parochus morti proximus, deficiente Sacerdote, extra Missam, seipsum communicare possit, si potens sit ad altare accedere, in quo servatur Sanctiss. Eucharistia. Potest tamen, deficiente Sacerdote, ei deferri a Diacono, *Can. præsente xviii. dist.xciii.* Quam tamen infirmus Sacerdos propriis manibus, si posset, sibi ministrare deberet, idem Braschius *loc. cit. num.24.*

Si Viaticum ministrandum sit infirmo degenti in partibus infidelium, deferri potest privatim, sine pompa, & solemnitate, absque vestibua sacerdotalibus, & absque lumine, sed secreto in habitu civili, theca argentea inclusum, juxta Constitutionem Pauli V. *Ex omnibus* 8. *Februarii* 1608. §. vii. ☜

Nec potest ministrari hoc Sacramentum sub specie vini, si infirmus non possit deglutire sub specie panis, ut tradunt Suar. *to. 3. disp. 71. sect. 7.* Squillant *de obligat. Cler. par.2. num.76.*

45 Nec etiam eam deferre tenetur Parochus ad infirmum, prope moriturum, si timeat fore, ut eam non possit illi administrare, nisi valde festinanter currat; nam cursus nimis festinus videtur repugnare reverentiæ tanto Sacramento debitæ, & decentiæ, & honestati clericali: nec præceptum administrandi Eucharistiam infirmo videtur jure divino, aut ecclesiastico introductum cum periculo, ut Parochus fatuus videatur, & irrideatur: secus dicendum est de Baptismo, & de Pænitentia, quoties Parochus probabiliter timet fore, ut pænitens decedat cum peccato mortali, nisi festinanter currat, etiamsi nondum integre vestitus sit, aut cælum pluviam minetur, aut frigus acriter prædominetur, aut periculum sit, ut Sacerdos fatuus habeatur. Ratio est, quia proximus censetur in extrema necessitate propriæ salutis; quilibet autem tenetur non solum honorem, & famam, verum etiam vitam prodigere ad salvandum proximum, in extrema necessitate spirituali existentem, ut bene tradit S. Thom. 2.2. *q.* 185. *ar.*5. Præcisa vero tanta infirmi necessitate, Parochus censetur suo muneri satisfacere, si quamprimum curet infirmum adire, festinando, & currendo, ut patet ex ratione superius allata.

Pestis tempore debet Parochus infirmos propria 46
manu, & non aliquo instrumento communicare, quia sic potius postulat reverentia Sacramento debita, quam Eucharistiam infectis peste denegare, vel eam administrare, non servata præscripta forma, ut innuit Suar. *t.de Pænit. disp.44. sect.3. n.17.* quamvis Possev. *de offic. Curati c.8. n.34.* non improbabiliter existimet, excusari posse a peccato, præciso scandalo, & periculo lapsus Eucharistiæ in terram, si instrumento rite confecto, & apto administret, & idem Possev. *c.5. n. 49.* ait, Sacerdotem ita chiragra laborantem, ut ad altare nequeat accedere, nisi deferatur, posse deferri, ibique Eucharistiam administrare, præcisa alia prohibitione. *

Additio.

☞ Circa modum ministrandi Viaticum peste infectis, & an Sacerdos, non potens celebrare, sibi ipsimet Eucharistiam in aliquo urgenti casu ministrare possit, & an etiam per modum Viatici, vide notata supra post num. 24. & 25. pag. 205. ☜

Quæstionem illam, utrum Parochi teneantur Sacram. Eucharistiæ pestiferis ministrare, disputat latè Galleg. *de Parochorum obligatione tempore pestis par.3.* ubi *num.4.* primum ponit enunciatum, ut si cum ea, quæ tanto Sacramento debetur, reverentia, & absque vitæ propriæ probabili periculo potest Parochus Sacramentum Eucharistiæ pestiferis ministrare, teneatur quidem ratione officii, & *num.21.* aliud colligit enunciatum, ut si Eucharistia non posset ad domos pestiferorum deportari cum debita reverentia, & cultu, & absque vitæ Parochorum, & concomitantium manifesto periculo, Parochi non teneantur eam pestiferis deferre. De hac materia latè Ludov. a Sancto Jo: *de administrat. Sacram. tit.4. de Communione n.* 15. ubi ait, Parochum sub pæna peccati mortalia teneri communicare peste infectum, nisi petat solum gratia adimplendi præceptum de annua Comunione.

Additio.

☞ Sylvius in supplem. ad 3. par. D.Thom. quæst. 32. art. 3. conclus.3. hæc habet = Severior, & verisimilior est aliorum sententia, Parochorum sub mortali peccato teneri administrare

strare Sacramentum Eucharistiæ suis parochianis, peste, vel alio morbo contagioso infectis, etiam cum proprio suæ vitæ periculo, nisi per aliquem alium id fiat, & nisi quædam circumstantiæ occurrant, propter quas merito possit excusari = ☞

47 Interdicti localis tempore potest Parochus SS. Eucharistiæ Sacram., quatenus Viaticum morientium, ministrare, *cap. quod in te de pænit. & remiss.* gloss. *verb. Sacramentum in cap. alma Mater de sentent. excommunic.* Calderin. *de interdict. par.* 2. *num.* 3. Covarruv. *in dict. cap. alma Mater par.* 2. §. 2. *num.* 7, & §. 3. *a princ.* Navarr. in *man.* 27. *num.* 178. Squillante *de obligat. Clericor. par.* 5. *numer.* 39. Henric. *in sum. lib.* 13. *cap.* 45. §. 2. Ugolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 7. §. 6. Sayr. *in simili tractat. lib.* 5. *cap.* 7. *a num.* 16. Bonac. *eodem tract. disp.* 5. *punct.* 2. *num.* 1. & notabiliter ex communi sententia ampliavit Zambr. *de casibus in artic. mortir cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 5. non tantum semel, sed quoties expedierit, sine Bulla, & privilegio posse constitutis in articulo mortis dari Eucharistiam, tenent Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 33. *sect.* 1. *vers. de Euchar.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 3. *tract.* 32. *n.* 26. qui etiam resolvunt per contrarium, Eucharistiam, si per se, non ut Viaticum, & extra casum in articulo mortis consideretur, Interdicti tempore sanis ministrari non posse, ex ea ratione, quia in hac materia Sacramentorum tempore Interdicti regula est, quod ea solum licent, quæ specialiter permittuntur: constat autem, Eucharistiam solummodo concessam reperiri *in dicto capite quod in te*, per modum Viatici, pro morientibus, nec jure novo *d. cap. alma Mater*, circa hoc Sacramentum, ut tale, aliquid immutatum est, licet ibi permittatur, ut sacrificium, in §. *adjicimus*.

48. Et tunc, ubi Eucharistia, ut Viaticum, defertur ad infirmos tempore interdicti, licita est pompa, & solemnitas consueta, & comitatus cum luminibus, & campanula, ac recitatione Psalmorum, & Hymnorum, liciteque potest Parochus in reditu, ut mos est, Hostiam populo ostendere, & Confessionem facere generalem; hæc enim omnia pertinent ad majorem tanti Sacramenti ornatum, & reverentiam, fideliumque augendam devotionem, ita Covarruv. *d.* §. 3. *num.* 7. Navar. *dict. cap.* 27. *num.* 179. Henriquez *d.* §. 2. *litt. V.* Ugol. *d. cap.* 7. §. 6. *num.* 6. Suar. *d. tit.* 5. *dis.* 35. *sect.* 1. *num.* 28. Sayr. *d. cap.* 7. *num.* 26. Avila *de censur. par.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 4. *concl.* 4. Ægyd. de Konink. *de Sacram., & censur. tom.* 2. *disp.* 17. *num.* 44. Bonac. *dict.* §. 2. *num.* 1. *vers. dixi*, quorum plures numeris sequentibus observant, articulum mortis in hoc proposito, non stricte esse intelligendum, sed favorabiliter, sufficereque probabile periculum mortis, etiam violentæ, quamvis evidens non sit, veluti mulieris prægnantis, vel suscipientis periculosam navigationem, aut iter, vel si obsessi sint a validis hostibus.

49 Denique illud te scire volo, Sac. Rit. Congr. *in Syracusana Modicæ* 2. *Julii* 1618. decrevisse, non esse deferendum Tabernaculum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantum celebrantis, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit, ut referunt Gavant. *in comment. ad Rubric. Missalis, tom.* 1. *qu.* 4. *tit.* 10. & 12.

Additio.

☞ Hic monitos velim Parochos cum Benedicto XIV. circa diligentiam habendam pro Viatico, tempore oportuno Infirmis ministrando, ut enixe eisdem præcepit (quorumcumque locorum Parochos complectens) in decretis super pluribus disciplinæ capitibus pro Incolis Regni Serviæ, & finitimorum Regnorum Const. incip. *Inter omnigenas* 2. Februar. 1744. §. 22. ibi = Quamobrem Infirmorum notitia per Parochos anxia diligentia est inquirenda, non tantum pro iisdem Pænitentiæ Sacramento expurgandis, christianisque monitis, ac spiritualibus consolationibus juvandis, ac sublevandis, verum etiam, ut Sanctissimo Christi Corpore reficiantur, atque ad extremum agonem subeundum muniantur. Itaque, ubi alicui ex fidelibus mortis periculum instare perspiciant, prædictum Sacramentum Eucharistiæ quamprimum ipsi ministrent, & si quidem sine periculo possint, ab Ecclesia sumptum, si aliqua ibi extiterit, ad Infirmi domum deferre debent; cum extra summum necessitatis casum, apud Infirmos in ædibus non sacratis, Missam celebrare non liceat =

Ut autem majori, qua poterit, decentia, & devotione, Viaticum deferatur, excitabit Parochus populum ad illud comitandum, utendo sequenti methodo, in Urbe præscripta a Cardinali Vicario, jussu Clementis XIII. novissime typis impressa anno 1758, videlicet.

Publicazione dell'Indulgenze, da farsi in Chiesa dal Parocho, ed esortazione al Popolo in fine delle Processioni.

PRima di dare la benedizione al Popolo col Santissimo, si farà la publicazione dell'Indulgenze nella sequente forma: qual non deve giammai mutarsi, o alterarsi; ma farla sempre, come è qui posta, legendola *per extensum*, o recitandola a memoria, *de verbo ad verbum*.

A tutti li Fideli dell'uno, e l'altro sesso, che accompagnano devotamente il Santissimo Viatico, son concedute da' Sommi Pontefici le seguenti Indulgenze.

A chi l'accompagna colla torcia, anni sette, ed altrettante quarantene. A chi l'accompagna senza torcia, anni cinque, ed altrettante quarantene. A chi legitimamente impedito, manda la torcia per altri, o la consegna nella Parocchia, anni trè, ed altrettante quarantene. A chi similmente impedito, reciterà un' Pater noster, ed un' Ave Maria, giorni cento d'Indulgenze; e la medesima Indulgenza di cento giorni è conceduta alle donne, che senza uscire di casa, dicono un' Pater noster, ed un' Ave Maria, pregando il Signore per l'infermo, che si communica.

Però, o carissimi Fratelli, e Sorelle, esorto la carità vostra ad essere più frequenti in associare il Santissimo: e che ciascheduno abbia in sua casa la torcia per questo fine. Ed io vi assicuro in

nome di questo Cristo, che facendoli un'simile ossequio, vi sarà pagato soprabbondantemente dalla Divina liberalità del Signore con molte grazie, e beneficj, e temporali, ed eterni. Li passi, che avete fatti per corteggiare il Re del Cielo, già sono stati contati dagli Angeli, e notati nel libro di Dio, da chi potete aspettare il premio con ogni sicura speranza. Ma sopra tutto sappiate, che l'accompagnare frequentemente, e con divozione il Santissimo Viatico, è un merito molto grande, ed un mezzo molto efficace, per impetrar da Dio benedetto la segnalatissima grazia, di non farci morire senza li Santissimi Sagramenti della Chiesa: come alla giornata vediamo tanti morire di subito, senza communicarsi. Dunque, dilettissimi Fratelli, amiamo, visitiamo, accompagniamo spesso il Santissimo Sagramento; e domandiamogli questa grazia ogni giorno, che prima di morire, si faccia ricevere degnamente la Santissima Communione. Domandiamogli questa grazia per li meriti di Maria sempre Vergine; come anche per l'intercessione di Santa Barbara, la quale ottenne simil grazia da Gesù Cristo nell'ora del suo martirio, che li suoi divoti non avessero da morire senza li Sagramenti. Disponiamoci intanto con un atto di vera contrizione, per ricevere degnamente la benedizione del Santissimo, e per guadagnare le sante Indulgenze. E per questo medesimo fine raccommandiamo al Signore l'esaltazione della Santa Madre Chiesa Cattolica Romana, l'estirpazione dell'Eresie, e la pace fra i Principi Cristiani. E dopo la santa Benedizione, direte un *Pater*, ed un'*Ave* per la persona inferma, che si è communicata.

Poi genuflette, prende il Santissimo, e benedice; e riposto, che l'avrà nel Tabernacolo, prima di chiuderlo, dirà genuflesso, e ad alta voce: SIA LODATO, E RINGRAZIATO OGNI MOMENTO, ed il popolo tutto risponderà, similmente ad alta voce: IL SANTISSIMO, E DIVINISSIMO SAGRAMENTO. ☜

50 Nec Parochus ruralis, deferens Communionem infirmo longe distanti, potest ire equo, nisi consuetudo loci id permitteret, & equus esset mansuetus, ut tangit Possev. *d. tract. de offic. Curati*, *cap.8. num.41.* ubi *num.42.* subdit, quod si Parochus esset multum fatigatus, dum longè fert Communionem, ferre eam facere non poterit per laicum, sed remedium erit duos hinc inde sustentare brachia Curati, qui vix fatigabitur, si Sacramentum tuleeit in bursa, collo appensa. Nec omittendum, Sacr. Congreg. Rit. in *una Caurien. 15. Decemb.* 1632. censuisse, clavem custodiæ Sanctissimi Sacramenti Feria quinta in Cœna Domini, unicam debere esse retinendam per Sacerdotem, in crastinum celebraturum, & nullo modo apud personas laicas, & sæculares cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, non obstante consuetudine in contrarium, & hoc in omnibus Ecclesiis, tam sæcularibus, quam regularibus, quovis modo a jurisdictione Ordinariorum exemptis, cujus declarationis memini *in collect. Bullarii*, *verb. clavis* 2. Sed in Curia Regis Catholici, vidi non semel, clavem hujusmodi servandam, consignari dicta Feria quinta in Cœna Domini nobiliori personæ laicæ, vel ecclesiasticæ illius Parochiæ, quod videtur adversari Sacr. Congr. resolutioni, de qua *supra*.

C A P. XXI.

De Matrimonio per Parochum celebrando, illiusque denunciationibus præmittendis.

S U M M A R I U M.

1 *Matrimonia a filiis familiæ sine consensu parentum contracta, irrita minime sunt.*
☞ *Vide Additionem.*

2 *Matrimonium contracturi doctrinam Christianam scire debent.*

3 *Matrimonium prohiberi non potest christianam doctrinam non addiscentibus, sed contra eos admonitionibus tantum comminatoriis, est procedendum.*
☞ *Vide Additionem.*

4 *Matrimonium contrahentes, qua ætate constituti esse debent, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

5 *Dispensare potest Episcopus, ut minores Matrimonium contrahant, si habeant usum rationis, seu malitiam, quæ ætatem suppleat.*

6 *Parochos externos nequaquam denunciabit, nisi eorum conditionem noverit legitimo in scriptis testimonio, quod alium virum, vel uxorem non habeant.*

7 *Parochus, antequam ad denunciationes matrimoniales deveniat, inquirere debet, an contrahentes eo anno in paschali solemnitate confessi fuerint, & S. Eucharistiam sumpserint.*

8 *Matrimonium contrahentes cum peccato mortali, indigne recipiunt Sacramentum, & peccant mortaliter solum, quatenus recipiunt.*

9 *Matrimonium secundum contrahere non potest mulier, nisi per certum nuncium certificata fuerit de morte primi viri; quæ certitudo Judicis prudentis arbitrio, attentis circumstantiis occurrentibus, relinquitur.*

10 *Vagos quomodo conjungere debeat Parochus, ostenditur.*

11 *Parochus, quo tempore nuptiarum solemnitates celebrare, aut benedictiones facere debeat, ostenditur.*

12 *Parochus, si tempore vetito nuptiarum solemnitates celebret, aut benedictiones faciat, gravi pœna plectendus erit, arbitraria tamen.*

13 *Adventus tempus de prohibitione nuptiarum incipit a primis vesperis Sabbati præcedentis.*

14 *Sponsalia de futuro celebrari non prohibetur Adventus, aut Quadragesima tempore.*
☞ *Vide Animadversionem.*

15 *Interdicti tempore, aut personarum interdictarum Matrimoniis interesse non licet Parocho.*
☞ *Vide Additionem.*

16 *Vicarius generalis non potest impedire, ne Parochus absque ejus licentia denunciationes faciat.*
☞ *Vide Additionem.*

17 *Denunciationes a proprio contrahentium Parocho, vel ab alio de ejus licentia fieri debeat, non sunt tamen de essentia Sacramenti.*

18 *Denunciationes fieri debent in utraque, sponsi scilicet,*

licet, & sponsæ parochia, quando illi sunt diversarum parochiarum.

19 *Denunciationes faciendæ sunt tribus continuis diebus festivis; quæ sibi non succedunt immediate, dummodo tamen inter unam, & alteram denunciationem multos dies festos non interponat Parochus.*

20 *Denunciationes ferialibus diebus, etiam cum Episcopi dispensatione fieri non possunt, nisi in eis ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedat.*

21 *Denunciationes valide facere poterit Parochus extra Ecclesiam, & Missarum solemnia, si magnus populi concursus, & locus aptus sit, ut ad multorum notitiam perveniant.*

22 *Formula, qua in his denunciationibus uti debebit Parochus, ponitur.*

23 *Parochus, non statim ac tres denunciationes factæ erunt, ad Matrimonii celebrationem procedere debebit, nisi transacto trium, vel duorum saltem dierum spatio.*

24 *Parochus, an in aliquibus casibus denunciationes omittere possit, ostenditur.*

25 *Parochus, prætermissis denunciationibus, Matrimonium celebrans, graviter peccat, & severius erit ab Ordinario puniendus.*

26 *Matrimonium absque denunciationibus contractum validum remanet, etiamsi Ordinarius recuset dare licentiam, quod fiant post.*

27 *Pœnam triennalis suspensionis comminatam in* cap. cum inhibito §. sane de cland. desponf. *an incurrat parochialis Sacerdos, qui interfuit Matrimonio valido, clandestino tamen ob denunciationum omissionem, ostenditur.*

28 *Parochus sponsæ, ad quem pertinet Matrimonii celebratio, non ante hanc faciat, quam habeat fidem Parochi sponsi de denunciationibus in ejus parochia factis.*

29 *Ordinarius prohibere non potest, sed tantum hortari, ne Matrimonia domi celebrentur, servata Concilii forma.*

30 *Parochus quid facere debeat, quando contrahentes publice accedunt amicis, & cognatis stipati ad celebrandum Matrimonium, si ex Confessione, quam tunc petant, agnoscat, illos habere aliquod impedimentum dirimens, ostenditur, & numeris seqq.*

33 *Parocho præsente, seu alio Sacerdote de ejus, vel Ordinarii licentia, interessentibus duobus, vel tribus, celebratur valide Matrimonium.*

34 *Parochus proprius ad Matrimonium coram eo contrahendum dicitur ille, in cujus Parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilii.*

35 *Parochianus quis efficitur, statimac habitandi animum majori anni parte habens, incipit habitare, quamvis mutet domicilium simulatè, & animo fraudandi proprium Parochum, ut numer. 36.*

☞ *Vide Animadversionem.*

37 *Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa, non valet.*

38 *Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur, tamquam Prætor, Judex, seu Medicus temporalis, validum est.*

39 *Matrimonium contractum post quartum habitationis mensem a muliere coram Parocho oppidi, ad quod a civitate, in qua habitabat, ad scandala submovenda, jussu Principis secularis translata fuerat, sub præcepto illinc non discedendi, validum est.*

40 *Matrimonium validum in casu occurrenti ostenditur.*

* *Matrimonium contractum coram Parocho, ubi habitat mulier, quæ stat in Monasterio, vel modo causa famulandi, vel addiscendi virtutes, &c. validum ibi **

☞ *Vide Animadversionem.*

41 *Parochi duo simul esse possunt ad matrimonium contrahendum, ubi scilicet quis dimidia anni parte in una Parochia, & altera dimidia in alia habitat.*

42 *Parochus ruralis non est proprius Parochus, quando rus, vel recreationis causa habitatur, aut ad paucos dies tantum incolitur, non autem si majori parte anni.*

43 *Parochianus quis censetur illius Parochialis, in qua domus aditum magis frequentatum habet, quando habitat in confinio duarum Parochialium.*

☞ *Vide Additionem.*

44 *Parochus proprius ad matrimonium contrahendum erit ille, in cujus Parochia contrahitur, si fuerit unus ex contrahentibus, cum sunt ex diversis Parochiis.*

45 *Præsentia unius Parochi alterius sponsorum sufficit in qualibet Parochia contrahentium.*

46 *Parochus validè assistit matrimonio, quamvis ipse, vel testes vi detenti intersint, dummodo tamen intelligant consensum contrahentium.*

47 *Parochus renuens, & dolosè adductus validè assistit matrimonio, dummodo bene intelligat, & audiat contrahentium verba, nisi claudens aures affectatus esset non intelligere.*

☞ *Vide Additionem.*

48 *Parochum vi adigere, aut dolo inducere, ut matrimonio intersit, est grave peccatum, excepto raro casu necessitatis.*

☞ *Vide Animadversionem.*

49 *Præsentia Parochi in matrimoniis necessaria non tantum corporea, sed etiam moralis requiritur cum intelligentia, & advertentia actus.*

50 *Parochus validè assistit matrimonio, etiamsi ad alium finem vocatus, vel casu præsens sit.*

51 *Parochus putativus, vel non promotus infra annum, seu habens suam collationem nullam ob nullitatem concursus propter defectum Examinatorum Synodalium, item administratione interdictus, suspensus, irregularis, vel excommunicatus, non tolleratus, validè assistit matrimonio.*

52 *Parochus excommunicatus assistens matrimonio, non efficitur irregularis, peccat tamen, & graviter.*

53 *Parochus validè assistit matrimonio, quamvis sit schismaticus, saltem coloratum titulum habens, si non fuit ut talis declaratus, & Parochia privatus.*

54 *Fornicator notoriè, non tantum adhuc in judicio con-*

condemnatus, & confessus, Parochus validè matrimonio assistit.

55 Titulum injustum beneficii habens, Parochus validè matrimoniis assistit.

56 Interdictus Parochus, seu prohibitus ab Episcopo, aut ejus Vicario, ne aliquos matrimonio conjungat, validè assistit matrimonio.

57 Parochus, quamvis existat in peccato mortali, validè assistit matrimonio.

58 Parochus licitè assistit matrimonio suorum parochianorum in alterius Parochia, sine licentia Parochi illius loci, in quo assistit.

59 Vicecuratus, a Vicario proprietario substitutus, validè assistit matrimonio.

60 Parochus, etiam non Sacerdos, validè assistit matrimonio.

☞ Vide Additionem.

61 Parochus proprius potest deputare sacerdotem suo loco, & illi licentiam concedere ad assistendum matrimonio, etiamsi qui deputatur, Regularis esset.

62 Parochus alteri, quam Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio suorum parochianorum, concedere non potest.

63 Parochus, quamvis Regularis, excommunicatus, aut suspensus, non toleratus, concedere potest alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio suorum parochianorum.

64 Degradatus Parochus alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio suorum parochianorum, concedere potest.

☞ Vide Animadversionem.

65 Parochus potest facultatem concedere alteri Sacerdoti coniungendi sponsos in matrimonio, non solum in propria Parochia, verum etiam extra illam.

66 Vicarius perpetuus, vel amovibilis Curati, potest alteri Sacerdoti facultatem concedere assistendi matrimonio suorum parochianorum.

67 Parochi delegati, & Vicecurati a Parochis proprietariis instituti, an possint alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, ostenditur.

68 Parochus proprius nolens matrimonio, alioquin licito intervenire, vel licentiam interveniendi, concedere, poterit ad id cogi per Superiorem.

69 Licentia assistendi matrimonio, quam Parochus alteri Sacerdoti dat, debet esse expressa, & quæ actum præcedat.

70 Licentia assistendi matrimonio metu, vel dolo obtenta sufficit, nisi per dolum, & mendacia versantia circa substantiam, vel causam finalem extorqueatur, & non requiritur in scriptis, sed sufficit verbalis.

71 Licentia generalis administrandi omnia Sacramenta sufficit, ut illius vigore possit Sacerdos, cui a Parocho data fuit, matrimonio contrahendo interesse.

72 Licentia concessa a Parocho, ut possit quis intra suam Parochiam omnia ad curam animarum spectantia exercere, sufficit, ut ejus vigore matrimonio contrahendo interesse valeat.

73 Matrimonio validè assistit Sacerdos delegatus, dum a Parocho licentiam concedente non revocatur.

☞ Vide Animadversionem.

74 Licentia assistendi matrimonio concessa per Parochum expirat, si ille interim moriatur.

75 Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habeat licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat, se illam habere, est invalidum.

76 Sacerdos credere non debet dicenti, se licentiam habere a Parocho, ut possit coram ipso contrahere, nisi certa signa afferat, vel sit persona spectatæ fidei.

77 Matrimonium contractum cum licentia, non vera proprii Parochi, est nullum.

78 Parochi proprii licentiam in contrahendo matrimonio requisitam non intervenisse asserenti, incumbit onus probandi, quando contra eam opponitur a tertio.

79 Parochi proprii, vel alterius Sacerdotis, de ejus licentia, & duorum, seu trium testium præsentia simultanea debet esse, & non sufficit successiva.

80 Testes quicumque ratione compotes sufficiunt in matrimonio, quamvis impuberes, consanguinei, domestici, fœminæ, aut infames, seu dolo, & ad aliud vocati, vel vi detenti, dummodo intelligant consensum contrahentium, & advertant, quod agitur, & non desiderantur rogati.

81 Matrimonium, data urgente necessitate, an possit absque Parochi præsentia, vel alias non servata forma Concilii, celebrari? ostenditur.

82 Matrimonium coram Parocho, & testibus iterum, obtenta dispensatione, contrahere non tenetur, qui jam semel coram eosdem contraxere cum aliquo impedimento dirimenti.

☞ Vide Animadversionem.

83 Matrimonium celebrantes publicè, juxta formam Concilii, subsistente aliquo impedimento occulto, etsi nullum fuerit matrimonium, eo sublato, non coguntur denuo eandem formam observare.

84 Matrimonium nullum ex aliquo defectu, celebratum tamen, juxta formam Concilii, si post ratificetur, non eget nova solemnitate.

85 Consensus expressus, vel ratificatio, non est necessario facienda coram Parocho, & testibus, ut matrimonium infidelium fiat Sacramentum.

86 Parochi, & testium præsentia requiritur, ut matrimonium celebratum per procuratorem, sit validum.

87 Parochus tenetur interrogare contrahentes de mutuo consensu, alias si omittat, graviter peccat, nisi certus sit de mutuo illorum consensu.

88 Matrimonii ad validitatem minime requiritur, ut Parochus, vel alius Sacerdos assistens utatur in ejus celebratione aliquibus verbis.

☞ Vide Animadversionem.

89 Vagorum matrimoniis an, & quando interesse Parochus possit? ostenditur.

90 Matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, obligantur ii, apud quos promulgatum est Concilium Trident. & receptum.

91 Matrimonium clandestine contrahere poterunt, domicilium collocantes in loco, ubi non est acceptatum Conc. Trid., etiamsi incolæ sint unius loci, in quo promulgatum, & acceptatum fuit Concilium prædictum.

92 Intellige si recessus a loco habitationis fuisset factus

ctus ad evitanda impedimenta, inimicitias, & obstacula parentum, secus si per fraudem, quia verè aderat impedimentum.

93 *Matrimonium non est legitimum, si contrahatur inter se transferentes ad locum, in quo Concilium non est promulgatum, sine animo, sine Parocho, & testibus contrahendi.*

☞ *Vide Additionem.*

94 *Matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus tenetur incola illius loci, in quo non est acceptatum Concilium Trid., si diverat ad locum, in quo est receptum.*

95 *Parochus, qui cum minore testium numero, seu alias matrimonio clandestino interfuerit, quas pœnas incurrat? ostenditur.*

☞ *Vide Additionem.*

96 *Conjuges ante benedictionem sacerdotalem in Templo suscipiendam, in eadem domo habitare non convenit.*

97 *Matrimonium consumare ante benedictionem sacerdotalem, sublato scandalo, & contemptu legis ecclesiasticæ, non est peccatum mortale.*

98 *Benedictiones nuptiales a proprio Parocho fieri debent, neque a quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentia ad hoc alii Sacerdoti concedi potest, quacumque consuetudine, etiam immemorabili non obstante.*

99 *Parochus debet recipere eleemosynam occasione benedictionis nuptialis, & non alius.*

100 *Parochus utriusque contrahentis sufficit ad nuptiales benedictiones præstandas.*

☞ *Vide Additionem.*

101 *Benedictiones nuptiales omittere peccatum veniale est.*

102 *Benedictiones nuptiales non debet Parochus facere secundo nubentibus, etiamsi forte primum Matrimonium fuerit invalidum, servata semper legitima Diœcesis consuetudine.*

103 *Benedictio nuptialis ex consuetudine generaliter recepta solemniter fieri potest si fœmina solum nondum fuisset benedicta.*

☞ *Vide Animadversionem.*

104 *Sacerdos tam sæcularis, quam Regularis conjungens in Matrimonium, vel benedicens subditos alterius parochiæ absque licentia Parochi, vel Ordinarii, remanet suspensus ab officio, donec ab Ordinario Parochi obtineat absolutionem.*

105 *Sacerdotes Regulares Matrimonia solemnizantes, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, ultra suspensionem, ipso facto excommunienti sunt excommunicatione, Sedi Apostolicæ reservata.*

☞ *Vide Animadversionem.*

106 *Sacerdos benedictionem secundis nuptiis impartiens in casu non permisso, incurrit suspensionem ferendam.*

107 *Ignorantia etiam crassa excusat ab hac suspensione, dummodo non sit ita crassa, ut sit ingens temeritas.*

☞ *Vide Additionem.*

1 CUm de aliquo Matrimonio contrahendo in sua parochia Parochus certior fiet, antequam ad primam denunciationem veniat, quæ sequuntur, præstanda sibi esse meminerit. Quamvis Matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita minime sint, & parentum consensus ea rata, vel irrita facere non possit, dummodo libero contrahentium ipsorum consensu facta sint, juxta Trid. Conc. *sess.24. de reform. Matr. c.1. in princ.* & quæ late tradunt Sanch. *de Matr. l.1. dis.14. num.4.* Gutier. *Canon. l.1. cap. 20. num. 1. & 2. & in tract. de Matrim. c. 79. in princ.* Rebello *de obligat. Justit. p.2. l.2. quæst. 7. in princ.* Bonac. *de Matr. q.3. punct.17. num. 23.* Molses. *In summa Theol. mor. tr.4. cap.7. a n. 25.* Melch. Phœbos *Lusit. dec. 45. num. 10. cum seq. tom. 1.* tamen cum honestissimum videatur, & rationi summopere consentaneum, ut filius familiæ in re tam gravi consiliis, & voluntati parentum subjaceat, propterea unusquisque Parochus diligenter inquirere debet hunc consensum tam inter sponsum, & sponsam, quam inter propinquiores consanguineos, & præsertim ipsorum parentes, si sint filii familiæ; quod si quid difficultatis comperiet, admonito prius Episcopo, seu Vicario, ejusque responso accepto, ad denunciationem progreditur.

Additio.

☞ Prædictos filios prius serio monere debet, eos mortaliter peccare contra jus naturale, divinum, & positivum, si ipsorum parentibus tam insciis, quam scientibus, rationabiliter invitis, Matrimonia contrahant, ut ex communi DD. sententia fuse probant Franciscus Maria Muscettula, Archiepiscopus Rossanensis in celebri dissertatione Theologico legali, voto primo per totum, & clarissimus Vir Christophorus Cosci de Sponsalibus Filiorum familias voto primo, & alibi pluries. Dixi rationabiliter invitis; nam evenire quandoque potest, quod sint, aut etiam futuri prævideantur inviti irrationabiliter, immo & matrimonium malitiose impedituri ob interesse v. g. proprium, vel ex inordinata aliqua passione, aut alia gravi irrationabili causa, si consulantur: in quibus casibus non peccare filios, eos non consulentes, communis est Theologorum, & jurisistarum sententia, quam expresse tradit Reiffenstuel lib.4. decretal. tit.1. §. 1. num. 26. & com. probat continua Ecclesiæ praxis, & consuetudo, quæ est optima legum interpres, cap. cum dilectus de consuetud. ☜

Quæret etiam, an Matrimonium contracturi, Doctrinam Christianam sciant, aut saltem *Pater Noster*, *Ave Maria*, *Credo*, & *Decalogum*, quod si uterque ea nesciat, aut eorum alter, moneat illos, se non ante, ad tertiam denunciationem venturum, quam illa ab ipsis recte memoria teneri, & intelligi perspexerit. Absolute tamen, & per longum tempus, aut ubi sponsi instarent, non licet Matrimonium detinere, donec dictam Christianam Doctrinam contrahentes didicerint; sed expedit suaviter, & absque violentia ad breve tempus impedire, ut sic doctrinæ addiscendæ curam habeant; ita Sanc. *de Matr. l. 3. dis.15. sub n.19.* Camp. *In divers. juris Canon. rub. 11. c. 14. num.7.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccl. dec.683. in 1. edit. alias res.576. in 2. edit.* 2

Unde

Unde Sacr. Congreg. Cardinalium *negociis Episcoporum, & Regularium Præpositorum sub die 6. Martii* 1588. censuit, Matrimonium prohiberi non posse christianam doctrinam non addiscentibus, sed contra eos admonitionibus comminatoriis esse procedendum, contra Bartol. a Ledesma *de Matrim. dub.* 11. Vega *in sum. lib.* 3. *casu* 211. existimantes, absolute impediri posse ob dictam causam, ne Matrimonium contrahatur, nisi contrahentes præ senio, aut ingenii rudis tarditate prorsus incapaces sint.

Additio.

☞ Circa hoc Bened. XIV. in Epistola encyclica ad Patriarchas &c. *Etsi minime* 7. *Februarii* 1742. §. XI. mandavit, ut etiam mandaverat Clem. XI., ut Parochus ab inituria matrimonium exquirat, interrogando, quæ ad salutem necessaria sunt, etsi deprehenderit, ea ignorare, matrimonio jungere non debeat.

Hoc idem præceptum injunctum jam fuisse legitur in Synod. Faventin. *Rubr. XXVIII. de Matrim. num.* 2. *celebrat. sub die* 15. *Octob.* 1615. ab Erminio Presbytero Cardinali, ex antiquissima, & perillustri Familia de Valentibus, de Trebio, Patritia Perusina ex qua descendit, & floret R.P. D. Filippus de Valentibus, veteri amicitia mihi conjunctissimus, hodie inter, Signaturæ Justitiæ Votantes meritissimus, & Canonicus Basilicæ Vaticanæ. Quo Bened. præcepto prohibentur Parochi, ne ante trinas denunciationes, a Trid. Synod. præscriptas faciant = Nisi, ubi sponsi recte memoria tenuerint Orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, Præcepta Decalogi, ac S. Matris Ecclesiæ =

Laudatus autem Bened. lib. VIII. cap. XIV. de Synod. Diœc. n. 5. & 6. sensit, eos, qui præcipue Fidei mysteria sciunt, ea autem quæ sunt de necessitate præcepti rudi tantum modo tenent, illos posse quidem aliquandiu detineri a matrimonio celebrando, atque interim diligenter edoceantur a Parocho, quos si deprehenderit rudi esse ingenio, & exili memoria, ut doctiores effici nequeant, teneri tandem conjungere. ☜

4 Inquiret insuper de eorum ætate; nam eos tantum, qui in ætate legitima sunt constituti, denunciare debebit, ita ut sponsus quatuordecim saltem annos sit natus, *capit. attestationis, capitulo ex litteris, de sponf. impub.* sponsa vero duodecim, *capitulo continebatur eodem tit.* quæ ita a Canonibus completa definitur, quod tunc præsumantur habiles ad copulam, & ad consensum conjugalem, ut constat *ex c. puberes. eodem titul.* Sanch. *de Matrim. l.* 7. *disp.* 104. *numer.* 1. ubi *numer.* 2. subdit, satis esse, si ultima dies anni duodecimi in fœmina, & decimiquarti in viro sit incepta.

Additio.

☞ An sufficiat, quod ultima dies anni duodecimi in fœmina, & decimiquarti in viro sit incepta, cum aliunde certo non constet, malitiam in iis ætatem supplere: est difficultas non parum dubia, & controversa inter D.D. quorum sanior pars vult, in casu expectandum esse integrum complementum ætatis; cum Jus canonicum expresse tale complementum requirat in cap. ex litteris de desponsat. Impub., ac excipiendo casum malitiæ supplentis ætatem, non loquatur de supplemento supposito, & imaginario, sed vero, & proprio, adeoque indubia existente, alias Matrimonii Sacramentum expuneretur periculo nullitatis. Valet ergo in casu regula Professionis religiosæ, quæ nulla est, si, vel anno 16. ætatis, vel integro naturali anno probationis, unum etiam temporis quadrans desit ad complementum anni a facta vestitione solemni habitus religiosi, cum tempus computetur de momento in momentum in hisce casibus, ut ex decretis S. Congregationis alibi notavimus, & hic repetimus, in casu quoad annos præscriptos pro valore Matrimonii cum turba Doctorum, quos citat, ac sequitur Reiffenstuel lib. 4. decr. tit. 2. num. 12.

Hinc in una Reatina, proposito dubio: An Matrimonium cum puella impubere, cui non quidem una, sed sex tantum diea deerant ad complendum annum duodecimum sit validum: S. Congreg. Conc. die 14. Jun. 1621. respondit, reputari nullum, nisi probetur, quod tempore contracti Matrimonii malitia puellæ suppleret ætatem; ut videri potest penes Nicolium, Lucubr. utr. Jur. tit. de Nuptiis par. 3. Imp. 1. num. 33. in fine. ☜

Cum dispensatione tamen Episcopi possunt minores contrahere Matrimonium, si habeant usum rationis, seu malitiam, quæ ætatem suppleat, ita plures per me citati *de offic. & potestate Episc. p.* 2. *alleg.* 32. *num.* 20. quibus addo Alzed. *de præstantia Episcopalis dignitatis p.* 2. *cap.* 7. *n.* 24. 5

Item de patria inquiret, nam exteros nequaquam denunciabit, nisi eorum conditionem noverit legitimo in scriptis testimonio, quod alium virum, vel uxorem non habeant, & quod omni impedimento canonico Matrimonii careant. 6

Item, an eo anno in paschali solemnitate confessi fuerint, & Sacr. Eucharistiam sumpserint, 7 nam si id non constet, a denunciatione abstinere debebit, & deinde hortabitur conjunges, ut juxta Concilii præceptum *in d. c.* 1. antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, pie accedant. Nam si illud contraherent cum pecca- 8 to mortali, nondum deleto per contritionem, vel per Confessionem, indigne reciperent Sacramentum, ac per consequens peccatum mortale incurrerent, ut resolvunt Fernandez *in examine Theol. mor. p.* 3. *c.* 18. §. 1. *n.* 8. Gutier. *de Matrim. c.* 83. *n.* 13. Bonac. *in simili tract. q.* 4. *punct.* 6. *n.* 1. *vers.* 6. Non committerent tamen duo peccata mortalia, unum quatenus recipiunt Sacramentum, alterum vero quatenus administrant, sed solum quatenus recipiunt, ut animadvertunt Sanch. *l.* 2. *disp.* 6. *num.* 4. Sayr. *de Sacram. in genere l.* 2. *c.* 7. *q.* 1. *art.* 5. Bonacin. *de Sacram. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 2. *n.* 10. Nec aliud incurrunt peccatum, quatenus videtur præceptum Concilii *in d. c.* 1. Confessionem præcipientis violare, quia consilium tantum, & non præceptum illud conciliare decretum

cretum quoad hoc continet Franc. Leo. *in thesauro fori Eccl. p. 2. c.9. n. 49.* Basil. Pont. *de impedimento Matr. cap.26.§.2. vers. ex quibus condit.1.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.2. alleg.32. numer. 172.*

9 Si quis celibem se esse affirmat, & de matrimonio contrahendo agat, Parochus item ab eo denunciando cavebit, nisi doceatur legitimo in scriptis testimonio, vel nunquam alibi matrimonium ab eo contractum fuisse, vel priorem virum, seu uxorem ipsis obiisse. Matrimonium enim secundum contrahere non potest mulier, nisi per certum nuncium certificata fuerit de morte primi viri, ut probat text. *in c. præsentia 19. de prob.* cum late adductis per citatos a Cened. *ad decretal. collect. 171. n. 3.* quibus addo Farin. *in praxi crim. p.5. q. 140. num. 30. cum seq.* Sanch. *de Matrim. l. 2. disp. 46.* Basil. Pont. *in simili tr. lib.7. cap.53.* quæ quidem certitudo mortis prioris viri, cum omnino qualis esse debeat, præscribi non possit, hoc Judicis prudentis arbitrio, attentis circumstantiis occurrentibus, relinquitur, ita Covar. *d.§.3. n.4.* Marant. *in repert. l.15. potest ff. de acquir. hæred.* Menoch. *de arbitr. casu 420. n.138. & de præsumpt. l.6. pref.49. num.28.* Fariu. *d. q.140. n.75.* Sanch. *d. disp.46. n.7.* ubi *n.8.* advertit, illud esse speciale in morte probanda, ut testes, non citata parte, sed ex mero judicis officio examinari possint, & *n.10.* ait, sibi placere, nunquam sufficere unum testem, intelligens verbum *nuncium* de quo *in d. c. præsentia* in genere neutro, ita ut significet *la nova*, sed non potest dici nuncium certum, quod voce unius habetur, & *n.15.* hinc subdit, solam famam non sufficere, nisi aliis adminiculis adjuvetur, quod Basil. Pont. *de imp. Mat. c. 13. §. 5. vers. ex dictis*, ampliat, etiamsi vere obiisset conjux. Unde Sacr. Congr. Conc. *in Mediolanen. 18. Sept. 1627.* censuit, absentiam viri, qui discessit de anno 1602. usque ad illum diem absque aliqua notitia, quod supervivat, non esse sufficientem, ut ejus uxor possit transire ad secundas nuptias.

10 Quoad eos vero, qui vagantur, & incertas habent sedes, caveat Paroch., ne illorum matrimoniis intersit, nisi prius diligentem inquisitionem fecerit, & re ad Episcopum, delata, ab eo licentiam matrimonia hujusmodi celebrandi obtinuerit, ut infra ostendemus, *n. 89.*

11 Cavebit item Parochus, ne ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi, usque ad diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum, usque in octavam Paschæ inclusivè, nuptiarum solemnitates celebret, aut benedictiones faciat, ut statuit Concil. Trident. *sess.24. de reform. Matrim. cap.10.* refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. par.4. resol.557.*

12 Si enim adversum hoc præceptum illo vetito tempore faciat, gravi pœna plectendus erit, arbitraria tamen, cum nulla in jure præscripta sit, Gaetan. *in repert. cap. ad limina 30. quæst.2. §.4. numer. 550.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 241. num. 4.* Sanch. *de Matrim. lib.7. disp.7. num. 4*,
13 ubi *num.2.* ait. Tempus Adventus in hac prohibitione incipere a primis Vesperis Sabbati præcedentis: in Feria autem quarta Cinerum, a media nocte illius feriæ, & *num.7.* tenet, non prohiberi eo tempore sponsalia de futuro, & *num. 8.* resolvit, denunciationes matrimonio præmittendas pos- 14
se tunc fieri, de quibus omnibus novissimè Aloys. Ricc. *in dict. praxi par.4. resol.558. cum seq.* Sac. Congreg. *negociis Episcopor. præposita, sub die 18. Decembris 1589.*

Animadversio.

☞ Non video cui fundamento innixus dicat Sanchez, hic num. 13. ab Auctore citatus, initium probibitionis solemnium nuptiarum in Adventu, sumendum esse a primis Vesperis Sabbati præcedentis; in Feria vero quarta Cinerum, sumendum esse a media nocte illius feriæ. Profectò quantum ad tempus inchoandæ hujusmodi prohibitionis, Concilium utrobique nullam facit differentiam, sed eodem modo loquitur in utroque casu; ait enim cap.10. sess. 24. *Ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi, usque in diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum, usque in Octavam Paschatis inclusivè, antiquas solemnium Nuptiarum prohibitiones, diligenter ab omnibus observari sancta Synodus præcipit:* Nec ullibi legitur talis differentiæ præscriptum pro tota Ecclesia catholica, sivu in corpore Juris canonici, sive in Constitutionibus Apostolicis, sive in aliquo universali Concilio. Ergo si prohibitio incipiens a Feria quarta Cinerum, per eumdem Sanchez sumit initium a media nocte prosequente in eamdem Feriam quartam, cur & probibitio incipiens a Dominica prima Adventus Domini, non sumet initium a media nocte prosequente in eamdem Dominicam? Accedit, quod in utroque casu idem respectivè præfigitur terminus pro fine hujusmodi probibitionis; nam si probibitio a die Cinerum, finem habet in media nocte subsequente diem octavæ Paschatis, etiam probibitio ab Adventu finem habet in media nocte subsequente ipsam diem Epiphaniæ, ut infra clarius exponam. Quidni ergo & a puncto respectivo mediæ noctis præcedentis tum ipsam Dominicam Adventus, cum Feriam quartam Cinerum, sumere non licebit in ambobus casibus hujusce prohibitionis initium? Cæterum hic adnotandum, quod quamvis Concilium, loquens in cit. cap. de die Epiphaniæ, non addiderit dictionem illam *inclusivè*, quam addidit octavæ Paschatis; tamen in dicta prohibitione *ab Adventu &c.* includitur etiam ipsa dies Epiphaniæ. Ratio est, quia a ly *ab Adventu*, usque ad ly *in octavam Paschatis inclusivè*, est una, & eadem oratio continuata Concilii; in oratione autem una, & eadem continuata clausula, seu dictio in fine posita, prout est in præsenti ly *inclusivè*, refertur etiam ad antecedentia, prout in casu est ly *in diem Epiphaniæ*, quæ proinde etiam afficitur a ly *inclusivè*, adeoque includitur in dicta prohibitione. Anne tamen in eadem comprehendantur etiam Nuptiæ sine solemnitate, vide Fagnanum cap. Capellanus de Fer. num.8. Reiffenstuel lib.4. decret. tit.16. num.12., ac Pignatell. tom. 6. consult.47. per tot. ☜

Cavebit etiam Parochus, ne tempore interdicti, aut personarum interdictarum matrimoniis 15
intersit; quia tunc hoc non licet; ut per Ugolin. *de cens. tab.5. cap. 8. §.3. num.1.* quem sequitur,

& laudat Sayr. *in simili tract. lib.5. cap.7. num.43.* Suar. *tom.5. etiam de censur. disput.* 23. *sect.* 1. *a num.51.* latè disputans *a num.46.* Bonac. *eodem tract. disp.5. pun.2.* §.3. Ego ipse *d. alleg.* 32. *numer.*197. quidquid dicant Squillante *de oblig. Cleric. par.5. num.* 42. Sanchez *d. lib.7. disp.* 8. *a numer.*2. Aloyf. Ricc. *in d. praxi resol.* 561. *par.* 4., & alii, per me citati *eadem alleg.*32. *num.*198. ubi *num.* 204. resolvi, sponsalia tempore interdicti licitè contrahi posse, & *num.* 206. disputo, an licitè fiant benedictiones, & matrimonium, servata moderatione, *cap. alma Mater* §. *addicimus de sent. excomm.* & contra Sanchez, & alios negativam partem sequutus fui.

Additio.

☞ Communior tamen sententia sustinet, licitè tempore interdicti, contrahi posse matrimonium, sed sine benedictione nuptiali. ☜

16 His a Parocho diligenter animadversis, ad denunciationes venit, & ne ipsas faciat absque sua licentia, minimè impedire potest Vicarius Generalis, ut censuit Sacra Congreg. Concil. 27. *Maji* 1617. Nec eas possunt Regulares publicare infra Missarum solemnia, ut censuit Sac. Congreg. quam refert Lezana *in summ. Regul. cap.* 12. *numer.*41. *vers. ad* 6. Circa quas denunciationes faciendas præcipit Concil. Trid. *d. sess.* 24. *de ref. Matrimon. cap.* 1. *in princ.* ut antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum.

Additio.

☞ In aliquibus Diœcesibus prohibentur Parochi denunciationes facere sine Episcopi, aut ejus Vicarii generalis licentia, ut in Synodo Tusculana, ac Viterbiensi, in cujus Synodo, habita mense Novembris an.1762. cap.V. de Matrimonii Sacrament. §.VIII. refertur ex responso ad Cardinalem Oddi a Sac. Inquisitionis Congregat. dato 18. Septemb. ejusdem anni, jussu Clement. XIII. in Congreg. coram ipso habita ann.1761. statuit, ut nedum quoad vagorum, aut peregrinorum matrimonia Ordinariorum licentia pro denunciationibus faciendis expetenda esset, sed etiam quoad matrimonium inter Indigenas, aut Cives ineunda, præmissa eorumdem status liberi probatione, juxta instructionem Sac. Cong. in qualibet ordinaria Curia custodiendam. ☜

17 Requiritur igitur (non tamen de essentia Sacramenti) ut hujusmodi denunciationes fiant a proprio contrahentium Parocho, vel ab alio de ejus licentia, Fr. Emmanuel *in sum. par.*1. *c.*217. *num.* 6. Sanc. *de Matrimon. lib.3. disp.6. a num.*4. Ægyd. de Koninck *d. Sacram. & cens. tom.* 2. *dis.* 27. *dub.5. num.*50 Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 31. *num.* 225. Bonacin. *de Matrimonio quæst.2. punct.* 6. *num.*12. Ego ipse *dict. alleg.*32.

18 *num.*9. Quod intelligitur, ubi ambo contrahentes in una, & eadem habitant Parochia; nam quando illi sunt diversarum Parochiarum, in utraque, sponsi scilicet, & sponsæ Parochia denunciationes sunt faciendæ, Petrus Ledesma *de Matrimon. qu.* 45. *art.5. puncto* 3, *& in summ. par.*1. *de Sacram. Matrim. cap.* 6. *concl.*7. *vers. basse de advert.*, Henriq. *in summ. lib.*11. *cap.*7. §. 1. Possevin. *de officio Curati*, *cap.*10. *num.*8. Sanchez *dict. lib.3. disp.* 6. *num.* 4. Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resol.*337. Molfes. *in summ. Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 8. *num.*14. Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 26. §.4. *in princ.* Gutier. *de Matrim. cap.*56. *num.*5. Bonac. *dict. quæst.*2. *punct.6. num.*10. Ego ipse *dict. alleg.* 32. *num.* 11., ubi etiam, pluribus citatis Doctoribus, adverto, quod si contrahentes plura habuerint domicilia, seu Parochias, faciendæ sunt hujusmodi denunciationes in ea, in qua diutius habitant, & principaliorem habent larem, vel potius in ea, in qua verisimilius est sciri impedimenta.

Requiritur deinde, ut hæ denunciationes fiant 19 tribus continuis diebus festivis, ut expressit Concil. *citato loco*, & ex eo colligunt Chamerot. *dict. dub.*17. *vers.*2. Sanchez *dict. lib.3. disp.6. num.* 8. Valer. Reginald. *d. lib.*31. *n.*225. Bonac. *d. pun.6. num.*14. Ego ipse *dict. alleg.*32. *num.*12. quod vulgo intelligitur de festis, quæ sibi non succedunt immediatè, ut per Segur. Davalos *in Director. Judicum Eccles. par.2. cap.*16. *num.* 20. Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 224. *num.* 4. *in* 2. *edit.* Basil. Pont. *de imped. matrimon. cap.*26. §. 4. *in princ.* existimantem procedere, etiamsi hujusmodi dies festi sibi succedant, dummodo tamen inter unam, & alteram denunciationem multos dies festos non interponat Parochus, ita ut ob magnum temporis intervallum, seu moram fieri possit, ut Parochiani tardiores evadant ad deferenda impedimenta, & interim obliviscantur præcedentium denunciationum, quia tunc peccabit mortaliter, Sanchez *d. disp.* 6 *num.* 8. Gutier. *d. cap.*56. *n.* 4. *ad fin.* Possevin. *d. cap.*10. *num.* 4. *&* 5. Bonacin. *d. pun.* 6. *num.*15. Ego ipse *d. alleg.*32. *n.*13.

Et ita sunt faciendæ denunciationes hujusmodi 20 diebus festis, ut etiam cum Episcopi dispensatione ferialibus diebus fieri non possint, sicut tenent Zerol. *in praxi Episcopor. par.*1. *verb. Matrim.* §.4. Sanchez *d. lib.3. disp.* 6. *num.*9. Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. res.* 224. *num.*3. *in* 2. *edit.* Ego ipse *d. alleg.*32. *num.* 14. Nisi fuerit dies aliquis non festus, quo ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedit, ut accidit, quando insignis Concionator concionem habiturus est, vel est dies festus dedicationis illius Ecclesiæ, etiamsi non servetur, nisi usque ad meridiem; quia in eo licitè fieret denunciatio, sicut in festo, ut notant Sanchez *d. disp.6. num.*9. Gutier. *de Matrimon. cap.*56. *num.*8. Bonacin. *d. quæst.*2. *pun.*6. *num.*18, *&* 19. Possevin. *dict. cap.* 10. *num.* 12. Ego ipse *d. alleg.* 32. *numer.* 15.

Additio.

☞ Ex decreto Cong. Conc. in Ravennaten., ut lib.11. Decretor. ejusd. Congr. pag.160. potest Episcopus ex legitima causa dispensare, ut fiant etiam diebus ferialibus. ☜

Ego

21 Eodem modo denunciationes valide facere poterit Paroebus extra Ecclesiam, & Missarum solemnia, si magnus populi concursus, & locus aptus sit, ut ad multorum notitiam perveniant, secundum Basil- Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 86. §. 4. *in princip.* & in novissimo *tract. de Sacram. Matrim. lib.5. cap.30. num.* 6. Bonac. *dict. qu.2. puncto* 6. *num.* 17. Ego ipse *dict. alleg.* 32. *num.* 16.

Denunciationes hujusmodi fieri possunt temporibus probibitis nuptias celebrare, ut censuit S. Congr. negociis Episcoporum, & Regularium præposita 18. *Decemb.* 1589. Et matrimonium contractum, denunciationibus non præmissis, est validum, quamvis Ordinarius recuset dare licentiam, qnod fiant post, S. Congr. Conc. *Mediolanen.* 23. *Februarii* 1630. cujus memini *in collect. Bullarii verb. denunciationes* 2, & 3.

22 Formula autem, qua in bis denunciationibus utl debebit Parocbus sequens erit. *Notum sit omnibus, quod N. filius N. ex Parochia Sancti N. contracturus est matrimonium cum N. Filia N. Parochiæ Sancti N. atque ideo, si quis sciat aliquod intercedere inter ipsos impedimentum consanguinitatis, affinitatis, Cognationis spiritualis, quæ a Baptismo, & Confirmatione nascitur, aut cujusvis canonicæ prohibitionis, ob quam Matrimonium contrahere non possint, neque debeant, certiorem faciat me Parochum, aut D. Episc. sive ejus Vicarium generalem.*

23 Neque vero statim atque denunciationes tres factæ erunt, nisi temporis angustiis prematur, sive instantis Adventus tempore, sive Quadragesimæ ad matrimonii celebrationem Parocbus procedere debebit, sed trium, vel duorum saltem dierum spatium interjicere, ut liceat unicuique de impedimentis cogitare, eaque aperire; sed non ideo celebratio diutius protrabenda est, quia si post ultimam denunciationem quatuor menses elapsi sint, Parochus ad celebrationem amplius procedere non debet, nisi novas denunciationes præmittat, prout decisum referunt Rebèl. *de obligat. Instit. p.2. lib.4. in declarat. Card. sect.* 2. *num.*8. Bonac. *de Matrim. q.4. p.6. num.1. vers.4.* & in hoc attendenda est constitutio cujusque Episcopatus, brevius, seu longius tempus designans.

Additio.

☞ Quod præfiniri debeat ab Episcopo aliquis competens terminus post tertiam denunciationem, antequam contrahatur matrimonium, statutum fuit a Conc. Lateranen. IV. cap.LI. celebrato sub Innocen. III. *an.* 1215. quam legem amplexum est Concil. Mediolanen.III. *tit.37. cap.* 9. & quamplurimæ synodales constitutiones, inter quas illa Synodi Faventinæ, a me in hoc cap. relatæ post *num.*13. *loc. ibi cit. num.* 4. & novissime Synodi Fulginaten. *an.*1722. *cap.7. n.*39. ☜

Additio.

☞ Ex Rituali Romano de Sacram. Matrim. §. *Si vero* dictæ novæ denunciationis faciendæ sunt, si post tertiam, non per quatuor menses, sed per duos subsequentes matrimonium non fuerit celebratum, nec omitti possunt absque Ordinarii facultate.

Quæ pariter, etiamsi ante contractum matrimonium dispensatæ fuerint, faciendæ sunt ante illius consumationem, nisi aliter Ordinario videatur *ex cit. Rituali* §. *Quodsi*, & *Trident. cap. I. sess. XXIV. de Reform. Matrim.* ☜

Nullo modo Parocbus, etiam quoties timetur 24
malitiose matrimonium impediendum, potest hujusmodi denunciationes omittere, nisi ex Ordinarij dispensatione, vel ubi illæ in casu timoris malitiosi impedimenti difficile obtineri possunt, sicut docent Nav. *cons.1. sub tit. de clandest. despons. in utraque edit.* Menoc. *consc.*69. 2. 61. Sane. *d. l.3. dis.7. 2.17.* Ægyd. de Conink. *d. disp.* 27. *n.* 53. Mari. Ant. *var. res. l.1. res. casu fin.* 4. Ego ipse *d. alleg.* 42. *num.*20. vel tandem, ubi tale periculum, & adeo urgens necessitas premit, ut non sit locus adeundi Ordinarium pro dispensatione obtinenda, veluti si urgeat necessitas instantis mortis pro accipienda in conjugem concubina, ad satisfaciendum famæ, aut filios legitimos relinquendum, vel oporteat ad nubendum viro æquali, qui aliter discedit, & voluntatem mutabit, Sane. *d. l.3. dis.* 10. *a n.*25. Gutier. *de Matrimon. cap.*56. 2.3. *&c.* 57. 2.6. Basil. Pont. *d. cap.* 26. §. 4. *vers. sunt tamen*, Bonac. *d. pu.* 6. *n.7. ver. dixi il* 2. Possev. *dict. cap.* 10. *num.* 11. Ego ipse
d. alleg. 32. *n.* 53. Alioqui extra bos casus Paro- 25
cbus ipse, prætermissis denunciationibus, matrimonium celebrans, graviter peccabit, Petr. de Ledesm. *de Matrim. q.* 45, *art.* 5. *vers. sed alium est dubium, & in sum. p.1. de Sacr.* ubi *de Sacr. Matr. c.6. conc.*6. Gutier. *de jur. confir. p.1. c.*51. n. 29. & *de Matr. c.* 56. 2.4. *&c.* 57. *n.1.* Aloys. Riec. *d. res.*224. 2.2. Sanc. *d. l.3. dis.* 5. *nu.* 6. Molf. *d. tr.4. c.9. n.*25. Bonac. *d. pun.6. n.8. & 9.* Basil. Pont. *de Sacr. Matr. l.5. c.30. n.3.* Ego ipse *dict. all.* 32. *n.*2. & severius erit ab Ordinario puniendus, secundum Armend. *in add. ad recop. leg.*
Nav. l.4. tit.15. l.1. de Matr. num. 4. Quamvis 26
matrimonium validum remaneat, etiamsi Ordinarius recuset dare licentiam, quod fiant post, ut censuit Sacra Cong. Conc. *in Mediol.* 21. *Febr.* 1630.

27 Utrum antem pænam trlennalis suspensionis comminatam *in c. cum inhibitio*, §. *sane de clandes. despons.* incurrat paroehialis Sacerdos, qui interfuit matrimonio valido, elandestine tamen ob denunciationum omissionem? Affirmative videtur respondendum, quia in eodem §. *sane* sic dicitur: *Sane, si parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere neglexerit*: ubi verbum illud *tales* refertur ad nuptias, de quibus §. præcedenti actum fuerat; nam text. ille egerat de elandestinis, vel interdictis conjugiis, ibi, *si quis vero hujusmodi clandestina, vel interdicta conjugia*, ponderando verba illa, *hujusmodi clandestina*, quæ referri debent ad principium text. qui præmiserat denunciationes ante matrimonium faciendas esse, eo quod Ecclesia detestetur matrimonia elandestina, ac proinde manifeste matrim. non præmissis denunciationibus, eelebratum appellat clandestinum: & ideo hanc partem affirmativam tuentur Majol. *de irregular. l.3. c.25. num.17.* & Saneb. *d. l.2. disp.*48. *n.* 5.

qui advertunt, cum Conc. Trid. in hoc casu nullam statuat poenam, standum esse poenæ illius text. ac proinde talem Parochum suspendendum esse triennio, quod etiam tenet Bonac. *d. punct.6. num.3.* quem refero *d. allegat.32. num. 7.* Dicitur enim matrimonium clandestinum quoad incurrendas poenas, matrimoniis clandestinis appositas, quando propria auctoritate, & sic illicite denunciationes hujusmodi omittuntur, etiamsi illud deinde fiat coram Parocho, & testibus, ut per Henr. *l. 11. cap.6. §.2. lit. M.* Petr. Ledesm. *d. c.6. dub. 3. prope* fin. Gutier. *de Matrim. c.55.* nu.5. Franc. Mosin. *de ritu nupt. lib.2. differ.11. ex* n.40.

☞ Vide notanda infra post num. 95. ☜

28 Quibus denunciationibus, ut *supra*, factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur. Cum vero Sponsus in una Parochia, & sponsa in alia habitabit, Parochus sponsæ, ad quem pertinet matrimonii celebratio, non ante hanc faciet, quam habeat fidem Parochi sponsi ab eodem subscriptam, & Ecclesiæ parochialis sigillo munitam, in hac forma, prout sequitur, *Die . . Mens. . . . Ann... Testor ego N. Parochus S. N. a me denunciatum fuisse in mea Ecclesia prædicta intra Missarum solemnia matrimonium, contrahendum inter N. ex mea Parochia, & N. ex Parochia S. N. tribus infrascriptis festivis diebus, hocest prima denunciatio facta fuit die .. secunda, die .... tertia, die ... neque aliquod impedimentum cognitum est, quominus matrimonium celebrari possit. In quorum fidem, &c. Ego N. Parochus, &c.*

29 Tunc, præmissis denunciationibus, & diligentiis, supra expressis, celebrandum est matrimonium in facie Ecclesiæ, ut præcipit Conc. *citato loco*, quod non impedit, quin domi celebrari possit, in tantum quod Ordinarius prohibere non potest, quin matrimonia domi celebrentur, servata Concilii forma, sed cum maxime deceat, ut in Ecclesia celebrentur, debet id hortari, non præcipere, prout referunt decisum Franc. Leo, *in thesauro fori eccles. p.2. cap.9. num.48.* Possev. *d. c. 10. n.15.* Sanc. *d. l.3. disp. 15. num.* 20. Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 26. §. 2. *vers.* 3. Rebello *d. p.2. l.2. qu.7. num.11.*

Additio.

☞ Quamquam vero non cadat sub præcepto, quod ipsum matrimonium contrahatur in Ecclesia; tamen ipsa benedictio contrahentium matrimonia a Parochis facienda est in Ecclesia. Cum enim Sacræ Congregationi Concilii propositum fuerit hoc dubium in una Britinoriensi: An benedictio contrahentium matrimonia possit a Parochis fieri extra Ecclesiam, seu potius præcise sit facienda in Ecclesia? Sacra Conc. Congregatio die 17. Aprilis 1649. respondit, faciendam esse in Ecclesia; ut notat Pignatellus, tomo primo Consult. 351. ☜

Parochi possunt absque Episcopi licentia matrimonia rite, & legitime celebrare, nisi Episcopus ex justa causa aliter præscripserit, Sacr. Congr. Conc. *In Turritana 12. Martii* 1633.

Additio.

☞ Quando ob justam aliquam causam concontrahenda essent matrimonia occulta, seu conscientiæ, ex Constit. Benedicti XIV. *Satis vobis* 17. Novembris 1741, antequam ab Episcopo permittantur, debet ille exquirere qualitatem, gradum, & conditionem petentium, an sint sui, vel alieni juris, an sint filii familias, & num illæ nuptiæ sint tales, ut pater juste illis possit dissentire. Cum vero omnia repererit ad formam, debet deputare ad assistendum eisdem nuptiis Parochum alterutrius ex contrahentibus, nec nisi ex gravi causa id muneris demandare debet Sacerdoti, a Parocho diverso; qui Sacerdos, vel Parochus debet exhibere Episcopo documentum celebrati matrimonii cum nota loci, & temporis, & testium, qui interfuerunt. Id vero documentum transcribatur in libro diverso ab illo, in quo reliqua publica matrimonia adnotantur, idemque liber clausus, & sigillis obsignatus in episcopali Cancellaria caute servetur, non aperiendus, nisi cum alia similia matrimonia adnotanda sunt. Mandat Pontifex, ut proles inde nata denuncietur Episcopo, vel per literas, parentum manu propria signatas, vel per personam fide dignam, a parentibus designatam, idem testimonium, scribatur in libro diverso ab eo, in quo matrimonia occulta describuntur, utriusque parentis nominibus appositis. Qui liber custodiendus est ea diligentia, qua liber matrimoniorum occultorum. Verum in celebratione matrimonii hujusmodi ille, qui Parochi nomen, & vices gerit, debet monere conjuges, ut prolem ex eo conjugio natam denuncient Episcopo, eo modo, quo supra; alioquin, si hæc omittantur, eis denunciet, Episcopum, secreti fide neglecta, matrimonium illud occultum revelaturum, ne filiis natis jactura inferatur.

In hac quidem Constitutione clare statuitur, hujusmodi occulta matrimonia numquam evulganda esse, excepto casu, de quo expresse cavetur in §. XII. sed quid, si eadem non evulgando, scandalum oriatur, quod indubitanter contingere potest, in parvis præsertim opidis, ac in vicinia, respectu eorum, qui secreta hæc matrimonia ignorantes, videntesque occultos conjuges istos continuo se maritali affectu tractare, aut saltem secum invicem sæpe frequentare, non conjuges, sed concubinarios, vel reputant, vel de iis palam, ac si tales essent, obloquntur. In tali casu quisque intelligit, vulganda omnino esse, & quidem a Parocho, cujus præcipuum munus est scandala a populo sibi commisso removere. Cum vero præfatum scandalum eidem Parocho innotescere possit, vel quia parochiani hunc in finem ipsum adeunt, ut illud impediat, vel quia, nemine etiam reclamante, publicum est. In primo casu satis erit, consulto tamen prius Episcopo, eis suadere, sibi constare tuta illos conscientia simul cohabitare posse. In secundo autem casu muneri suo satisfaciet, si serio monuerit dictos occultos conjuges, ut vel secretum matrimonium evulgent, vel eo modo se gerant, quo scandalum omnino removeatur: quod quidem sub mortali

pecca-

peccato avertere tenentur tam lege naturali, quam divina. Quod si post seriam monitionem evulgare detrectent, onus erit Parochi Episcopum & de scandalo, & de hac conjugum reluctantia certiorem reddere, cujus partes erunt, quando nullum aliud suppetat remedium dictum scandalum avertendi, initum conjugium manifestare.

Neque in his casibus manifestatio adversatur menti Pontificis, præcipientis, ne hujusmodi matrimonia evulgentur, excepto casu in §. XII. expresso; cum & ipse §. 11. optime animadverterit, per occultam matrimonii celebrationem Non rependi illata per scandalum dispendia ideoque quoties hoc adsit, ut plurimum contingit, dicendum est, tacite declarasse, & in tali casu manifestandam esse.

Quæri hic tamen posset, quid consilii capiendum, si ex hujusmodi manifestatione, sive ab Episcopo, sive ab ipsismet conjugibus ex Parochi monitione facta, gravissimum aliquod damnum iisdem obveniret? In hoc certe discrimine aliud fortasse remedium non suppeteret, quam, vel ut se ad remotas terras trasferrent, vel ita caute se invicem frequentarent, ut qualibet mali consortii suspicio penitus adimi posset. Quod si nec hæc sine gravissimo incommodo adhiberi possent, notissimum est, quemlibet divino sub pœna damnationis æternæ obstringi præcepto, quodcumque potius malum, ac mortem ipsam subire, quam Deum offendere. ☜

30 Quid autem debeat facere Parochus, vel alius Sacerdos, qui de licentia Parochi matrimonio assistit, quando contrahentes publice accedunt, amicis, & cognatis stipati ad celebrandum matrimonium, si ex confessione, quam tunc petunt, agnoscat, illos habere aliquod impedimentum dirimens, vel impediens? Non satis constat inter Doctores, ut videre est apud Sanch. *de Matrimon. l.3. dis. 16. per tot.* Antiquiores enim fere omnes existimant, teneri Parochos ex officio monere contrahentes in confessione, ut desistant a matrimonio, quoadusque sibi de remedio necessario provideant, si modo possit absque offensione sigilli id efficere, vel consulendo eis, aut alteri eorum, ut votum castitatis emittant ad quinque, vel sex menses, quo tempore dispensationem impedimenti possint quærere: quod si contrahentes nolint desistere, nec votum emittere, nec fingere repentinam ægritudinem dicunt, debere eos matrimonio conjungere, quoniam jam habent jus quæsitum, ita S. Bonav. *in 4. dist. 21. in 2. p. art. 2. q. 1. num. 61. ad finem qu.* Altisidoren. *l. 4. sum tr. 6. cap. 3. q. 4. vers. ad hoc est solutio*, Aleus. *p. 4. q. 78. membr. 2. ad 5.*

Animadversio.

☞ Remedium consulendi votum castitatis in casu proposito, emittendum ad tempus, adhiberi posse credit etiam Sanchez *lib. 11. disp. 4. n. 7.* verum subdit, si cauthela ista menti non occurreret, aut ob rerum, vel personarum circumstantias judicaretur difficilis, seu etiam impossibilis executionis, recurrendum esse ad Ordinarii dispensationem, cui facultatem hanc in hoc casu ipsemet Sanchez, se omnium primum vindicasse gloriatur, quem sequuti sunt plures Auctores, relati a Benedicto XIV. *de Synod. Diœces. lib. IX. cap. 11. num. 2.*, quam tamen opinionem hodie fere communem acriter reprehendit Fagnanus in cap. *Nimis 34, & 35. de filiis Presbyterorum*.

Et revera, hoc remedium in praxi difficilis esset executionis, & fortasse etiam non consulendum, ob periculum infamiæ, aut vehementis saltem suspicionis apud adstantes de aliquo patrato delicto ab uno, vel altero contrahentium. Cui quidem suspicioni satis probabile fundamentum præberet hujusmodi voti manifestatio, facta in tali temporis circumstantia, & non prius. Præterea, cum hoc idem remedium in omnibus fere Casistarum libris legatur, contingere etiam posset, ut pro certo impedimentum adesse crederetur, si aliquis ex adstantibus illud imprudenter declararet, a quo fortasse lectum fuisset.

Cum autem in dicti casus circumstantiis, nec haberi possit recursus ad Papam, non desunt, qui sentiunt, tunc contrahi posse matrimonium sub conditione, *si Papa dispensaverit*, & validum esse, cum, hac purificata, consensus ex conditionato, absque eo quod renovetur, evadat absolutus, dummodo adsit justa causa dispensandi, & impedimentum sæpe, & facile a Papa soleat dispensari. Inter quos Pyrrus Corad. *in Praxi dispensat. Apostol. lib. 8. cap. 5. n. 33. Th. Sanchez de Matrim. disp. 4. num. 12.* Engel. tit. V. *de conditionib. apposit. in Matrim. num. 16. Reiffenst. lib. IV. Decretor. d. tit. § 1. n. 25. & seqq.* cum pluribus, ibi citatis, & novissime Maschat *Institutionib. Canonic.* a me cum additionibus typis recusus, eodem *tit. num. 13.* ubi ulterius addit, pro hac sententia sæpius stetisse etiam Sacram Rotam. Proinde, attenta hac non levis ponderis sententia, inferri potest, in tali urgentissimo casu potius consulendum esse parti, impedimenti consciæ, matrimonium contrahere cum dicta conditione, quam Voti emissionem: ipsam tamen monendo, ut se omnino abstineat a consumatione, & ab omnibus actibus venereis, tam internis, quam externis, separatim vivendo, donec obtenta fuerit dispensatio, & ut interim sine manifestatione delicti, ob quod impedimentum contraxit, imo etiam sine suspicione ingerenda parti innocenti, sincero animo declaret, se uti velle beneficio, a jure canonico conjugibus concesso, bimestris scilicet temporis ad deliberandum de ingressu in Religionem.

Et nota, hoc tempus computandum esse non a die contracti matrimonii, sed a die præfixionis termini factæ a judice ecclesiastico, ut cum communi Canonistarum sententia probat Fagnan. in cap. VI. *Ex publico, de Convers. Conjugator. n. 26.* Ex quo patet, hunc terminum capi non posse auctoritate privata, sed requiri factum judicis. Quod si ob nimiam locorum distantiam ab Urbe intra dictum terminum obtineri nequeat dispensatio, hic protrahi poterit ab eodem judice, ob favorem a Christo concessum omnibus, qui nondum matrimonium consumarunt, Reiffenst. eod. tit. n. 5. Maschat. d. tit. num. 2.

Ratio vero, & fundamentum Adversariorum, hoc

hoc remedium reprobantium, unice in eo situm est, quod hæc conditio sit impossibilis, ac proinde nullum reddat matrimonium, attenta juris civilis dispositione, juxta textus relatos a Reiffenstuel loc. citat. numer. 24., a quibus, ea quæ de jure fieri nequeunt, impossibilia reputantur, etiamsi ex dispensatione Principis fieri queant: quorum tamen fundamentum ita evertit laudatus Reiffenst. n.31. ibi= Nec jure prohibitum, nec impossibile erit contrahere cum consanguinea sub conditione, *si Papa dispensaverit*; quia hæc conditio honesta, & possibilis est, hoc ipso, quod licite, & valide adimpleri queat. Et per hoc patet responsum ad fundamentum Adversariorum, utpote qui decepti videntur in illo, quod confundant conditionem de jure prohibitam, consequenter impossibilem, etsi Papa in ea dispensare valeat, cum ipsa actuali conditione, *si Papa, aut Princeps dispensaverit*. Unde, nec quidquam pro eis probant jura ab eisdem allegata, utpote quæ præcise probant, quod conditio, quæ de jure prohibita est, impossibilis sit, & consequenter actus sub ea conditione facti, irriti existant: tamen minime probant, nullusque textus allegari potest, quod conditio, *si Princeps, aut Papa DISPENSAVERIT*, impossibilis sit, vel actus alias a jure prohibitus, sub ea tamen conditione, *si PAPA, aut Princeps dispensaverit*, invalidus, aut illicitus existat=. Quoad rotales vero decisiones in contrarium, quæ ab iisdem Adversariis allegari solent, citati Auctores dicunt, locum dumtaxat habere in illo casu, quo non adest justa causa dispensandi, vel impedimentum regulariter est indispensabile, vel eventus conditionis potius timendus est, quam expectandus, prout revera erat impedimentum, de quo disceptatum fuerat ab eodem Tribunali *dec.603. inter Decision. recentior. Tom.II. part.6.* ortum scilicet ex consanguinitate in secundo gradu cum sponsa.

Neque insuper attendenda est famigerata altera vulgaris objectio, nullum scilicet esse Sacramentum, quod sub conditione de futuro collatum est; licet enim hoc verum sit, cum tamen matrimonium, nedum habeat rationem Sacramenti, sed etiam rationem contractus, conditio ad hunc refertur, non ad Sacramentum, quod tunc fit, quando, conditione impleta, contractus evadit absolutus, Mafchat. loc. cit. n.5.

Monitum tamen velim Confessarium, integrum ei non esse consulere, contrahi posse matrimonium sub prædicta conditione, si agatur de impedimento, quod manifestari posset, & deberet, citra periculum infamiæ, cum tunc non urgeret necessitas ad eam evitandam, ut in propositi casus circumstantiis.

Quia autem agitur de materia Sacramenti, stante contraria DD. opinione, sententium, nullum esse matrimonium in eodem concreto casu, sub tali conditione contractum, ut obviam eatur dubio, fortasse orituro de illius validitate, consulerem, ut supplex libellus ad Sacram Pænitentiariam dirigendus pro obtinenda dispensatione impedimenti, concipi deberet, ut sequitur.

N. N. post proclamationes factas matrimonii, publice a se contrahendi coram Parocho, & testibus, ac in præsentia communium cognatorum, affinium, & amicorum, qui jam ad Ecclesiam accesserunt, cum ex sui confessione innotuerit Confessario, se contraxisse impedimentum affinitatis ob copulam occulte habitam cum sorore sponsæ, de consilio ejusdem Confessarii ad evitandum scandalum, & infamiam coram adstantibus, nuptias de præsenti contraxit cum conditione *si Papa dispensaverit*; ideoque humillime supplicat pro dispensatione dicti impedimenti, & quatenus opus sit, pro facultate convalidandi in radice ipsum matrimonium, sine clausula, *certiorata parte*, ne renovando consensum, ingeratur parti innocenti suspicio patrati delicti.

Si agatur de sponsa, quæ copulam habuerit cum fratre sponsi, hoc expresso, eodem modo concipitur libellus.

Non desunt tamen Auctores, a quibus hoc aliud remedium in hoc eodem concreto casu tuto proponeadum creditur, prout expressum legitur in Instructione pro novis Confessariis, opera Sacerdotis Congregationis PP. Missionis, Lucæ iterum typis data *an.1725. p.2. cap. 1. nu. 32. pag. 34.* ibi = Placuit aliis, quod si impedimentum sit juris humani, (ut est in casu supra posito), data hac gravissima necessitate, ipsa lex cesset, adeoque sine prævia dispensatione celebrari possit matrimonium, quia lex humana non obligat in tanto periculo, & ita sentiunt *Pax Jordan. Tom. 2. lib.9. n.202. Pignattel. Tom.3. consult. 33. per tot.* quæ doctrina cum cohæreat principiis, quæ traduntur in materia de legibus, etsi durior, vel audacior prima facie appareat, non tamen reprobari potest, ut improbabilis, & male tuta in praxi, si vere periculum subsit gravissimum infamiæ, vel scandalorum, quod Confessarius pro sua prudentia accuratissime expendet: id inter cetera advertens, an res sit inter personas ad arma nutritas, & in vindictam pronas, unde graves rixæ, vel homicidia timeri possint, quo in casu doctrina tradita fortius urget; ita tamen, ut quantocius fieri poterit, obtineantur dispensatio legitima a Sac. Pænitentiaria, sicque salva sit legibus, & Ecclesiæ reverentia, & scandali monstruositas evitetur, sicuti optime notat citat. Pignattell. =

An autem hoc aliud remedium magis removeret matrimonium a periculo nullitatis, quam conditionate contrahere, saniori aliorum judicio relinquo.

Quod autem spectat ad alterum remedium, de quo hic Auctor, de fictione scilicet repentinæ ægritudinis, cum hæc haberi nequeat sine mendacio, quod ut intrinsice malum, nunquam licitum est, caveat Parochus illam consulere.

Henr. vero *in sum. l.3. de Pæn. c.23. §.3. in fine* putat, posse in primis Episcopum negare antecedenter licentiam ad solitas monitiones, seu denunciationes faciendas, non tamen posse vel Episcopum, vel Parochum negare matrimonium, si jam sunt monitiones factæ, ac decursæ, quia tunc jam in foro externo habent jus acquisitum, quo publice privari non possunt, nisi cum magna injuria ob notitiam occultissimam fori interni. 31

Ego autem absque dubio teneo, si publice petant matrimonium, ut in casu proposito, debere Parochos, & alios Sacerdotes, qui de licentia Paro- 32

Parochorum matrimonio assistunt, eos matrimonio conjungere, & non posse eis Sacramentum negare; secus si secreto, & occulte petant; ita Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. post 1. concl. vers. hinc fit.* Nav. *in c. Sacer. de Pœn. dist. 6. num.* 144. Suar. *t. 4. de Pœn. disp.* 33. *sect. 6. nu. 2. secundum Conimb. impr.* Ratio est, quia potest Parochus ex scientia confessionis, vel quicumque alius Sacerdos, de ejus licentia Sacramenta ministrans, Eucharistiam, & alia Sacramenta negare ei, quem immediate ex confessione agnovit indignum, non publice, sed occulte, v. g. si nemo adsit in Ecclesia, aut si pœnitens ad illum accedat in Sacristia, & nemine vidente, Sacramenta requirat, Martin. Ledesma *1. 4. quæst. 21. art. 6. num.* 63. Bartol. Ledesma *de Euchar. dub.* 23. *concl.* 3. Jacob. de Grass. *in aureis decis. p. 1. l. 1. cap. 23. num.* 38. Suar. *d. num.* 2. quia si publice negetur, revelatur confessio indirecte aliis, si occulte nemini revelatur, tum quia quilibet Christianus habet jus ad petendam Eucharistiam, & alia Sacramenta quocumque tempore accomodato, quo jure non potest privari publice, nisi illud amittat per publicum peccatum mortale, unde dum publice de illo non constat, non debet ei publice Sacramentum denegari.

Animadversio.

☞ Quam falsa sit opinio, quod in hoc casu possit Parochus uti notitia habita ex confessione. vide Notata supra pag. 204. col. 2. §. *Opinio autem.* ☜

33 Parocho præsente, seu alio Sacerdote de ejus, vel Ordinarii licentia, interessentibus duobus, vel tribus testibus, celebratur valide matri-
34 monium, ut disponitur *in Conc. Trid. d. c.* 1. proprium Parochum quoad hunc effectum illum dici, in cujus parochia habitant contrahentes tempore matrimonii, existimarunt Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. dec.* 244. *in 1. edit. alias res.* 214. *num. 1. in 2. edit.* Bonac. *de Matrim. q. 2. pun. 8. num.* 1. Gutier. *eod. tract. c.* 63. *num.* 19. Alii vero rectius censuerunt, eum dici, in cujus parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilii, ita Panorm. *in c. in nostra 11. de sepul.* F. Emman. *in sum. tom. 1. c. 219. n.* 6. Henri. *l. 11. cap. 3. §. 3.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 754. n.* 18. Piasec. *in praxi Episc. par. 2. c. 3. num.* 32. Franc. Molin. *de ritu nup. l. 2. differ. 11. num.* 88. Hurtado *de Matrim. disput. 5. difficult. 6, n.* 19. Ego ipse *d. alleg. 32. num.* 59. ubi *num.* 64. cum Sanch. *d.*
35 *l. 3. disp. 23. nu.* 14. adverto, non opus esse expectare, ut majori anni parte Parochiani in parochia, vel Diœcesi habitent; sed statim ac animum habitandi majore anni parte habentes, incipiunt habitare, effici Parochianos, de quo etiam Emman. Sa *in aphor. verb. Matr. num. 2. & verb. Paroch. n. 2. vers. ad Matrimonium* Basil. Pont. *de Matrim. lib. 5. cap. 13. §. 1. n. 5. cum seq.* Ferent. *in annot. ad decis.* 713. Buratti *n.* 15. Rot. *in Tolet. Matrimonii* 10. *Decemb.* 1625. coram R. P. D. Merlino; Unde fœmina, quæ coram Parocho suæ parochiæ contraxit matrimonium invalidum, seque inde transtulit ad domum sponsi commorantis in alia parochia intentione perpetuo cum illo manendi, non potest postea coram eodem Parocho matrimonium de novo valide celebrare, ut per Sanch. *d. l. 3. disp. 23. num.* 15. Bonac. *q. 2. punct. 8. num. 3. vers.* 2. quos refero ego ipse, *dict. alleg. 32. num.* 67. ubi *num.* 68. contra Trivis. *Venetiæ decis.* 23. resolvo, validum fuisse matrimonium cujusdam amasiæ, quæ transtulit se ad domum concubinarii intentione cum eo commorandi majore anni parte, ibique coram Parocho illius domicilii celebravit matrimonium, non cum amasio, sed cum alio extraneo. Et procedit principalis resolutio, etiamsi quis mutet domici- 36
lium simulate, & animo fraudandi proprium Parochum, Sanch. *l. 3. disp. 18. sub num. 29. vers. ceterum, & dis. 25. sub n. 11. in fine,* Gutier. *c. 65. num.* 11. Filiuc. *tom. 2. tract. 10. de Sac. p. 1. c. 6. num.* 199. Bonac. *d. puncto 8. num.* 4. quod sequi videtur Rot. *in d. Toletana Matrimonii.*

Animadversio.

☞ Si simulate quis mutet domicilium, sequitur, non immutare vero animo alibi illud figendi, unde percipi nequit, quomodo in tali casu validum esset matrimonium. Verum dici potest, quod simulate hic minus proprie sumatur ab Auctore, scilicet pro eo casu, quo sponsi eo animo, eaque intentione domicilium in alium locum transferunt, cum intentione quidem ibi deinceps habitandi, sed ut citius, certius, ac facilius ipsorum matrimonii celebratio expediatur; ut non raro contingit in Vagis, qui experti dilationes penes Parochum loci, in quo degunt, alio pergunt, & hoc modo aliqualem fraudem, & dolum committere dicuntur etiam a Fagnano, a Cardinali de Luca, & aliis apud Reiffenstuel lib. IV. Decretalium tit. 3. de clandestina desponsat. §. 2. num. 90. & seqq. talemque fraudulentiam non invalidare matrimonium pluries declaratum fuit a Sac. Congreg. Fere eadem Barbosæ verba repetit de Justis de dispensationibus lib. 11. cap. 19. n. 53. ac videri potest Institutio inter latinas la 33. Benedicti XIV. n. 9. ubi refert tres Sac. Cong. resolutiones, confirmatas ab Urbano VIII. 14. Aug. 1627. quarum ultima non parum clarificat rem nostram: Hæ autem sunt

I. An incolæ tam masculi, quam fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in illo loco matrimonium sine Parocho, & testibus contrahere?

II. Quid, si eo prædicti incolæ tam masculi quam fœminæ solo animo sine Parocho, & testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes?

III. Quid, si iidem incolæ tam masculi, quam fœminæ eo transferant habitationem, illo solo animo, ut absque Parocho, & testibus contrahant? Iidem Cardinales ad primum, & secundum, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes, ac transeuntes cum fraude: ad tertium vero

vero dubium hujusmodi, si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum, responderunt, & resolverunt. Igitur matrimonium primo, & secundo loco expositum irritum decernitur, cum fraus intercesserit; matrimonium tertio loco relatum, etiam cum fraude, validum declaratur, quia novum quoque domicilium accesserat.

Advertit Sanch. *de Matrim. l.* 3. *disp.* 23. *n.* 7. multis relatis, non posse Parochum originis assistere matrimonio, sed hanc assistentiam spectare ad Parochum illum, sub cujus parochia quis habitat. Sequitur novissime Philibert. March. *de Sacram. Ordinis tract.* 1. *par.* 5. *c* 6. *num.* 20. Et ratio præcipua, quia, ut ostendit Menoch. *de præsumpt. l.* 6. *præs.* 42. *num.* 5. domicilium originis est immutabile quoad honores, & onera personalia, secus quoad jurisdictionem, nam istam amittit, si alio domicilium transferat: sed potestas conferendi Sacramenta est quædam jurisdictio, ergo, &c.

37 Ex dictis descendo ad aliquas resolutiones usu frequentes. Et *in primis* colligo, matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa, non valere, Sacra Congreg. Concilii, teste Nicul. Garc. *de benef. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 11. *ad* 4.

38 *Secundo* colligo, matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur tanquam Prætor, Judex, seu Medicus temporalis, validum esse, eadem Sacr. Congregat. teste Garc. *d. cap.* 7. *num.* 11. *ad* 5.

39 *Tertio* colligo, matrimonium contractum post quartum habitationis mensem a muliere coram Parocho oppidi, ad quod a civitate, in qua habitabat, ad scandala subinovenda jussu Principis sæcularis translata fuerat, sub præcepto illinc non discedendi, donec aliud statutum non esset, valere ex doctrina Decian. *in tract. crimin. l.* 4. *cap.* 16. *n.* 16. & aliorum, quos citat Sanch. *de matrim. l.* 3. *disp.* 23. *qu.* 1. & 3. Sacr. Congreg. Conc. *sub die* 26. *Junii* 1621.

40 *Quarto* colligo, validum fuisse matrimonium cujusdam juvenis cum meretrice, qui dubitaverat illud in propria civitate contrahere, adhibendo Conc. Trid. solemnitates, eo quod juvenis parentes eis impedimento de facili futuri erant, & propterea Romam venerunt, & coram testibus, & Parocho in parochia, in qua aliquantulum permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præsenti, S. Congreg. Conc. *in Senen.* 17. *Maji* 1600.

Quinto colligo, matrimonium contractum coram Parocho, ubi habitat mulier, quæ stat in monasterio, vel domo famulandi, vel addiscendi causa virtutes, & statim non est recessura, validum esse, ut per Ceval. *comm. contra commun. qu.* 604. *dub.* 115. *num.* 144. Steph. Grat. *discep. forens. tom.* 1. *cap.* 76. *n.* 19. Parochus autem, vel alius Sacerdos, de ipsius licentia celebraturus contractum matrimonii inter aliquos, sciens votum simplex emissum ab altero eorum, an possit assistere hujusmodi matrimonio eosque conjungere, vel potius debeat eos repellere, videndus est omnino, late id disserens per conclusionea Alphons. a Vera Cruce *in append. ad specul. conjun. ad art.* 15. *primæ partis de impedimen. voti simplicis*, ad quem se remittit Gruier, *canon. l.* 1. *c.* 11. *num.* 30.

Animadversio.

Quidquid senserint citati Auctores, quos consulere omitto, omnino repellendi sunt, cum Parochus ex officio teneatur impedire, quantum in se est, peccata populi sibi commissi, & si hujusmodi matrimonio assisteret, peccaret, & cooperetur peccato contrahentium: licite enim, ut ait Benedictus XIV. lib. VIII. de Synod. Diœc. cap. XIV. n. 5. *sua præsentia, & auctoritate firmare non potest contractum, quem scit a contrahentibus sacrilege iniri.*

Parochi duo simul quoad hunc effectum possunt reperiri, ubi scilicet quis dimidia anni parte in una parochia, altera dimidia in alia habitat, ut per Nav. *cons.* 7. *n.* 3. *de clandest. disp. in novis*, Sanc. *d. l.* 3. *disp.* 24. Gruier. *de matrim. cap.* 26. *num.* 4. & *c.* 64. *num.* 2. Bonac. *d. punct.* 8. *num.* 5. Buratti *num.* 14. Rot. *in Toletana matrimonii* 10. *Decemb.* 1615. & *in Neapolitana matrimonii* 30. *Martii* 1629. coram R. P. D. Merlino, ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 69. ubi *n.* 70. adverto, quod ubi inæqualitas habitationis datur majoris temporis, pars eum facit Parochum, in quo habitatio fit. 41

Unde Parochus ruralis non est proprius Parochus, quando rus, vel recreationis causa habitatur, aut ad paucos dies tantum incolitur, non autem majori parte anni, ita Nav. *in d. cons. num.* 2. Seraph. *dec.* 605. Aloys. Ricc. *in praxi resol.* 214. *num.* 2. Sanc. *d. l.* 3. *disp.* 23. *n.* 12. Bellet. *disquis. cler. p.* 1. *tit. de exempt. cler. a statutis* §. 5. *num.* 8. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 66. Si vero quis in confinio duarum Ecclesiarum parochialium habitaverit, censebitur Parochianus illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet, sicut advertit Aloys. Ric. *in praxi rer. fori Eccl. dec.* 333. *in* 1. *edit. alias res.* 510. *in* 2. *edit.* quem refero, ego ipse, *d. alleg.* 32. *n.* 71. 42 43

Additio.

Ita etiam decisum fuit ab Alexandro Sperelli 10. Sept. 1694. tunc Vicesgerente, favore Capituli S. Mariæ ad Martyres de Urbe, contra Capitulum S. Eustachii, respectu clarissimæ Familiæ D. Virginii Marchionis Crescentii, cujus palatium principaliorem ingressum habet intra parochiam dictæ S. Mariæ, ut notavi in Additionibus meis ad Institutiones canonicas Remigii Maschat in Summariis Decretalium lib. III. tit. XXVIII. de sepult. post cap. II. *Cum quis.*

Quando autem contrahentes sunt ex diversis parochiis, tunc ubi matrimonium contrahitur in parochia habitationis uxoris, proprius Parochus erit ipsius, at quando contrahitur in parochia habitationis viri, Parochus illius sufficiet, ita Nav. *in man. c.* 25. *n.* 144. & *cons.* 3. *sub tit. de clandest. spons. n.* 1. *in novis* Spin. *d. glos.* 15. *n.* 47. Vega, Petr. de Ledesma, Vival. & alii quos refert, & sequitur Sanc. *d. l.* 3. *disp.* 19. Ugol. *de offic. & potest. Episc. cap.* 15. §. 10. *num.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 65. Sed

Sed ex hoc non infertur, præsentiam solius Parochi mulieris sufficere, si in ejus parochia matrimonium contrahatur; item sufficere præsentiam Parochi viri, si contrahatur in parochia viri, sicut olim tenuisse videbatur Sacr. Cong. Concil. *sub die 15. Decembr.* 1574. quia ipsa, nulla habita ratione præfatæ antiquæ decisionis, tenet modo contrarium, nempe sufficere Parochum viri etiam in parochia mulieris, quia videtur Conc. voluisse præsentiam Parochi, & testium ad tollendam clandestinitatem, ad quod sufficit unus Parochus, sive viri, sive mulieris; & ideo ita resolvunt Salzed. ad Beroard. *in pract. cap.76. dub.* 14. Cavalcan. *decis.12. num, 21. p.2.* Henriq. *libro 11. cap. 3.* §. 2. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part.2. cap.9. numer. 39. in fine* Paul. Comitol. *respons. moral. l. 1. qu. 131. num. 2.* Ego ipse *d. alleg.32. num.98.* Paul. Laym. *in sum. Theolog. moralis l.5. tract. 10. p.2. cap. 5. n. 3.* Rot. apud Farin. *decis.390. num.6. p. 2. recent.*

46 Parochus valide assistit matrimonio, quamvis ipse, vel testes vi detenti intersint, dummodo tamen intelligant consensum contrahentium, ita docent Petr. de Ledesm. *de Matr. qu. 45. art. 5. punct.3. dub. 2. vers. quo supposito*, Fr. Emman. *in sum. tom.1. cap.219. num. 11.* Possev. *d. cap. 10. num.20.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori ecclef. res.* 213. n.4. *in 2. edit.* Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap.30.* §.5. *in fine, & in noviss. tract. de Sacram. Matrim. lib.5. cap.21. n. 8.* Sanch. *d. lib. 3. disput.39. n.9.* Filiuc. *d. tract.10. num.214. & seq.* Ego ipse *dict. alleg. 32. n.82.*

47 Et sic etiam renuens, & dolose adductus, valide assistit, dummodo probe intelligat, & audiat contrahentium verba, nisi claudens aures affectatus esset non intelligere, quamvis ipse nulla verba proferat, ut resolvunt Aloysius Ricc. *in praxi rerum fori ecclef. dec.143. in 1. edit. alias resol 113. num. 3. in 2. edit.* Filiuc. *dict. tract.10. n.227.* Hurt. *de matr. disp.5.* Ego ipse *d. alleg.32. n.85.* Rot. *in Ulixbon. matrimonii 6. Febr.* 1622. cor. bon. memoriæ Patriarcha Manzanedo.

Additio.

☞ Ita pluries decisum est a Sac. Cong. Conc. quoties Parochus affectasset, non intelligere, ut in responso ad dubium IV. eidem propositum ab Episcopo Giennensi an. 1581. lib.III. Decret. ejusdem Cong. pag.59. & seqq. & in causa Ulysiponensi sub die 29. Aprilis 1593. lib. VII. Decretor. pag. 106. a tergo, ac novissime in Cartagineη. Matrim. 1753. ☜

48 Esset tamen grave peccatum, Parochum, qui personam Ecclesiæ repræsentat, vi adigere, aut dolo inducere, ut matrimonio intersit, excepto raro casu necessitatis, si is sine justa causa renuat, & ad Superiorum recursus non sit, tunc astu aliquo, sine mendacio induci posset. Vide Ægid. de Coninck. *d. disp.27. dub.4. in fine*, Gutier. *d. cap.69. n.13.* Paul. Laym. *d. lib. 5. tract. 10. p.2. cap. 4. num. 6. vers. esset*, Ego ipse *dict. alleg.32. num.* 84.

49 Concludo igitur, præsentiam Parochi in matrimoniis necessariam, non tantum corpoream, sed etiam moralem requiri cum intelligentia, & advertentia actus, arg. *l.209. ff. de verb. signif.* ibi, *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur, præsente eo, fecisse, nisi intelligat: itaque si furiosus, aut infans sit, vel dormiens, non videtur coram eo fecisse*, resolvunt Henriq. *in sum. l.11. c. 3.* §. 1. Petr. de Ledesma *de matrim. qu. 45. art. 5. vers. est secundum dubium*, Basil. Pont. *d. tract. de Sacramen. Matrim. l.5. cap. 21.* Franc. Molin. *different. 11. num.113.* ubi *num.120.* subdit, ut nedum intelligere oporteat, cum quid agitur, sed ut videat: ego ipse *d. alleg.32. num. 76.* Insufficiens propterea, & invalida dicenda est assistentia illius Parochi, qui præsens corpore est, sed animo nihil omnino advertens, sicut docent Sanchez *d. l. 3. disp.39. num. 5.* Paul. Laym. *d. cap. 4. num. 6. in princip.* nisi, ut *supra dixi*, affectatus esset non intelligere, ut advertit. Sanchez *d. disp. 39. nu. 6.* & refert a Sacra Congreg. decisum Armendar. *d. lib. 1. de matrimon. n.24.*

Parochus valide assistit matrimonio, etiamsi 50
ad alium finem vocatus, vel casu præsens sit, ita Nav. *cons. 20. nu. 1. sub tit. de sponsal. in antq. & consil. 11. sub tit. de clandest. desponsat. in novis* Salzed. *d. cap.76. vers. tertio licet dub. 5.* Sayr. *in floribus decis. sub tit. de sponsal. decis. 24.* Henriq. *lib.11. cap.3.* §. 5. *in fine*, Piasec. *in praxi Episc. part.2. cap.4. num.32. in fine*, Sanch. *dict. lib. 3. disp.39. num.* 182. Franc. Molin. *d. different. 11. num.119.* Ego ipse *d. alleg.32. num.88.* Contra Armendar. *d. lib.1. de matrim. n. 1. & 55.* Gonzal. *ad reg. Canceliar. gloss.48. num. 35.* Bonacin. *dict. q. 2. punct. 8. num. 20.* Basil. Pont. *de imped. matrim. cap.26.* §. 5. *in fine, & in noviss. tract. de Sacram. Matrim. lib.5. cap. 21. num.4.* existimantes, præsentiam Parochi convivii, & confabulationis, vel alterius negocii gratia vocati, non sufficere ad Matrimonium.

Quamvis sit putativus Morl. *in Emporio Ju-* 51
ris p.1. tit. de fide instrum q.2. num.6. Jo. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.127. num.25.* & non promotus intra annum, ut censuit Sacr. Congr. Conc. 12. *Martii* 1593. & licet habeat suam collationem nullam ob nullitatem concursus propter defectum Examinatorum synodalium, eadem Sacr. Congreg. *in Ceneten. 31. Julii* 1627. aut sit administratione interdictus, suspensus, irregularis, vel excommunicatus non toleratus, valide adhuc assistit matrimonio, modo non sit actualiter depositus, ac possessionem beneficii retineat, ita Petr. de Ledesma *d. q.45. art.5. puncto 3. dub.3. vers.ultimo*, Henriq. *dict. lib.11. cap.3.* §.4. & 5. Sanch. *d. lib.3. disp. 21. num. 4.* Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles. decis. 243. in 1. edit. & resol.213. num.1. in 2. edit.* Paul. Laym. *d. cap. 4. num. 5.* Basil. Pont. *d. tract. de Sacrament. Matrim. libro*
5. cap.17. num.6. ubi *num.10.* resolvit, Parochum 52
excommunicatum assistentem matrimonio, non efficí irregularem, & *n.11.* subdit, peccare tamen, & graviter, de quo etiam Squillante *de oblig. Cleric. p.3. num. 20.*

Et quamvis sit schismaticus, saltem coloratum 53
titulum habens, si non fuit ut talis declaratus, & parochia privatus, Navar. *cons. 8. num.2. sub tit. de clandest. desponf. in novis*, Sayr. *in floribus decis. sub tit. de desponsal. dec. 3.* Et licet sit noto- 54
rie

rie fornicator, non tamen adhuc in judicio con-
demnatus, & confessus, Armendar. *d. l.1. de ma-*
55 *trim. num.* 19. Ego ipse *d. alleg.* 32, *num.* 91. Vel
habeat titulum injustum beneficii, Sanch. *d. l.3.*
*disput.*22. *num.*62. Ægyd. de Conink. *d. disp-* 27.
*dub.*2. *num.*26, Bonac, *d. qu.* 2. *punct.* 8. *num.* 24.
Basil. Pont. *d. tract. de Sacram. Matrim. l.* 5. *cap.*
19. *per tot*, Ego ipse *dict. alleg.*32. *num.* 103,
56 Item quamvis interdictus, seu prohibitus ab
Episcopo, aut ejus Vicario sit, ne aliquos ma-
trimonio conjugat, quia adhuc valide assistit, ita
Petr. de Ledesma *qu.*45, *art.* 5. *& in sum. par.*1,
de Sacr. ubi *de Sacrament. Matrim. cap.* 6, *concl.* 4.
dub. 11. Salaed. *d. c.* 76. *in* 1, *dub.* Fr. Emman, *in*
*summ. tom.*1. *cap.*219. *num.*10. Henriq. *lib.*11. *cap,*
3. §.4. Cevall, *d. q.*604. *num.*7. Possevin, *d. cap.*
10. *n.* 14. *vers. Curatus*, Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 21.
*num.*11. *&* 12. *& disput.*32. *n.* 1. *&* 2. Rebello *d.*
*p.*2, *lib.*2. *qu.* 9. *num.* 9, Aloys Ricci *in praxi re-*
*rum fori eccles. dec.*244. *in* 1, *edit.* alias *resol.* 213.
*num.*2. *in* 2. *edit.* Valer. Reginald, *dict. lib.*31. *nu-*
*mer.*179. Ægid. de Coninc. *d. disp.*27. *dub.*2. *n.*28,
Ugolin. *d. c.*15. §.10. *num.* 8, Gutier. *de matrim.*
cap. 63. *n.*25, Basil. Pont. *in simili tract. l.*5. *c.*17.
*n.*13. Bonac. *d. q.*2. *punct.*8. *n.*18. ubi etiam idem
dicendum asserit, quando hujusmodi prohibitio
fuit facta Coadjutori, vel Vicario parochiali, de
quo etiam Armend. *d. l.* 1. *de matr. n.*23. Ego ipse
*d. alleg.*32, *n.*93,
57 Et quamvis existat in peccato mortali, Possev,
*de officio Curati cap.*5, *num.* 40. Bonac. *de Sacram.*
58 *disp.*1. *qu.*3. *punct.*2, §.1. *n.*10. Ego ipse *d. alleg.*
32. *n.* 106, Et etiamsi assistat matrimonio suorum
parochianorum in alterius parochia sine licentia
Parochi illius loci, in quo assistit, quia assisten-
tia non est actus pertinens ad jurisdictionem con-
tentiosam, imo neque ad voluntariam, Possevin,
*d. cap.*10, *num.*17. Hurtado *de matrim. disp.*5. *dif-*
*fic.*6. *num.*22. ubi extendit etiam extra Episcopa-
tum, Sanch. *d. l.*3. *disp.*19. *num.* 8. *&* 14. Basil,
Pont. *de impedim. matrim. cap.* 26. §. 6. *vers. ad-*
dendum, Bonac. *dict q.*2. *puncto* 8. *n.* 14. Gutier.
*de matrim. cap.*62. *num.*5. Ego ipse *dict. alleg.* 32,
num. 95,
59 Contra Paul. Layman. *dict, cap.* 4. *in fine*, pu-
tantem, peccare mortaliter Paroch. si in aliena
parochia sponsis suis solemniter, ac publice assi-
stat, & Segur. Davalos *d. p.*2. *cap.*14. *nu.*49. ac
Fr. Molin, *d. differ.* 11. *num.* 236. *cum seq.* existi-
mantes, id non esse matrimonium.
Et quamvis assistens sit delegatus Parochus;
quem Episcopus constituit, & ad nutum ipsius
amoveri potest, & Vicecuratus a Vicario proprie-
tario institutus, Sanch. *dict. lib.*3. *disp.* 31. *n.*16,
Rebello *dict, lib.*2. *q.*9. *n.*8. Possevin. *d. cap.* 10.
*n.*14. *in fine*. Ego ipse *d. alleg.*32. *n.*99.
60 Et denique, quamvis Parochus ipse non sit Sa-
cerdos, puta, quia illi collata fuit parochia, dum
esset in minoribus Ordinibus constitutus, ita Nav.
cons. 30, *sub tit. de sponsal. in antiq. alias cons.* 9.
sub tit. de desponsat. impub. in novis, Henriq. *l.*11.
*cap.*3. §. 5. *& lib.*14. *cap.* 6, §. 3. *in fine*, Franc.
Leo *in thesauro fori Eccles. part.*2. *cap.*9. *num.* 39.
Petr. de Ledesma *de matrim. q.*45. *art.*5. *punct.*3.
*dub.*3. *conclus.*3. Basil. Pont. *de imped. matr. c.* 2.
§. 5. *vers. Paroch. autem, & in noviss. tr. de Sacr.*
*matr. l.*5. *cap.*17. *num.* 1.

Contra *addit. ad cons.*9. *Nav.* Fr. Emman. *in*
*sum. t.*1. *cap.*219. Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 15.
§.10. *num.*3. Fernandez. *in exam. Theol. mor. p.*3.
*cap.*18. §.1. *num* 13. Filiuc. *in qu. mor. t.*1. *tr.*10.
num. 303. existimantes, non sufficere præsentiam
Parochi, qui non sit Sacerdos per Concil. Trid.
dict. cap. 1. dum dicit, *qui aliter, quam præsente*
Parocho, vel alio Sacerdote, sed facile responde-
tur, particulam *alius*, non semper denotare perso-
nam antecedentem esse similis qualitatis, ut con-
stat ex illo Lucæ 23. *ducebantur autem & alii duo*
nequaquam cum eo.

Additio.

☞ Quod Parochus valide, & licite assistere
possit matrimonio, licet prima tantum Tonsura
initiatus, declaravit Congr. Concil. approbante
Clem. VIII. prout refert Fagnan. ad cap. V. *Præ-*
terea de ætat., & qualit. præficiendor. n. 8. ☜
Potest proprius Parochus deputare Sacerdo- 61
tem sui loco, & illi licentiam concedere ad assisten-
dum matrimonio, ut colligitur ex Conc. Triden.
*dict. cap.*1. *vers. vel alio Sacerdote*, &c. refert de-
cisum Armend. *d. l* 1. *de matr. n.*12. Ego ipse *dict.*
alleg. 32. *num.* 107. quamvis ficte concederet,
idest oretenus, ac verbaliter tantum, intus non ha-
bens verum animum ipsam concedendi, adhuc uti-
que valeret matrimonium, coram eo celebratum;
Sanch. *d. l.*3. *disp.*21. *nu.* 64. Bonac. *d. punct.* 2.
*q.*8. *num.*24. Ego ipse *dict. alleg.*32, *num.*109. Et
etiamsi qui deputatur Regularis esset, quia hoc
supponi videtur *in Clem. Religiosi de priv.* Leaana
*in sum. q. Reg. c.*21. *num.*9. Fr Lud. Miranda *in*
*man. Prælat. t.*1. *q.* 43. *art.* 2. Ego ipse *dict. al-*
*leg.*32. *num.* 108. dummodo omni casu deputan- 62
dus sit Sacerdos, quia alteri, quam Sacerdoti,
assistendi licentiam concedere nequit, Trident.
loc. citat.

Additio.

☞ Cæterum non ita ad sui libitum licitum sibi
credat alium Sacerdotem deputare posse; *per se*
ipsum enim, *nisi legitima, gravissimaque de causa*
impeditus, id munus *obire tenetur*. ut Parochum mo-
net Benedictus XIV. Const. Nimiam licentiam 18.
Maji 1743. §. IX. Et quando concessit alteri Sa-
cerdoti licentiam assistendi, ipse Parochus tene-
tur adnotare in libro, ad hoc confecto etiam
illud matrimonium; cum enim spectet ad Paro-
chum fidem facere de matrimoniis suorum paro-
chianorum, hæc debent probari per hujusmodi
librum; circa quod proinde si Parochus negli-
gens fuerit, deficit in suo munere in re valde gra-
vi, ideoque mortaliter peccat. ☜
Habet quoque Parochus facultatem conceden- 63
di hujusmodi licentiam alteri Sacerdoti valide as-
sistendi matrimonio suorum Parochianorum,
quamvis esset irregularis, suspensus, excommu-
nicatus non toleratus, quia hæc concessio non est
actus jurisdictionis, saltem contentiosæ, ita Hen-
riq. *d. l.*11. *cap.*3. §. 5. *& l.*13. *c.* 7. §.7. Sanch.
*d. l.*3. *disp.*21. *num.* 7. Gutier. *de Matr. cap.* 62.
*num.*24.

num. 24. Basil. Pont. *eod. tract. l.* 7. *cap.* 17. *n.* 14. Bonac. *dict. qu.* 2. *puncto* 8. *num.* 22. Hurtado *de matrim. disp.* 5. *diffic.* 8. *num.* 26. *cum seq.* Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 110. Et saltem in casu necessitatis admittit Chapeaville *de modo ministrandi Sacramentum tempore pestis*, *cap.* 6. *quæst.* 3.

Contra Petr. de Ledesma *de Matr. qu.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. *dub.* 4. *& in sum. part.* 1. *de Sacrament. Matrim. cap.* 6. *concl.* 4. Mari Alter. *de censur. t.* 1. *lib.* 1. *disp.* 6. *cap.* 6, *vers. sed dubicatur*, Avil. *in simili tract. p.* 2. *cap.* 6. *disp.* 3. *dub.* 1. *concl.* 5. Ægid. de Coninck. *dict. disp.* 27. *num.* 21. Paul. Laym. *dict. cap.* 4. *num.* 5. *vers. credo*, existimantes, excommunicatum, aut suspensum, si toleratus non sit, alteri Sacerdoti licentiam assistendi nec licite, nec valide committere.

64 Eandem etiam facultatem babet Parochus, quamvis degradatus, qui alteri Sacerdoti licentiam assistendi licite committere potest, secundum Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 22. *nu.* 26. Bonac. *d. qu.* 2. *puncto* 8. *num.* 23. quos refero ego ipse *alleg.* 32. *num.* 111.

Animadversio.

☞ Si est degradatus, privatus etiam est parochia, in quo casu nescio, quomodo possit delegare alteri Sacerdoti facultatem assistendi matrimonio. Neque id unquam asseruere Sayrus, & Bonacina; nam Sayrus loc. cit. & Bonacina, non num. 23, ubi ad rem præsentem non differit, sed num. 26. dicunt, quidem validum esse matrimonium, cui de licentia Parochi assistit Sacerdos degradatus, quia hic adhuc est Sacerdos. At neuter loquitur de Parocho degradato, ut facile videri potest apud ipsosquinimmo concedunt, spoliatum parochia non esse amplius Parochum, ideoque amplius non posse dare Sacerdoti licentiam. ☜

65 Et potest quilibet Parochus facultatem concedere alteri Sacerdoti conjungendi sponsos in matrimonium, non solum in propria parochia, sed etiam extra illam, sicut docent Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 218. *conclus.* 6. Ægid. de Conink. *disp.* 27. *dub.* 2. *num.* 23. *& dub.* 3. *num.* 38. Gutier. *dict. cap.* 62. *num.* 10. Bonac. *d. quæst.* 2. *puncto* 8. *n.* 13. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract.* 11. *cap.* 10. *qu.* 23. *resol.* 3. Ego ipse *dict. allegat.* 32. *num.* 114.

66 Contra Seguram, quem refert, & sequitur Fr. Molin. *d. different.* 11. *n.* 136. *cum seqq.* existimantes, matrimonium non posse contrahi in aliena parochia, nec posse Parochum, vel Ordinarium concedere licentiam suis Parochianis ad contrahendum matrimonium extra suam parochiam, vel diœcesim respective.

67 An Parochi delegati, quos Episcopi constituunt, & ad nutum ipsius amoveri possunt, & Vicecurati, a Parochis proprietariis instituti, possint alteri Sacerdoti hanc licentiam assistendi concedere? Affirmant Rebello *par.* 2. *q.* 8. *num.* 8. *& in addit. libro* 4. *num.* 67. Possevin. *dict. capitulo* 10. *n.* 14. *in fine*, quos refero ego ipse *d. allegat.* 32. *n.* 115. *in med.* addo Hurtad. *de matrimon. disp.* 5. *diffic.* 10. *num.* 34. quod verum credit etiam in præsentia Parochi proprietarii Basil. Pontius *in suo novissimo tract. de Sacrament. matrim. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 2. late per conclusiones, Sanch. *d. l.* 3. *disput.* 31. ad quem se remittit Gutier. *de Matrim. capitulo* 66. *num.* 18. Contra Sot. & Barth. Medinam, quos refert Hurtado *ubi supra*, contrarium tenentes.

68 Parochus proprius, nolens matrimonio alioquin licito intervenire, vel licentiam interveniendi concedere, poterit ad id cogi per Superiorem, ut tradit Fr. Molin. *d. differ.* 11. *num.* 95. *cum seqq.* quem refero ego ipse *d. alleg.* 32. *numer.* 115. *in princ.*

69 Licentia assistendi, quam Parochus alteri Sacerdoti dat, debet esse expressa, non vero tacita, ut per Menoch. *de arbitrar. casu* 453. *num.* 13. *&* 14. *& cons.* 398. *num.* 15. Salzed. ad Bernard. *in prac. cap.* 76. *vers.* 12. Petra de Ledesma *in sum. p.* 1. *de Sacram.* ubi *de Sacrament. Matrim. cap.* 6. *conclus.* 4. *dub.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 47. *num.* 52. Sanch. *d. lib.* 3. *disput.* 35, *numer.* 15. Franc. Molin. *differ.* 11. *num.* 98. Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 26. §. 6. *vers. licentia*, Filiuc. *tract.* 10. *de matrimon. cap.* 6. *quæst.* 7. *num.* 218. *cum seqq.* Bonac. *d. quæst.* 2. *puncto* 8. *n.* 11. Ego ipse *d. allegat.* 32. *num.* 126. me citato in illo loco, Homob. de Bonis *in examine ecclesiastico tract.* 11. *cap.* 10. *q.* 22. *resolut.* 3.

Et requiritur, quod actum præcedat secundum Salzed. *cap.* 76. *vers.* 13. Sanch. *disp.* 35. *num.* 18. Fr. Molin. *d. differ.* 11. *num.* 99. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 129.

70 Metu, vel dolo obtenta sufficit, nisi per dolum, & mendacia versantia circa substantiam, vel causam finalem extorqueatur, ut docent Sanchez *d. lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 13. *& disputat.* 21. *nu.* 7. Gutier. *de Matrim. cap.* 69. *num.* 14. *&* 15. Bonacin. *d. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 27. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 133. Et valide datur contra prohibitionem Episcopi ad effectum, ut matrimonium contractum coram Sacerdote, cui concessa fuit, validum sit, prout resolvit Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap.* 26. §. 6. *vers. valet*, ubi testatur decisum, *& in noviss. tract. de matrim. l.* 5. *cap.* 29. *num.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 134. Et non requiritur in scriptis, sed sufficit verbalis, ex Nav. *cons.* 41. *n.* 1. *sub tit. desponsal. in antiq.* alias *cons.* 12. *de clandest. de spons. in novis* Sanch. *dict. l.* 3. *disp.* 35. *num.* 16. Fr. Molin. *dict. differ.* 11. *n.* 100. Sayr. *in floribus decis. sub tit. de sponsal. decis.* 48. Bonac. *d. q.* 2. *punct.* 8. *num.* 11. Ego ipse *dict. alleg.* 32. *num.* 128.

71 Licentia generalis administrandi omnia Sacramenta sufficit, ut illius vigore possit Sacerdos, cui data fuit a Parocho absenti, iter facere volente, vel infirmo, matrimonio contrahendo interesse, sicut a Sacra Congr. decisum referunt Rebello *de obligat. Justit. post l.* 4. *in declarat. sect.* 3. Bonac. *d. puncto* 8. *num.* 11. Ego ipse *d. alleg.* 32. 32. *num.* 127. *in princip.* Rot. *decis.* 750. *numer.* 6. *p.* 1. *divers. & in Vincentina matrimonii* 11. *Martii* 1624. coram bonæ mem. Dunozetto.
72 Sufficit quoque licentia concessa a Parocho, ut possit quis intra suam parochiam omnia ad curam animarum spectantia exercere, ut per Navar. *cons.* 27. *sub tit. de spons. in antiq.* quod deest in novis, Sayr.

in floribus decis. sub eod. tit. dec. 31. Rot. *d. decis.* 750. *num.* 2. *par.* 1. *divers.* Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *disput.* 8. *quaest.* 2. Sanch. *d. l.* 3. *disput.* 35. *num.* 7. ubi *n.* 8. declarat, non sufficere, si Parochus, quando est præsens, concedat alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta, secus, si absens relinquat substitutum; refero ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 127. *in med.* & juxta hæc intelligendi sunt Filiuc. *qu. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *de Sacram. Matrim. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 218. Tambur. *dict. qu.* 2. *num.* 1. *prope fin.* absolute existimantes, non sufficere licentiam ministrandi Sacram. a Parocho concessam, ut ejus vigore possit Sacerdos deputatus matrimoniis assistere, vel illa solemnizare, ut loquatur eo casu, quo non fuit a Parocho concessa licentia generalis administrandi Sacramenta sine ulla restrictiva, sed ubi licentia fuit data administrandi omnia Sacramenta magis necessaria, quia tunc ea extendi non poterit ad celebrationem matrimonii, ut dicit Rot. *decis.* 643. *num. ultim. part.* 1. *divers.* & *in d. Vicentina Matrimonii*.

73 Cujus licentiæ vigore poterit Sacerdos delegatus valide matrimonio assistere, dum a Parocho concedente non revocetur, quæ tunc revocata censebitur, quando iis, quibus concessa fuit, per certum nuncium, aut literas significata sit revocatio, ut resolvunt Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 36. *num.* 9. Ægyd. de Coninck. *d. disp.* 27. *num.* 32. *vers.* 6. Galet. *in Margar. casuum Conscientiæ*, *verb. matrimonium*, *pag.* 164. *col.* 2. Ego ipse *d. alleg.* 32. *n.* 131. resolventes, ante hujusmodi intimationem acta tenere, etiamsi Sacerdos ille aliunde sciret suæ facultatis revocationem, dummodo ista adhuc communiter ignoretur, & adsit error communis.

Additio.

☞ Et quidem, privatam notitiam revocationis, aliunde habitam, non officere in casu, validitati assistentiæ, si revocatio adhuc communiter ignoretur, & adhuc interveniat communis error, est sententia satis communis apud Theologos, & Canonistas: probaturque exemplo Vicarii, revocati ab Episcopo absente, cujus revocationis, adhuc existente communi ignorantia, & errore, valent ejus gesta, licet ipse ab aliquo privatim suam revocationem sciverit, ut cum Sanchez Gutier, Joanne Valerio, Fregosio, & Zerola, tenet de Justis de dispens. Matrim. lib. 1. cap. 5. nu. 43. pag. 80. Ceterum, quidquid sit de hac sententia, quisque intelligit, delegatum in hoc casu, tuta conscientia, suam assistentiam præstare non posse; quoties enim est certus de revocatione, sive per nuncium, sive per literas, sive aliunde, semper constituitur in mala fide; ideoque teneretur, se abstinere ab hac assistentia, ne exponeret, quantum in se est, controversiæ validitatem matrimonii. ☜

74 Non vero expirat, si interim Parochus moriatur, secundum Franc. Molin. *d. differ.* 11. *n.* 111. quem refero ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 132. Sed contrarium fuit in Rota resolutum *in d. Vicentina Matrimonii* coram bon. mem. Dunozetto, arg. *l. mandatum, C. mandati cap. gratum*, *c. relatum de offic. deleg.* cum vulgaribus, & ideo hoc tenendum.

Si Parochus concessisset licentiam Sacerdoti 75 assistendi, sed hic nondum certificatus de ea notitia, assistat (ut si licentia fuisset concessa nuncio misso a Sacerdote) valebit matrimonium; quia satis est esse cognitam, acceptatam a nuncio; si vero Parochus motu proprio concedat, vel ad instantiam alterius non missi a Sacerdote, non valebit, quia talis licentia est quoddam privilegium, hoc autem effectum sortitur a tempore notitiæ; ut tradunt Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 36. Filiuc. *d. tract.* 10. *n.* 220. Hurtado *de Matrim. disp.* 5. *diffic.* 13. Sed hac in re invenit Sacr. Congr. Conc. *sub die* 5. *Decembris* 1626. & 15. *Aprilis* 1628. censuisse, matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat, se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus, esse invalidum. ☞ Ut ergo validum sit matrimonium ipse Sacerdos debet prius esse certificatus de sibi concessa assistendi licentia, nec sufficit cognitio, & acceptatio facta a nuncio. ☜

Hinc Sacerdos credere non debet dicenti, se li- 76 centiam habere a Parocho, ut possit coram ipso contrahere, nisi certa signa afferat, vel sit persona spectatæ fidei, de cujus veritate dubitari nullo modo posset, ita Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 37. *num.* 2. Ægid. de Coninck *dict. disp.* 27. *numer.* 39. Valer. Reginald. *d. l.* 31. *num.* 181. Basil. Pont. *d.* §. 6. *vers. concessa*, Bonac. *d. q.* 2. *punct.* 8. *numer.* 38. Tamburin. *d. tom.* 2. *disp.* 8. *q.* 2. *in fine*. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 32. & *num.* 135. Si autem revera 77 non esset vera hujusmodi licentia, matrimonium cum illa contractum est nullum, ut censuit Sacr. Cong. Concil. 7. *Septemb.* 1620. Et asserenti li- 78 centiam proprii Parochi, in contrahendo matrimonio requisitam non intervenisse, incumbit onus probandi, quando contra eam opponitur a tertio, ex Mascard. *de probat. concl.* 982.

Proprii Parochi, vel alterius Sacerdotis de ejus 79 licentia, præsentia simultanea debet esse, & non sufficit successiva, Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 41. *num.* 1. Petr. de Ledesma *in summ. p.* 1. *de Sacram.* ubi de *Sacram. Matrim. cap.* 4. *concl.* 5. Ægid. de Coninc. *d. punct.* 7. *n.* 41. Filiuc. *d. tract.* 10. *num.* 229. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.* 32. *n.* 137.

Testes duo, vel tres, rationis compotes suffi- 80 ciunt, quamvis impuberes, consanguinei, domestici, fœminæ, aut infames, secundum Spin. *d. gl.* 15. *prin. num.* 46. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 3. §. 9. Petr. de Ledes. *de Matr. q.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *post* 4. *dub. vers. concl. sit* Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 41. *n.* 4. *cum seqq.* Basil. Pont. *de impedimentis Matrim. cap.* 26. §. 6. *in fine*, Bonac. *d. qu.* 2. *puncto* 8. *nu.* 43. Buratt. *decis.* 713. *num.* 7. ubi Ferentil. *in annotat. num* 11. Ludov. a S. Joanne *d. tit. de Matr. nu.* 6. Paul. Laym. *d. cap.* 4. *num.* 6. *vers.* Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 138.

Contra Franc. Molin. *de ritu nupt. l.* 1. *comp.* 8. *num.* 64. *cum seqq.* existimantem, testes legitimos, idoneos, & omni exceptione majores requiri.

Et sufficiunt, quamvis dolo, & ad aliud vocati sint, Sanch. *l.* 3. *disp.* 39. *n.* 10. quem refero ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 139. *in fine*, vel vi detenti, dummodo intelligant consensus contrahentium, & adver-

advertant, quod agitur, ut Sanc. *d. disp.* 39. *nu.* 9. Gutier. *de Matrim. cap.* 69. *num.* 13. Bonac. *d. q.* 2. *puncto* 8. *num.* 45. Ego ipse *d. alleg.* 32. *n.* 139. *in med.* Et non desiderantur rogati, Greg. Lopez *l.* 1. *verb. fin. testigos tit.* 3. *p.* 4. Sanch. *d. l.* 4. *disp.* 41. *num.* 7. Gutier. *de Matrim. cap.* 55. *in fine.* Possevin. *d. cap.* 10. *num.* 22. *vers. quæres*, Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi cap.* 15. §. 10. Bonac. §. 10. *d. q.* 2. *puncto* 8. *n.* 44. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 139. *in princip.*

81 Utrum autem, data urgente necessitate, possit matrimonium absque Parochi præsentia, vel alias non servata forma Concilii, celebrari? in dubium solet ab aliquibus revocari, nam videbatur dicendum, matrimonium celebratum, urgente gravissima necessitate, valere, veluti si contrahens in articulo mortis constituta, bona fide nubat ex rationabili causa, ne salus animæ ipsius, quæ concubina ad illum usque diem vixerat, periclitaretur, & ut pravæ affectioni in illo agone consultum esset: quo casu videbatur, S. Concil. debere recipere interpretationem, ut etiamsi forma præscripta ad unguem non fuerit observata, actus sustineatur, cum tunc legitime impedita non potuerit formam præscriptam adimplere, Brun. *in tract. de form. & solemnit. tit. de potent. & form. solemnit. limit.* 34. juxta deducta per Lap. *allegat.* 82. *num.* 1. & Dec. *in cap.* 5. *num.* 21. *de elect.* ubi licet juxta dispositionem *cap. quia propter*, *de el.* requiratur pro forma substantiali, quod electio fieri debeat per tres scrutatores; tamen si in collegio non adsint tres, qui possint eligi scrutatores, valet electio de minori numero, vel sine illis facta. Ex quibus forsan hanc partem sustinent Vega *in sum. lib.* 3. *casu* 361. & Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *cap.* 86. *num.* 4. *versic.* a.

Contrarium tamen est omnino tenendum, quia licet lex ecclesiastica non obliget in extrema necessitate cum tanto rigore, ut non liceat aliquando contravenire, nihilominus, dum agitur de essentiali forma Sacramenti, necessitas non excusat ab invaliditate matrimonii, non tam vi legis ecclesiasticæ, quam ratione legis naturalis, & divinæ, ibi inclusæ, quæ prohibet omnem accessum ad non suam uxorem, eo enim ipso, quod Ecclesia inhabilitat materiam, idest personas aliter contrahentes, daretur accessus ad non suam contra præceptum divinum. Certum siquidem est ex doctrina Theologorum, Sacramentum constare ex materia apta, & forma, & Ecclesiam posse in matrimonio hanc ineptudinem materiæ constituere, qui defectus materiæ impedit matrimonii perfectionem, & sic nulla etiam gravis necessitas potest supplere hunc defectum, & validare actum a principio nullum, ut in iisdemmet terminis nostris consulit Nav. *cons.* 44. *de spons.* alias *consil.* 6. *de clandest. despons.* & tenent Sarmien. *lib.* 1. *select. cap.* 9. *num.* 7. Segura *in direct. Jud. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 44. Henr. *in sum. l.* 11. *de Matr. cap.* 3. §. 1. & 8. Gutier. *de matr. cap.* 61. *num.* 4. *cap.* 61. *num.* 4. *cum seqq.* Homob. de bonis *de examin. eccles. tr.* 11. *cap.* 7. *q.* 14. *resol.* 3. cum multis aliis, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 17. ubi ex professo hanc materiam tractat, & decidit, refutatis Doctoribus contrariæ sententiæ, Ægidius de Coninc. *disp.* 27. *dub.* 1. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 6. Hurtado *de matrim. disp.* 5. *diffic.* 3. Rot. *decis.* 646. *numer.* 1. *part.* 2. *divers.*

Constat autem, formam præscriptam a Concilio non esse solamnitatem extrinsecam, accidentalem, ut sunt publicationes, & denunciationes, & aliæ similes, sed realem, essentialem, & substantialem, quæ nec potest adimpleri per æquipollens, & nunquam potest remitti ex quacunque urgentissima causa, saltem ad inducendam actus validitatem, Dec. *cons.* 466. *num.* 4. Boer. *cons.* 66. *num.* 26. & in terminis, in quibus allegabatur impossibilitas, respondit Rot. *in una Ferrarien. bonorum* 16. *Junii* 1614. confirmata 10. *Decembr. ejusdem anni*, coram Reverendiss. Seleucien. Unde nullam potest aliam recipere interpretationem Sacri Concil. dispositio, quæ voluit formam præcisam inducere ad hoc, ut Sacramentum matrimonii rite, & recte celebraretur coram ministro Ecclesiæ proprio Pastore, vel de ejus licentia, alias actum corruere necesse est. Nec bona fides sic contrahentis potest convalidare actum ipso jure prohibitum, & nullum, præcipue stante decreto irritante, quod afficit etiam ignorantes, licet forsan quoad alias pœnas bona fides possit excusare gloss. *in Clem.* 2. *de hæreticis*, ibi Card. post *notab.* 6. Imol. *num.* 2. cum multis aliis citatis per Sanc. *dict. disp.* 17. *sub fin.* Unde ex his sic tenuit Rot. *in Vicentina Matrimonii* 11. *Martii* 1624. cor. Rever. Seleucien.

82 Non tenentur iterum, obtenta dispensatione coram Parocho, & testibus contrahere, qui jam semel coram eisdem contraxere, invalide tamen propter defectum consensus utriusque contrahentis, vel propter metum utrique incussum, vel cum impedimento dirimenti, ut per Nav. *in man. c.* 22. *n.* 70. Fr. Silv. *in addit. ad* 3. *p.* S. Thom. *artic.* 2. *qu.* 2. *concl.* 4. Ægid. de Coninc. *de Sacr. disp.* 24. *dub.* 10. *n.* 83. Aloys. Ricc. in *dec. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 98. & *praxi fori eccles. decis.* 246. *in* 1. *edit.* Sanch. *l.* 2. *disp.* 32. *n.* 13. Gutier. *de matr. cap.* 46. *n.* 15. Bonac. *d. q.* 2. *puncto* 9. *n.* 4. Possevin. *d. cap.* 10. *n.* 25. Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 157.

Animadversio.

☞ Hoc dumtaxat verum est, quando matrimonium contractum est cum impedimento occulto, ut declaravit Sac. Pœnitentiaria auctoritate S. Pii V. quod ex authenticis documentis tamquam certum ostendit Bened. XIV. Instit. Ecclesiast. la LXXVII. in ordine §. LXIII. ☜

83 Contra Spin. *in speculo testam. glos.* 15. *princ. numer.* 62. Gutier. *de Matrim. cap.* 76. *n.* 32. Cened. *ad Decretal. collect.* 58. *num.* 4. & *Canon. q.* 30. *numer.* 11. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 1. *qu.* 120. *num.* 3. & *q.* 122. *num.* 3. Basil. Pont. *de Matrim. l.* 5. *cap.* 6. *num.* 5. Zambran. *in decis. casuum Conscien. temp. mortis c.* 7. *dub.* 2. existimantes, invalide contrahentes ob defectum consensus, vel cum impedimento dirimente, obtenta dispensatione, teneri iterum consentire ante Parochum, & testes. Sed conciliari debet utraque opinio, ut scilicet prima procedat in impedimento occulto, secunda vero in publico, quia.

Qui

84 Qui, subsistente aliquo impedimento occulto, publice juxta formam Conc. Trid. *d. cap.* 1. celebrarunt, etsi nullum fuerit matrimonium, eo sublato, non coguntur denuo eandem formam observare, ut per Petr. de Ledesma *q.* 45. *art.* 5. *concl.* 2. *ante ult. dub.* Sanc, *lib.* 2. *disp.* 37. Fr. Leo *in thesauro fori eccles. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 83. *cum seqq.* Matrimonium nullum ex aliquo defectu, celebratum tamen juxta formam Conc. *dict. cap.* 1, si post ratificetur, non eget nova solemnitate secundum Henr. *l.* 11. *cap.* 3. §. 6. Seraphin. *dec.* 900. Sanchez *d. disp.* 37. *num.* 3. Verum licet hi Doctores loquantur, vel necessario intelligendi sint, quando impedimentum est occultum, in aliis vero impedimentis non occultis certissimum est, matrimonium nullum propter impedimentum non ratificari, nisi de novo repetitis solemnitatibus Concil. Trid. si partes permanendo insimul libere consentiant, quotiescumque enim matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, si postea cesset, opus est, quod omnia de integro ponantur, quot sunt necessaria, & de essentia matrimonii, ita Gutier. *Canon. l.* 2. *cap.* 18. *nu.* 9. *cum seq.* Zambran. *de casibus in articulo mortis*, *c.* 7. *dub.* 2. *num.* 4. Seraphin. *dec.* 900. Rota apud Farin. *dec.* 265. *per tot. tom.* 2. *consil. crim.* repetita inter impressas Greg. XV. *dec.* 395. ubi multis rationibus hanc partem sustinet, & præcipue ex ea, quia omnis forma, & solemnitas, quæ debet intervenire in actu, ut valeat, intervenire debet in ratificatione, nec potest servire solemnitas per prius sequuta, quia illa debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari, nec juvare potest fictio, aut retroactio, cum non fiat, quando actus est omnino nullus, &c. sequitur eadem Rota apud Farin. *dec.* 204. *n.* 2. *p.* 2. *recentiss.* cujus resolutionis ea mihi videtur principalis ratio, quam tradit Bald. *in l. mancipia*, *per illum text. C. de rebus alien.* videlicet, quia ratificatio reconciliat ea, quæ pendent ab animo, sed non ea, quæ pendent ex aliqua forma, vel ex alia potentia exteriori.

85 Expressio vero, vel ratificatio consensus non est necessario facienda coram Parocho, & testibus, ut matrimonium infidelium fiat Sacramentum, ita Fr. Eman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 230. *num.* 1. Nav. *cons. in fine sub tit. de pactis in antiq. alias cons.* 2. *in fine sub tit. de convers. infidel. in novis*, Sanc. *l.* 2. *disp.* 9. *n.* 1. Gutier. *de Matrim. cap.* 42. *num.* 6. Bonac. *q.* 2. *punct.* 2. *num.* 6. Ego ipse *dict. alleg.* 32. *num.* 158.

86 Præsentia Parochi, & testium requiritur, ut matrimonium celebratum per procuratorem sit validum, ut per Henriq. *l.* 11. *cap.* 2. §. 6. Sanc. *l.* 2. *dis.* 12. *n.* 3. *&* *l.* 3. *dis.* 8. *num.* 24. Ægid. de Coninc. *disp.* 24. *dub.* 9. *num.* 78. Gutier. *de matrimon. cap.* 45. Bonac. *d. q.* 2. *punct.* 5. *num.* 5. Ego ipse *d. allegat.* 32. *num.* 159. Andr. Victorel. *in notis ad cap.* 10. Possev. *n.* 46. ubi dicit, quod ut procurator validum matrimonium alieno nomine contrahat, quatuor requiruntur conditiones. *Prima*, ut speciale mandatum habeat ad matrimonium contrahendum. *Secunda*, ut mandatum sit ad ineundum matrimonium cum certa persona. *Tertia*, ut procurator id muneris per se habeat, non enim substituere potest, nisi mandatum expresse hoc explicet. *Quarta*, ut, dum consensum præbet, facultas revocata non sit.

Additio.

☞ Communis quidem opinio est, matrimonia, quæ per procuratorem fiunt, etiam post Concil. Trident. valida esse, ut probat Bened. XIV. loc. mox citando; sed quæri posset, an qui matrimonium per procuratorem contraxerunt, illud iterum ipsimet coram Parocho, & testibus contrahere, vel saltem ratum habere debeant.

Quidquid pro parte affirmativa nonnulli senserint, communis tamen sententia est, alterutrum prudenter consuli, non autem necessarium esse, ut etiam probat dictus Benedictus, cum DD. cumulate citatis *lib. XIII. cap. XXIII. num.* 9. *de Synodo Diœces. an.* 1755. ☜

Tenetur Parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu, utrum scilicet fœmina velit ducere virum, & vir fœminam, sicut advertunt Gutier. *de Matrim. cap.* 69. *ad fin.* Bonac. *in simili tract. q.* 1. *punct.* 8. *n.* 40. Ego ipse *d. alleg.* 22. *numer.* 168. Filiuc. *d. tract.* 10. *num.* 223. Alias, si omittat, graviter peccare resolvit Basil. Pont. *d. capitulo* 26. §. 2. *vers. ex quibus condit.* 6. nisi certus esset de mutuo illorum consensu; tunc enim omissionem istius interrogationis esse tantummodo peccatum veniale, docet Bonac. *d. n.* 40. 87

Ad Matrimonii validitatem minime requiritur, ut Parochus, vel alius Sacerdos assistens utatur in ejus celebratione his verbis, *Ego vos in matrimonium conjungo* &c. de quibus *in d. cap.* 1. Conc. Trid. ut docent Perez. *leg.* 1. *vers. præterea necessarium est*, *tit.* 1. *l.* 5. *Ordinam. pag.* 39. Petra Ledesma *de Matrim.* 43. *art.* 1. *dub.* 4. *concl. fin. &* *q.* 45. *art.* 5. *pun.* 3. *ante primum dub. concl.* 2. *& in sum. p.* 1. *de Sacr.* ubi *de Sacr. Matrim. cap.* 1. *concl.* 15, *in fine* Sanch. *l.* 3. *disp.* 38. *num.* 4. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 36. Franc. Molin. *d. differ.* 11. *num.* 125. Basil. Pont. *loco proxime citato condit.* 7. Ægid. de Conic. *disp.* 27. *dub.* 4. *num.* 45. Sayr. *in floribus dec. sub tit. de sponsalib. dec.* 61. Filiuc. *d. tract.* 10. *num.* 11. Gutier. *d. cap.* 69. *num.* 3. Campan. *in divers. Juris Canonici rub.* 1. *n.* 50. Bonac. *d. p.* 2. *punct.* 3. *n.* 39. ubi etiam, quod Parochus tenetur ex præcepto Concil. *d. cap.* 1. uti prædictis verbis, vel saltem aliis juxta ritum, & consuetudinem patriæ, refero ego ipse *d. alleg.* 32. *n.* 169. Quorum verborum omissio est peccatum mortale, cum violetur Concil. præceptum, secundum Salzed. ad Bernard. *c.* 76. *lit. B. vers. secundo* Henriq. *l.* 11. *cap.* 2. §. 1. Rebello *d. l.* 2. *qu.* 7. *sect.* 1. *n.* 4. 88

Contra Sanc. *l.* 8. *disp.* 38. *num.* 7. Ægid. de Coninc. *dict. dub.* 4. *num* 45. Gutier. *d. cap.* 69. *num.* 16. Bonac. *dict. puncto* 8. *num.* 39. *vers. rogabis*, existimantes, esse tantum peccatum veniale:

Animadversio.

☞ An verba illa = Ego vos in matrimonium conjungo &c. = sint de essentia matrimonii, tamquam illius forma? Sunt, non contemnendæ auctori-

ctoritatis Theologi, sentientes, iis omissis, esse quidem matrimonium validum in ratione contractus, non vero in ratione Sacramenti. Inter quos numerantur Melchior Canus, Estius, Sylvius, Bundart, Tournellius, Quorum tamen opinionem solidissimis argumentis, tum ex communiori Canonistarum, & Theologorum sententia, potissimum S. Thomæ *in 4. distin.* 28. *q.* 1. *art.* 3. tum ex sensu, & praxi Ecclesiæ rejicit Bellarminus lib. de Sacram. Matrim. cap. VII. & VIII. *Pontas in Dictionario Casuum Conscientiæ tom. II. Verb. matrimonium III. cas. I. & Verb. impedimentum Clandestinitatis cap. IX. & novissime* Brocardus *in Theologia morali verb. Matrimonium in ratione Sacramenti n.* 10. *& seq.*

Imo Fagnanus *in cap.* 13. *Quod nobis de Clandest. desponsat. num.* 51. post relatam Cani opinionem, mordicus sustinet ex *cap.IX. ad abolendam de Hæretic.* Quod cum certum sit ex Trident. matrimonium clandestinum, etiam ante illius decretum de eo coram Parocho contrahendo, fuisse ratum, ac verum matrimonium, & consequenter Sacramentum, contrarium asserere esse periculosum in fide.

Ad clarissimos hos Cani, ejusque sequacium Contradictores circa hanc celebrem quæstionem lectorem remitto. Unum tantum addam, decretum scilicet Congregat. Concil. *sub die* 2. *Martii* 1580. relatum ab eodem Fagnano *loc. citat. numer.* 54., quo declaravit = illa verba, *cap.* 1. *vers. ubi Parochus viro, & muliere interrogatis*, non pertinere ad substantiam matrimonii, ideoque matrimonium valere, etiamsi verba prolata sint tantum a contrahentibus, & non a Parocho, dummodo adsit præsentia Parochi, quam absque verbis sufficere putavit = Quæ declaratio, utpote emanata a Congr., quæ sola statuta est a Summis Pontificibus interpres Trident. Decretorum, prævalere debet, in materia potissimum doctrinali, ut est præsens, quorumcumque privatorum Doctorum opinioni, ut plurimis cumulatis rationum momentis, probat *Bened. XIV. Institut. Eccles. CVII. num.* 6. ☜

89 Parochus quicunque, in cujus parochia vagabundi sunt, & commorantur, potest eorum matrimoniis interesse, ut probant Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 25. *num.* 11. Basil. Pont. *de impedim. matrim. c.* 26. §. 5. *vers. alienigenæ*, etiamsi alter tantum vagus sit, quia adhuc satis est, si quis Parochus intersit, Cened. *d. q.* 30. *nu.* 68. *vers. circa hanc* Gutier. *de Matrim. cap.* 65. *num.* 8. diligenti tamen inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarii licentia, ut habetur expresse in Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. matrim. cap.* 7. ne forte sint alibi conjugati, aut habeant occultum impedimentum contrahendi, ut bene observant Petr. Ledesm. *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *dub.* 4. *vers. dico secundo, & in sum. p.* 1. *de Sacram* ubi *de Sacram. Matrim. cap.* 7. *conclus.* 4. *dub.* 3. Sanc. *d. disput.* 25. *a num.* 8. Gutier. *dict. cap.* 65. Bonacin. *d. punct.* 8. *n.* 6. Si vero Parochus eam non adhibeat diligentiam, peccabit mortaliter, sed valebit matrimonium, ita Verac. *in append. ad qu. quomodo qui vagantur admittend. sint ad Matrim. vers. quamvis sic fiat*, Sanch. *dict. disput.* 25. *num.* 16. *&* 17. Cened. *dict. q.* 3. *n.* 68. *in princ.* Basil. Pont. *d.* 5. *in fine*. Gutier. *c.* 65. *num.* 15. *& cap.* 67. *num.* 3. Vagus, seu vagabundus quoad hunc propositum is dicitur, qui nullum certum domicilium habet, vel qui pristinum domicilium omnino deserens, amisit, & iter agit, aut navigat animo acquirendi novum, ita Henriq. *d.* §. 3. Cened. *d. q.* 30. *num.* 69. *&* 70. Gutier. *dict. cap.* 65. *num.* 9. Sanch. *d. disp.* 25. *num.* 1. ubi *n.* 8. *vers. intellige*, dicit, Tridentinum loqui de his, qui vagantur, & incertas habent sedes, late Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles. p* 4. *resol.* 353. *cum seq.* nam *resol.* 354. resolvit bannitum quoad hunc effectum non dici vagabundum. Et hoc jure alienigenarum gaudent etiam ii, qui, ne curam proprio Parocho contrahant, alio secedunt, non habitaturi, nec mansuri, ut per Sanch. *d. lib.* 3. *disp.* 23. *numer.* 13. *&* 14. *& disp.* 25. *n.* 12. *in fine*. Gutier. *d. cap.* 65. *num.* 11. Bonac. *d. puncto* 8. *n.* 4. quicquid dicant.

Ad matrimonium contrahendum coram Paro- 90
cho, & testibus obligantur ii, apud quos promulgatum est Concil. Trid. & receptum juxta illius statutum *in d. cap.* 1. *vers. & hujusmodi decretum*, qua publicatione nondum facta, nulla obligatio arctat habitatores, prout in quibusdam Galliæ, & Poloniæ partibus, ita Petr. de Ledesma *in Sum. part.* 1. *de Sacr.* ubi *de Sacrament. Matrim. cap.* 6. *concl.* 4. *dub.* 5. Nav. *consil.* 8. *numer.* 1. *sub tit. de clandest. desponf. in novis* Sanch. *d. l.* 2. *disp.* 18. *num.* 1. Molfes. *in sum. Theolog. moralis tract.* 4. *cap.* 9. *n.* 19. Gutier. *de Matrim. cap.* 1. *numer.* 12. Basil. Pont. *d. cap.* 26. §. 2. *vers.* 4. ubi subdit, hujusmodi resolutionem non nasci ex eo, quod lex ad sui obligationem exigat, ut acceptetur a populo, sed ex speciali dispositione Ecclesiæ in hoc casu, quæ hanc legem obligare noluit, nisi post promulgationem in singulis Parochiis factam, & triginta a publicatione diebus elapsis, refero ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 152.

Unde ii, qui sunt incolæ unius loci, in quo 91
promulgatum, & acceptatum fuit Concil. si alio migrent, ubi non est acceptatum, poterunt valide contrahere, servata, quoad fieri possit, antiqua lege ecclesiastica, sive illac transeant, sive domicilium ibidem collocaverint, ut per Petr. de Ledesma *de Matrim. q.* 45. *art.* 4. *punct.* 3. Henriq. *d. l.* 11. *cap.* 8. §. 8. Basil. Pont. *dict. cap.* 62. §. 2. *verb hinc etiam fit eos, & de Matr. l.* 5. *c.* 9. Sanch. *d. l.* 3. *disp.* 18. *n.* 28. Bonac. *d. q.* 2. *puncto* 8. *n.* 2. Molfes. *d. tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 21. Filiuc. *d. tract.* 10. *cap.* 6. *n.* 200. quod ego verum
credo, si recessus a loco habitationis fuisset fa- 92
ctus ad evitanda impedimenta, puta inimicitias, & obstacula parentum, secus si recessus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum, ut censuit Sacr. Cong. Concil. *sub die* 7. *Februarii* 1602. & ideo eadem Sacra Congr. *in Colonien.* 5. *Septemb.* 1626. & *in Antuerpien.* 16. *Decembr.*
1628. declaravit, matrimonium non esse legiti- 93
mum, si contrahatur inter se transferentes ad locum, in quo Concil. non est promulgatum, cum animo sine Parocho, & testibus contrahendi.

Additio.

☞ Et quidem, matrimonium contractum ab his,

his, qui in fraudem Triden. recesserunt, invalidnm esse, & Decreto Trident. subjici, clarissime in terminis tradidere Petr. de Ledesm. de *Matrim. q.45. art. 5. dub. ult.* Henriq. *in summ. lib. 12. de Matrim. cap.3. n.8. &c.* Et in peregrinia, & captivis, ubi apparet fraus, vel intentio fraudandi Trident. resolvunt dictus Petr. de Ledesm. *loc.cit. ad fin. in solut. ad 3. & puncto 3. dub. pen.* Henriq. *d. cap.3. n.8.* Et probatur a simili; nam licet statuta, solemnitatem contractus respicientia non ligent extra territorium, cum in solemnitatibus locus contractus attendatur, *l. cum fundus, ff. de evict.* tamen boc non procedit, data fraude, quando scilicet in fraudem statuti, & ad evitandum illius solemnitatem contrahentes data opera recedunt a loco, ubi viget statutum; quia tunc contractus oullus est, ut inter alios quamplures tenuerunt Aretin. *cons.54. num.7. & cons.73. n.5. 6. & 7. Bart. in l.cum satis C. de agricol. & cens. Corset. verbo statutum* 11. Nec rationes, quibus movetur Sanchez de Matrim. *lib.3. disput.* 18. *n.* 29. evincunt, dum existimat, validum esse matrimonium per incolas locorum, ubi Tridentinum obligat, contractum in locis, ubi nec obligat, nec publicatum fuit, etiamsi ad ea loca iverint in fraudem Tridentini, ut ibi possint libere absque Parocho, & testibus matrimonio copulari. Arguit enim primo, quod qui jure suo utitur, non potest dici fraudem committere, ut ea ratione effectus impediatur, *l. Nullus videtur 55. ff. de regul. Juris, l.3.* paulo post princ. versic. *is tamen, ff. de libero* hom. Ceterum hæc ratio, ex eo vulgari brocardico desumpta, facile dissolvitur: nam verum est in dubio, quod is, qni jure suo utitur, non videtur fraudem committere, vel in fraudem facere, sed boc procedit in dubio, non vero ubi clare apparet in fraudem facere, ut declarant dec. in dicta *l. Nullus videtur, num. 1. vers. Et boc intelligitur, & procedit*, & melius Cagnol., *ibi num.1.* ponderans eum textum, dum dicit *Nullus videtur*, quasi dicat in dubio, & juris præsumptione non videri fraudem facere; secus tamen, quando manifeste, seu per conjecturas apparet, quòd principaliter fit in fraudem. Quando enim aperte constat, actum directe ordinari ad finem, sive effectum fraudandi legem, licet incidenter alii respectus concurrant, censebitur actus prohibitus, & in fraudem legis factus, juxta doctrinam *Stephani de Feder. de interpret. juris part. 1. n.* 48. quem sequitur Tiraquell. *de retracta lig. in præfat. num. 77.* Hic autem, & in casu proposito constat, quod contrabentes ad migrandum ad parochialnm, in qua Concilium Tridentinnm publicatum non fuit, principaliter impulit animus, & finis præcipuus contrahendi sine solemnitatibus Tridentini; & ut, fraude de loco ad locum commissa, possent sanctissimum illius decretum circumvenire, & libere in illius fraudem contrahere. Secundo movetur idem Sanchea ex resolutis a *Covar. de sponsal. par.2. cap.* 8. §.2. *n.* 10. & Sermien. *select. lib.1. cap.6. n.8.* dum tradunt, filios effici legitimos, etiam quoad exclusionem substituti per matrimonium in articulo mortis, in fraudem substituti contractum. Sed, omissa disputatione circa veritatem hujus dicti, de quo, data fraude dubitant Parisius *cons. 13. nu.68. lib. 1.* Anton. Gabriel. *commun. titul. de legitimatione conclusion. 1. n. 5. & 54.* solutio est facilis, quia, ut infra dicam, sola mala intentio nocendi tertio non efficit actus invalidos, nisi simul adsit frans legis, vel de re ad rem, vel de loco ad locum, vel de persona ad personam; nam in matrimonio contracto in fraudem substituti solum adest prava intentio nocendi tertio; quæ bene inducit præjudicium substituto, non tamen inducit fraudem legis, cum neque mutetur res, neque locus, neque persona ad fraudandam legis dispositionem, prout in præsenti casu mutatur locus; & sic in casu illo, de quo Covar. & Serm. quamvis agatur de damno, & præjudicio tertii, non taoien agitur de fraude legis. Eodem modo dissolvitur ultimum argumentum Sanch. dum dicit, quod bona, vel mala intentio conferre potest ad committendum, vel non committendum peccatum, non tamen ad anullandum actum, cum intentio maneat in mente, nec effectuio influat in opus externum, ex traditis a Navarr. *de restit. lib. 3. cap. 5. n.7.* Nam æquivocatio stat in boc, quod sola prava intentio fraudandi tertium absque fraude legis non efficit actus invalidos; secus tamen ubi ultra pravam intentionem adest fraus legis, tunc enim annullatur actus, non ob pravam intentionem, sed ob fraudem legi adhibitam.

Sic è contra incola illius loci, in quo non est
acceptatum Conc. Trid. tenetur contrabere ma- 94
trimonium coram Parocho, & testibus, si divertat ad locum in quo est receptum, sicut resolvunt Petr. de Ledesma, *d. q.44. puncto 3. ad fin.* Sanch. *d. l. 3. disp. 18. n. 26.* Bonac. *d. puncto 8. num.5.* Ego ipse *d. alleg.32. n. 155.*

Insuper Concil. *d. c. 1.* Parochum, vel alium 95
Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocbo, vel Sacerdote de ejus licentia, hujusmodi contractui intersuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit, cujus decisione sublata, noo est pœna suspensionis triennalis, imposita Parocho assistenti matrimonio clandestino, *in cap. ult. §. final. de clandest. desponf.* sed prӕterea licebit Ordinario in illum alia pœna arbitraria animadvertere, ad ejus temeritatem, & præsumptionem coercendam, ita Sanch. *dict. l. 3. disp.48. a n.3.* Franc. Molin. *differ. 11. num. 147. cum seq.* Mar. Alter. *de censur. tom.2. disp.11 de suspens. cap.5. in princ.* Ego ipse *d. alleg.32. num.* 162. ubi *nu.* 163. addo Parocbum ob licentiam concessam alii Sacerduti assistendi matrimnnio clandestino non incurrere prædictam triennalem suspensionem, quia Conc. suspendit Parochum, vel alium Sacerdotem conjungentem, & non exprimit dantem licentiam, mandantem, vel consulentem, & *num.* 165. dico suspensum ab officio, qui interfuit matrimonio clandestino, non esse suspensum a beneficio, quia text. *in d. cap. ult.* solum mandat suspendendum esse a beneficio, contra Mutiens. *l.1. gloss.7. n.2. in fine, tit.1. l.5. novæ Recop.* Sanch. *d. l.3. disp. 48. n. 4.* Gasp. Hurtado *de Matr. dis.5. diffic. 17. num.55.* existimantes, cessare hoc edictam suspensionem triennalem per pœnam arbitrariam, impositam a Conc. citato *cap. 1.* In hac quidem triennali suspensione dispensare non posse Episcopum, resolvunt. Conc. *desponf. p. 2. cap.6. in princ. numer. 14.*

*mer.*14. Henr. *in sum. l.*13. *cap.* 39. §. 3. Sanc. *d. l.*3. *disp.*52. Ego ipse *d. alleg.*32. *n.*166. nec virtute Conc. *sess.* 24. *de reform. cap.* 6. id Episcopo permissum est, ut tenent Sanc. *d. disp.*52. *num.*4. Mari. Alter. *d. cap.*5. *prope fin.* Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.*176. ex ea ratione, quia hæc suspensio non incurritur ipso jure, sed per sententiam Judicis, cognitione præmissa de delicto, unde supponitur deductum ad forum contentiosum.

Additio.

☞ Est hic notandum, quod contrahentes sine dictis præviis denunciationibus, puniendi sunt pæna arbitraria, ut in cap.III. Cum inhibitio §.final. de Clandest. despons. Testes vero hujusmodi matrimonio scienter assistentes, puniri etiam possunt, pæna excommunicationis, ipso facto incurrendæ Bened. XIV. de Synod. Diæc. lib. XII. cap. V. num. 4. ☜

96 Præterea hortatur eadem S. Synod. Trid. *dict. cap.*1. ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, ut ex ea colligunt Ægid. de Coninc. *d. tom.*2. *disp.* 27. *a num.* 71. Fr. Leo *in thes. fori eccl. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. *vers. nam licet*, Basil. Pont. *d. cap.*26. §.2. *cond.*4. *vers. ex quibus*, Ego ipse *d. alleg.* 32. *num.* 179.

97 Sublato tamen scandalo, & contemptu legis ecclesiasticæ, maxime si probabile sit incontinentiæ periculum, peccatum mortale non erit, matrimonium consummare ante hujusmodi benedictionem, sicut resolvunt Nav. *in man.* 22. *n.* 83.

98 Statuit deinde idem Conc. *eod. cap.* 1. benedictionem a proprio Parocho fieri, neque a quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam obtinuerit, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est,
99 non obstante; & debet Parochus recipere eleemosynam occasione benedictionis, & non alius,
100 Sacr. Cong. Rit. *in Acherontina* 25. *Jannar.* 1602.
Ad id autem sufficere Parochum utriusque contrahentis tenent Cened. *ad Decret. collect.*81. *num.* 8. Sanchez. *lib.* 7. *disp.*82. *num.* 8.

Contra Cavalcan. *par.*2. *decis.*12. *a numer.* 21. Paul. Fusc. *de visit. l.*2. *cap.* 3. *n.* 21. Ceval. *dict. q.* 604. *num.* 148. existimantes, non integrum esse utriusvis contrahentis Parocho benedictiones hujusmodi impartiri, sed id esse Parochi mulieris.

Additio.

☞ Non semel ortum est dubium, an hæc benedictio permittenda sit post traductionem mulieris ad domum viri. Cong. Conc. an. 1594. censuit, non esse permittendam; ut lib. VIII. p.115.

Item ortum est & hoc aliud, a quo Parocho danda esset in casu, quo ante traductionem, nondum ea recepta, conjuges mutaverint domicilium, illamque peterent, an scilicet a Parocho domicilii uxoris, coram quo matrimonium contraxerunt, an a Parocho novi domicilii, in quod se transtulerunt? Hoc dubium satis docte solvit Fagnanus ad cap. III. *Vir autem*, *de secundis Nuptiis* num.13, e 16. firmatque, dandam esse a Parocho novi domicilii: licet enim Parochus veteris domicilii censeri quodammodo possit acquisivisse jus ad illam impertiendam, ex quo interfuerit celebrationi matrimonii, cum tamen per translationem domicilii conjuges subtracti sint ab ipsius jurisdictione, desierunt esse proprii parochiani, nec sufficit, quod hic fuerit proprius Parochus, sed oportet, ut sit proprius, quando benedicit, quia cum Concilium statuat, ut benedictio fiat a proprio Parocho, qualitas adjecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi. ☜

Eas vero omittere, peccatum veniale esse tenent 101
Sanch. *d. lib.*3. *disp.* 82. *num.* 6. & Hurtado *de Matr. disp.*5. *diffic.* 23. *n.*82. quia tantum sunt sacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neque valde congruens progressui matrimonii. Fieri autem non posse, nisi inter Missarum solemnia, ut censuit Sac. Congr. Concilii *in Pisauren.*13. *Julii* 1630. cujus memini *in collect. Bullarii verb. benedictio*. Et eleemosynæ, quas dant sponsi in illorum benedictione, spectant ad Parochum, Sac. Congr. Rit. *in Acherontin.* 25. *Januarii* 1602.

Benedictiones hujusmodi non debet Parochus 102
facere secundo nubentibus, etiamsi forte primum matrimonium fuerit invalidum; ita Nav. *in man. cap.* 22. *n.* 83. Menoch. *de arbitr. casu* 417. *num.*2. Sanch. *l.*7. *disp* 82. *n.* 15. Bonacin. *d. qu.* 4. *puncto* 6. *n.*4. servata semper legitima diœcesis consuetudine. Possev. *de officio Curati cap.* 10. *numer.*48. quæ quidem generaliter recepta obtinet, 103
ut possit benedictio solemniter fieri, si fœmina nondum fuisset benedicta, ut observant Covar. *de spons. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *numer.* 2. Marc. Ant. Genuen. *in pract. Archiep. Neap. cap.* 59. Mar. Alter. *de censur. tom.*2. *disp.* 12. *de suspens. cap.* 4. *vers.*3. *dubitatur*.

Licet Parochus pro benedictione hujusmodi nuptiarum prohibeatur aliquid exigere, sponte tamen oblatum recipere potest, ut tenent Selv. *de benefic. p.*1. *q.* 7. *num.* 55. Gutier. *Canon. l.* 1. *cap.*29. *num.*16. & 17. resolventes etiam, quod si Sacerdos, ad quem spectat benedictio nuptiarum, nolit dare licentiam alteri Sacerdoti, quod benedicat nuptias, nisi pro pecunia, si quidem non intendat vendere licentiam benedictionis, sed providere sibi de portione oblationis sibimet contingenti, non est simonia; si tamen ex certa scientia majorem exigat summam, quam præsumatur debere valere portio eidem contingens, merito præsumi potest, quod ipsam licentiam vendere voluit.

Animadversio.

☞ Sicuti nulla datur actio Parocho aliquid exigendi pro benedictione nuptiali, ita videtur nullum titulum ei suffragari ad aliquid petendum pro licentia alteri danda citra simoniam. ☜

Quod, si quis Parochus, vel alius Sacerdos, si- 104
ve regularis, sive sæcularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine il-

lorum Parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debeat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvantur, ita Concil. Trident. *sepe citato capitulo primo*. Ex quo.

Primo colligo, Sacerdotem tam sæcularem, quam regularem conjungentem in matrimonium, vel benedicentem subditos alterius parochiæ absque licentia Parochi, vel Ordinarii, remanere suspensum ab officio, donec ab Ordinario Parochi obtineat absolutionem, ita Sanch. *l.3. disput. 52. num.4.* Suar. *t.5. disp.31. sect. 1. n.18.* Hurtado *de Matrim., & censur. tract. de suspensione diffic. 13. num. 40. vers. nono* Bonac. *de censur. disp. 3. qu.6. punct.5. num. 16.* & novissime *de suspens. omnibus in particulari disp. 3. puncto 5.* Ego ipse *d. alleg. 32. n.186. cum seqq.*

105 *Secundo* colligo, Sacerdotes regulares matrimonia solemnizantes, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, ultra suspensionem præfatam, ipso facto excommunicatos esse excommunicatione Sedi Apostol. reservata, de qua *In Clem. 1. de privil.* ita Navar. *cons. 6. numer. 7. sub titul. de pœnis, in antiq. & cons. 10. sub titulo de pœnis, in antiq. & cons. 10. sub tit. de constit. in antiq. cap. 15. §. 12. num. 8.* Sanch. *d. l.3. disp.48. num. 8. & 9.* Mar. Alter. *de cens. tom.2. disp.11. cap.4. vers. sed quæret.* Ego ipse *d. alleg.32. num. 192.*

Contra Henriq. *in sum. lib.13. cap. 38. §. 2. in commento lit. E.* Suar. *tom. 4. de censur. disp. 12. sect.4. num.13.* Sayr. *in simili tract. l.4. cap.5. numer. 10.* Bonac. *eod. tract. disp. 3. q. 6. punct. 5. num.19. in fine, & de matrim. q. 4. punct. 6. nu. 3.* Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.26. §.2. vers. ex quibus concedit. n.10. & §.6. in princ.* existimantes, Religiosum, benedicendo absque licentia, præter suspensionem non incurrere excommunicationem latam *in dict. Clem. 1.*

Animadversio.

☞ Thesaurus de Pœnis ecclesiasticis, verb. Matrimonium cap. I. §. *Adverte*, non amplectitur sententiam DD. putantium, Regulares cit. Clementinæ tansgressores incurrere excommunicationem ab ea latam, & suspensionem a Tridentino inflictam, ob statutam ab ipsis regulam, quod pœna nova non tollat antiquam, quando sunt latæ sententiæ, secus si ferendæ; sed cum pluribus ibid. cit. contrariam tenet =, scilicet abrogatam esse excommunicationis pœnam in dicta Clementina latam, per suspensionis pœnam latam in Tridentino, quia pœna gravior antiqua censetur abrogata per pœnam mitiorem novam: ita &c.... & ita invenio responsum a S. Cong. Concilii. = ☜

106 *Tertio* colligo, Sacerdotem benedictionem secundis nuptiis impartientem in casu non permisso, incurrere suspensionem, ut per Covar. *§.11. n.2.* Navar. *in cap. 25. n. 137.* Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 59. in addit.* Mar. Alter. *dict. cap.4. vers.2.* Sanch. *d. disp. 82. n.27.* Ego ipse *d. alleg. 32. n. 188.*

Contra Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 77. num.2. & lit. F.* Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.1. l.2. cap. 82. nu. 2. in fine* Menoch. *de arbitr. casu 417. n.8.* Ceval. *d. q.604. num.125.* Aloys. Ricc. *dict. resol.113. num.1.* Ugolin. *d. §. 12. n. 6. fine*, existimantes, arbitraria tantum pœna puniendum esse clericum, in casibus sibi non permissis nuptiales benedictiones indulgentem.

Quarto colligo, excusare a supradicta suspensione ignorantiam, etiam crassam, dummodo non sit ita crassa, ut sit ingens temeritas, ita Sanc. *d. l. 3. disp. 48. num. 7.* Gutier. *de matrim. cap. 75. num. 16.* 107

Quinto colligo, hanc suspensionis pœnam nedum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi posse, ut per Hurtado *de Matrim. & censur. tract. de suspensione diffic. 13. num. 40. vers. nono* Franc. Molin. *differ. 11. n. 149.* ubi *num. 150.* tenet, eam ipso jure impositam esse, quia Conc. Trid. *d. c. 1.* ibi *tandiu suspensus maneat, &c.* loquitur per verba præsentis temporis, quæ latam sententiam important. 108

Additio.

☞ Placet hic addere a me jam collecta, tamquam in corolario, in meo Opere, cui titulus = Expositio Juris Pontificii &c. pag. 545. & seqq. Capita, ob quæ nulla sunt Sponsalia, nullumque matrimonium: atque praxim servandam pro obtinenda facultate a Sac. Pænitentiaria convalidandi matrimonium, nulliter contractum, prout exarata legitur in cit. Opere pag. 349. & seq.

ET QUOAD SPONSALIA, NULLA SUNT.

I. SI Sponsalia inita sint ante septennium, dummodo rationis usus non præveniat. & malitia non suppleat ætatem, in quo casu valida erunt *cap. 3. Puberes, cap. 9. de illis, cap. 8. A nobis, & cap. 14. Tuæ de Desponsat. impuberum.*

II. Si inita sint cum coactione, auferente libertatem; cum hæc requiratur ad substantiam actus humani moralis.

III. Si inita sint ficte, sine animo scilicet se obligandi, ex cujus defectu nulla oritur in conscientia obligatio fidelitatis: quod etiam locum habet, si secuta fuerit defloratio puellæ sub ficta promissione matrimonii *cap.26. Tua nos*, non tamen in foro externo, in quo verba censentur conformia menti, nisi probetur fictio. In foro vero conscientiæ tenebitur dumtaxat reparare damna illata parti læsæ. Si vero deflorator aliter hæc reparare non possit, nisi ei nubendo, tunc tenetur eam ducere, cum injustus damnificator teneatur resarcire eo modo, quo potest.

IV. Si inita sint sine consensu reciproco *L. 1. §. 2. & 3. ff. de Sponsal.* Nec taciturnitas fœminæ, dum vir ei matrimonium promittit, est signum sufficiens sponsalium, cum in re, obligationem inducente, tacens non habeatur pro consentiente, licet interne consentiret, quia consensus in mente retentus nihil operatur in contractibus humanis.

V. Si, non dissolutis primis, vel ex mutuo consensu

sensu, vel ex canonica causa, ab Ordinario approbanda, incantur secunda *L. 1. ff. De his, qui notantur infamia*.

VI. Si ineantur secunda ante transactum tempus, ab Ordinario præfigendum, si sponsus, vel sponsa post prima inita alio abierit, non animo mutandi domicilium, sed ob aliquam justam causam, cum tunc non censeatur mutare terram, *L. Clam. possidere §. Qui ad nundinas ff. De acquirend. vel amittend. possess.* Lege quidem civili expectandus erat absens biennio, si degeret intra provinciam *L. 2. C. de Sponsal.* triennio vero, si extra, *L. 2. C. de Repud.* Imo etiam longiori tempore, si absentiæ causa esset necessaria, ut valetudo, mors parentum &c. *L. penult. C. de Sponsal.* Qui tamen juris rigor temperatus est ab Alexandro III. qui respondens Archiepiscopo Panormitano, absolute declaravit, liberum esse sponso, vel sponsæ respective *ad alia vota se transferre*, ut ex ejus Decretali, relata in *cap. 5. de illis, tit. de Sponsalib. & matrim.* Verum id eis ita liberum erit, si transactum fuerit tempus ad expectandum, ab Ordinario præfixum, ut eum communi DD. sentit Benedictus XIV. *Instit. Ecclesiast. XLVI. num. 4. 5. & 6.* ex declaratione Cong. Conc. 2. Octobr. 1723.

CAPITA, OB QUÆ NULLUM EST MATRIMONIUM.

I. Ex defectu ætatis legalis, a jure canonico scilicet præscriptæ, quæ in masculis debet esse XIV. in fœminis autem XII. annorum completorum *cap. 3. Puberes, cap. 11. Ex literis, cap. 10. Attestationes, & cap. 19. Tua de Desponsat. impuberum*: dummodo adsit plenus rationis usus, & malitia non suppleat hanc legalem ætatem, in quo casu, cum puberes possint copula carnali conjungi, matrimonium erit validum, *cap. 5. De illis, cap. 3. Puberes, cap. 1. Tua de Desponsat. impuberum*, ac ex declaratione Congregat. Conc. in *Januen: apud Fagnan. ad cap. De illis eod. tit.*

An autem malitia vere suppleat ætatem, intercedere semper debet judicium Ordinarii, vel Sedis Apostolicæ, si agatur de matrimonio contrahendo, ut declaravit Benedictus XIV. in Epistola ad Poloniæ Primatem, *Magna nobis* 29. *Junii* 1748.

II. Ex defectu consensus per vim, & gravem metum cadentem in constantem virum, a quocunque injuste incussum, *cap. 2. Abbas, cap. 4. Ad audientiam, & cap. VI. Cum dilectus, de iis, quæ vi, metusve causa fiunt, ac cap. 14. Cum locum, cap. 13. Veniens, & cap. 28. Consultationi, de Sponsalib.* qui ut talis dicatur, hæc quatuor simul requiruntur. I. Ut malum, quod timetur inferendum, sit grave. II. Ut prudenter timeatur. III. Ut illum ineutiens, minas exequi possit. IV. Ut huic a metuente resisti nequeat, nec malum, quod timet, vitare possit.

Non tamen metus, licet gravis, invalidat matrimonium, vel si ab habente potestatem juste incutiatur *cap. 11. Ex literis, de Sponsalib. & cap. 2. Pervenit, de Adulterio, & Stupro*, vel si incutiatur ad alium finem, quam ad extorquendum consensum: vel tandem, si oriatur ab intrinseco, puta, si a metuente dumtaxat concipiatur, aut ob sui animi perturbationem, aut ob causam aliquam naturalem.

III. Ex errore substantiali personæ, cum scilicet unus ex contrahentibus putat, se matrimonium inire cum Antonia, & hæc est Francisca, & e converso, *Can. 1. Quod autem caus. 29. qu. 1.* errantis enim nullus est consensus, *cap. 14. Cum locum, de Sponsalib.*

Error vero fortunæ, & qualitatis non dicitur redundare in substantiam personæ, puta, si mulier contraheret cum Titio, credens esse divitem, & est pauper; si quis contraheret cum muliere, putans esse castam, & virginem, & est meretrix, vel corrupta *cit. Can. Quod autem*.

Si quis autem expresse contrahere nollet, nisi sub alterutra ex his qualitatibus, vel altera conditione, hac deficiente, deficeret etiam consensus, ideoque nullum esset matrimonium, *L. Cum ad præsens ff. De rebus credit.*

IV. Ex impotentia ad coeundum, seu ad perfectam conjugalem copulam habendam, ante, vel etiam post contractum matrimonium cognita, sive sit naturalis, & intrinseca, sive accidentalis, & extrinseca, puta, orta ex maleficio, seu opera hominis; dummodo utraque sit perpetua, tam absoluta, quam respectiva *cap. 1. Accepisti, cap. 2. Quod sedem, cap. 3. Ex literis, de frigid. & malefic.* & Constit. Sixti V. *Cum frequenter* 27. *Junii* 1587.

Quod, si dicta impotentia matrimonium præcesserit, & dubitetur, an perpetua sit, vel temporalis, indulgetur conjugibus a Cælestino III. triennalis cohabitatio, a tempore attentatæ copulæ, ad experiendum, an haberi possit copula perfecta, *cap. 5. Laudabilem, cit. tit. De frigid.* & Gloss. hic, vel juxta praxim a die decreti a judice ecclesi. interpositi.

V. Ex ligamine, tam jure divino, quam ecclesiastico, quando scilicet, adhuc constante primo matrimonio valido, attentatur secundum *1. ad Cor. cap. 7. vers. 39. Trident. Can. 2. sess. XXIV. de Sacram. matrim. cap. 8. Gaudemus, De divortiis*.

VI. Ex cognatione naturali, spirituali, & legali.

Ex naturali quidem, quæ consanguinitas dicitur, oritur impedimentum dirimens in infinitum, si est in linea recta ascedentium, & descendentium, ex Nicolao I. *cap. 37. ad Consulta Bulgarorum.* In linea vero transversali, seu collaterali, quæ olim usque ad septimum gradum inclusive matrimonium dirimebat, hodie illud dirimit usque ad quartum dumtaxat inclusive, *cap. 8. Non debet, de consanguinit. & affinit.*

Ex spirituali cognatione, quæ solum contrahitur a baptizante, & confirmante, ac suscipiente, seu tenente baptizatum, & confirmatum, oritur idem impedimentum, *cap. 3. Quamvis, de cognat. spirit. in VI. & cap. 2. Trident. sess. XXIV. de reform. matrim.* Contrahitur itaque a baptizato, & confirmato cum baptizante, & confirmante, ac cum patrino, vel matrina, & dicitur paternitas, & filiatio spiritualis, atque a patrino, vel matrina cum patre, & matre baptizati, & confirmati, vel confirmati, & baptizati cum confirmante, & baptizante, vocaturque compaternitas, & commaternitas.

Notandum tamen est, quod tenens confirmandum, si ipse non sit confirmatus, nullam contrahit

cognationem, ut declaravit Cong. Conc. *in Licien.* 13. *Julii* 1654. *lib.* 19. *Decretor. ejusdem Cong. pag.* 358. prout retuli in meo Opere = Expositio Juris Pontificii pag. 524.

Ex cognatione etiam legali oritur prædictum impedimentum dirimens, *L. Adoptivus ff. De ritu nupt. &* §. 1. *&* 2. *Instit. de nupt. Can.* 1. *Ita diligere, & Can.* 6. *Per adoptionem* (*Palea*) *cauf.* 30. *quæst.* 3. *cap.* 1. *Si quis, de Cognat. legali*, quæ contrahitur in linea recta inter adoptantem, tanquam legalem patrem, & adoptatum, tanquam filium, ejusque descendentes usque ad quartum gradum inclusive, & dicitur paternitas, quæ matrimonium dirimit, licet per emancipationem soluta fuerit adoptio *cit. Can.* 1. *Ita diligere, & L. Quin etiam, de ritu nuptiar.* sive adoptio sit perfecta, quæ adrogatio vocatur, sive imperfecta, ut notavi in d. meo Opere §. *Nota* 1. *pag.* 526.

Itidem oritur in linea collaterali inter filios naturales legitimos adoptantis, & adoptatos, tanquam inter fratres, & sorores legales, *cit. cap. Siqua, & L. Qui in adoptionem ff. de optionibus*, & dicitur fraternitas, quæ expirat, expirante adoptione, *cit. cap.* 1. *Si qua*.

Oritur insuper inter adoptantem, & uxorem adoptati, ac inter hunc, & uxorem adoptantis, & dicitur affinitas legalis, quæ durat, etiam soluta adoptione, *L. Adoptivus, ff. de ritu nuptiar.*

Circa hanc autem cognationem notandum est pro praxi, nullum impedimentum ad matrimonium contrahendum oriri.

I. Si adoptio facta fuerit ab eo, qui non est sui juris, qui nempe potestatem non habet disponendi de sua hæreditate S. Thom. *in* 4. *dist.* 42. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 3.

II. Si facta fuerit ab eo, qui non est major adoptando, huncque non superet ætate octodecim annorum *L. Adrogato* 40. §. 1. *ff. de adoptionib.*, *& emancipat. L.* 1. *tit.* 7. §. *Minorem natu* 4. *Instit. de Adoptionib. L.* 1. *tit. XI. S. Thom. loc. cit. ad* 5.

III. Si facta fuerit ab inhabili ad contrahendum matrimonium ex defectu naturalis potentiæ generandi, quales sunt, qui utroque teste carent, S. Thom. *loc. cit. ad* 4.

IV. Si facta fuerit a muliere, cum nec naturales liberos in sua potestate habeat. Excipitur tamen mulier, si nullum superstitem filium habeat, cui ex indulgentia Principis facultas adoptandi conceditur ad solatium liberorum amissorum §. *Si Fœminæ* 10. *Instit. de adopt. S. Thom. loc. cit. ad* 3.

V. Qui autem secundum quid adoptare prohibeantur, quique adoptari nequeant, adeatur Remigius Maschat: *Instit. canonic. in præcursu Juris Canonici lib.* 1. *tit. XL n.* 11. *&* 12. *respons.* 2. *&* 3.

VII. Ex affinitate, quæ oritur ex carnali copula, perfecta tamen, idest cum effusione seminis intra vas naturale, tam licita, nempe conjugali, quam illicita, uuius cum alterius consanguineo, vel consanguinea, etiam invita, ebria, aut dormiente *Can.* 11. *Extraordinaria pollutio, cauf.* 35. *quæst.* 2. *&* 3. *& Can.* 1. *Fraternitatis, ead. cauf. quæst.* 10. Quæ affinitas oritur inter consanguineos fœminæ, perfecte carnaliter cognitæ, & virum cognoscentem, & inter hujus consanguineos, & fœminam cognitam. Quæ si orta sit ex copula conjugali, dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive, *cap.* 8. *Non debet, de consanguinit. & affinit.* si vero ex illicita, usque ad secundum tantum pariter inclusive, *Trident. cap.* 4. *sess.* 24. *de reform. matrim.* S. Pius V. Const. *Ad Romanum*, 18. *Novemb.* 1566.

Est hic notandum, quod olim affinitas pariebat affinitatem, non autem hodie, *cit. cap. Non debet.* Unde valide contrahitur matrimonium a duobus unius familiæ fratribus cum duabus alterius familiæ sororibus, a patre, & filio unius familiæ cum matre, & filia alterius familiæ.

VIII. Ex justitia publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus validis de futuro, *cap.* 3. *Juvenis, cap.* 4. *Ad audientiam, cap.* 8. *Sponsam, de Sponsalib. & matrim. & cap. unico, Ex sponsalibus, eod. tit. in VI.* Quæ dirimit matrimonium, non ut olim, usque ad quartum gradum, quacumque ratione invalida fuissent, excepto defectu consensus, *cit. cap. Ex sponsalibus, & cit. cap. Sponsam*, sed usque ad primum tantum, si valida erant, *Trident. cap.* 3. *cit. sess.* Quod impedimentum non aufertur, etiamsi sponsalia valida dissoluta fuerint mutuo consensu, ex declaratione Congreg. Conc. 6. Julii 1658. confirmata die 10. ejusdem mensis, & anni ab Alex. VII. teste Fagnan. ad *cap. Ad audientiam, de Sponsalib is num.* 29.

Oritur etiam hoc impedimentum ex quocumque matrimonio rato, etiam invalido, dummodo invalidum non fuerit ex defectu consensus, dirimitque matrimonium, ut olim, ex *cit. cap. Ex sponsalibus*, usque ad quartum gradum inclusive, prout declaravit S. Pius V. Const. *Ad Romanum*, 1. Julii 1568.

IX. Ex servili conditione, quando quis scilicet liber nubit mulieri, quam liberam esse credit, cum tamen libera non sit, sed ancilla, *Can.* 4. *Si quis ingenuus, cauf.* 29. *quæst.* 2. *& cap.* 4. *Ad nostram, de conjug. servor.* Valide vero contraheret, si sciens, esse ancillam, ei libens nuberet, *Can.* 5. *Si fœmina, cit. cauf. & quæst.*

Et hic notandum est ex mox cit. Testibus, quod validum esset matrimonium, initum inter duas personas servilis conditionis, etiam invitis dominis: Cum enim hodie rigorosa servitus inter Christianos in desuetudinem abierit, ut notavi ad *tit. De conjug. Servor.* in cit. meo Opere pag. 82. & pag. 519. hoc impedimentum locum amplius non habet.

X. Ex cultus disparitate, diversitatis nempe Religionis, ut si fidelis contrahat cum infideli, seu non baptizato, ex solo jure ecclesiastico, tradito potius, quam scripto, ut communiter tenent DD. ex usu, & praxi Ecclesiæ, prout etiam declarat Bened. XIV. Const. *Singulari nobis*, 9. *Februar.* 1749. §§. *IX. & X.*

Circa matrimonium duorum infidelium valide contractum, & consummatum, quid agendum sit, quando unus ex conjugibus ad christianam fidem conversus baptizetur, & alter in infidelitate remaneat, adeatur Const. laudati Benedicti. *Apostolici ministerii* 17. *Kalend. Octob.* 1747.

XI. Ex voto solemni castitatis, solemnizatum per susceptionem Ordinis sacri, aut per professionem religiosam, emissam in aliquo Ordine regulari, a Sede Apostolica approbato, *cap.* 1. *de Diacono, cap.* 2. *Ex literarum, cap.* 3. *Meminimus, cap.* 7. *In-*

7. *Insinuante, qui Clerici, vel vovent. cap.* 1. *Si qui clericor. de Clericis conjug. cap. unic. Quod Votum, de Voto in VI. Trident., Can. IX. sess. XXIV. de matrimon.*

Et notandum, quod votum per Ordinis susceptionem solemnizatum dirimit matrimonium contractum post Ordinem susceptum, non autem contractum ante, licet sit ratum dumtaxat, non consummatum. *Extravagant. Joan. XXII. cap. unic. Antiquæ, de voto.* Votum vero solemnizatum per professionem religiosam dirimit etiam matrimonium ante contractum, ratum tantum, non vero consummatum, *Trident. Can.6. cit. sess.*

XII. Ex Ordine sacro, *cap.* 7. *Conc. Lateranen. II. celebrati sub Innocentio II. anno* 1139. *& cap.*8. *de Monialibus, & cit. cap. de Diacono, ex literarum, cap. Si qui clericorum, ac cap.* 6. *Cum olim, de Cleric. conjug. Trident. cit. Can.IX.*

XIII. Ex crimine nullum est matrimonium, quod est quadruplex. I. Homicidium alterutrius conjugis patratum a viro, seu muliere ex mutua machinatione ad finem contrahendi matrimonium post obitum innocentis, *can. V. Si quis vivente, caus.*31. *quæst.* 1. *cap.* 1. *Laudabilem, de Convers. infidel.* II. Homicidium alterutrius conjugis, etiam non conventum, cum adulterio ab utroque cognito, ad finem pariter contrahendi matrimonium, *cap.*2. *Significavit nobis, cap.* 3. *Super hoc, & cap.* 6. *Significasti, de eo, qui duxit in matrim.* III. Adulterium consummatum, ab utroque cognitum cum reciproca promissione, sive ante, sive post illud habitum, futuri matrimonii, licet sine conspiratione homicidii, *cap.* 1. *Propositum, cap.* 4. *Ex literarum, cap.* 6. *Significasti, cap.*7. *Veniens, cap.*8. *Si qui, de eo, qui duxit in matrim.* IV. Matrimonium attentatum cum adultero, vel adultera, constante primo matrimonio valido, etiam dumtaxat rato: quod crimen matrimonium dirimit, etiam defuncto adulteræ viro, aut adulteri uxore, si tamen utrique adultero innotuerit primum matrimonium validum, *cap.*5. *Cum haberet, cap.*7. *Veniens, cap.*8. *Si qui, cit. tit. De eo, qui duxit &c.*

XIV. Ex defectu præsentiæ Parochi proprii contrahentium, aut alterius Sacerdotis, ab eo deputati, & duorum testium, *Trident. cap. I. sess. XXIV. de reform. matrim.* circa quam præsentiam notandum est.

I. Parochum proprium sponsi, vel sponsæ, eum esse, in cujus parochia ille, vel ista habet domicilium, aut quasi domicilium, *Cong. Concil. in Mutien.* 18. *Novemb.*1702. & Const. Benedicti XIV. *Paucis ab hinc* 19. *Martii* 1758. & sufficere præsentiam solius Parochi proprii sponsæ, quando matrimonium contrahitur in hujus parochia; sicuti & sufficere præsentiam solius Parochi sponsi, si in ejusdem parochia contrahatur, Congr. Conc. anno 1573. *lib.* 1. *Decretor. pag.*125. & laudatus Benedictus *Instit. ecclesiast. XXXIII. num.*5.

Quasi domicilium autem contrahitur, quando quis spatio saltem unius mensis degerit in loco, ubi matrimonium celebrat, *cit. Const. Paucis ab hine*: dummodo tamen eo se transtulerit animo figendi domicilium.

II. Si alteruter ex contrahentibus duo domicilia in diversis parochiis habeat, cum scilicet æqualiter, moraliter tamen, non arithmetice, in utroque degat, sufficere præsentiam Parochi, sub cujus jurisdictione degit, quando nubet.

Nullum vero est matrimonium contractum coram Parocho loci, ad quem se quis transtulit non animo figendi domicilium, sed vel peragendi causa rem familiarem, vel rusticandi, *Cong. Concil. in Romana* 22. *Februar.* 1631. *lib. XIV. decretor. pag.* 390. *In Abulen. & Urbinaten.* 1. *Decembr.* 1640. *lib. XVI. pag.*456. *&* 457. *In Lauretana* 13. *Julii* 1725. & alibi passim. Sicuti etiam nullum est, si contractum fuerit sine Parocho, & testibus a transeuntibus per locum, in quo Trident. in puncto matrimonii non est promulgatum, vel ad illum a se transferentibus solo animo contrahendi sine dicto Parocho, & testibus, non mutato domicilio, ex declaratione ejusdem Cong. 5. Septemb. 1626. confirmata ab Urbano VIII. in Brevi, edito 14. Augusti 1627. & a Benedicto XIV. *Constit. Cum venerabilis*, 19. *Martii* 1758.

III. Etiam nullum est, si contractum fuerit coram Parocho, & testibus, interessentibus præsentia dumtaxat physica, & materiali, nihil eorum, quæ aguntur, videntibus, vel audientibus, eadem Congreg. *in Lauden. Matrim.* 28. *Jan.* 1678. *in Giennen. anno* 1581. *lib. III. Decretor. pag.* 59. *in Romana super dubiis matrimoniorum* 7. *Martii* 1700. & laudatus Benedictus *de Synod. Diœc. lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 1. Validum tamen est, si Parochus affectasset non videre, aut non audire, aures sibi obtrudendo, vel faciem velando, vel terga vertendo, dictus Benedictus *loc. cit. n.* 10. & novissime *in Carthaginen. matrimon.* 1753. Sicuti etiam validum est, si tam Parochus, quam testes ad interessendum non expresse vocati, neque sponte, sed vel fortuito, vel dolo, aut vi adacti, audierint vel mutuum contrahentium consensum, vel signa hunc significantia, *L. coram Titio, ff. de verbor. signific. L. non multum ff. de Auctorit. tutorum L. testium, Cod. de testib. & cit. Giennen. ad V.*

Proprius vero Parochus prætoris, Judicis, medici, facultatum professoris, discipulorum, & famulorum, licet exteri sint, ille est, in cujus parochia degunt, si per aliquod temporis spatium ibi morati fuerint, cum quasi domicilium ibidem contraxerint, *Congr. Conc. in Abulen.* penes Garziam *de benefic. part.*5. *cap.*7. *num.*11. & Benedictus XIV. *cit. Instit. ecclesiast. XXXIII. num.* 10.

Proprius etiam Parochus vagorum, qui nempe, relicto domicilio, sedem alibi inquirunt, ille est, in cujus ditione degunt, cum matrimonium contrahunt *L. Ejus §. Celsus, ff. Ad municipalem.* Quid autem faciendum sit Parocho, antequam horum matrimonio intersit, adeatur *Trident. cap. VII. sess. XXIV. de reform. matrim.* Vagorum vero nomine non veniunt peregrini, cum peregrinentur animo revertendi ad suum domicilium.

Proprius insuper Parochus carceribus detentorum ille est, in cujus parochia siti sunt carceres: si tamen perpetuo, vel ad certum tempus in pœnam ibi detineantur, *L. filii, §. Ad municipalem*, non vero si detineantur dumtaxat, donec eorum causa a Judice per sententiam definiatur *Congr. Conc. in Farfen. matrim.* 26. *Maii* 1707. tunc enim proprius eorum Parochus ille est, in cujus parochia domicilium habent.

Ex

Ex decretis ejusdem Congr. relatia a laudato Benedicto cit. Instit. XXIII. rite contrabere possunt matrimonium, ut in cit. meo Opere jam notavi, coram Parocho loci, intra cujus parochiæ limites degunt. I. Puellæ expositæ in hospitio spuriorum detentæ II. Puellæ, quæ in aliis hospitiis, seu conservatoriis servantur, & eorundem proventibus aluntur, licet per breve tempus discedant, suos domesticos invisuræ. Puellæ vero, quæ, data fide, & viro jam destinatæ, per consanguineos invitæ monasteriis detinentur, ex generalibus decretis *Congr. Episc. & Regul. in cit. Instit.* relatis, extrahi debent ab iisdem monasteriis, licet Ordinario minime subjectis, ut contrahere possint coram Parocho, cujus ditioni paterna ædes adjecta judicabitur. Quod si difficile sit ad extractionem devenire, illæque in alia parochia domicilium non habeant, tunc matrimonium contrahent coram Parocbo, intra cujus parochiam situm est monasterium: si vero proprinm domicilium babeant, coram hujusmodi domicilii Parocho contrahent, ut probat idem Benedictus loc. cit.

Quis autem debeat assistere matrimonio, quod aliquando ineundum est ab iia, qui in Xenodochiis in gravi vitæ periculo versantur, ut animæ salnti prnspiciant, an scilicet capellanus, vel Parochus, in cujus ditione illa sita sunt, magna est contentio inter DD. ideoque standum erit in tali casu declarationi, seu deputationi Ordinarii, ut ibidem sentit idem Pontifex. Verum tunc monendus erit ægrotus, ne, sanitati restitutus ad uxorem accedat, donec paruerit iis, quæ a S. Officio præscribuntur circa juramentum ab eo præstandum de sua libera conditione, ceterisque impedimentis, juxta Instructionem d. Tribunalis, jam a me impressam in cit. meo Opere pag. 491. quam tamen in tali vitæ periculo locum babere non posse credit laudatus Pontifex, si temporis spatium non suppetat ad illam executioni mandandam.

Validum est etiam matrimonium contractum coram proprio Parocbo, licet, juxta communiorem sententiam, aut non sit Sacerdos, aut sit suspensus, aut excommunicatus, etiam non toleratns, cum censuræ non tollant titulum parochiæ, commun. Aut pariter, si ei interdictum sit ab Ordinario, *Cong. Conc. in cit. Giennen. ad I.* aut item, si sit vitæ criminosæ, vel cum occulto defectu tituli, dummodo ex errore communi habeatur pro Parocho, *L. Barbarius, 3. ff. de Offic. Prætor.*

PRAXIS SERVANDA.

Pro obtinenda facultate a S. Pœnitentiaria convalidandi matrimonium, nulliter contractum, juxta Instructionem

BENEDICTI XIV.

Exaratam in Institutione ecclesiastica, in ordine la LXXVII.

CUM difficile admodum sit ei, qui nulliter matrimoninm contraxit, ad S. Pœnitentiariam pro illius revalidatione recurrere, & idcirco munus sit Parochi, aut confessarii, supplicem ad eam libellum dirigere, ne in ejusdem Pœnitentiariæ rescriptis executioni demandandis error obrepat, sequentia ab eodem Parocho, vel confessario observanda sunt.

In dicto supplici libello, latino, vel italico idiomate exarato, ad Cardinalem majorem Pœnitentiarium dirigendo, res tota cum suis caussis, & necessariis circumstantiis fideliter est declaranda. In eo reticetur nomen illius, qui dispensationem postulat; cujus loco ponitur litera N. locus tamen designatur, ubi dantur literæ, & nomen, ac cognomen illius, ad quem responsum dari possit.

Si confessarius, vel Parochus deprehenderit, conjuges conscios esse impedimenti occulti, curare debet, ut clam, & caute (ne ex occulto fiat publicum) separentur, donec obtenta fuerit a S. Pœnitentiaria dispensatio: si enim esset publicum, dispensatio non a Pœnitentiaria, sed a Dataria obtineri deberet.

Quando dispensationis literæ ad confessarium diriguntur cum clausula: *Discreto viro confessario, magistro in theologia, vel decretorum doctori, ex approbatis ab Ordinario*, duo simul requiruntur in earum executore, 1. scilicet quod lauream doctoralem in theologia, vel in jure canonico sit consecutus in aliqua Universitate, 2. quod sit approbatus ad excipiendas sacramentales confessiones ab Ordinario, in cujus territorio executurus est hujusmodi literas. Idque requiritur etiam in Regularibus, non habentibus privilegium. Propterea non sufficit, quod hi sint approbati ab Ordinario ad confessiones, ac theologiam, seu jus canonicum profiteantur, aut doceant; neque quod magistri titulo inter suos fruantur; neque quod in alterutra, vel etiam in utraque facultate sint licentiati, ut contra Rotarium *Theol. Regul. tom. 3. lib. 1. cap. 1. pun. 9. num. 25.* docet communis opinio. Ex privilegio tamen Ven. Innocentii XI. in Constit. *Exponi* 17. *Novembris* 1679. eas exequi possunt veri Lectores jubilati Min. Observ. qui scilicet triennio pbilosophiam, & decennio theologiam legerint; non sic qui per minoris temporis spatium legeruut, ac solis literis Generalis lauream Jubilationis obtinuerunt, ut animadvertit Matthbeuccius *Offic. cur. cap. 31. num. 34.* Eodem privilegio gaudent ex concessione Gregor. XIII. 3. April. 1582. PP. Societ. Jesu per Præpositum generalem, vel de ejus licentia per alium superiorem ejusdem Societatis designati, & per Ordinarios locorum approbati. Quæstio est, an Regulares participantes de hoc privilegio Patrum Societatis Jesu, eodem beneficio fruantur? & sententia affirmativa videtur communis, ac de Mendicantibus Ordinibus in eodem communicantibus expresse affirmant Marcus Paulus Leo in *Praxi ad lit. M. Pœnit. par. 1. de For. vot. pag. 15. de Justis, de dispen. matr. lib. 1. cap. 8. num. 104.* aliique passim, ex Pyrrho Corrado *in Prax. disp. apost. lib. 8. cap. 10. num. 30.* hoc peculiariter adnotantes, quod dispensatio matrimonialis facienda est *audita sacramentali confessione, & non aliter*, siquidem tempore Pontificatus Pauli V. introducta fuit in formulam, talis clausula, quæ de stylo Curiæ evasit necessaria, proindeque servanda: quidquid in contrarium ante hujusmodi introdu-

ctio-

ctionem, ac stylum, scripserint Sanchez, Merolla, & alii, quoad hoc propterea non audiendi, ut videbimus.

☞ Cum Societas Jesu suppressa sit a Clem. XIV. feliciter regnante Constit. in forma Brevis, incipien. *Dominus, & Redemptor Noster*, sub die 21. Julii 1773. ac simul abrogata omnia privilegia eidem a Summis Pontificibus concessa, necessario sequitur, ceteros Ordines regulares, cum ea participantes, ac in privilegiis communicantes, gaudere amplius non posse privilegio, de quo supra, nec aliis dictæ societati concessis. ☜

Si prædictæ literæ consignatæ, & simul apertæ fuerint a confessario, ut supra, non laureato, non idcirco novæ erunt postulandæ, sed tantum primæ alicui sunt tradendæ, qui supradictis qualitatibus præditus sit.

Disputant DD. an pollens facultate eligendi quemlibet inter confessarios, si postquam dictas literas aperiendas tradiderit alicui confessario, aut doctori, eas possit repetere, simulque illarum executionem alteri committere, Paulus Leo in voce *Literæ, num.* 8. probat, tuto repeti posse, quoties primus confessarius imperitus, ignarusque deprehenditur.

Literæ dispensationis semper munitæ sunt clausulis, expressis in sequenti exemplari, vel similibus.

Sacra Pœnitentiaria tibi confessario a latrice electo, facultatem concedit, ipsam latricem. I. si exposita veritati nitantur. II. audita prius ejus sacramentali confessione, ac remota occasione amplius carnaliter peccandi cum dicti viri fratre, a quibusvis sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, quibus propter præmissa quomodolibet innodata existit, incestus reatu, & excessibus hujusmodi, auctoritate Apostolica absolvendi hac vice in forma Ecclesiæ consueta. III. & dummodo præfatum primi affinitatis gradus impedimentum ex illicita hujusmodi copula proveniens, occultum sit. IV. aliudque canonicum non obstet, cum eadem latrice, ut, præmissis non obstantibus, matrimonium cum recensito viro. V. De nullitate prioris consensus certiorato, sed ita caute, ne latricis delictum usquam detegatur. VI. Et uterque inter se de novo, secreto ad vitanda scandala, renovato consensu, contrahere, & in eo postmodum remanere licite valeant, pari Apostolica auctoritate, misericorditer dispensandi; prolem susceptam, siqua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo, & respective nunciando. VII. Injuncta ei pro modo culpæ gravi pœnitentia salutari, & confessione sacramentali semel quolibet mense, per tempus arbitrio tuo statuendum, aliisque injunctis, de jure injungendis. VIII. In foro conscientiæ, & in sacramentali confessione tantum, & non aliter. IX. Ita, quod hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judiciario nullatenus ei suffragentur. X. Nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis. XI. Sed præsentibus sub pœna excommunicationis, latæ sententiæ, statim per te post executionem laceratis.

I. Quoad clausulam = *Si exposita veritati nitantur* = Quilibet confessarius, earundem literarum executor, maxime attendere debet, antequam ad illarum executionem deveniat, ut impedimento ligatus, verum cum omnibus necessariis circumstantiis in supplici libello exposuerit: dispensatio enim non pro foro conscientiæ tantum, sed pro mixto etiam conceditur. Quapropter, ne incommodum hoc sequatur, confessarius prius monere debet dispensationem petentem, ut nihil a veritate dissonum exponat; non tamen jusjurandum ab eo exigere debet, reprobata circa hoc Pontasii opinione. Quod si illi constet, falsum fuisse expositum Majori Pœnitentiario, a dispensationis executione omnino abstineat, licet mendaciter contrarium ab oratore asseratur; dummodo tamen falsitatem ex sacramentali confessione non deprehenderit.

II. Quoad clausulam = *Audita prius ejus sacramentali confessione* = Hæc ita arctat, ut sub pœna nullitatis dispensatio non aliter executioni demandari debeat; cum apposita sit tamquam conditio, sine qua non; quod magis confirmatur ex hac altera clausula, circa finem transcripti exemplaris addita = *In foro conscientiæ, & in sacramentali confessione tantum, & non aliter* =.

III. Quoad clausulam = *Dummodo præfatum impedimentum occultum sit* = Vi hujus simplicis clausulæ (non addito scilicet adverbio (*omnino*), licet impedimentum paucissimis sit notum, adhuc censetur occultum, juxta Fagnanum, Marcum Paulum Leonem, Thesaurum, Navarrum, & præcipue Syrum. *in Praxi exec. ejusd. Pœnit. pag.* 269. ibi = Si delictum sit notum duobus, vel tribus alicujus loci, aut communitatis, aut capituli, occultum censetur, si in oppido sit notum quinque, aut sex personis, in civitate num. 7. aut 8. adhuc censetur occultum = Quod tamen Fagnan. in *cap. Vestra, de cohabit. Cleric. & mulier. num.* 120. impugnat, si dicta clausula munita sit adverbio *omnino*, videlicet, dummodo impedimentum *omnino* occultum sit. Illud vero monent Navarrus, & Thesaurus, ut confessarius abstineat a dispensationis executione, quando prudenti conjectura intelligit, crimen, seu impedimentum, quod paucis antea notum erat, post breve tempus fieri posse publicum. Plerumque autem a S. Pœnitentiaria addi solet ly (*omnino*) cum impedimentum (sunt verba Benedicti cit. Instit. §. XLIV. = criminis dispensandum proponitur, potissimum cum uterque conjux novo matrimonio copulatus, necem prioris conjugis molitus fuerit: dummodo impedimentum omnino occultum sit, quod uterque oratorum in morte dicti mariti machinatus sit, & plene ignoretur, quod ejus mors inde secuta sit, & delinquentibus solum innotescat =.

Quando impedimentum publice in eo loco cognoscitur, in quo contractum fuit, sive alibi, hoc casu, licet occultum sit, ubi degunt dispensationem petentes, tamen juxta Navarri doctrinam *Manuduc. pract. lit. S. Pœnit. pag.* 20. *& seq.* dispensatio executioni non est demandanda, nisi in supplici libello declaratum fuerit, crimen esse alicubi publicum. Qua propter pro gratia, iterum obtinenda, denuo recurrendum erit ad Pœnitentiariam, & quod reticitum fuit, manifestandum.

Impedimentum, quod fuit aliquando publicum, temporis diuturnitate occultum fieri potest; ac proin-

proinde S. Pœnitentiariæ dispensatione poterit relaxari; dummodo tamen post matrimoniales dispensationes decennium effluxerit.

Ut dignoscatur, an occultum censeri debeat impedimentum, quod Theologi materialiter publicum, formaliter vero occultum appellant, distinguendum est; & affirmative sentiendum, quoties factum, in se publicum, est occultum, tam ratione criminis, quam pœnæ, seu impedimenti; negative autem, quando factum est publicum ratione criminis, sed occultum ratione pœnæ, seu impedimenti. Juxta hanc autem distinctionem procedere Pœnitentiariæ praxim testantur *Thesaurus de pœn. ecclesiast. cap. 25. part. 1. §. Advertendum secundo*, & Benedictus *cit. Instit. §. XLVIII.*

Licet crimen, seu impedimentum deductum fuerit ad forum contentiosum, occultum tamen censetur a S. Pœnitentiaria, quando reus in eodem foro per judicis sententiam absolutus fuit, vel tamquam repertus innocens, & non culpabilis, vel ex hactenus deductis, vel ab observatione judicii, vel demum tamquam non repertus culpabilis, nec de jure punibilis: secus, quando in libertatem redditus fuit cum cautione de se repræsentando, Fagnan. *ad cit. cap. Vestra*, & laudatus Benedictus *cit. Instit. §. XLIX.*

Ceteri, qui de his rebus scripserunt, occultum fore docent crimen, quod in foro contentioso examinatur, si forte ex supradictis sententiis per falsos testes, aliasque rationes, ab æquitate abhorrentes, comparetur; nam licet hoc pacto semper impedimentum supersit, infamia tamen obliteratur, & crimen ipsum quibusdam tenebris obducitur.

Notandum vero est, quod si prædictæ clausulæ = *Dummodo præfatum impedimentum occultum sit* = unita fuerit hæc altera = *& separatio inter latorem, & dictam mulierem fieri non possit absque scandalo*, cum apposita esset tamquam conditio, sine qua non, valide deveniri non posset ad dispensationem, si absque hoc separatio fieri posset.

Sapienter autem conditionate a S. Pœnitentiaria præciperetur separatio = *si (nempe) fieri posset absque scandalo* = etenim si matrimonium publice contractum fuerit = procul dubio (ita Benedictus *citata Instit. §. LX.*) veri conjuges existimantur; ideoque, si sejunguntur, admirationem id populo, & scandalum concitabit. At vero id continget, si domicilii, non autem, si *thori* separatio præscribatur; nam si jubeantur ejusmodi conjuges fraterno tantum amore se prosequi, dunec obtineant dispensationem, tunc major difficultas objicitur. Etenim, si mulier impedimenti sit ignara, ex hac nova vitæ ratione aliquid mali suspicabitur. Sin autem uterque ipsum impedimentum noverit, tunc periculum incontinentiæ intercedet. *Animadvertas (inquit de Justis)* quod rarissime, aut nunquam erit necessarium experiri, an possint conjuges separari, & honeste vivere, tanquam frater, & soror, quia sæpe ex hujusmodi separatione oriuntur scandala, & periculum incontinentiæ, sicut etiam ex habitatione, dicto modo facta. Itaque judicamus a Parocho, qui literas a Pœnitentiaria, & facultatem exposcit, vel ab aliis exposci deprehendit, monendos esse conjuges (si impedimentum uterque cognitum habeat) vel alterum ex conjugibus, qui rei conscius est, ne in copulam consentiat, donec dispensatio reddatur = Monendus est (ait Navarrus) a confessario, ne prius consentiat in copulam, quam contrahat matrimonium, renovato consensu; quia tunc, quamvis absolutio, & dispensatio non redderetur nulla, fornicaretur tamen, quia ante matrimonium in copulam consentiret =.

IV. Quoad clausulam = *Aliudque canonicum non obstet* = Per hanc denotatur, nullam esse expressi in precibus impedimenti dispensationem, si aliud reticitum fuit; ita, ut si matrimonium nondum sit contractum, ullo modo contrahi nequeat: si vero contractum fuerit, & impedimentum reticitum pro publico habeatur, conjuges separari omnino debent, donec rursus ad Datariam confugerint, vel ad ipsam Pœnitentiariam, si idem impedimentum adhuc occultum remanet. Quapropter literarum executor, antequam eas exequatur, exquirere debet, utrum aliud impedimentum subsit, præter jam S. Pœnitentiariæ declaratum.

V. Quoad clausulam = *Viro* (aut muliere, si vir dispensationem petat) *de nullitate prioris consensus certiorato* = Per hæc verba satis evincitur essentialis conditio ad convalidandum matrimonium, vigore ablativi absoluti, quidquid in contrarium nonnulli senserint.

Plura adhiberi possunt remedia, recensita a Bened. XIV. in laudata Institut. a §. LXXI. ad LXXII. quæ pariter locum habent, quando unus ex conjugibus per vim, seu metum in matrimonium consensit, & hujus nullitas, ex metu resultans ab uno ex dictis conjugibus ignoratur. Ex omnibus autem remediis, probabilius, & tutius juxta Theologorum, ac præfati Benedicti sententiam in utroque casu est, quod literarum executor moneat conjugem impedimenti conscium, qui dispensationem obtinuit, ut comparti libere aperteque declaret, se non rite matrimonio consensisse; ideoque oportere consilio confessarii, & internæ tranquillitatis causa, ut ambo consensum renovent, seque id libenter facturum ostendat: quod si alter conjux eandem patefaciat voluntatem, id satis erit, ut novus consensus juxta præscriptam normam elicitus intelligatur. Atque ita ignarus conjux matrimonium irritum cognoscit, & crimen, ex quo idem impedimentum provenit, in tenebris remanet, absque eo quod ullum meodacium admisceatur; cum jure dici possit, non præstitum fuisse consensum, qui rite præstitus non fuit, juxta unanimem Theologorum sententiam.

Si vero conjux, impedimenti conscius, ex vehementissimis, & saltem moraliter certis conjecturis, ac circumstantiis suspicet, ne conjux ignarus de irrito matrimonio, postea certior factus, novum consensum dare recuset, solutoque matrimonii vinculo, procreati jam liberi, tamquam spurii haberentur, aliaque inde sequerentur incummoda; hoc certe casu, ut omnis timor objiciatur, simulque conscientiæ consulatur tranquillitati, hæc a Parocho, & confessario respective, illi, qui dispensationem obtinuit, sunt insinuanda.

I. Pro certo haberi debet, legitimam censeri prolem, quando impedimentum non innotescit, & unus ex conjugibus rite contractum fuisse matrimonium arbitratur, coram Parocho celebratum.

II. Quan-

II. Quando revera ex supradicta renovatione consensus gravissima provenirent incommoda, ad majorem Pœnitentiarium iterum est recurrendum, qui sane magnis recensitis difficultatibus adductus, vel aliquid de severitate remittet, vel necessarias facultates a Pontifice postulabit: qui, si non agitur de impedimento erroris personæ, quod ad naturale jus refertur, sed de aliis a jure scripto statutis, non solum de medio auferre poterit incommoda ex invalido matrimonio secuta, legitimam etiam prolem, si opus fuerit, declarando, sed etiam ob naturalem consensum ab initio præstitum, dispensare poterit, si velit, a nova ejusdem consensus præstatione (& sic absque onere certiorandi partem) ut in sæpedicta Institut.

Et hic monitum velim Parochum, aut confessarium, ut quoties dicta incommoda, & scandala certitudine saltem morali obfutura dignoscat, eodem tempore, quo ad Sacram Pœnitentiariam pro facultate convalidandi matrimonium recurrit, ea simul in supplici libello exponat, ne cogatur iterum ad eandem recurrere pro obtinendis secundis literis: potissimum, si periculum sit in mora.

VI. Quoad clausulam = *Et uterque inter se de novo, secreto ad vitanda scandala, renovato consensu* = Vigore hujus clausulæ renovandus est quidem mutuus consensus sed sine Parochi, & testium interventa (imo etiam sine præsentia executoris literarum S. Pœnitentiariæ) hæc enim solemnitas solum requiritur, quando matrimonium contractum fuit coram dictis Parocho, & testibus cum impedimento publico, ut decrevit eadem S. Pœnitentiaria auctoritate S. Pii V. prout ex authenticis documentis id tamquam certum ostendit Benedictus XIV. in cit. Institutione §. LXIII.

VII. Quoad clausulam = *Injuncta ei pro modo culpa gravi pœnitentia salutari, & confessione sacramentali, semel quolibet mense, per tempus arbitrio tuo statuendum, aliisque injunctis de jure injungendis* = Hæc pœnitentia injungi debet a confessario executore, juxta arbitrium boni viri, regulatum a jure, & præcipue spectatis conditione, ætate, & sexu illius, cui pœnitentia ipsa injungitur. Menstrua autem pœnitentia, singulis mensibus peragenda numquam prætermitti potest sine gravi peccato. Idem militat de aliis pœnis, infligi solitis.

VIII. Quoad clausulam = *In foro conscientiæ, & in sacramentali confessione tantum, & non aliter* = Vi hujus clausulæ dispensatio non aliter executioni demandari debet, quam in sacramentali confessione post impertitam a censuris, & peccatis absolutionem, cum apposita sit, tamquam conditio, sine qua non, ut præseferunt *ly tantum, & non aliter*.

IX. Quoad clausulam = *Ita, quod hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judiciario nullatenus ei suffragetur* = Hujus clausulæ vi, si contigerit, etiam post contractum matrimonium, vigore dispensationis, impedimentum ex occulto publicum fieri, poterit loci Ordinarius contra conjuges procedere, & erunt separandi. Hac tamen separatione non obstante, ii adhuc in foro conscientiæ sunt veri conjuges; & si tempore separationis, remoto scandalo, debitum conjugale sibi invicem reddant, nullius criminis rei erunt; per obtentam enim dispensationem, impedimentum, quod tunc erat occultum, vere sublatum fuit. Quinimo, si Episcopus monestur secreto cum licentia pœnitentis ab eo, qui Pœnitentiariæ literas executioni demandavit, de obtenta dispensatione, ejus testimonio debet omnino aquiescere, nec ullam afferre dispensatis molestiam; alias recurritur ad Majorem Pœnitentiarium, qui eidem Episcopo injunget, ut ab omni molestia, judicioque abstineat. Ita Bened. XIV. in laudata Instit. §. LI.

X. Quoad clausulam = *Nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis* = Satis provisum est in explanatione clausulæ numero VI. contentæ.

XI. Quoad clausulam tandem = *Præsentibus sub pœna excommunicationis, latæ sententiæ, statim per te post executionem laceratis* = Hanc clausulam S. Pœnitentiaria omittit, quando vir, & mulier simul impudice viventes, vulgo pro conjugibus putati, ab ea obtinent facultatem matrimonium ineundi coram Parocho, & testibus, consuetis omissis proclamationibus, in quo casu eadem S. Pœnitentiaria in suis literis solum Parocho indicit (non simplici confessario, qui, cum agitur de matrimonio ineundo, pœnitentes remittere debet ad Parochum) ut matrimonium jam initum adnotet in consueto libro, eum in finem, ut, si forte ejusdem matrimonii fides requiratur, hanc facere possit, seque tueatur iisdem literis, quas secreto apud se retinebit.

Quando vero concubinarii pro veris conjugibus habiti, ligantur impedimento dirimente, tunc Sac. Pœnitentiaria duas seorsum literas concedit; in primis dispensat super impedimento, additque laceratis: in secundis tribuit Parocho facultatem, ut ineatur matrimonium coram se, & testibus absque mandato eas lacerandi, simulque jubetur in libro adnotare idem matrimonium, ea diligentia, quam Benedictus XIV. præscribit in Constit. de matrimoniis conscientiæ, cujus summam jam attuli pag. 220. Atque ita tum conjugum, procreatorumque liberorum, tum ejusdem Parochi indemnitati consulitur.

Quibus omnibus serio, & accurate perpensis, postquam hujusmodi literarum exsecutor consueta verba absolutionis pronunciaverit (si agitur de matrimonio ineundo, in quo casu executor est Parochus, non simplex confessarius, utatur hac formula = *Et insuper auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento, ut, præfato impedimento non obstante, matrimonium cum dicta muliere publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, consummare, ac in eo manere licite possis, & valeas. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen* =.

Insuper, eadem auctoritate Apostolica, prolem, quam ex matrimonio susceperis, legitimam fore nunciò, & declaro. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Si vero agatur de matrimonio jam inito, Parochus, vel confessarius utatur hac sequenti = *Et insuper auctoritate Apostolica, mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento, ut, eo non obstante, matrimonium consummare, & in eo remanere licite possis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Et pariter, eadem auctoritate Apostolica, prolem, si quam suscepisti, & suscepe-*

sceperis, legitimam fore decerno, & declaro.[1] *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

His, peractis, literas, seu diploma dilaceret, si illud indicatur *laceratis.* Ex explanatione hactenus expositarum clausularum executor earundem literarum, sive Parochus sit, sive simplex confessarius respective, regulam sibi figere poterit pro intellectu aliarum clausularum, quas juxta diversi facti speciem, & circumstantias S. Pœnitentiaria apponere censuerit. ☙

C A P. XXII.

De Extremæ Unctionis Sacramento per Parochum administrando.

S U M M A R I U M.

1 *Sacerdos quivis Sacramentum Extremæ Unctionis valide confert.*

2 *Extremam Unctionem ministrans, cum non sit Parochus, vel facultatem habeat a proprio Parocho, graviter peccat.*

☞ *Vide Additionem, & Animadversionem.*

3 *Regulares Sacerdotes, qui clericis sæcularibus, sive laicis Extremam Unctionem sine parochialis Presbyteri speciali licentia ministraverint, ipso facto sunt excommunicati, excommunicatione Sedi Apostolicæ specialiter reservata.*

4 *Regulares Sacerdotes omnibus, & singulis Fratribus professis, Conversis, Oblatis, Donatis, & servitoribus sæcularibus possunt Extremam Unctionem, toties quoties necessarium fuerit, ministrare absque alicujus pœnæ incursu.*

5 *Ordinarii locorum permittere debent, ut Regulares teneant in suis Ecclesiis Oleum Sanctum pro ipsorum usu dumtaxat.*

☞ *Vide Additionem.*

6 *Parochus, si absit, vel non possit, aut per manifestam injuriam nolit Extremam Unctionem ministrare, neque hoc casu Superior adiri queat pro petenda licentia, tunc quivis alius Sacerdos, non excommunicatus, aut suspensus eam licite poterit ministrare.*

☞ *Vide Animadversionem.*

7 *Extremam Unctionem possunt plures Sacerdotes simul cum Curato eodem tempore dare, urgente necessitate.*

8 *Parochus, si inchoatas unctiones ob repentinam infirmitatem, vel mortem absolvere non possit, tunc alter ei succedere debet.*

9 *Parochus, si omnes unctiones infirmi prope morituri perficere non posse credat, tunc plures Sacerdotes ad ungendum admittere poteris.*

10 *Parochus ratione officii obligatur Extremam Unctionem subditis ministrare, ita ut peccet mortaliter, si petenti sine justa excusatione neget.*

11 *Extremæ Unctionis capax est solus homo baptizatus, de vita periclitans, qui ratione utitur, vel certe antea usus est, hocque Sacramentum recipere optaverat.*

☞ *Vide Animadversiones.*

12 *Extrema Unctio non est neganda pueris, rationis usum sufficientem habentibus ad peccandum, & S. Pœnitentiæ, aut Eucharistiæ recipiendæ capacibus.*

13 *Extrema Unctio neganda non est diuturno tempore amentibus, aut phrenesi laborantibus, modo priusquam in talem amentiæ statum pervenissent, Sacram. hoc saltem interpretative desideraverint.*

☞ *Vide Additionem.*

14 *Parochus eo casu Extremam Unctionem ministrare debebit, cum viderit hominem vita periclitari.*

15 *Parochus poterit Extremam Unctionem ministrare, cum viderit hominem morti proximum esse ob pestem, ob tactum viperæ, ob vulnus, ob rabidum morsum.*

16 *Pestis tempore ad vitandum contagium inservire potest usus virgæ argenteæ oblongæ ad ungendum è loco remotiori.*

17 *Parochus non tenetur cum mortali vitæ periculo unctionem præbere.*

☞ *Vide Additionem.*

18 *Senibus, qui senectute conficiuntur, absque alia infirmitate, tenetur Parochus Extremam Unctionem ministrare.*

19 *Parochus ad Extremam Unctionem ministrandam non debet expectare articulum, quo infirmus omni prorsus sensu careat, aut quo omnino ipsius desparata sit salus.*

20 *Extrema Unctio potest ministrari infirmo extra lectum jacenti.*

21 *Parochus poterit statim in principio morbi Extremam Unctionem ministrare, & si diuturnior morbus videatur, si tamen salus desperata sit.*

22 *Extrema Unctio ministrari potest, quamvis adhibito medicorum judicio, probabiliter dubitetur, an homo in periculo mortis sit, necne.*

23 *Infirmus, si dum injungitur, moriatur, debet Parochus ab unctionibus desistere.*

24 *Extremæ Unctionis materia remota est oleum ex olivis, ab Episcopo prius benedictum, vel saltem a simplici Sacerdote ex Papæ commissione.*

☞ *Vide Additionem, & Animadversionem.*

25 *Parochus peccat, si oleum alterius anni in Extrema Unctione ministranda adhibeat, nisi aliud suadeat necessitas.*

☞ *Vide Additionem.*

26 *Oleum consecratum pro Extrema Unctione ministranda si creditur non sufficere pro toto anno, licite poterit Parochus miscere aliquam minorem quantitatem olei non consecrati.*

☞ *Vide Additionem.*

27 *Extremæ Unctionis materia proxima est unctio saltem quinque sensuum, facta a Sacerdote.*

28 *In quinque sensibus ungendis non est necessarius ordo necessitate Sacramenti.*

29 *Unctiones pedum, ac renum non sunt de essentia Sacramenti Extremæ Unctionis.*

30 *Unctio in renibus convenienter omittitur, præsertim in fœminis, ac viris Religiosis.*

31 *Infirmus, si manibus careat, ungenda est caro propinqua, si oculis careat, locus oculorum ungi debet, dum ei administratur Extrema Unctio.*

32 *Sacerdotes non in palmis, ubi sacro oleo uncti sunt, sed infra palmam, vel in exteriori manus parte inungi solent, dum eis Extrema Unctio ministratur.*

33 *Extrema Unctio, quando ministratur in casu necessita-*

stitatis, eo quod periculum sit in mora, sine culpa poterit una auris, vel una manus inungi.

34 *Unctiones sine Cruce fieri in Extrema Unctione nihil obstat causa accelerandi propter periculum instantis mortis.*

35 *Forma Extremæ Unctionis, quæ, ostenditur.*

36 *Extrema Unctio ex consuetudine, ferme ubique obtenta, ultimo loco inter Sacramenta morituro confertur.*

37 *Extremam Unctionem conferre infirmo, antequam susceperit Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, non est peccatum mortale.*

☞ *Vide Animadversionem.*

38 *Parochus non poterit Extremam Unctionem iterum conferre, durante eodem periculo morbi.*

☞ *Vide Additionem.*

39 *Parochus non potest prætermittere Orationes, & Psalmos, qui in Extremæ Unctionis administratione præscribuntur ab Ecclesia, absque peccati mortalis incursu.*

40 *Psalmi septem Pœnitentiales ex præcepto Ecclesiæ non sunt necessarii in administratione Extremæ Unctionis.*

41 *Extremam Unctionem non licet administrare in necessitate, non adhibitis vestibus, ab Ecclesia præscriptis.*

42 *Pestis tempore propter periculum contagionis satis est in administranda Extrema Unctione adhibere ea, quæ essentialia sunt.*

43 *Parochus in administranda Extrema Unctione unum ministrum clericum, si haberi possit, adhibere debet; alioqui solus illam conferens, reliqua etiam omnia peragere poterit.*

44 *Parochus non debet sine lumine Extremam Unctionem deferre.*

45 *Interdicti tempore Extrema Unctio nulli laico, vel etiam clerico, aut Religioso, si sufficienti privilegio muniti non sint, ministrari potest.*

46 *Extrema Unctio interdicti tempore ministrare poterit, quando infirmus nullum aliud potest recipere Sacramentum.*

☞ *Vide Animadversionem.*

1 Licet quivis Sacerdos Sacramentum Extremæ Unctionis valide conferat, uti proprius illius minister, quia ejus administratio intrinsece non est actus jurisdictionis, sicut absolutio a peccatis, Conc. Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. *de Extrema Unction.* S. Thom. *in* 4. *distinct.* 23. *quæst.* 2. *art.* 2. Paul. Laym. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 6. *ex num.* 1. tamen non potest licite illud administrare, nisi habeat jurisdictionem, & ab Ecclesia non impediatur, ac propterea qui non est proprius Sacerdos, aut Parochus infirmi, vel qui facultatem non habet a proprio illius Parocho, extra causam necessitatis, vel sine licentia Episcopi, aut Parochi, seu absque spe ratihabitionis hoc Sacramentum præter ejus consensum administrat graviter peccabit, siquidem Sacramenta fidelibus ministrare proprium est Pastoris officium, & nullus mittere debet falcem in messem alienam, sibique alienam jurisdictionem usurpare, ita Sot. *in* 4. *distin.* 23. *q.* 2. *art.* 1. Sylvest. *verb. Unctio Extrema num.* 4. Paul. Laym. *cap.* 6. *num.* 2. Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 7. *q.* 1. Ludov. a Sancto Joanne *de administr. Sacram. art.* 5. *de Extrema Unctione, num.* 22. ubi quod sub ratihabitione Parochi poterit quilibet Sacerdos administrare hoc Sacramentum.

Animadversio.

☞ Ratihabito, cum sit posterior facto, non videtur, posse excusare Sacerdotem administrantem sine prævia licentia Parochi, nisi prius probabiliter judicet, eum ab hoc esse daturam. ☜

Additio.

☞ = Parocho alicujus Ecclesiæ graviter decumbenti, tum alia Sacramenta, & Viaticum, tum Extremam Unctionem, Parochus propinquior ejusdem Plebanatus administret, cujus & animam de more Deo commendet, ac illi morienti assistat = *Concil. Mediol.* 2. *part.* 3. *dec.* 15. Sed si ei magis gratum esset ministerium alicujus alterius Sacerdotis approbati, *non est cur illo uti non valeat*, *Joann. Bat. Braschius Archiep. Nisiben. in Prontuario Synodal. tom.* 1. *cap. XLII. num.* 9. ☜

Regulares vero Sacerdotes, qui clericis sæcularibus, sive laicis Sacramentum hoc sine proprii 3
parochialis Presbyteri speciali licentia ministraverint, ipso facto sunt excommunicati, cujus excommunicationis absolutio Sedi Apostol. est specialiter reservata, ut probat *Clemen.* 1. *de privileg.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *qu.* 44. omnibus tamen, & singulis Fratribus professis, Con- 4
versis, Oblatis, Donatis, Novitiis, & servitoribus sæcularibus, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus possunt ipsi Regulares hoc toties, quoties necessarium fuerit, ministrare absque alicujus pœnæ incursu, ex privilegio Eugen. IV. Fratribus Minoribus concesso, cujus meminit Ludov. Miranda *d. articulo* 1. *vers. sed pro*, & Tamburin. *d. disput.* 7. *qu.* 3. *in princip.* Portel. *in dub. Regular. verb. famuli, seu familiares num.* 1. Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.* 64. *nu- mer.* 1. & ideo permittere debent locorum Ordina- 5
rii, ut ipsi teneant in suis Ecclesiis Oleum Sanctum pro ipsorum usu dumtaxat, sicut censuit Sacr. Congr. *negociis Episcop. & Regul. præposita, sub die* 13. *Julii* 1589. Quamvis quoad Donatos, Oblatos, & servitores sæculares id hodie habere locum tantum in foro conscientiæ, sive occulto, dicendum videatur, ita ut si Parochus aliquod jus circa hujusmodi personas vendicare vellet, & in exteriori foro illud postularet, non posset ei virtute præfati privilegii, seu aliorum resisti, nisi quatenus ea per *Concil. Trid.* restricta non sint, & sic quandiu ipse non resistit, integrum est Religiosis tuta conscientia suis privilegiis uti, juxta Pii V. concessionem, qui vivæ vocis oraculo absolute, & sine limitatione declaravit, ut gratiæ hujusmodi non censeantur derogatæ, nec restrictæ, ita Suar. *tom.* 4. *de Religion. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 12. Tambur. *d. qu.* 3. *in fine.*

Additio.

☞ Circa familiares Regularium, vide addita num. 12. cap. XX. ☜

6 Si vero Parochus absit, vel non possit, aut per manifestam injuriam nolit hoc Sacramentum ministrare, neque etiam hoc casu Superior ejus adiri queat pro petenda licentia, tunc quivis alius Sacerdos non excommunicatus, aut suspensus licite poterit illud ministrare; quia in tali casu, etsi ipsemet immediatus Pastor, seu Parochus invidus sit, tamen ejus Superior, saltem Summus Pontifex licentiam præbere censendus est, cum hoc Sacramentum animæ in extrema lucta valde utile sit, & quasi firmissimum præsidium contra Dæmonis infestationes, a Christo institutum, testante Conc. Trid. *in proœm. de Extr. Unctione*, quin etiam necessarium animæ remedium, si aliud eo tempore Sacramentum salubriter suscipi nequeat, & ideo sic docent Cajet. *verb. excommunicatio num.* 64. Suar. *tom.* 3. *disp.* 44. *sect.* 2. Ex qua ratione excommunicationem *d. Clem. I. de privil.* non incurri a Religiosis administrantibus in casu necessitatis, absente Parocho, pluribus citati, resolvit, Bonac. *d. qu. unica puncto* 4. *n.* 6. quibus addo Ludov. Miranda *d. qu.*49. *art.* 1. *conclus. unic. in princ.* Suar. *t.* 4. *de Relig. tr.* 10. *l.*9. *cap.*4. *num.*9. Tambur. *d. disp.*7. *quæst.*2.

Animadversio .

☞ Nec audiendus est Navarrus, qui post Archidiaconum cum tanta severitate citat. Clementin. accepit, ut in cap. XXVII. Manual. numer. 102. asseruerit, eadem censura irretiri Regulares, Extremam Unctionem ministrantes ægroto, etiam constituto in mortis articulo, cum Parochus abest, quam opinionem refellit Benedict. XIV. de Synod. Diœc. lib. VIII. cap. IV. num.7. cum Soto, Natali Alexandro, & Tourneli, ac Sancto Carolo Borromæo: & merito quidem = Etenim (ita laudatus Benedict. ibi), cum Ecclesia, urgente mortis periculo, cuilibet sacerdoti potestatem fecerit absolvendi a quibuslibet censuris, & peccatis, verosimile certe non est, quod cuipiam Sacerdoti interdixerit, ne in eodem statu, ac vitæ discrimine constituto, cum Parochus abest, administret Extremam Unctionem, quæ est perfectio, & complementum Pœnitentiæ, neque ad sui validitatem requirit in ministro potestatem jurisdictionis, sicuti Sacramentum Pœnitentiæ = ☜

7 Possunt plures Sacerdotes simul cum Curato eodem tempore Extremam Unctionem dare, ita ut unus unum sensum ungat, itidem prolata forma partiali: ita Possev. *d. tract. de offic. Curati cap.*9. *sub num.* 8. Bonac. *punct.* 4. *num.* 7. Laud. a S. Jo. *d. loco num.* 24. Sed non est faciendum sine necessitate, quia extra illam non potest Sacramentum a pluribus Sacerdotibus administrari absque peccato mortali, cum fiat contra usum, & praxim Eccles. in re gravi, quæ habet, ut unus ministret omnes unctiones, adeoque totum Sacramentum perficiat, sicut observat Bonac. *d. n.* 7.

8 *vers. dixi urgente necessitate*, & *num.*8. Necessitatis autem casus hac in re duplex esse potest, unus communiter receptus ex parte ministri, si inchoatas unctiones ob repentinam infirmitatem, aut mortem absolvere non possit, tunc alter ei succedere debet, nihil repetens, sed quæ restant adjiciens, ut per Possev. *d. num.* 8. Bonac. *dict. punct.*4. *num.* 9. Alter est ex parte infirmi, si ante 9 moriturus videatur, quam unicus minister omnes unctiones perficere possit, tunc permittit Suar. *d. disp.*44. *sect.*2. *num.*8. ut plures Sacerdotes simul ungant, unus oculos, & alter aures, &c. proferentes interim formas, quæ unctionibus respondent. Et fortasse Jacobus Apostolus *epist.* 5. idcirco Presbyteros nominavit, ut significaverit, plures ad hujus Sacramenti ministrationem concurrere posse: nisi fortasse magis placeat dicere, numerum pluralem pro singulari usurpasse, ac si diceret; *inducite unum ex Sacerdotibus ministris Ecclesiæ*, vide Doctores, quos citat. Bonac. *d. punct.* 4. *num.*7. *vers. neque obstat* .

Parochus ratione officii ex Justitia obligatur 10 hoc Sacramentum, ad fidelium salutem a Christo institutum subditis ministrare, ut proinde mortaliter peccet, si petenti sine justa excusatione neget, vel differat cum probabili periculo, ne interim infirmus decedat; ita Possev. *dict. cap.* 9. *num.*9. Ludov. a Sancto Joanne *d. art.*5. *num.*4. Bonacin. *d. q. unica punct.*5. *num.*12. Paul. Laym. *d. tract.* 8. *cap.*7. *num.*3.

Subjectum hujus Sacramenti capax est solus 11 homo baptizatus, de vita periclitans, qui ratione utitur, vel certe antea usus est, hocque Sacramentum recipere optaverit, ita Possev. *d. cap.*9. *num.*4. Zerol. *in praxi de Sacram. Pœnit. cap.* 15. *quæst.*7. Zambran. *d. cap.*5. *dub.*3. ubi ait, debere dari cuicunque infirmo, cujus mors timeatur, & creditur cito futura, modo infirmitas nascatur ex morbo, vel ex vulnere, vel ex veneno potato, vel ex alia quacunque causa intrinseca, non tamen proximo morti violentæ; ut suspendendo, vel suffocando, quia non infirmatur, & *num.* 2. quod non est necessarium, ut sit in lecto, & *dub.* 6. tenet, in eadem infirmitate posse repeti Extremam Unctionem, Bonacin. *quæst. unica punct.* 5. *num.*1. Paul. Laym. *d. tract.* 8. *cap.*4. *num.*1. Ludov. a Sancto Joanne *d. art.*5. *a num.*5.

Animadversio .

☞ Quod in eadem infirmitate repeti possit, hoc est intelligendum, si ea diuturna sit, vel per recidivam taliter interrupta, ut novæ infirmitatis rationem habere videatur, ægerque incidat rursus in mortis periculum, postquam jam convaluerat, Rituali Rom. de Sacram. Extrem. Unction. §. *in eadem S. Thom.* 3. *par. de Sacram. quæst.* 64. *artic.* 2. ☜

Unde neganda non est Extrema Unctio pueris, 12 rationis usum sufficientem habentibus ad peccandum, & sacræ pœnitentiæ, aut Eucharistiæ recipiendæ capacibus, non antea, cum devotionem, & affectionem erga ipsam tunc habere non possint, ac præterea cum sit institutum nisi contra reliquias peccatorum actualium, quæ ipsi ante usum rationis non habent, sed nec habere possunt, & quamvis ordinetur etiam ad tollendas reliquias peccati originalis aliquo modo, id tamen est quatenus postmodum confirmatæ sunt per peccatum actuale, ita docent Sot. *in* 4. *dist.* 23. *q.*2.

23. *q.2. art.3. concl.* 4. Nav. *in man. c.22. n.* 13. Galet. *in margar. casuum Conscient. verb. Extrema Unctio ante penult.* ubi quod danda est pueris undecimo anno morientibus, & in fine addit, dari debere etiam his, qui fuerunt baptizati in articulo mortis, quia licet per Baptismum tollatur culpa, & pœna, remanet tamen pugna contra hostem, Paul. Layman. *d. c. 4. nu.* 2. ubi subdit, excusari Parochum, si pueris ante annum ætatis xiv. aut xv. juxta diœcesis consuetudinem Extremam Unctionem neget, excepto tamen casu necessitatis; si puer, quem rationis usum assequutum esse constat, aliud ante mortem Sacramentum suscipere non possit, idem Zambran. *de Extrema Unction. dub.1. cap. 5. n.3.* ubi ait, quod omnibus pueris capacibus Sacramenti Pœnitentiæ, atque adeo in omnibus post septennium, nisi constaret carere usu rationis, danda est Extrema Unctio, licet non recipiant, nec sint idonei ad Eucharistiam recipiendam, Sanc. *in select. disput.27. per tot.* ubi tenet, peccare Parochum, qui non administrat Unctionem sacram puero habenti usum rationis ad peccandum, quamvis ob defectum ætatis nunquam susceperit Eucharistiam.

13 Nec etiam neganda erit Extrema Unctio diuturno tempore amentibus, aut phrenesi laborantibus, modo priusquam in talem amentiæ statum pervenissent, Sacramentum hoc saltem interpretative desideraverint, si nimirum christiane vixerunt, atque salutis suæ memores fuerunt, quod quidem præsumendum est, nisi contrarium appareat, ita Henriq. *lib. 3. c.13.* §.1. Ludov. a S.Jo. *d. art.5. de Extrema Unct. n.13.* Possev. *d. cap.9. num. 4. ves. habentibus*, Lud. Miranda *quæst.* 49. *art.2. concl.* 5. ubi quod prædictum Sacramentum non est dandum amentibus, sive furiosis, nisi aliquibus utantur lucidis intervalis, Zambran. *d. c. 5. dub.2. num.* 4. Bonac. *d. punct.5. num.2. & 3.* Paul. Layman. *d. cap. 4. num.* 3. ubi *in vers.* 2. *porro*, secus dicit de perpetuis amentibus Fernandez *d. p.3. cap.10.* §.1. *num.9.* In phreneticis vero, & furiosis advertit Zambran. *d. dub.2.* qui citat Paluda S.Ant. Ledesma, Henriq. & alios, eos, si resistant, esse ligandos, exclusis tamen laicis ad tollendum scandalum, & quod id facere aliquando erit necessarium, quando phreneticus non posset recipere aliud Sacramentum, nisi Extremam Unctionem, refert Anton. Diana *resol. moral. p.2. tract. de celebr. Missar. res.78. in fine.*

Additio.

☞ Nec deneganda erit adulto recenter baptizato, licet nullum deinde peccatum commiserit, *Diana p.3. tr.4. res.172. & p.5. tr.3. res.76.*

Nec senibus, etiam decrepitis, licet ægritudine non laborantibus, cum & hi in continuo vitæ discrimine versentur, Ritual. & Concil. *Mediolan. 4. loc. cit. Acta Eccles. Mediol. part. 4. Instr. Extr. Unct. tit. quibus ministratur* §. 1.

Nec deneganda illis, de quibus dubitatur, num adhuc vivant; ministranda tamen est sub ea conditione, *Si vivis &c. Acta Eccl. Mediol. tom. 1. part.4. Inst. Extrem. Unction. fol.450.* §. *ministrabit.* Bened. XIV. *lib. VIII. de Synod. Diœc. edit. an. 1755. cap. VI. num. 5. sentit*, Parochum etiam interrumpere posse missam = Ut Extremam Unctionem administret infirmo morti propinquo, cui nullum aliud Sacramentum potuit conferri; quoniam in hoc eventu ab unica Extrema Unctione potest ille, si sit sufficienter attritus, obtinere primam gratiam justificantem, qua forte indigeat, atque in prædictis circumstantiis, sive primario, & per se, sive secundario, & per accidens, ab Extrema Unctione causari docent Theologi, in sequenti capite referendi = Sed an danda ei sit prius absolutio a censuris, & peccatis, sub conditione, vide addenda infra post num. 46.

Quod phreneticis administrari possit, statuit etiam Cathech. Rom. par. 2. cap. 6. §. 9. in fin. dummodo absit periculum irreverentiæ, Ritual. Rom. de Sacram. Extrem. Unct. §. *sed si.* ☜

14 Eo casu Parochus Sacramentum hoc ministrare debebit, cum viderit hominem ita periclitari propter infirmitatem ex gravi morbo, peste, vulnere, veneno potato, vel simili causa intrinseca; ita Sylvest. *verbo Extrema Unctio* §. 3. *& de Sacram. Pœnit. cap. 15. qu. 7. vers. dics secundo*; Possev. *d. cap.9. num. 4. in princ.* Ludov. Miranda *d. q.49. art. 2. concl.* 2. ubi quod Sacramentum non quibuscumque infirmis est exhibendum, sed tantummodo gravi morbo laborantibus, & iis, qui morti jam appropinquant.

15 Sic etiam poterit Parochus Sacramentum hoc ministrare, cum viderit hominem morti proximum, esse ob pestem ob tactum viperæ, ob vulnus, vel ob rabidum morsum Bonac. *d. punct. 5. num.6.* Lud. a S. Jo. *num.6.* Possev. *d. c.9. num.4. vers. rabido*, ubi advertit, cavendum esse, ne tangatur rabidi sputum, seu saliva, quia habet vim inficiendi rabie tangentem, ideo ungi debet loco oris pars vicina. Inservire etiam potest tempore 16 pestis ad vitandum contagium usus virgæ argenteæ oblongæ ad ungendum e loco remotiori, de quo Suar. *disp. 44. sect. ult. in fine*, Chapeaville *de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis, cap. 5. q.39.* at si impendat verum mortale vitæ periculum, quod vitare Parochus nequeat, non tene- 17 tur cum tam gravi periculo Unctionem præbere. Tenetur tamen aptis medicorum remediis uti, ut periculum vitet, vel illud prævenire, at si postquam omnia præstitit, mortale periculum adsit, non tenetur, tenetur si absit, ita Suar. *tom. 4. de Pœnit. disp. 40. sect. 3.*

Additio.

☞ Bened. XIV. lib. XIII. cap. XIX. num. 29. & 30. de Synod. Diœc. ex communi DD. calculo approbat usum virgæ pro administranda tempore pestis Extrema Unctione: sed numer. X. non amplectitur opinionem, quod Parochus non teneatur illam administrare cum suæ vitæ periculo, ut hic asseritur, contrariæ sententiæ adhærens, ut sanioris Theologiæ principiis innixæ. ☜

18 Senibus quoque, qui senectute conficiuntur absque alia infirmitate, tenetur Parochus hoc Sacramentum ministrare, ita Bonacin. *d. punct.5. numer.6. in princ.* Valer. Regin. *d. l. 28. numer.* 69. Ludov. Miranda *d. q.49. art.2. concl.* 8. ubi idem dicit

dicit de mulieribus in partu jam jam deficientibus, & similibus.

19 Quamvis supradicta sint vera, nihilominus ad
exibendum præfatum Sacramentum non est expe-
ctandus articulus, quo infirmus omni prorsus
sensu careat, aut quo omnino ipsius desperata sit
salus, ita Nald. *in sum. verb. Extrema Unctio n.1.*
Possev. *d. c.9. n. 5.* Ludov. Miranda *d. quæst.* 49.
20 *art. 2. concl.* 3. Bonac. *d. puncto 5. nu. 7.* Nec est
necessarium, ut infirmus in lecto jaceat, quia
etiam extra lectum inungi potest, v. g. peste infe-
ctus, hydropicus, phthisicus, Henriq. *in sum. lib.3.*
21 *c.11. §.1.* Zambran. *d. cap.5. dub.3.* Sed & si diu-
turnior morbus videatur, si tamen salus despera-
ta sit, poterit Parochus statim in principio morbi
Sacramentum hoc ministrare, saltem si aliqua
causa exigat, ut quia morbus fallax esse solet,
qui interdum inopinato hominem occidit, vel quia
in progressu majus contagionis periculum timetur,
idque pestis tempore observandum monet Suar.
tom. 4. de Pœnit. disp.44. sect. ult. in fine.

22 Si autem, adhibito etiam Medicorum judicio,
probabiliter dubitetur, an homo peste infectus,
& consequenter in periculo mortis sit, necne, Sa-
cram. huc sub conditione administrare posse Paro-
chum ait Capeavil. *d. tract. cap. 5. qu. 11.* Sicut
etiam poterit administrare infirmo, de quo dubita-
tur, an sit mortuus, sub conditione, si adhuc vi-
vit, ne Sacramentum conferatur subjecto incapaci
ita Nav. *in man. cap. 22. num. 13.* Paul. Layman.
23 *d. tract.8. cap. 8. nu. 2.* Sed si infirmus, dum inun-
gitur, ex hac vita decedat, debet Parochus ab un-
ctionibus desistere, Ugolin. *de officio Episcopi c.15. §.9. num. 2.*

24 Materia remota hujus Sacramenti est oleum ex
olivis, ab Episcopo prius benedictum, Concil. Trid.
sess. 14. de Extrema Unction. cap. 1. saltem a sim-
plici Sacerdote ex Papæ commissione, ut contra
Card. Bellarm. *de Extrema Unction. cap. 7.* Ægid.
de Coninc. *disp.19. dub. 2.* rectius sentiunt Cajet.
2.2. qu. 72. art. 3. Victor. *de Extrema Unctio nu-
mer. 216.* Bonac. *qu. unica punc. 2. 23.* ubi *num. 4.*
resolvit, oleum olivarum esse materiam sufficien-
tem hujus Sacramenti, quamvis benedictum sit
alia benedictione, quam benedictione consueta
Ecclesiæ, & *n. 5.* subdit, non esse validum Sacra-
mentum Extremæ Unctionis, si aliud oleum per
errorem adhibeatur, præter oleum infirmorum.

Additio.

☞ An speculative sustineri possit opinio Dianæ, sententis part.3. tract.4. resolut.176. & part. 5. tract. 3. resol.90. ac part.10. tract.11. resolut. 15. esse validum, si aliud oleum, puta Chrismatis, & Cathecumenorum, per errorem adhiberetur, vide quæ sequuntur. ☜

Animadversio.

☞ An validum sit Sacramentum Extremæ Unctionis, quando pro oleo infirmorum per errorem fuit adhibitum oleum Cathecumenorum a Presbytero in unctionibus ægroti, est controversia non recens inter Doctores; quam resolvisse videtur S. Thomas in partem negativam, Opusc. 65. de Sacramento Extremæ Unctionis, hisce verbis: *Si Sacerdos deprehenderit, se errasse, & ex errore de alio oleo unxisse* (idest cum oleo Cathecumenorum, ut ex contextu S. Doctoris ibidem apparet) *debet adhuc de oleo debito ungere*: quod sane debitum per Angelicum non interveniret, si Sacramentum cum alio oleo prius collatum, juxta mentem ejusdem S. Doctoris esset validum; nullibi enim S. Thomas unquam docuit in suppositione valoris hujus sacramenti paulo ante collati, ipsum posse, immo debere tam cito super infirmum, iterari non mutato statu infirmitatis. Angelicum Præceptorem ad amussim sequuntur acta Ecclesiæ Mediolanensis in Instruct. de dilig. ministr. Extrem. Unction. par.4. E contra Sacramentum in allato casu validum esse, adeoque pro eo tunc non iterandum cum oleo infirmorum, affirmant plures alii D.D. hoc fundamento, quia error non fuit substantialis: quid enim assignant Concilia & Ritualia pro materia remota hujus Sacramenti? *Oleum olivarum ab Episcopo benedictum*, quale est in substantia etiam oleum Cathecumenorum, substantialiter propterea non differens ab oleo infirmorum. Neque dicas, hoc esse ordinatum ad hunc finem determinate, illud autem ad alium finem disparatum, ac plane diversum; proindeque uniuscujusque diversam esse Episcopi benedictionem in confectione utriusque. Contra enim: fines diversi, ad quos unumquodque ex his oleis ordinatur, ac benedicitur, utpote fines ipsius operantis, extrinseci sunt ipsimet oleo benedicto, ac materiæ remotæ ipsius Sacramenti; ideoque nec in ipsam inducere possunt differentiam intrinsecam, & substantialem: quod etiam ac de illa peculiari benedictione facta & ordinata ad talem, vel talem finem; atque adeo hujuscemodi diversitatem reddere quidem actionem illicitam, si advertenter facta fuerit, aut ex errore culpabili; non inficere tamen remotam materiam, neque ipsam unctionem invalidare; sicque adhuc validum esse Sacramentum. Ut ingenue fatear quod sentio, neque hæc secunda sententia contemni posse videtur. Attamen, quia probabilitas opinionis in casu non prodest ægroto, si Sacramentum cum ea ipsi collatum, in se minime validum sit; & ex alia parte nec est omnino certum quod Sacramentum, sic ex errore collatum, dici debeat absolute nullum, censeo quod, errore detecto, ægrotus inungendus sit cum oleo infirmorum sub conditione; sic enim certo consulitur ægroto rite disposito de remedio ipsi valde utili, si non necessario; nec ulla irrogatur injuria Sacramento; cum non temere, sed ex rationabili motivo sic repetantur unctiones; & ratione conditionis Minister solum intendat tunc Sacramentum conficere, si prima vice non fuit confectum. Neque illa praxis est novum inventum, cum ita in præfato casu faciendum esse decreverit Synodus Coloniensis anno 1662. ut referunt La Croix & alii. ☜

Non videtur a peccato excusandus Parochus, 25
si oleum alterius anni adhibeat, nisi aliud suadeat necessitas, ut resolvunt Bonacin. *d. qu. unic. punct. 2. num. 6.* Ugol. *de offic. Episcopi cap.7. §. 2. n.1.* Pos-

Possev. *dict. cap.* 9. *num.* 1. quia debet esse benedictum eo anno, ut præcipitur *in c. literis, de consec. dist.* 3. & sic ubi necessitas urgeret, poterit Parochus vetere oleo morituros, ungere usque dum novum ipsi ab Episcopo transmissum fuerit; Zambran *d. cap.* 5. *dub.* 4. *n.* 15. Ugolin, *d.* §. 2. *num.* 2. Paul. Laym. *d. tract.* 8. *num.* 4. ubi advertit, quod si adventante novo ex vetere aliquid remanserit, in lampadibus Ecclesiæ, quæ ante venerabile Sacramentum sunt, ponendum est, ut comburatur.

Additio.

☞ Quod non sit licitum uti oleo benedicto præcedentis anni, postquam novum fuerit consecratum, declaravit Cong. Rituum in Septem pedun. 7. Decemb. 1601. licitum tamen esse in urgenti necessitate declaravit Cong. Episcopor. 20. Maji 1590. apud Gavant. Enchirid. II. Extrema Unctio num. 10. ☜

26 Verum eo casu, quo oleum consecratum creditur non sufficere pro toto anno, licite poterit Parochus oleum non consacratum miscere consecrato, utrumque enim censetur consecratum per admixtionem, modo quod additur sit minoris quantitatis consecrato; ita Rituale Romanum in Rubrica Extrem. Unction.

Additio.

☞ Verum si deficiat consecratum, nec aliud haberi possit, quamvis pluries guttatim additum non consecratum consecrati quantitatem superet, validum est Sacramentum, ut declaravit Congreg. San. Officii in Hispalen. 13. Septembr. 1682. Ut refert Jo. Baptist. Braschius in Promtuario Synodal. tom. 1. cap. 30. num. 19. ☜

27 Materia vero proxima hujus Sacramenti est
unctio saltem quinque sensuum facta a Sacerdote
28 secundum S. Thom. *in* 4. *dist.* 23. *q.* 2. *art.* 3. in quibus ungendis non est necessarius ordo necessitate Sacramenti, quia, mutato ordine, completa manet significatio, ut per Possev. *d. cap.* 9. *nu.* 14. Bonac. *d. qu. unica punct.* 5. *num.* 20.
29 Circa reliquas vero duas unctiones, pedum videlicet, ac renum, servanda est cujusque Ecclesiæ consuetudo, cum non sit de essentia Sacramenti, ex Palud. *in* 4. *dist.* 23. *q.* 3. *art.* 3. *concl.*
30 1. & *ibi* Sot. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 2. Immo unctio in renibus convenientius omittitur, præsertim in fœminis, ac viris Religiosis, Emman. Sa *verb. Extrema Unctio n.* 12. Card. Bellarm. *lib. de Extrema Unct. cap.* 10. *in fine*.

31 Quod si ægrotus manibus careat, ungenda est caro propinqua, si oculis careat, locus oculorum ungi debet, Sot. *d. q.* 2. *art.* 3. Henriq. *d. cap.* 12. §. 2. Emman. Sa *d. verb. Extrema Unction.* 13. quia licet homo, qui perpetuo caruit visu, non potuerit eo sensu peccare secundum effectum, potuit tamen peccare secundum concupiscentiam videndi.

32 Sacerdotes porro non in palmis, ubi sacro oleo uncti sunt, sed infra palmam, vel in exteriori manus parte ungi solet, Possev. *d. cap.* 10. *n.* 15. Emman. Sa *d. verb. Extrema Unction. n.* 16. *vers. Sacerdotes* Bonac. *d. punct.* 5. *num.* 19. quamvis nihil referat etiam in ipsis palmis inungi, cum hæc unctio ab altera diversa sit, ut notavit Pal. *in* 4. *dist.* 23. *q.* 3. *art.* 3. *conc.* 3. Zambran. *d. c.* 5. *in princ. num.* 5. quare cujusque in hac re consuetudo diœcesis servanda est.

In casu necessitatis, eo quod periculum sit in 33
mora, sine culpa poterit una auris, vel una manus inungi, Suar. *d. disp.* 40. *sect.* 2. *num.* 5. Zambr. *d. c.* 5. *in princ. num.* 9. Bonac. *d. punct.* 5. *n.* 21.
Et tunc causa administrandi propter periculum in- 34
stantis mortis, unctiones sine Cruce fieri nihil obstat, ut advertunt Suar. *d. sect.* 2. *num.* 3. Ægid. de Coninc. *d. disp.* 19. *dub.* 2. *in fine* Zambr. *d. c.* 5. *in princ. num.* 12. ubi *n.* 14. subdit, quod in necessitate potest dari Extrema Unctio a solo Sacerdote sine ministro.

Forma hujus Sacramenti, inquit Conc. Florent. *in* 35
decreto Eugenii §. 5. *Sacramentum est. Per istam sanct. unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, Amen,* & similiter de aliis membris, Paul. Laym. *cap.* 3. ubi *in vers.* 2. animadvertit, formam illam verborum ad singulas unctiones sensuum repetendam esse, saltem ex necessitate præcepti: at vero si periculum est in mora, vel morbus est contagiosus, puta tempore pestis, credunt aliqui non improbabiliter, satis esse si ungatur organum sensus magis obvium, dicendo. *Per istam sanctam unctionem, & piissimam suam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum,* Bonac. *d. qu. unic. punct.* 3. *num.* 5. Paul. Laym. *ubi proxime*. Fit autem forma hujus Sacramenti modo deprecativo, quia Christus ita instituit, Jacob. 5. *Inducat Presbyteros, & orent super eum*; tum quia infirmus eget deprecatione aliorum; tum denique quia ipse transit ex foro Ecclesiæ ad forum divinæ Majestatis, & ideo est de necessitate hujus Sacramenti, ut proferatur per modum deprecativum, sicut resolvunt Vivald. *in candel. aureo tit. de Extrema Unctione*, ubi *de forma n.* 5. Bonac. *dict. punct.* 3. *num.* 3. Unde videtur, esse insufficiens forma per modum indicativum, nisi aliud ei deprecatorium addatur, dicendo, *Ungo te oleo Sancto, ut Deus tibi remittat quicquid peccasti, &c.* sicut existimavit Paul. Laym. *d. c.* 3. *n.* 1. quamvis aliqui affirment, S. Ambrosium usum fuisse forma per modum indicativum.

Consuetudo ferme ubique obtinet, ut Sacra- 36
mentum Extremæ Unctionis ultimo loco inter Sacramenta morituro conferatur, quia est Sacramentum exeuntium, & totius vitæ christianæ consummativum; referunt tamen Stephan. Dur. *de ritib. Eccl. l.* 1. *cap.* 20. *num.* 23. Suar. *d. disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 8. quibusdam in locis olim Extremam Unctionem ante Viaticum dari solitam esse, & colligi videtur ex *cap. ab infirmis* 26. *qu.* 7. nec deest ratio, eo quod Sacra Eucharistia finis est, ac perfectio reliquorum Sacramentorum, quam proinde decet animæ præbere, postquam aliis Sacramentis plene purgata est, atque ipsum Viaticum significat dandum esse animæ mox migraturæ.

Unde credo, non esse peccatum mortale conferre 37
Sacramentum Extremæ Unctionis infirmo, antequam

tequam susceperit Sacramentum Pœnitentiæ , & Eucharistiæ , quia infirmus potest per contritionem se disponere ad suscipiendum boc Sacramentum ; tum quia aliquandu fieri potest , ut quis recipere possit Extremiam Unctionem , non vero Pœnitentiam, vel Eucharistiam , ut quandn aliquis patitur vomitum , aut ita repente morbo prævenitur , ut non dederit signa Sacramenti Pœnitentiæ . Servanda tamen est consuetudo Ecclesiæ , cui nequaquam adversatur , quominus post acceptam Sacram Eucbaristiam , & Extremam Unctionem , si infirmus aliquanto tempore vivat , & Viaticum iterum petat , ei ministrari debeat .

Additio .

☞ Licet verum sit , quod infirmus possit se disponere ad boc Sacramentum recipiendum per actum contritionis, tamen cum Parochus non posset esse certus de illius contritione , tenetur eum absolvere a peccatis, saltem sub conditione, etiam in casu quo ille reperiretur sensibus destitutus , si christiane vixerit , & aliquando dederit pœnitentiæ signa , ut infra notabitur . ☜

38 Non poterit Parochus boc Sacramentum iterum conferre, duraute eodem periculo morbi , secus, si aliud novum sit periculum , quia videlicet infirmus, postquam semel inunctus fuerat , melius haberi cœpit , ut medicorum judicio extra probabile , seu propinquum mortis periculum constitutus esset, sed, mutata corporis valetudine, recidit, tunc iterum eum inungere poterit , licet intervallum temporis non longum , sed paucarum tantum hebdomadarum intercesserit , dummodo prudenti practica consideratione censeantur diversa pericula , quibus bomo constituatur in distinctis statibus , seu dispositionibus ad moriendum c, Rituale Roman.

Additio .

☞ Circa iterationem Extremæ Unctionis pro praxi a Parochis servanda notatu digna sunt tradita a Benedicto XIV. de Synod. Diœc. lib. VIII. cap. VIII. num. 4. ibi = Durante autem eadem infirmitate , si post susceptam Extremam Unctionem , morbus ita remittat , ut ægrotus mortis periculum evasisse videatur , sed antequam convalescat , iterum in vitæ discrimen relabatur ; etiam juxta præsentem disciplinam poterit absque scrupolo denuo sacra unctione muniri ; quemadmodum diserte tradit D. Thomas in 4. distin. 23. q. 2. art. 4. ,, §. Ad secundam quæstionem , inquiens . Hoc Sacramentum non respicit tantum infirmitatem , sed etiam infirmitatis statum ; quia non debet dari , nisi infirmis , qui secundum bumanam æstimationem videntur morti appropinquare . Quædam ergo infirmitates non sunt diuturnæ ; unde , si in eis datur hoc Sacramentum , tunc cum homo ad illum statum perveniat , quod sit in periculo mortis , non recedit a statu illo , nisi infirmitate curata : & ita iterum non debet inungi ; sed , si recidivam patiatur , erit alia infirmitas , & poterit fieri alia inunctio . Quædam vero sunt ægritudines diuturnæ , ut hectica , & hydropisis , & bujusmodi ; & in talibus non debet fieri inunctio , nisi quando videntur perducere ad periculum mortis : & si homo illum articulum evadat , eadem infirmitate durante , & iterum ad similem statum per illam infirmitatem reducatur , iterum potest inungi , quia jam est quasi alius infirmitatis status , quamvis non sit alia infirmitas simpliciter = Idem , quod a D. Thoma audivimus, decernunt Synodus Lingonensis anni 1404. Senonensis anni 1524. Carnotensis anni 1526. apud Natalem Alexandrum supra cit. lib. 2. cap. 5. regul. 19. quibus consentiunt Rituale Romanum, tit. *de Extrema Unctione* , Rituale Cardinalis Sanctorii pag. 324. ubi legitur: = In eadem infirmitate boc Sacramentum iterari non debet , nisi diuturna sit , & infirmus , cum visus esset melius se habere, iterum in periculum incidit . = Rituale Argentinense, tit. *de Extrema Unctione* §. 4. ac omnia Pastoralia modo commemorata : uti videre est apud citatum Van-Espen, qui uon inopportune Parochos monet , ne nimium scrupulose in hoc se gerant ; sed si dubitent , an revera morbi status sit mutatus , seu num idem , vel diversum sit vitæ periculum , in quo ægrotus versatur , expedire ait , ut ad Sacramenti iterationem propendeant , eo quod hæc iteratio conformior sit veteri Ecclesiæ consuetudini , & per eam novum spirituale subsidium , & levamen infirmo obveniat . = ☜

Circa Ritus , & cæremonias in hoc Sacramen- 39
to administrando per Parochum adbibendas, standum est Rituali, consuetudini , & Constitutionibus Episcoporum . Orationes , & Psalmos , qui in hujus Sacramenti administratione præscribuntur ab Ecclesia , non potest Parochus prætermittere absque peccati mortalis incursu , nisi periculum videatur esse in mora propter mortis accelerationem , quia tunc statim incipere debet ab unctionibus , & Orationes , ac Psalmos postea recitare ,
vide Zambr. *cap. 5. in princ. num.* 10. Bonac. *quæst.*
unica punct. 6. ex num.6. ubi *num.* 7. existimat, se- 40
ptem Psalmos Pœnitentiales ex præcepto Eccle-
siæ non esse necessarios ; & *num.* 9. tenet, non li- 41
cere in necessitate administrare hoc Sacramentum,
non adhibitis vestibus ab Ecclesia præscriptia,
Paul. Layman. *d. tract.* 8. *cap.* 8. *num.* 1. ubi ani- 42
madvertit, tempore pestis propter periculum contagionis satis esse adbibere ea , quæ essentialia sunt cum brevissima mora, quoad fieri potest : si tamen tempus patiatur , addit , consultum esse Orationes , & Psalmos postea in Ecclesia supplere.

Unum saltem ministrum clericum , si haberi 43
possit, adbibere debet Parochus , alioqui solus, etiam Sacerdos Extremam Unctionem conferens , reliqua etiam omnia peragere poterit , quæ videtur esse responsio Alexandri , *in c. quæsivi , de verb. signific. juncta glos.* ibi *verb. etiam solus* Cardinal. Tolet. *in instruct. Sacer. l. 7. cap. 2. in fine* , Possev. *cap. 9. num.* 11.

Admonet tandem Possev. *sæpe citato cap. 9. nu-* 44
mer. 12. non debere Parocbum sine lumine Extremam Unctionem deferre , observando in boc proprii Episcopatus Constitutiones, & existimat, venialiter tantum peccare illum , qui sic ferret sine

causa

causa, qui vero cum causa nullatenus. Et addit (seclusa Episcopi Constitutione) non bene agere eundem Parochum timentem de nocte se vocandum pro infirmo periculoso, si vespera ferat oleum Extremæ Unctionis ad suum cubiculum, ut vocatus, expeditius vadat, vel si de nocte reversus ab unctione infirmi, ut se citius expediat, oleum non referat ad solitum locum, sed retineat domi usque mane; nullum tamen credit peccatum mortale contrahere citra scandalum, vel periculum alicujus irreverentiæ.

45 Interdicti tempore Sacramentum hoc Extremæ Unctionis nulli laico, vel etiam clerico, aut Religioso, si sufficienti privilegio muniti non sint, ministrari potest, *cap. quod in te*, *de pænit. & remiss.* Covar. *in c. alma mater*, *p. 2. §. 2. numer. 7. vers. Extrema Unctionis*, Suar. *tom. 5. disp. 33. sect. 1. num. 38.* Sayr. *de cens. l. 5. cap. 7. a numer. 29.* Ludovic. Miranda *in manual. Prælator. tom. 2. qu.*

46 *37. art. 8. conclus. 3. in med.* Verum, quando infirmus nullum aliud potest recipere Sacramentum, tunc Extrema Unctio interdicti tempore ministrari poterit, secundum Henriquez *lib. 3. cap. 10. §. 3. lit. F.* Zambran. *cap. 5. dub. 7. a num. 5.* & licet advertat, hunc casum rarissime posse contingere, co tamen dato, præcepti necessitatem continere fatetur Suar. *tom. 4. disp. 44. sect. 4. num. 7.*

Animadversio.

☞ Nedum administrari nequit tempore interdicti, sed nec tempore cessationis a Divinis, tam Clericis & Sacerdotibus, quam Laicis, Braschius *in Promptuar. Synodal. cap. XLII. nu. 35.* Gavant. Enchirad. V. Cessatio a divinis num. 5. Item nec personaliter interdictis, etiam in locis non interdictis, Braschius *loc. cit. num. 35.*

Quod autem eodem tempore, ut hic DD. asserunt, administrari possit, quando infirmus ullum aliud Sacramentum recipere nequit, videatur casus rarissimus, absolute tamen dici nequit, eum ullum aliud Sacramentum recipere non posse, cum semper recipere possit absolutionem sacramentalem, saltem, sub conditione, juxta magis in praxi receptam opinionem recentiorum Theologorum, fuse relatorum a Benedicto XIV. de *Synod. Diœces. lib. VII. cap. XV. n. 10. & seqq.* tunc potissimum, si antequam destitueretur sensibus, illam petierit, aut si non incerta dederit pœnitentiæ signa, vel etiam si christiane vixerit. Imo non desunt multi, qui sentiunt, dandam esse sub conditione, si nec recentes ejusdem pœnitentiæ significationes dederit, ac dissolutam, flagitiosamque vitam egisse dignoscatur, dummodo catholicam Fidem retinuerit, & pro catholico se gesserit, ut refert idem Benedictus loc. cit. in cujus opinionis confirmationem citat. Instructionem pro Sacerdotibus ad confessarii ministerium deputatis, Romæ editam per quendam Presbyterum Congregationis Missionis, ac pluries etiam, alibi typis excusam, & præsertim Papiæ an. 1720. & Lucæ an. 1725. qui p. II. cap. XII. §. I. n. 193. hæc habet = La più universale, e fondata dottrina dei Teologi è, che mancando qui la materia prossima sensibile del Sagramento, che consiste negli atti del penitente, non si può assolvere, nè anco sotto condizione, la quale si usa, quando vi è la materia almen dubbiosa: nondimeno la sua contraria è sostenuta da molti preclari Dottori, che altresì ne recano i fondamenti; se però il moribondo sia cattolico, e abbia vissuto cattolicamente, co quali noi consentiamo, che possa in tale angustie assolversi colla condizione: *Si capax es V. Pasqualig. in Theorica quæst. 129. Cardenas in Crisi tract. 6. de Sacr. Pæn. disp. 48. per tot. Clericat. de Pæn. dec. 32. nu. 7. & seqq.* La qual pratica *il Pasqualigo* estende anche ad un publico, e notorio peccatore, apportandone per ragione. = Quia, cum Sacramenta sint instituta propter beneficium hominum, non debet Religio circa ipsa impedire, ne exerceatur actus charitatis in ipsorum administratione erga hominem. Et revera nullum est præceptum prohibens, ne in tali casu Sacramentum Pœnitentiæ ministretur sub conditione, cum conditio apposita excludat omnem irreverentiam: ibid. quæst. 30. Donde si manifesta potersi con più ragione liberamente assolvere, ed anche doversi, uno, che in lontananza di trenta passi chiede confessione, o si ode, o vede dal Confessore, o gli astanti di ciò l'avvisano, s'egli teme di non giungere a tempo per accostarvisi. E anche chi stando chiuso in una stanza, dove non si può entrare, e dimanda di confessarsi, il quale può assolversi dal Sacerdote, che lo sente di fuora. *Corella de Sacr. Pænit. tr. 7. num. 318. & seqq.* =

Ceterum in terminis casuum a Pasqualigo figuratorum, impertiendo Confessarius absolutionem sub conditione, judicium inhæsitanter relinquat infinitæ Dei misericordiæ, prout communi calculo relinquendum censuerunt undecim Abbates, Decani tres, Præpositi septem, ac decem Priores, totidemque Archipresbyteri, qui interfuerunt Synodo Ecclesiæ Lemovicensis, suumque sensum expressum voluere in Constitutionibus ejusdem Synodi editis an. 1626., sequentibus verbis relatis a Laudato Benedicto loc. cit. ibi = Poterit quoque idem applicari remedium, (videlicet sacramentalis absolutionis), ei, qui judicio, omniumque sensuum usu statim captus est, non petita pænitentia, nulloque signo contritionis edito, cum violentia morbi judicatur de repente, & ex improviso præventus, & oppressus, & christiane vixit; ferrique potest judicium ex actionibus vitæ, & moribus, eum libenter Pœnitentiæ Sacramentum petiturum fore, si tempus, & morbi violentia permisissent; *licet hoc in casu nihil de absolutionis effectu promittere possimus, sed, animarum salvandarum causa, nullum remedium omittere debemus*, quod Deus potestati nostræ commisit, Deum orantes, ut immensa bonitate, & misericordia, quod deest ægrotorum dispositioni suppleat, cetera inscrutabilibus Dei judiciis commendantes. = Hactenus Benedictus.

An vero etiam danda sit absolutio sub conditione subito sensibus destituto, actualiter peccanti, recole jam addita supra part. II. ad cap. XVII. post n. XI. circa finem pag. 140. ☜

CAP. XXIII.

Parocho, an, & quando sit dandus Coadjutor.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutor temporalis, & revocabilis dari solet Ecclesiæ Rectori ob ægritudinem, vel infirmitatem animi, seu corporis, facto inutili.*

2 *Episcopus potest dare ex causa Coadjutorem Ecclesiæ Rectori.*

3 *Parochus inutilis effectus non est suo beneficio privandus.*

4 *Declaratur* text. in capitulo tua nos de cleric. ægrot.

5 *Leproso Parocho* }
6 *Paralytico* } *datur Coadjutor.*
7 *Dementi, vel furioso* }

8 *Illiteratis, & imperitis parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Parochis, si alias honestæ vitæ sint, deputat Episcopus Coadjutores pro tempore.*

9 *Imperiti Parochi dicuntur illi, qui inhabiles sunt ad exploranda, ea quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficii, quod habent.*

10 *Appellatio ad effectum suspensivum tantum tollitur per decretum* Conc. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 6.

☞ *Vide Aditionem.*

11 *Coadjutoris datio non censetur comprehensa in generali Vicariatus commissione.*

12 *Parocho, seu Rectori de Coadjutore providendum est propter auctam populi numerositatem.*

13 *Parocho, quando est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ datur Coadjutor.*

14 *Coadjutores ad personalem residentiam, sicut Rectores ipsi, tenentur.*

15 *Coadjutus etiam residere tenetur.*

1 TEmporalis Coadjutor, & revocabilis dari solet Ecclesiæ Rectori ob ægritudinem, vel
infirmitatem animi, seu corporis facto, inutili, &
ministrare impotenti, ut pro eo ministret, & officium exerceat cum congrua portione ex redditibus beneficii ei assignanda, ita Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancell. gloss. 5. §. 9. ex *num.* 19. Nicol. Garc. *de*
2 *benef. p.*4. *c.* 5. *a princ.* Hujusmodi autem Coadjutoris datio fieri potest ab Episcopo, quia qui instituere, & destituere valet, a fortiori poterit Coadjutores dare, ex Gamb. *de offic. & potest. Legati a latere l.* 5. *tit. de coadjutor. nu.* 3. Gonzal. *dict.* §. 9. *num.* 36.

3 Non est enim justum, ut Parochus inutilis ut supra, effectus suo privetur beneficio, quia afflictis non est danda afflictio, *cap. de rectoribus c. ex parte, cap. fin. de clerico ægrot. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Nav. *cons.* 1. *eod. tit.* Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 32.
4 Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *nu.* 5. nec contrarium videtur firmare text. *in cap. tua nos, illo tit.* ibi, *debet officio removeri*, quia intelligitur quoad exercitium, & actum, non vero a jure, & titulo beneficii, ita Lancel. *in instit. Canon. l.* 1. *de coadjutor,* §. 1. *& ult.* Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 51. *sect.* 2. *ad fin.* Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 6.

5 Ex quibus autem causis Coadjutor hujusmodi assignari debeat, habetur late *in titul. de clerico ægrotante, vel debil.* in *Decretalib. & in l. Sexti.* Unde colliges, quod leproso Ecclesiæ Rectori, sive Parocho datur Coadjutor, ut in *d. cap. de Rectoribus, & in cap. tua nos, illo tit.* Majol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 13. *colum.* 3. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 494. *num.* 5. *in* 2. *edit. & part.* 4. *resol.* 543. *num.* 5. late Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 11. *cap.* 17. *a num.* 154. ubi *numer.* 160. subdit, attenta Pii V. Constitutione, posse leprosum coram Ordinario libere resignare, non tamen ad id cogi invitus, tametsi non dubitet, quod habenti curam animarum, etiam invito, dandus sit Coadjutor.

6 Paralitico debet dari Coadjutor, *cap. ult. de cler. ægrot.* Gonz. *d.* §. 9. *num.* 24. Aloys. Ricc. in *d. praxi rerum fori Eccles. resolut.* 494. *num.* 7. Scip. de Rubeis in *aphorismis episcopalibus, verb. coadjut. num.* 6.

7 Dementi quoque, vel furioso datur Coadjutor, *ut* in *cap. unic.* §. *si vero de clerico ægrot. l.* 6. Nav. *cons.* 3. *num.* 2. *edit. tit.* Anchar. *cons.* 188. *Visis*, n. 7. Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 23. Aloys. Ricc. *in dict. praxi part.* 4. *resol.* 543. *n.* 4.

8 Illiteratis, & imperitis parochial. Ecclesiarum Rectoribus, seu Parochis, si alias honestæ vitæ sint, deputat Episcopus, tamquam Sedis Apost. delegatus, Coadjutores pro tempore secundum dispositionem Conc. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 6. tradunt Sbroz. *de officio Vicarii l.* 2. *q.* 212. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 71. Ugolin. *de officio Episcopi, capitulo* 54. in *princ.* n. 2. Scipio de Rubeis *dist. verb. Coadjutor num.* 3. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Parochia* §. 7. ubi subdit, procedere in Parochialibus exemptis, Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 5. *cap.* 5. Navar. *in singul. Canon. conclus.* 56. *&* 57. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi par.* 3. *allegat.* 63. *numer.* 6. *cum sequent.* Sicut etiam poterit Episcopus modernus ex rationabili causa superveniente iterum examinare approbatum, & provisum de Ecclesia parochiali in forma dignum: ut censuit Congregat Conc. in *Placentina* 26. *Augusti* 1628. cujus memini *in collect. Bullar. verb. approbare.*

9 Imperiti autem ad hunc effectum dicuntur illi, qui inhabiles sunt ad exploranda ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficii, quod habent, & secundum dignitatem, statum, & officium, ad quod assumuntur, ex adductis per Aloys. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *resol.* 547.

10 Quæ quidem Coadjutoris datio vigore præfati conciliaris decreti non est attentata, etiamsi sit executa post appellationem interpositam a sententia ejus, qui judicialiter processit, quia per illud decretum tollitur appellatio ad effectum suspensivum, sed non devolutivum, ut ex Sac. Congreg. & Rotæ decisionibus probat Nic. Garc. *dict. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. *&* 10. quem refero ego ipse *d. alleg.* 63. *num.* 10. novissime Aloys. Ricc. *in d. praxi resol.* 546. *p.* 4. Joan. Sanc. *in select. disp.* 50. *num.* 4. ubi *n.* 7. affirmant, non solum Concilii decretum permissionem continere, ex eo videlicet quod dicat, posse Episcopum deputare Coadjutorem illiteratis Parochis, sed præceptum sub mortali obligans, & *a num.* 11. probat, posse Episcopum

pum ad examen vocare Parochos, ut ei per experientiam innoteſcat, an illorum ſcientia ſit extenuata, & boni mores mutati; nam quamvis a principio collationis parochialis beneficii ſcientia Parochorum fuerit nota, decurſu temporis diminui poteſt.

Additio.

☞ Citato Tridentini Decreto de dando Coadjutore Parochis imperitis acceſſerunt ſequentes Congr. Conc. declarationes. E I. ſi agatur de Parochis, etiam Regularibus, a predeceſſore Epiſcopo conſtitutis, ſucceſſorique Epiſcopo conſtet de eorum imperitia, S. Cong. die 26. Aug. 1628. cenſuit = Epiſcopos ſucceſſores poſſe, ſuperveniente rationabili cauſa, iterum ex officio, etiam extra viſitationem, examinare Parochos, alias ad Eccleſias parochiales approbatos = ut lib. 13. decret. pag. 520. a tergo, & die 13. Jan. 1635. reſpondit = Epiſcopos ſucceſſores, ſuperveniente rationabili cauſa, poſſe etiam ex officio iterum examinare tam in viſitatione, quam extra Parochos, quamvis Regulares, approbatos tempore proviſionis Parochialium lib. 15. pag. 146. a tergo, ad quorum examen devenire poteſt etiam pro libito, & pro ſola quiete conſcientiæ ſuæ, quemadmodum & ipſum S. Rotæ Tribunal conſtituit, deciſ. 257. par. 19. recen. num. 5. II. ſi vero agatur de Parochis, ab eodem Epiſcopo in præcedenti examine approbatis, eadem S. Cong. die 22. Septembr. 1668. ita reſpondit Epiſcopo Pampilonenſi, prout legitur lib. 24. decret pag. 108. = Cum ſub die 15. Jan. 1667. ad inſtantiam Epiſcopi Pampilonen. a Sac. Congr. reſolutum fuerit I. poſſe Epiſcopum examinare Parochos, & Rectores ſemel approbatos ad curam animarum, quando adeſt vehemens ſuſpicio de illorum imperitia. II. poſſe ad hujuſmodi examen procedere etiam extra Viſitationem. III. ad dictum examen faciendum haud neceſſe eſt, ut judiciales probationes imperitiæ præcedant: nunc ſupplicat Epiſcopus ipſe, per hanc Sacr. Congr. ulterius declarari, an in actis Viſitationis Diœceſis poſſit Epiſcopus examinare Parochos quotquot viſitat, etiam ſi contra illos, vel aliquem ipſorum non vigeat ſuſpicio imperitiæ = Sac. Congr. 22. Sept. 1668. reſpondit negative.

Ex quo decreto infert Bened. XIV. Inſtit. Eccleſ. LX. in fine = Atque ita pro novo examine faciendo ſola conſcientiæ ſedandæ ratio non ſufficit. Inſuper neceſſe eſt, ut is rumor palam in omnes emanaverit, Parochum, eorum, quæ ad curam animarum gerendam pertinent, memoriam amiſiſſe, & ob ſocordiam pro ſubſtinenda tam gravi provincia eſſe imperitum, ſicut PP. Sac. Rotæ accurate perpenderunt, dec. 527. part. XIX. Recen. num. 18. & ſeqq. Parochi etiam, qui a Laicis jure quodam nominati fuerunt, ab hac conditione minime liberantur. Nam cum parochialem Eccleſiam ſine publico examine obtinuerint, non idem judicium, atque opinio, ac de reliquis Parochis conſtituitur, quibus Epiſcopus poſt conſuetum examen animarum regimen commendavit, Card. de Luca de Parochis ſerm. 16. =

III. Quamvis juxta hoc Conc. decretum datus fuerit Coadjutor Parocho imperito, hic tamen tenetur reſidere, ut Sac. Cong. reſcripſit in Ravennaten. lib. II. pag. 110. a tergo, quod ſi fructus Eccleſiæ ſint tenues, itaut non ſufficiant ad ſubſtentationem utriuſque, eandem Cong. ita declaraſſe hic refert Card. Bellarminus = ſi Parochi ſint imperiti, & fructus Eccleſiæ tenues, Epiſcopus provideat, data Rectori facultate non reſidendi. =

IV. Item, ſi Parochus ſit ita imperitus, ut nec formaliter prædicare, nec plebem ſibi commiſſam ſalutaribus verbis ſaltem paſcere valeat, declaravit, cogendum eſſe hoc præſtare per deputatum ab Epiſcopo illius expenſis, ut in Milevitana menſ. Februar. 1590. ad V. dubium lib. VI. pag. 109.

V. Declaravit etiam, dandum eſſe Coadjutorem Parochis græcis imperitis, etiam latinum, ſi deficiant Sacerdotes græci habiles, ut in Caſſanen. 16. Jan. 1638., & in Larinen. 13. Feb. ejuſd. annis lib. XV. decretor. pag. 649. & 662. ☜

Comprehenſa autem non cenſetur hujuſmodi 11
Coadjutoris datio in generali Vicariatus commiſſione, ut reſolvunt Aloyſ. Ricc. *dict. reſol.* 494. *num.* 10. *& in d. praxi p.* 4. *reſol.* 545. Narbona *de appellatione a Vicario ad Epiſcopum, par.* 1. *numer.* 210. Navar. *d. concluſ.* 56. *n.* 3.

Item propter auctam populi numeroſitatem 12
providendum eſt Parocho, ſeu de Rectore Coadjutore, ut per Cæſ. de Graſſis *dec. unic. de Paroch.* Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 26. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 494. *num.* 8. Quando enim ſolus Curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non poteſt, non datur juſta cauſa dividendi Parochiam, ſed adhibendi miniſtros Coadjutores, ut cenſuit Rota in *Aquilana nullitatis erectionis* 10. *Maii* 1613. coram R.P.D. Pirovano, impreſſa per Farin. *deciſ.* 484. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* Nec Epiſcopus in vim Concilii Tridentini *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 4. poteſt erigere coadjutoriam, ſed utique cogere debet Rectorem ad adjungendum ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis miniſtrandis, ut atteſtatur reſolutum Armendar. *in addition. ad recopil. legum Navarræ libro* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Epiſcopis num.* 43. Unde Sac. Cong. Concilii *in una Oſtuen.* 12. *Julii* 1631. cenſuit, Epiſcopum non poſſe diſmembrare partem curæ animarum ab Eccleſia parochiali, ſubjecta Religioni Hieroſolymitanæ, & applicare alteri Eccleſiæ ejuſdem loci ſub prætextu, quod populus eſſet numeroſus.

Et ſimiliter quando Rector eſt ſuſpectus de 13
dilapidatione bonorum Eccleſiæ, providendum eſt ei de Coadjutore, ut ex Specul. Abb. & Mendoſ. reſolvit idem Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 27. & Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi part.* 4. *reſol.* 543. *ſub numero* 7.

In his caſibus, & aliis, ſi qui fuerint, tenen- 14
tur Coadjutores hujuſmodi ad perſonalem reſidentiam, ſicut Rectores ipſi, ut cenſuit S. Congreg. Concilii, prout nobis idonei teſtes ſunt Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 17. Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Reſidentia* 1. Piaſec. *in praxi Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. *numer.* 27. Sanctarel. *var. reſolut. qu.* 4. *num.* 17. quos cum

aliis refero *de officio, & potestate Episcopi par.3. alleg.53. num.* 58.

15 Tenentur etiam Coadjuti residere; licet enim Coadjutor ratione infirmitatis Parochi ei datus fuisset, nihilominus Parochus coadjutus debet residere in loco, ubi sita est Ecclesia parochialis, sicut declaravit eadem Sacra Congr. Concilii, teste Armendar. *in addit. ad recopilat. legam Navarræ lib.n. tit.*23. *lib.* 2. §. 2. *sub titulo, sed an Parochi debeant residere nu.*129. Sic etiam, si Coadjutor detur inhabili, & illiterato, Coadjutus per hoc abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quam literatus, eadem Sac. Congreg. teste *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 9. *num.* 30.

✲✲◇✲✲◇✲◇✲◇◇✲◇✲✲◇✲✲◇✲✲

PARS TERTIA.

CAP. XXIV.

De Oblationibus.

SUMMARIUM.

1 *Oblationes generaliter sumptæ quid importent, ostenditur.*
2. *Oblationum appellatione continetur, quicquid fidelis offert Deo, & Ecclesiæ, sive sint res mobiles, sive immobiles.*
3 *Oblationum tres sunt species.*
4 *Oblationum usus antiquissimus.*
5 *Oblationes, quæ in usus ministrorum exponuntur, sunt de jure parochiali.*
6 *Laici non debent recipere a Clericis oblationes.* ☞ *Vide Additionem.*
7. *Parochus non debet candelas benedictas transmittere ad ædes sæcularium, sed in Ecclesia populus eas recipere tenetur.*
8 *Oblationes, & anniversaria pertinent ad Rectores, & Vicarios Ecclesiarum Ordinum Militarium, & non ad Commendatarios, seu Præceptores eorum.*
9 *Oblationes non debentur ex præcepto, nisi in quatuor casibus enumeratis num.* 10.
11 *Parochiani, quando soliti fuerint in quibusdam festivitatibus certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præstitis, possunt per Superiorem cogi ad illam consuetudinem servandam.*
12 *Consuetudo, licet a principio voluntaria, & minime obligatoria, sensim potest habere vim legis, & obligare.*
13 *Oblatio, ut vere dicatur oblatio, & sit Deo accepta, quæ requirantur, ostenditur.*
14 *Diffidentes Fratres.*
15 *Pauperes opprimentes*
16 *Sacrilegi*
17 *Extrahentes servos suos ab Ecclesia*
18 *Raptores*
19 *Pœnitentes*
20 *Meretrices publicæ*
} *oblationes offerre non possunt.*
21 *Oblationes extra Ecclesiam ad sustentationem debitæ exigi possunt ab illis, qui offerre prohibentur.*
22 *Oblationes alicui capellæ in Ecclesia existenti, non Capellano, sed Ecclesiæ, & Rectori debentur.*
23 *Oblationes, quæ fiunt in aliquo Altari, in dubio præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ.*
24 *Oblationes, quæ fiunt in capella, vel Oratorio sito intra Parochiæ fines, non Oratorio, sed ipsi parochiali adjudicari debent.*
25 *Oblationes factæ in capellis, ubi erecta sunt distincta beneficia, parochiali, & Parocho, non capellis, & Beneficiatis cedant.*
26 *Oblationes factæ imagini depictæ in pariete domus alicujus personæ privatæ parochiali quæruntur, nisi fierent contemplatione domini domus.*
27 *Oblationes, quæ fiunt tempore Jubilæi, vel anno Sancto in Ecclesia cathedrali, spectant ad Archipresbyterum ejusdem Ecclesiæ, non autem ad Episcopum.*
28 *Oblata celebranti in Ecclesia cedant Rectori.*
29 *Oblationes, quæ sacris Imaginibus deferuntur, an debeantur Episcopo, vel potius Parocho, ostenditur & n.*50.
30 *Oblationes erogari debent in usum a largientibus destinatum.*
31 *Consuetudo in materia oblationum admittenda.* ☞ *Vide Animadversionem.*
32 *Jus, Luctuosa nuncupatum apud Lusitanos, quid importet.*

OBlationes, licet generaliter sumptæ impor- 1
tent omnes actiones, per quas quæcunque
res ad divinum cultum exhibeatur, ut explicat
Sot. *de just. l.*9. *q.* 3. *art.* 1. & ita *in verb. oblatio*
sic accepto decima, & primitia continetur, ut
advertit in specie Sylv. *in summ. verbo, decima*
num. 2. sicut continentur omnia illa, quæ Deo
Opt. Max. offeruntur, prout in decimis patet ex
illo *Genes. cap.*28. in finalibus verbis, ibi *decimas*
offeram tibi, &c. & *Numer. capit.* 18. ibi, *decimarum oblationem*, in primitiis probat text. *in c.*1.
16. *quæst.* 7. ibi, *offerent*, junctis verbis præce-
dentibus: stricte tamen, & proprie oblationes
dicuntur res illæ, quæ intuitu Religionis imme-
diate Deo ab hominibus absque immolatione
exibentur, ut scilicet, vel in usum Ecclesiæ,
vel in usum ministrorum cedant, juxta illud
Matth. 5. *Si offers munus tuum ante Altare*, &c.
& *Deuteron. capitulo* 23. ibi, *Non offeres mercedem*, &c. & *Malachiæ capitulo* 1. ibi, *Si offeratis*, &c. explicat Sot. *d. quæst.* 3. *art.* 1. Et sic 2
oblationum appellatione contineri quicquid fide-
lis offert Deo, & Ecclesiæ; per *cap. cum inter,*
de verb. signif. docent Oldrad. *cons.* 193. *in fine.*
Isidor. Moscon. *de majest. milit. Eccles. l.*1. *p.* 3.
cap. 3. *pag.* 466. Card. Tusc. *t.* 5. *litera O conclus.*11. *num.*1. quos refero *in tract. de appellativa*
*verb. utriusque Juris signif. appellation.*172. *num.*1.
quibus addo Bonac. in *de legib. quæst. ult. puncto*
ult. num. 3. *& de suspens. omnibus in particulari,*
*disp.*3. *quæst.* 3. *puncto* 6. *num.* 3. sive sint res mo-
biles, sive immobiles, nec refert testamento le-
gentur, vel aliter donentur, *cap. qui oblationes,*
cap. clerici, 13. *qu.* 2. Mar Socin. *in tract. de oblation. libell.* 1. Azorius *instit. moral. p.*1. *lib.*7. *cap.*
27. *qu.*8. Monet. *de decim. cap.* 2. *num.* 9. *& c.* 3.
*num.*2. Nam oblationum tres sunt species; *prima* 3
dicitur

dicitur donatio rei inter vivos facta Deo, & Ecclesiæ: *secunda* dicitur donatio causa mortis, quæ fit pro animæ redemptione, & solet mortuarium appellari, *cap. indigne*, 12. *qu.*2. 3. dicitur usualis, & est illa, quam faciunt fideles, dum afferunt ad Altare, vel ad manum Sacerdotis, *cap. causa, d. cap. cum inter de verb. signif.* Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *num.* 27. Hier. Carrat. *in opusc. de juribus parochial. tit.* 3. *cap.* 3.

4 Oblationum usus est antiquissimus; cæperunt autem tempore Cain, & Abel, vel secundum alios tempore Noè, ut *Genes.*4. *&* 8. ubi dicitur: *Noè ædificavit Altare Domino, tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, & obtulit illa in olocausta super Altare, & in lib. num. cap.*6. ubi habetur, quod Principes Israel obtulerunt munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus, & alia, quæ præcepit Dominus. Et in lege gratiæ, dum pariter in Altari, vel Ecclesia tempore Missæ panis, oleum, vinum, mel, cera, & alia hujusmodi offerri consueverunt, antiquissimus quoque usus existit, ut constat ex Canonibus Sextæ Synodi, & *in canon.*28. *Trullano* declaratur, qua ratione possint fructus aliqui offerri, ut v. g. uvæ, non ut distribuantur cum Eucharistia, sed, ut benedicantur: at *canone* 57. dicitur non oportere offerre ad Altare lac, & mel, quod Suarez *de Relig. tom.*1. *lib.* 1. *de divino cultu capitulo* 4. *num.*2. cautum putat propter aliquas superstitiones, quæ ex oblatione mellis, & lactia introducerentur; & quamvis *ibi* Suarez nullam exprimat causam, existimo tamen, eam fuisse ad obviandam, seu repellendam multorum Hæreticorum insaniam, qui putabant, materiam sanguinis in Sacrificio ecclesiastico esse lac, contra quos definitum fuit in Concilio Bracharensi III. celebrato circa annum 675. cum malum adhuc serperet, iterum ablatum est a sacris oblationibus lac a Patribus, qui Canones Trullanos edidere, triginta, plusve annis post celebrationem tertii Bracharensis.

5 Oblationes igitur, quæ in usus ministrorum reponuntur, sunt de jure parochiali, *c. quia Sacerdotes* 13. *cap. Sanctorum* 14. 18. *quæst.* 1. *l. Regia Castellæ tit.* 19. *p.* 1. quia illis propter Sacramentorum administrationem sunt debitæ. Host. *in sum. tit. de Paroch. num.*3. *vers. & hæc Presbytero*, Roman. *cons.*356. *num.* 3. *vers. idem in oblationibus*, Joan. Andr. *in cap. cum qui n.* 3. *de preb. l.* 6. ubi Ancharan. *num.* 3. Gemin. *in §. insuper, num.* 9. Rot. *in Hispalen. Primitiarum*, 13. *Maii*
6 1622. coram R. P. D. Navarro. Unde laicos non debere recipere a Clericis oblationes, nec aliquam in hoc consuetudinem esse admittendam, resolvit Aloys. Riccius *praxi p.*5. *res.*265. *num.*5. ubi *n.*6. id limitat, si fuerit consuetudo introducta, prout est in tota Italia, per quam in festo Purificationis B. V. laici recipiunt oblationes candelarum benedictarum a Sacerdotibus. Sed an consuetudo quod laicis die Purificationis Virginis Mariæ in Ecclesia per Presbyteros candelæ ceræ albæ, vel alterius coloris offerantur, sit valida, & observanda? vide late Gutier. *Canon. l.*2. *cap.* 21. *n.* 156. *& n.* 158. *& seqq.* de consuetudine, quod Parochi teneantur dare in Paschate suis Parochianis agnum paschalem, vel quid aliud.

Additio.

☛ Consuetudinem quoad Candelas ubi viget, neque improbat Ceremoniale Episcopor., c. XIV. Card. Petra tom. II. in Comment. Const. I. Anastasii IV. sect. II. n. 54. etiam quoad Agnum non improbat respectu Parochi = si Ecclesia sit pinguis redditibus, ita ut sine gravi onere talem consuetudinem servare possit = Et ex Decreto Cong. Episc. & Regul. in Arien. 12. Martii 1623. relato a Ferraris Prompta Bibliot. verbo Candela n. 8. Episcopus potest diminuere solitum pondus, ubi facultates Ecclesiæ non suppetunt. ☚

Caveat tamen sibi Parochus hujusmodi candelas benedictas transmittere ad ædes sæcularium, sed juxta laudabilem, & observatam ab Ecclesia universali consuetudinem in Ecclesiis populus eas recipere teneatur, ut censuit S. Congr. *negociis Episc. & Reg. præposita in una Fulginat. de anno* 1581. & celebrans, qui distribuit candelas, cineres, & palmas, detecto capite distribuere tenetur, ut censuit Rituum Congr. *sub die* 18. *Julii* 1626. 7

Unde oblationes, & anniversaria pertinere ad Rectores, & Vicarios Ecclesiarum Ordinum Militarium, & non ad Commendatarios, seu Præceptores earum, quia illa non veniunt appellatione decimarum, quæ tantum conceduntur, & debentur Commendatariis, resolvunt Fr. Emman. *q. Regul. t.* 1. *q.*32. *art.*7. Didacus de la Motta *de confirm. Ordin. S. Jacobi*, *l.* 2. *cap.* 1. §. 10. *probat.*8. *pag.*193. novissime Hier. Rodriq. *in compendio*, *q. Reg. res.*15. *n.*18. 8

Quærit gloss. *verb. oblationes*, *in cap. statuimus* 16. *q.* 1. an detur præceptum de solvendis oblationibus: in quo dubio secure tenendum est, oblationem non deberi ex præcepto, cum id in Sacris Canonibus nusquam appareat: nam illud *Exodi cap.*23. est dictum cæremoniale, ut docent Cardinal. *cons.*6. *ad fin. de relig. domib.* Armill. *in sum. verb. oblatio*, *num.*3. Azorius *institut. moral. part.*1. *lib.*7. *cap.*7. *qu.*11. Lessius *de justit. lib.* 2. *cap.*39. *dub.*6. *num.*34. Suar. *de Religion. tom.* 1. *tract.*2. *lib.*1. *cap.*5. *num.*2. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 21. *num.*153. ubi ait, dictum hujus gloss. sic simpliciter prolatum, jure non procedere. 9

Limitatur tamen hæc resolutio in quatuor casibus, enumeratis a Sancto Thom. 2. 2. *qu.*86. *art.* 1. & a Hieron. Carat. *in opuscul. de juribus paroch. tit.*3. *cap.*4. & novissime ab Aloysio Ricc. *in praxi*, *p.* 4. *resol.* 295. *num.* 3. *Primus* est, cum debentur per modum census, pensionis, aut conventionis antea factæ cum Ecclesia, Ang. *in sum. verbo, oblatio*, *n.* 1. *Secundus*, cum debentur ex testamento, legato, donatione, voto, &c. *Rebuff. de decim. q.*1. *num.* 24. *Tertius*, quando ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem; tenentur enim Parochiani ex præcepto naturali, & divino ad exibendas oblationes Presbyteris, ministrantibus spiritualia, ubi ipsi Presbyteri indigentes sunt, nec habent, unde possint sibi necessaria ministrare, Sot. *de Justit. lib.*9. *q.* 3. *art.* 1. *Thesaurus.* Pedemont. *dec.*99. *num.* 17. Gutier. *Canon. lib.*2. *cap.*21. *num.*139. qui addunt, prædictos Parochia- 10

rochianos per viam excommunicationis hoc ca-
fu compelli poffe ad eas folvendas, nifi tanta ino-
pia laborent Parochiani, quod ei fufficienter pro-
videre non poffint, quo cafu manibus victum
quærere debet, ne Parochianis onerofus exiftat.
Quartus; cum alicubi oblationes confuetudine
11 funt introductæ; nam ubi extaret, quod in qui-
bufdam feftivitatibus Parochiani, foliti fint cer-
tas facere oblationes, illis neglectis, aut non
præftitis, poffunt per Superiorem cogi ad illam
confuetudinem fervandam; & videtur dici de
confuetudine per decem annos recepta, ita Na-
var. *in Man. cap.* 13. *num.* 19. referunt Azor. &
Suar. *loc. cit.*, fubdens ipfe Suar. *num.* 7. circa
tertium cafum effe advertendum, obligationem,
de qua ibi, verificari, quando neceffitas miniftro-
rum oriretur ex eo, quod Parochiani non folverent
decimas fufficientes ad fuftentationem: nam, fi
folverent, non daretur talis obligatio; additque
*num.*8. non currere hanc obligationem Parochia-
nis, quando adeo pauperes, & tenues funt, ot
non poffint conferre ad congruam Parochi fuften-
tationem.

12 Sed circa ultimum cafum advertendum, hanc
confuetudinem, licet a principio voluntariam, &
minime obligatoriam, fenfim poffe habere vim
legis, & obligare, quia acceptata eft, & præ-
fcripta, ut obligatoria: ita Gutier. *Canon. l.* 2.
*cap.*21. *num.*140. *cum feq.* Azor. *dict. l.*7. *cap.*30.
alias 27. *quæft.* 12. Leffius *de juftit. l.* 2. *cap.* 39.
*dub.*6. *num.*34. Suar. *dec.*5. *num.*12. ubi *n.* 21. &
Leffius *num.* 38. *citato loco*, addunt, ad hujufmodi
præfcriptionem fufficere decennii tempus, Perez
Lara *de capellan. c.* 12. *a n.*21. Ad hoc autem, ut
valeat prædicta confuetudo offerendi clericis in
Ecclefia, & poffint compelli laici ad eam obfer-
vandam, tanquam laudabilem, tria requirit Gu-
tier. *dic. l.* 2. *Canon. cap.* 21. *a num.* 148. *Pri-
mum*, quod Parochiani gratis, fponte, pure, &
fimpliciter, nulla neceffitate cogente, vel pa-
ctione, feu pignore præcedente, fed ex devotio-
ne principaliter obtulerint, & folverint. *Secun-
dum*, ut quod a Parochianis folvitur, fit certum,
taxatum tamen arbitrio Parochianorum, non au-
tem Rectoris Ecclefiæ. *Tertium*, quod totus po-
pulus, vel major pars perfiftat in fervando præ-
dictam laudabilem confuetudinem, quia tunc co-
gi poterunt fingulares, eam non fervantes.

13 Ut oblatio vere dicatur oblatio, & fit Deo ac-
cepta, tria requiruntur, fecundum Panormitan.
in cap. fin. de verbor. fignif. Primum, quod offe-
rens, fit chriftianus, quia Ecclefia ab infideli-
bus non recipit oblationes, nifi forte damnum
paffa fit ab eifdem, pro quo tamen non oblatio-
nes, fed earum recipit æftimationem, ut nota-
tor *in c. quanto de ufur.* fed nec aliquid, quod fue-
rit oblatum idolo, Ecclefia recipit, ut *in Conc.
Illiber.* eft conftitutum. Secundo requiritur, ut,
offeratur Ecclefiæ; nam quod privatæ perfonæ
offertur, non eft proprie oblatio, fed donatio,
aut eleemofyna, etiamfi ecclefiafticæ perfonæ
donetur. *Tertio*, ut res oblata fit licite, & ho-
nefte acquifita, alioquin pro oblatione non reci-
pitur, *d. cap. caufa de verb. fignif. cap. quia in
omnibus, de ufur. cap. ex tranfmiffe, de decim.* Il-
licite autem intelligitur acquifitum quicquid ex
furto, ufuris, vel alio illicito exercitio, aut ex
meretricio eft acquifitum; nam *Ecclef.*38. legitur;
*Dona iniquorum non probat Altiffimus; nec refpicit
In oblationes iniquorum, nec in multitudine facrificio-
rum eorum propitiabitur peccatis.* Hoc idem affir-
mant S. Aug. *lib. de ver. Domin. ferm.* 35. S.Gre-
gor. *in præfat. in Job.* ait *Victimæ impiorum abo-
minabiles Deo funt, vota juftorum placabilia, neque
enim Omnipotentis judicio quid, fed a quo detur, in-
fpicitur, hinc fcriptum eft: Refpexit Dominus ad
Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem, & ad mu-
nera ejus non refpexit.*

Ideo gloff. *verb. dona in cap.*2. *diftinct.* 90. fe- 14
ptem enumerat perfonarum genera, quibus pro-
bibitum eft oblationes offerre. *Primum*, diffiden- 15
tium fratrum. *Secundum*, pauperes opprimen-
tium, *dicto cap.* 2. Tufc. *de vifitat. lib.*1. *cap.*24.
*a num.*10. Sanct. Thom. 2.2. *qu.* 86. *art.* 3. Suar.
de Relig. tom. 1. *lib.* 1. *de divino cultu; cap.* 6. *a
num.* 4. ubi *num.*10. intelligit de oblationibus tan- 16
tum, quæ fiunt ad Altare. *Tertium* facrilegorum, 17
cap. divino 12. *quæft.* 2. *Quartum*, extrahentium
fervos fuos ab Ecclefia, ad quam confugerant,
cap. minor. 17. *quæft.*3. Gambacurt. *de immun. Ec-
clef. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 10. Ludov. Correa *in re-
pet. cap. inter alia de immunitate ecclef. part.*2. *n.*7.
prope fin. verf. quinta. Quintum raptorum, *cap. fu- 18
per de raptoribus* Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2.
lib. 1. *cap.* 6. *Sextum* ufurariorum, *c. quia in o-
mnibus, de ufur.* Suar. *tom.* 5. *de cenfur. difp.* 31.
*fect.*2. *num.*7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.
lib.*23. *num.*95. Azor. *inftit. moral. p.*1. *l.* 7. *c.*38.
alias 17. *qu. ult.* qui intelligunt de oblationibus,
quæ fiunt in Altare ad offertorium Miffæ. Squill.
*de obligat. Cler. p.*4. *num.* 90. noviffime Bonacin.
de fufpenfionibus omnibus in particulari, difp. 5. *q.*3.
punct. 6. *Septimum* pœnitentium, *cap. eos, quos de* 19
conf. dift. 4. ubi additur, hanc pœnam extendi non
debere, nifi quatenus reperitur dictum, quod
idem eft, ac non extendi debere ad alios cafus,
etiamfi fimiles effe videantur, Sylveft. *verb. Decima
num.* 8. Sentit eadem gl. *d. verb. don.* publicas me- 20
retrices non poffe oblationes offerre, quia eas re-
cipi prohibetur, *Deuteron.*23. *n.*17. & admittit S.
Thom. 2. 2. *q.*86. *art.* 3. *ad* 1. dum ait, in veteri
lege tales oblationes propter immunditiam pro-
hiberi; in nova autem lege propter fcandalum,
& fimiliter *q.*32. *art.* 7. *ad* 2. eandem reddit ra-
tionem, tum propter fcandalum, tum propter re-
verentiam, & ideo Suar. *d. c.*6. *n.*8. docet, feclufo
fcandalo, bene poffe Ecclefiam oblationes mere-
tricum accipere, ut etiam aliorum malorum pec-
catorum, licet publici fint, dummodo fcandalum
non detur, nec ipforum oblata ita male parta
fint, ut veris dominis reftitui debeant; aut aliis
operibus charitatis fint obnoxia, puta fuftenta-
tioni parentum, filiorum, &c. de quibus idem
Suar. *dicto cap.*6. *n.*6. & 7.

Videtur, hanc prohibitionem ex parte offeren- 21
tis effe pro oblationibus fpontaneis tantum, de
quibus Amos *cap.* 4. *num.* 5. ubi *vocat oblationes
voluntarias*, & *Numer. cap.*29. *num.* 39. & *Deute-
ronom.* 16. *num.*10. alioquin fupra enumerati mer-
cedem reciperent de fua iniquitate, ut glof. Ar-
chid. & Turrecr. *nu.* 2. *in dict. c.* 2. At Suar. *dict.
cap.*6. *num.*10. *cum fequentibus*, merito pro omni-
bus

bus esse intelligit, subditque, eas in Ecclesia inter
Missarum solemnia accipiendas non esse, ut ta-
les peccatores confundantur, licet tamen obla-
tiones debitæ ad sustentationem exigi possint, &
compelli Parochiani, ut eas tradant extra Eccle-
siam, quia modus, & locus, ubi offeruntur, est
valde accidentarius,& probat ex, *c.quanto,de usur.*
addit vero, pretium oblationum, quæ ex consue-
tudine debentur, sed non ad sustentationem, ac-
cipi posse ab iis peccatoribus extra Ecclesiam,
sed non exigi.

22 Oblationes factæ alicui capellæ in Ecclesia exi-
stenti, non Capellano, sed Ecclesiæ, & Rectori
debentur, Felin. *in cap. dilectus, num. 1. de offic.
Ordin.* Socin. *de oblat. libel.* 18. *quæst. fin.* nisi ap-
pareat, relictum esse intuitu ipsius capellæ, non
Ecclesiæ, Marc. Anton. Genuens. *in pract. Ar-
chiepisc. Neapol. cap.*72. *num.*14. Aloys. Ricc. *in
praxi part.*4. *resol.*296. *num.* 2. Hieron. Carat. *in
opusc. de juribus Paroch. tit.* 3. *cap.* 9. ubi subdit,
23 quod in dubio, oblationes, quæ fiunt in aliquo
Altari, præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ; sic
24 etiam oblationes, quæ fiunt in capella, vel Ora-
torio, sito intra parochiæ fines, non Oratorio, sed
ipsi parochiali adjudicari debere resolvunt Troil.
Malvet. *de oblat. dub.*4. *num.* 29. Mar. Socin. *eo-
dem tract. d. libel.* 18. *num.*9.10. Ripa *de oblation.
Eccles. resp.* 1. *num.* 2. *cum sequent.* Declan. *concl.*
16. *num.*8. *lib.*2. *Thesaurus* Pedem. *decis.*99. *nu.* 2.
Gutier. *canonic. lib.*2. *cap.* 21. *num.* 139. Franci-
scus Leo *in thesauro fori eccles. part.* 2. *cap.*28. *nu-
mer.*19. & 31. Rot. *decis.* 256. *par.*1. *recent.* Adeo
25 ut procedat, etiamsi oblationes fierent in capellis,
ubi erecta essent distincta beneficia, quia nihilo-
minus parochiali, & Parocho, non capellis, &
Beneficiatis cederent, Abb. *in d. cap. pastoralis
num.*2. Socin. *dict. libel.* 18. *num.*10. Malvet. *dict.
dub.* 4. *num.* 29. Rot. 308. *num.* 2. *part.* 2. *recent.
& in Hispalen. Primitiarum* 13. *Maii* 1612. coram
R.P.D. Navarro, addit Carat. *d. tit.* 3. *cap.* 11.
26 oblationes factas imagini depictæ in pariete do-
mus alicujus personæ privatæ parochiali quæri,
intra cujus fines situs est paries, nisi offerens ob-
tulisset contemplatione domini domus, puta si ta-
lis esset pauper, vel offerens sciret, dominum do-
mus ex consuetudine convertere oblationes in
suas necessitates, vel in pios usus, additque, non
obstare *caput hanc consuetudinem, causa* 11. *qu.* 1.
quia loquitur de oblatis in Ecclesia, non in loco
profano.

27 Oblationes, quæ fiunt tempore Jubilæi, vel
anno Sancto in Ecclesia cathedrali, spectant ad
Archipresbyterum ejusdem Ecclesiæ, non autem
ad Episcopum: nam, cum Archipresbyter ha-
beat curam animarum, & Sacram. administra-
tionem, habet per consequens de jure communi
fundatam intentionem in omnibus oblationibus,
idque privative ad Episcopum, ut per Abbatem,
in cap. quoniam notab. 1. *de decim.* Malvet. *de obla-
tion. dub.*4. *num.* 401. Ferret. *cons.* 143. *numer.* 4.
Aloys. Ricc. *d. resol.*296. *num.*6. Rot. *in Beneven-
tana spolii* 2. *Decemb.* 1585. coram Orano, quam,
citat Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de bonis
Clericor.* §.3. *num.*29. ubi *num.*50. refert plura,
28 quæ veniunt oblationis nomine. Oblata cele-
branti in Ecclesiæ cedunt Rectori, Hieron. Carat.
*tit.*3. *cap.* 13. *in princip.* ubi in fine resolvit, quod
oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ
celebratur a Parocho in aliena parochia, debent
esse celebrantis, cum ejus contemplatione dentur.

Quæstio est dubia, an oblationes, quæ sacris 29
imaginibus deferuntur, debeantur Episcopo, vel
Parocho, & multi partes Episcoporum tuentur,
ut Angel. *disput. incip. In refulgenti in* 2. *dubium,*
Malvet. *de oblation. in* 4. *dub. num.* 14. Petr. de
Ubald. *de Canonica portione, c.*4. *q.*16. refert De-
cian. *consil.*16. *sub num.*7. *lib.*2. Attamen verior,
& hodie receptissima est sententia, quod, sive in
Ecclesia parochiali positæ sint hujusmodi imagi-
nes sacræ, sive extra, intra tamen limites paro-
chiæ, habet fundatam intentionem Parochus su-
per omnibus obventionibus contingentibus intra
limites suæ parochiæ, & ad eum spectat; urgens-
que est text. *cap. pastoralis,* & *ibi* Canonistæ *de
his, quæ fiunt a Prælato sine consensu cap.* & text.
in c. hanc 10. *qu.* 1. & *id cap. dilectus de officio Or-
din.* ubi Abbas *num.* 4. qui subdit *in versiculo quo-
ad primam,* Episcopo solum deberi oblationes,
quando sacræ imagines reperiuntur extra omnem
parochiam, Felin. *ibidem in princip.* & *numer.* 3.
Abb. *in c.quoniam, num.*1. *de decim.* ubi signanter
quod spectant ad Parochum, & non ad Episco-
pum, Capella Tholosana *decis.*483. Ferret. *consi-
lio* 143. qui bene distinguit *num.* 2. 3. & 4. Azo-
rius *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *quæsito*
13. Decianus, qui fuse pro Parocho contra Epi-
scopum in his oblationibus, quæ iconi Sanctissi-
mi Crucifixi offerebantur, consulvit *dicto consil.*
16. *per tot. lib.* 2. Gutierez. *Canon. quæstion. lib.*2.
cap. 21. *num.*162. Maresc. *var. res. l.*2. *cap.*42. *nu-
mer.* 6. 7. & 8. Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. *tit.
de bonis Cleric.* §. 3. *num.* 3. & 6. Aloys. Ricc. *in
dec. Curiæ Archiepisc. Neapol. part.* 4. *decis.* 170.
num. 7. & hanc eandem opinionem videtur am-
plexus S. Thom. 2. 2. *qu.* 86. *art.* 2. *præsertim in
resp. ad* 2. *argument.* & expresse sequuta est Rot.
in Aquilana nullitatis erectionis 20. *Decemb.* 1610.
coram R. P. D. Pirovano, quæ est *decis.* 256.
part. 1. *recent.* & *in Benevent. spolii* 2. *Decemb.*
1585. & *eadem die* 1587. coram Orano; ubi
dictum fuit, oblationes factas in Ecclesia ca-
thedrali spectare, non ad Episcopum, sed ad Ar-
chipresbyterum, qui curam animarum ibi exer-
cebat; & idem respondit S. Congr. Emin. Inter-
pretum Conc. Trid. *in una Caven.* Jus enim uni-
versale habet Parochus intra limites suæ paro-
chiæ, mediusque est inter Deum, & populum,
unde quemadmodum dogmata, & Sacramenta,
quæ proveniunt a Deo, exibet populo, ita vice
versa exibet Deo ea, quæ sunt populi, nempe
preces, & oblationes, & qui Altari serviunt, de
Altari participant, ut egregie ratiocinatur S.Tho-
mas *d. art.* 2.

Et quamvis hæc conclusio sibi locum vindicet, 30
nisi oblationes in certum usum ex piorum offeren-
tium voluntate fuerint destinatæ; in dubio enim
solummodo spectant a Parochum; at quoties a Fi-
delibus præstantur ad certum finem, pro Missis
scilicet, & fabrica, tunc ad Parochum nullo mo-
do spectant, & voluntas eorum, qui eleemosy-
nam, seu oblationes dederunt, præcise servari de-
bet, ut præcitati Doctores monent, & præsertim
adden.

addden. ad Capellãm Tholosan. Marefct. *d. c.* 43. *num.* 1. *lib.* 2. Aloysius Riccius *dec.* 170. *n.* 1. Rot. *in Brachar. Oblationum* 17. *Decemb. an.* 1612. coram Cardinale Pamphilio juniore. Attamen advertendum est, quod non habet quidem fundatam intentionem Parochus ad effectum, ut hoc casu oblationes convertat in proprium, cum debeant in usum a largientibus destinatum erogari. Verum administratio harum oblationum, etiam tali casu ad Parochum videtur spectare ex eodem jure parochialitatis, & qua ratione oblationes spectent ad Parochum, nisi fuerint in determinatum usum datæ; eadem, imo & majori ratione ad eundem Parochum spectat saltem administratio oblationum, quoties in certam causam sunt erogandæ, cum & regulariter de istis oblationibus Parochus debeat esse fidelis administrator, ac dispensator, partim convertendo in proprium usum, partim erogando in iis, quæ concernunt cultum divinum, & partim ad pauperum inopiam sublevandam, ut per S. Thom. *loco præallegato*, & de harum oblationum distributione idem sancitum fuit *in cap. Vulterana*, *& in cap.* 4. 12. *q.* 2. & quod hujusmodi oblationum solus Parochus habeat administrationem dixit Abb. *in c. postulastis*, *num.* 2. *versiculo administrationem autem, de his, quæ fiunt a Prælat. sine cons. cap.* & Ferret. *cons.* 143. *n.* 4. *vers. & quod*; plurimum tamen admittendam esse con-
31 suetudinem in hac materia oblationum tradunt omnes, ut per Mar. Socin. *de obligatione l.* 18. *n.* 17. 18. *&* 26. Decianus *dict. cons.* 16. *num.* 1. Aloysius Riccius *dict. dec.* 170. *num.* 2. Stephanus Gratianus *disceptation. forens. cap.* 395. *num.* 25. Et ex Theologis admittit Sot. *de instit. l.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *vers. quicquid*, ita eleganter Rot. *in Lauen. Sarzan. Oblationum* 8. *Februarii* 1627. coram Reverendo Patre Domino Merlino.

Animadversio.

☞ Circa Oblationes, quæ fiunt certis Imaginibus, sanctis Altaribus, seu capellis intra limites parochiæ, Van-Espen. *par. II. tit. XXXIII. cap. X. de Decim. & Oblationib.* docet, his temporibus ex communi praxi solas Oblationes, quæ in Ecclesiis in Missis ad Altare fiunt, & quæ pro administratione Sacramentorum, pro benedicendis Nuptiis, aut mulieribus post partum, pro exequiis, & sepulturis, aut aliis similibus functionibus specialiter offeruntur ex consuetudine, & intentione offerentium, spectare ad Parochum; reliquas fere omnes alias Ecclesiis, capellis, Altaribus, aut aliis certis finibus esse applicandas.

Quid autem circa has, dumtaxat spectet ad Parochum, Jo: Baptista Bassi *tract. de sodalitiis* qu. 7. num. 6. hæc habet = Ita tamen, ut remaneat Parocho sola custodia, & administratio illarum = Hoc tamen locum habet, quando capella Rectorem non habet, tunc siquidem administratio spectat ad Parochum, sed una cum ecclesiastico Æconomo, ab Episcopo deputando, ut declaravit Cong. Conc. in Portugallien. 11. Jan. 1727. in respon. ad III. dubium in Thesauro Resol. dict. Cong. tom. IV. pag. 1. secus, quando Rectorem habet, prout declaravit 29. Novemb. 1733. in Asculana Juriom in respon. ad IV. Tom. VI. pag. 163. Nec etiam spectat ad Parochum custodia, & administratio Oblationum, & eleemosynarum, quæ fiunt Oratoriis Confraternitatum, ut in responso laudatæ Cong. ad seq. Dubium VII. in Novarien. Aggregationis 24. Sept. 1718. in dicto Thesauro to. 1. pag. 110. = An, & quomodo possit Parochus se ingerere in administratione Oblationum, vel eleemosynarum in dicto Oratorio recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere in casu &c. = Ad VII. Negative = Idem negatium responsum jam dederat Cong. Rituum in decretis Urbis, & Orbis, approbatis a Clemen. XI. 12. Jan. 1704. ad dub. XXVIII. relatis supra post cap. XII. pag. 111. ☜

In plerisque Diœcesibus Regni Portugalliæ, & 32
alibi, viget antiqua consuetudo, ut ex bonis, & rebus a defuncto relictis debeatur, ac danda sit Parocho melior vestis, seu supellex, aut vas aliquod argenteum, seu alia res mobilis, quam ipse Parochus elegerit, pro cujus consuetudinis validitate pugnant Cassad. *dec. unic. de consuetudine in princ. & num.* 1. Cov. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. *vers. sic saue*, late Gutierez. *canon. l.* 2. *cap.* 2. *numer.* 190. ubi *n.* 191. idem procedere ait, ac servandum esse in veste scissa Parochiani decedentis, existente penes sartorem nondum suta, nec completa, electa vigore dictæ consuetudinis a Rectore Ecclesiæ parochialis. Hoc jus Parochi ad meliorem supellectilem defuncti *Luctuosa* vocatur apud nostros Lusitanos, quia ex luctu ob mortem defuncti exigitur, sive defertur ex prædicta consuetudine, quamvis proprius ab affectu posset vocari *gaudiosa* eam habere debentibus, & advertit Gutierez *dict. cap.* 21. *num.* 161. *in fine*, qui affirmat, luctuosam quoque vocari apud suos Civitatenses.

C A P. X X V.

De quarta parochiali, seu canonica portione.

S U M M A R I U M.

1 *Canonica portio inducta est jure canonico propter Sacramenta, quæ ministrat Parochus suis Parochianis.*

2 *Canonica portio de jure est quarta, & potest induci per consuetudinem, quod sit mediatas, vel tertia, & quæ consuetudo in hoc attendenda sit, ostenditur.*

3 *Ecclesia illa, apud quam defunctus fuerit sepultus, tenetur partem eorum, quæ ille pro anima sua eidem Ecclesiæ reliquit, parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat.* ☞ *Vide Additionem.*

4 *Religiosi omnes, etiam Mendicantes, tenentur solvere quartam funeralem, quando quis eligit sepulturam apud suas Ecclesias, & quid apud Ecclesias Monialium? ibid. num.* 5.

6 *Quarta funeralis semper pro relicta censetur, etiamsi id non exprimatur.*

7 *Quartam funeralem solvere non tenentur Religiosi, seu alii, qui sunt exempti a solutione quarta per privilegia concessa ab habente potestatem.*

Clem.

8 Clem. dudum de sepul. *debet specialiter derogari, non autem generaliter, ubi Religiosi eximuntur a solutione quartæ funeralis.*

9 *Communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt aliis præjudicialia.*

10 *Clauf.* salva justitia Ecclesiarum parochialium, *apposita in privilegio specialiter derogante* Clem. dudum de sepult. *non efficit, quin per talia privilegia non concedatur exemptio a solutione quartæ funeralis.*

11 *Privilegia habentes non solvendi quartam funeralem, si licentiam obtinuerint ædificandi aliquod monasterium cum conditione, ut ædificaretur sine præjudicio jurium Ecclesiarum parochialium, a solutione ejusdem quartæ non eximuntur.*

12 *Regulares, qui 40. ann. ante confirmationem Concilii erant soliti solvere quartam Parocho, vel Episcopo, eam etiam post Concil. tenentur solvere, licet ex privilegio solvere non tenerentur Episcopo, vel Parocho, sed aliis personis.*

13 *Regulares non tenentur ad solutionem quartæ, quorum Ecclesiæ sunt ædificatæ ab annis 40. citra, & sunt exempti per privilegia.*

14 *Constitutio Pii V.* Etsi Mendicantium, *fuit per Greg. XIII. redacta ad terminos Concil. non autem revocata.*

15 *Ecclesiæ, vel monasteria ædificata 40. annis ante Concil. confirmationem, quæ non erant solita solvere quartam funeralem, ad illam etiam post Concil. non tenentur.*

16 *Quarta funeralis usque ad quartam exclusive potest præscribi spatio decem annorum absque titulo; ac consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabilis requiritur, ut præscribatur infra quartam, vel ut nihil debeatur.*

17 *Quartam funeralium tenentur hæredes mortuorum solvere Parocho.*

18 *Parochianus, quando elegit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquivolens relinquit propriæ, an censeatur legasse animo compensandi in quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ, ostenditur.*

19 *Quarta funeralis debetur Ecclesiæ, in qua Parochianus consuevit audire divina, & recipere Sacramenta.*

20 *Rectoribus Parochialium de jure debetur quarta funeralis.*

21 *Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum debetur quarta funeralis, si nullus adesset Rector.*

22 *Cathedrali Ecclesiæ debetur quarta funeralis, vel præscriptione, vel ex eo, quod illam sibi reservavit, quando parochiæ fuerunt erectæ, in signum superioritatis.*

23 *Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cujus fines viator decessit, stante consuetudine in civitate, quod jus sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam cathedralem.*

24 *Parochianus, si in una Ecclesia solet audire Missam, in altera vero recipere Sacramenta, canonica portio debetur ei, a qua recipit Sacramenta.*

25 *Quarta funeralis quando constat ex consuetudine, vel alia ratione, cui debeatur, Episcopo, vel Parocho in hoc dubio præfertur Parochus.*

26 *Quarta funeralis debetur parochiæ, ubi quis habet domicilium, licet obierit defunctus in villa, ad quam se contulerat animo redeundi.*

27 *Quarta funeralis suæ parochiali Ecclesiæ debetur, etiamsi quis ægrotus ad aliam deferri se fecerit, & ibi mortuus fuerit.*

28 *Quartam funeralem Ecclesiæ parochiali debet, qui in ægritudine constitutus se cum bonis suis ad Religionem in aliam Ecclesiam transtulerit; secus si sanus bona sua monasterio, aut alteri Ecclesiæ dederit.*

29 *Sepultura electa apud Ecclesiam, ubi defuncti majores solent ab antiquo sepeliri, quarta funeralis ei non debetur, sed Ecclesiæ, in qua consuevit audire divina, & recipere Sacramenta.*

30 *Parochialis Ecclesia culpa Parochi interdicta, si in alia ejus Parochianus sepeliatur, nihil percipit de iis, quæ occasione illius sepulturæ obvenerunt.*

31 *Defunctus, si dum vixit, elegit sepulturam in alia Ecclesia, priusquam parochialis esset interdicta, hujusmodi sequens interdictum non tollit quartam parochialem, quæ antea deberi cœperat.*

32 *Parochus quartam funeralium qua actione petere possit, ostenditur.*

33 *Renunciatio canonicæ portionis in damnum Ecclesiæ cathedralis, vel parochialis facta, nullius est valoris.*

34 *Compositiones, & pacta super juribus parochialibus facta inter Prælatos conventuales, & Parochos, quando sint valida, ostenditur.*

35 *Renunciare juri quæsito de non solvendo quartam, quando per unum, vel binos actus contrarios censeantur Religiosi, ostenditur.*

36 *Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obveniunt ratione funeris.*

37 *Funeralia dicuntur, quæ ratione sepulturæ obveniunt, & quæcunque occasione funerum ad Ecclesiam perveniunt, & ea, quæ cum funere portantur.*

38 *Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus sequenti die post funus, solemniori pompa factis.*

39 *Quarta funeralis non debetur Parocho de candelis, quas Fratres, & alii Presbyteri in funeralibus præ manibus deportare solent.*

40 *Intorticiorum, seu Cereorum Confraternitatum secularium, funera associantium quarta funeralis, Parocho minime debetur.*

41 *Quarta funeralis debetur de Candelis, seu cereis accensis, quæ circa Crucem, & cadaver deferuntur.*

42 *Intorticia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur, & circa cadaver accenduntur, sunt dividenda pro æquali portione inter Parochum defuncti, & illum, ad cujus Ecclesiam defunctus defertur.*

43 *Quarta funeralis debetur de illis, quæ dantur pro Missis dicendis.*

☞ *Vide Additionem.*

44 *Quarta funeralis debetur de armis, libris, banderiis, culcitra, seu pallia, quæ in feretro deferuntur, nisi aliter sit ex consuetudine, vel privilegio.*

☞ *Vide Additionem.*

45 *Quarta funeralis non debetur de illis, quæ offeruntur in funere alicujus, qui de facto contra volunta-*

luntatem Fratrum in eorum Ecclesiis, verbi gratia, tempore interdicti sepelitur.

46 *Quarta funeralis, an, & quando debeatur de illis, quæ offeruntur in funere alicujus novitii, ostenditur.*

47 *Quarta funeralis non debetur de legatis factis Ecclesiis, vel locis piis pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, & anniversario post sextum diem.*

48 *Canonica portio debet solvi de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, sive sit donatum uni ex Regularibus, sive toti Monasterio.*

49 *Quarta funeralis non debetur de vestibus datis pauperibus.*

50 *Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ jure institutionis relinquuntur Monasteriis, sive aliis piis locis, non vero de iis, quæ testator in pios usus jussit distribui.*

* *Quarta, an debeatur de illo, quod relinquitur uni ex Regularibus remissive, ibidem.* *

51 *Quarta funeralis debetur de omnibus legatis factis Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, si relinquantur ratione loci, non autem ratione personæ, neque in fraudem.*

☞ *Vide Additionem.*

52 *Quarta funeralis non debetur ex legatis factis monasterio, quod sit exemptum per privilegium, & ex legatis factis Ecclesiæ, in qua testatur non sepelitur, & ex legatis factis Ecclesiis, vel locis piis, ornamentis, cereis, luminaribus, anniversario post sextum diem, & ex legatis relictis Ecclesiæ pro fabrica.*

53 * *Subsidium Hispanicum a diversis Pontificibus concessum.*

54 *Subsidium item, quod vocant Excusatum.* *

☞ *Vide Additionem.*

1 Canonica portio, quæ ab aliis quarta parochialis dicitur, inducta est jure canonico propter Sacramenta, quæ ministrat Parochus suis parochianis, idest propter onus, quod in eorum administratione subit, *c.1. capitulo relatum, cap. de his de sepult.* Aloys. Ricc. *in praxi p. 4. resolut.* 299. *num.1. & 2.* Hieron. Roderic. *in compend. qu.*
2 *Regul. ref.18. num.1.* De jure est quarta, *cap. cum super de sepult. Clem. dudum, eod. titulo*; potest tamen induci per consuetudinem, quod sit medietas, vel tertia, *capitulo antiquos* 10. *quæstione prima, cap. certificari de sepult.* Bald. *lib.4. consil.* 70. Lap. *de Canonica portione, capitulo* 1. *n.* 4. Jul. Lavor. *var. lucub. tom.1. titulo* 2. *capit.* 17. *ex n.* 4. Ugolin. *de officio Episcopi cap.* 17. *num.* 2. Hieron. Roderic. *ubi sup.* Quæ consuetudo debet esse rationabilis, & legitime præscripta spatio 40. annorum, quod intelligitur de quarta non expressa a jure; si vero sit expressa a jure, sufficit consuetudo etiam non præscripta, Petr. de Ubaldis *de canon. port. p.* 2. *cap.* 5. Ludov. Miranda *in man. Pral. tom.2. qu.48. art.* 5. *concl.* 1. ubi intelligit, necessarium tempus illud quadraginta annorum ad hoc, ut valeat consuetudo, quod detur Episcopo, vel Ecclesiæ parochiali ultra dimidiam partem, ut puta, quod dentur duæ partes ex tribus, vel quod detur citra quartam partem, idest, minus quarta pars, at vero ad hoc, ut detur infra dimidiam, vel quartam partem, non est necessum, quod hujusmodi consuetudo sit præscripta supradicto 40. annorum numero; sed sufficit numerus decem annorum, Jul. Lavor. *loco proxime citato*, ubi *a num.8.* post Sebast. Medic. *de sepult. q.* 7. advertit, quod quando in Ecclesia parochiali non est certa consuetudo quantum exigat, tunc ea servari debebit, quæ viget in Ecclesia, cui legatur; si vero in Ecclesia parochiali est una consuetudo, & in Ecclesia, cui legatur, est altera, tunc inspicietur consuetudo Ecclesiæ parochialis, quæ prætendit titulum onerosum propter administrationem curæ: sed Ecclesia, cui legatur, prætendit titulum lucrativum, & duobus titulis concurrentibus, potior est conditio tituli onerosi, quam lucrativi. Si denique nulla est consuetudo parochiali in Ecclesia, & nulla in Ecclesia legataria, sed in aliis Ecclesiis ejusdem diœcesis est aliqua consuetudo, tunc si est uniformis, debet servari, si difformis, servabitur quæ est magis conformis juri communi.

A quo debeatur Quarta Parochialis.

Ne parochialium Ecclesiarum Rectores, quibus 3
cura incumbit animarum, debitis fraudentur subsidiis, statutum fuit *in cap.* 1. *de sepult. & in Clem. dudum eod. tit.* ut Ecclesia illa, apud quam talis fuerit sepultus, teneatur partem eorum, quæ defunctus pro anima sua eidem Ecclesiæ reliquit, parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat; ita docent Lel. Zech. *de Republ. eccl. cap.28. de Parochis num.*18. Menoch. *de præsumpt. l.1. præs.*109. *nu.* 56. Fr. Emman. *q. regul. tom.1. q.39. art.* 2. *in princ.* Fr. Arch. Caraccia *in tract. de quarta funeral. cap.* 1. Ludov. Miranda *in manualis Prælat. tom.2. q.48. art.10. Consil.* 1. Jul. Lavor. *var. lucub. tom.1. tit.2. cap.* 17. *n.*33.

Additio.

☞ De quibus rebus, & a quibus danda sit quarta, vide addita in fine hujus capituli. ☜

Amplia, ut omnes Religiosi, etiam Mendican- 4
tes, teneantur solvere hujusmodi quartam, quando quis eligit sepulturam apud suas Ecclesias, *d. Clemen. dudum §. verum*, ut de Fratribus B. Mariæ de Victoria, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula dixit Rot. *in Granat. quartæ funeralium* 21. *Maii* 1610. coram bon. mem. Card. *Cavalerio, inter ejus impressas dec.*101. & quamvis Azor.
d. p.2. l.9. c.13. qu.5. § insuper, crediderit, id 5
non extendi, quando quis eligit sepulturam apud Monasteria, seu Ecclesias Monialium Ordinis Minorum, & Prædicatorum, ibique de facto sepelitur, quia inquit, *d. Clem. dudum*, loquens de Fratribus, cum sit pœnalis, non est extendenda, sed restringenda; tamen hoc nullo jure probatur post Concil. Trid. *d. cap.* 13. cum in illo generaliter quibuscunque locis piis, ac Monasteriis, ubi solita esset persolvi, id observari præcipiatur, unde quantum ad hoc consuetudini loci standum esse omnino censeo, idque innuere videntur illa verba Tridentini *solita esse persolvi*, ideoque id absolute tenet Port. *d. verb. canonica portio, num.* 8. referens quandam Bullam Pii V. ubi expresse sit men-

mentio de Monialibus, & eorum Monasteriis, & declarat Pontif. non deberi quartam, seu portionem canonicam de Missis, & aliis relictis Fratribus, & Monialibus, ac eorum Monasteriis refert, & sequitur Hieron. Rode. *in compend. q.*
6 *Reg. res.*18. *n.* 18. Et istam quartam ita Ecclesiæ parochiali deberi, ut electio sepulturæ in aliquo Monasterio nulla sit, si Parocho non relinquatur quarta, existimavit Host. *in sum. de sepult.* §. *apud quam Ecclesiam*, *vers. vel non reddatur*. Sed contrarium est verius, quia semper debetur quarta, & pro relicta censetur, etiamsi id non exprimatur, Abb. *in c.de his in* 2. *not. de sepult.* Greg. Lopez *lib.*5. *vers. ò si non dexasen. tit.* 13. *p.*1. Fr. Emman. *d. q.*39. *art.*6. Miranda *ubi supra art.* 11. Hieron. Roder. *d. resol.*18. *n.*7.

7 Limita *primo* in Religiosis, seu aliis, qui sunt exempti a solutione quartæ per privilegia concessa ab habente potestatem, Fr. Emman. *d. qu.* 39. *art.*2. Archang. Carraccia *de quarta funerali, cap.*1. Gutier. *de juram. confirm. p.* 2. *cap.*4. *n.* 3. ubi loquitur de Bulla Pii V. de Patribus Theatinis, Clericis Regularibus dixit Rot. *in Licien. quartæ funer.* 15. *Jan.* 1618. coram Reverendiss. D. meo Decano: & de Fratribus Prædicatoribus *in Hispalen. quartæ funeralium* 4. *Julii* 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio sen. de quibus etiam Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*925.
8 *d. princ.* Declara, hanc limitationem procedere, dummodo per privilegia fuerit specialiter derogatum *dict. Clem. dudum*, *de sepul.* non autem generaliter, Rot. *in d. Granaten. quartæ funeralium*, *per c. ex parte*, *de capellis Monach.* Rot. *dec.* 122. *p.*1. *divers.* de qua re bene Petr. de Ubaldis *de Canonic. Paroch. cap.* 6. *num.* 8. ubi quod *dicta Clem. dudum*, derogatur etiam per clausulas generales, si constet de voluntate Principis derogare volentis, omnibus in contrarium obstantibus.

9 Ita autem est necessarium, ut derogetur *dict. Clem. dudum*, ut si in aliquibus privilegiis concessis, v. g. Prædicatoribus, fuerit *dicta Clem.* specialiter derogatum, & hæc eadem privilegia fuerint communicata Religioni Sancti Francisci de Paula, non communicetur; nec extendatur dicta derogatio in favorem Religionis Sancti Francisci de Paula, ut in his terminis fuit tactum *in d. Granat. quartæ funeralium*, *& in Valissoletana quartæ funeralis*, 19. *Aprilis* 1606. coram Justo, quia communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt aliis præjudicialia.

10 Et licet huic *Clem.* per aliquod privilegium sit specialiter derogatum, si tamen fuit apposita claus. *Salva justitia Ecclesiarum parochialium*, non censetur Pontifex per talia privilegia concessisse exemptionem, ita ut non teneatur solvere quartam funeralem, Rot. *in d. Valissoletana quartæ funeralis*. Contrarium tamen tenebat Reverendiss. D. Coccinus in suo voto; quia stante specifica derogatione *d. Clem. dudum*, hæc clausula debet intelligi quoad alia, non quoad expressa, alias privilegium inserviret de vento, & hoc credo verius; quia licet privilegia debeant stricte interpretari, non tamen ita debent intelligi, ut destruantur. Sublimita, ut non procedat,
11 quando habentes hujusmodi privilegia, habuerunt licentiam ædificandi aliquod Monasterium cum conditione, ut ædificaretur sine præjudicio jurium Ecclesiarum parochialium, Rot. *in dict. Granaten. quartæ funeralium* 31. *Maii* 1610. coram bonæ mem. Cardin. Cavaler. inter ejus *impressas dec.*... quia hæc conditio est valida, cum res ad suam naturam redeat, *cap.* 1. *& ult. de pactis in* 6. *cap. ab exordio*, 35. *dist.*

Secundo limita, ut non procedat in Regularibus, qui 40. annis ante confirmationem Concilii erant soliti solvere quartam Parocho, vel Episcopo: hi enim etiam post Concilium tenentur solvere eandem quartam Episcopo, vel Parocho, licet ex privilegio hæc quarta non solveretur Episcopo, vel Parocho, sed aliis personis, vel locis, Rot. *in d. Valisoletana quartæ funeralis*, 19. *Apr.* 1606. *coram justo*, *& in d. Licien. quartæ funeralis* 15. *Jan.* 1618. coram Reverend. D. meo Decano: & clara sunt verba Concil. Trid. *sess.* 25. *de ref. cap.*13. quæ sequuntur: *Decernit sancta Synodus, ut quibuscunque in locis jam ante an.* 40. *quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali, aut parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eadem post hæc integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ persolvatur, non obstantibus concessionibus, gratiis*, &c. 12

Ex hac secunda limitatione colligitur, illos Regulares non teneri ad solutionem quartæ, quorum Ecclesiæ sunt ædificatæ ab annis 40. citra, & sunt exempti per privilegia, ut censuit Sacr. Cong. Concil. *ad d. cap.* 13. Rot. *in d. Licien.* Fr. Archan. Carraccia *d. cap.* 1. *fol.* 20. §. *nec Sac. Conc.* Fr. Hieron. Roderic. *in compen. quæst. Regul. res.* 18. *num.* 2. *&* declaravit Pius V. *Constit. sua incip. Etsi Mendicantium* 17. *Kalen. Julii* 1567. ut refert Carraccia *in loco cit.* & Gutier. *de juram. conf. p.*2. *cap.*4. *n.*3. Cujus Constitutionis verba, quæ hac de re agunt, sunt, quæ sequuntur: *Quartam autem funeralium, de qua sess.* 25. *c.* 13. *nequaquam solvere teneantur Monasteria, quæ a* 40. *annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasteriis, ante an.* 40. *fundatis, quæ ipsam quartam solvere consueverunt, & ubi solvi consuevit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur; non autem de Missis, seu legatis, vel aliis, Fratribus ipsis, seu Monialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis, solvi debet, sicque intelligi Concil. decretum quoad quartam hujusmodi solvendam debere decernimus. Ubi vero non est consuetudo solvendi quartam hujusmodi, de nullo supra scriptorum solvi debere declaramus*. Quæ Constitutio, licet loquatur sim- 14
pliciter de Monasteriis ædificatis a 40. annis citra Conc. confirmationem, nulla facta mentione de privilegiis, tamen ita est intelligenda: quia per Greg. XIII. *die* 10. *Octob.*1586. cujus Constitutionem refert Navar. *in Man. cap.* 27. *in fine*, fuit redacta ad terminos Conc. non autem revocata, ut in declaratione, quam refert Fr. Archang. Caracc. *in fine tract.* & in declarationibus impressis Concil. *sess.*23. *de ref. cap.* 15. §. *ab Episc.* & sequitur Rot. *in d. Licien.* cujus particula, quæ ad rem plurimum facit, ita se habet: Nec obstat Conc. *sess.*25. *cap.*13. *de Regul. quia, cum istud mona-*

monasterium sit fundatum post publicationem Concilii, & quatenus esset fundatum antea, cum non esset solitum solvere dictam quartam, Concil. el non obstat, ut declaravit Sanctiss. Pius V. *in sua Constitut. an.* 1567. quam refert Archang. Carracc. *de quarta funer. cap.* 1. Gutier. *de juram. confirm. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Emman. Roder. *in q. Regul. tom.* 1. *qu.* 41. *art.* 2. ita resolvit Congr. Illustriss. interpretum, ut refert Rot. *loco prædicto*. Nec est verum, quod prædicta Constit. Pii V. fuerit revocata per Gregor. XIII. ut in ejus Bulla, quam refert Nav. *in man. cap.* 27. *in fine, quia cum dicta Bulla Pii plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilii*, uti censuit Congr. Illustriss. interpretum sicut testatur Carracc. *loco citato, qui etiam in fine tract. refert ipsam declarationem*, & bene advertit Guttier. *ubi supra*. Vide post hæc scripta Lezanam *in sum. q. Reg. cap.* 3. *n.* 12. & 13.

15 *Tertio* limita in Ecclesiis, vel Monasteriis ædicatis 40. annis ante Concil. confirmationem, quæ non erant solita persolvere dictam quartam: nam tunc ad illam etiam post Concil. non tenentur, ut *in d. cap.* 13. *Conc.* Fr. Archang. Carracc. *dict. cap.* 1. §. *secundum est, fol.* 20. Pius V. *in d. Constit.* quam referunt idem Caraccia, & Fr. Emman. *citatis locis*.

16 *Quarto* limita, ut non procedat in iis personis, seu Ecclesiis, quæ præscripserunt portionem canonicam: nam, cum alibi solvatur dimidium, alibi pars tertia, alibi pars quarta, usque ad quartam exclusive, potest præscribi spatio decem annorum absque titulo: ad hoc autem, ut præscribatur infra quartam, vel ut nihil solvatur, requiritur consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabilis, Alex. *cons.* 196. *num.* 15. *vers. de præscriptione, l.* 2. Sylvest. *in sum. verbo, Canonica portio, num.* 2. & 3. Lap. de Castellione *de Canon. portione cap.* 2. *nu.* 64. & 65. Petr. de Ubald. *de Canon. parochiali cap.* 5. *num.* 3. & *seq.* & *cap.* 6. *n.* 34. & *seq.* Molin. *de justit. tract.* 2. *disp.* 215. *num.* 7.

17 Et quamvis quartam funeralium non teneri hæredes mortuorum solvere Parocho, nec aliquid aliud, existimaverit Fr. Archang. Carracc. *de quarta funerali, cap.* 4. *ante med. vers. hæc sit mea sententia per cap.* 12. 14. 15. *xii. q.* 2. *cap. non satis &c. cum Ecclesia, de simonia*, contrarium tamen videtur verius, ut tenent Cov. *in cap. offic. num.* 9. *vers. nec obstat, de testam. sub tit. de legatorum imputat. in debitum, in nova impr. Antuerpiensi*, Molin. *d. disp.* 215. *num.* 5.

18 Sed quando parochianus elegit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquivalens relinquit propriæ, an censeatur legasse animo compensandi quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ? quæstio dubia est, in qua una sententia tenet, tale legatum imputari in quartam: ita Greg. Lop. *l.* 5. *verb. de mas tit.* 1. *p.* 1. Fr. Emman. *d. qu.* 39. *art.* 6. ubi refert Feder. de Senis *cons.* 3. ubi late, & loquitur etiam in casu, quo legatum esset minus quarta canonica, Anton. Imol. Abb. *in d. c. offic.* Salyc. Alex. & Corn. *in auth. præterea C. unde vir. uxor.* idem tenent Ludov. Mirand. *d. t.* 2. *qu.* 48. *art.* 11. *concl.* 2. Portel. *in dub. Reg. verb. Can. portio nu.* 7. novissimè Hieron. Roderic. *in compend. q. Reg. resol.* 13. *n.* 8. Altera vero tenent, legatum, & portionem integre solvendam esse Ecclesiæ parochiali ab Ecclesia extranea, bonus text. *in Clem.* 2. §. *verum*, ibi *largiri integre teneantur, de sepul.* ubi gloss. *verb. integre* interpretatur, non esse minuendam canonicam portionem, juvat *c.* 1. ibi, *integraliter faciendam eod. tit. lib.* 6. *Secundo* expenditur, quod respectu canonicæ portionis solvendæ ab Ecclesia extranea, testator non est debitor, sed solummodo Ecclesia ipsa, patet ex *d. cap.* 1. cum ergo non esset debitum ex parte testatoris, quamvis a tertio vere debitum sit, deficiunt termini necessarii ad compensationem. *Tertio* facit, quia, ut supponimus, testator absolute absque conditione legavit Ecclesiæ parochiali, sicut in terminis hujus quartæ legaverat Episcopo. Ergo, sicut, quando absolute legat Episcopo, potest ille legatum, & canonicam portionem petere, ut per text. *in d. cap. de off. testam.* infra resolvimus, ita quando absolute legat Ecclesiæ parochiali, poterit Ecclesia & legatum, & portionem ab Ecclesia extranea sibi debitam exigere absque ulla compensatione. *Ultimo*, & fortius urget *d. cap. requisisti, vers. secus autem de testam.* ubi quando aliquid legatur Episcopo, & aliud capellis, monasteriis, aut aliis piis locis, quod legatur Episcopo, ejus est insimul cum canonica portione, quam habet ex legatis Ecclesiarum inferiorum: ergo similiter in proposito Parochus legatum obtinebit & canonicam portionem absque ulla compensatione. Propter quæ hanc partem sequitur gloss. *d. verb. integre*, glo. *verb. largiri, in dict.* §. *verum*, Card. *ibi n.* 20. Covar. *in d. cap. officil, num.* 6. alias *n.* 9. *sub tit. de legatorum imputatione in debitum in nova impress.* Non obstat *cap. ex his* 4. *de sepult.* ubi probari videtur, Parochianum debere canonicam portionem Ecclesiæ parochiali, a qua Sacramenta percipit, in stipendium sui laboris, sicut respectu decimarum, quas solvere tenetur, vere debitor est ipsi Parocho, a quo spirituale pabulum recipit, *cap. cum contingat. de decim.* quia respondetur, extraneas Ecclesias, quibus Parochiani ibidem sepulturam eligentes legata relinquunt, debitrices esse canonicæ portionis, non vero Parochianos ipsos patet, si recurramus ad verba dicti §. *verum*, ibi *dictorum Ordinum Fratres*, & ibi, *largiri integre teneantur*, quæ verba relata ad monasteria, seu Ecclesias extraneas satis demonstrant, ipsasmet teneri ad solutionem hujusmodi portionis, *d. cap. de his*, ibi, *ipsis Ecclesiis, a quibus assumpti sunt*.

Cui debeatur Quarta funeralium, & qua actione peti possit.

Quarta funeralis debetur Ecclesiæ, in qua Pa- 19
rochianus consuevit audire divina, & recipere
Sacramenta, *cap. cum quis de sepult. in* 6. Fr. Em-
man. *q. Reg. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 5. Rot. *dec.* 376.
n. 1. *p.* 1. *recent.* ubi de Ecclesia parochiali. Et sic 20
de jure debetur Rectoribus parochialium, *dict.*
Clem. dudum §. *verum*, Ugol. *de offic. Episcop. cap.*
17. *n.* 11. Mantic. *dec.* 294. Cavaler. *dec.* 101. *n.* 1.
Rot. *in Mediol. quartæ funeralium*, 13. *Mar.* 1622.
coram R.P.D. Merlino, ubi etiam fuit dictum,
ex hac sola juris assistentia Rotam non solere ma-
nuten-

autentionem impartiri in aliis causis non jurisdi-
21 ctionalibus, & sic ubi nullus adesset Rector, debetur Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum, *cap. requis. de testam. cap. cum ex eo, de elect.* Aloys. Ricc. *in praxi p.4. res.299. num.4.*

22 Item debetur Ecclesiæ cathedrali, vel præscriptione, vel ex eo, quod illam sibi reservavit, quando parochiæ fuerunt erectæ, & in signum superioritatis, Rot. *d. dec.376. n.2. & 3.* & tunc inter Clericos Ecclesiæ dividetur, cura non residen-
23 te penes certam personam, Aloys. Ricc. *d. res. 299. n.4.* Unde, stante consuetudine in civitate, quod jus sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam cathedralem, quarta funeralis non debetur Parocho, intra cujus limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit, ut censuit S. Congr. Conc. *in Pisauren. 22. Jan.* 1628.

24 Et si in una Ecclesia solet Parochianus audire divina, in altera vero recipere Sacramenta, canonica portio debetur ei, a qua recipit Sacramenta *cap. 1. de sepult.* Fr. Emman. *d. q. 39. art. 5.* Sylv. *in sum. verb. Canon. portio, num.* 11. Sed si utraque habet jus funerandi, credit Greg. Lop. *l.1. in glos.* los Sacramentos *tit. 13. p. 1.* quod sit locus præventioni, *per cap. duobus, de rescript. in 6.*

25 At in dubio, quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione, cui debeatur, Episcopo, ne, an Parocho, præfertur Parochus, qui habet magis specialem curam, quam Episcopus, qui habet generalem, & quia Parochis debetur quarta ex causa onerosa *d. cap. 1. de sepul.* Petr. de Ubald. *de quarta canon. 2. p. cap.8. n. 14. in fine*, & ut æs alienum Abb. *in c. certificari, a n. 11. de sepult.* Episcopo vero ex causa lucrativa, Ubald. *ubi supra n.* 14. & potior est conditio prætendentis ex causa onerosa *ad text. in l. Sanctorum C. de jure de lib.* Rot. *in Neritonen. quartæ funeralis 9. Jun.* 1608. cor. bon. memor. Patriarca Manzanedo.

26 Amplia *primo* principalem conclusionem, ut procedat, etiamsi quis propter bellum, aut pestem in villam, seu alium locum se contulerit, & ibi diem suum obierit, quia nihilominus quarta funeralis debetur parochiæ, ubi habebat domicilium, si discessit animo redeundi, vel recreandi animi gratia, Fr. Emman. *q. Regul. tom.3. q.46. art.3.* Miranda *d.tom.2. qu.48. art.9. concl.2.* Villal. *in sum. p.2. tract.31. diff. 7. num. 3.* Fr. Hier. Rod. *in comp. qu. Reg. resol. 18. num.* 12. per Jo: And. *in cap. his, qui sepult. in 6.* & Abb. *in cap. de his, eod. tit. in Decr.* ubi quatuor casus considerat.

27 Amplia *secundo*, ut procedat, etiamsi quis ægrotus in una perochia ad aliam deferri se fecerit; quia nihilominus primæ Ecclesiæ sua portio debetur, Sylvest. *in sum. verb. canonica portio num.* 15.

28 Amplia *tertio*, etiamsi quis in ægritudine constitutus se cum bonis suis ad Religionem in aliam Ecclesiam transtulerit, quia nihilominus, si ex eadem infirmitate decesserit, canonica portio Ecclesiæ parochiali debetur, secus autem si sanus bona sua monasterio, aut alteri Ecclesiæ dederit; casus est, *in cap. de his de sepult.* Fr. Lud. Miranda *in man. Præl. tom.2. q.48. art.9. concl. 3.* refert, & sequitur Fr. Hier. Rod. *in comp. quæst. Regul. resol.13. num.15.* Unde Tiraq. *de retractu lig. §.1. glos.8. num. 23.* colligit, canonicam portionem non deberi Ecclesiæ, cujus Parochianus Religionem ingreditur, & pendente anno professionis, obiit, nisi ingressus esset animo exeundi, ut observat Læl. Zech. *de Reg. Eccles. cap. 28. de Parocho num.48. fallent. 3.*

Amplia *quarto*, ut procedat, etiamsi quis, Ec- 29
clesia una dimissa, ubi Majores sui sepulturam elegerant, licet sua parochialis non esset, alibi sepulturam elegerit, quia etiam tunc non Ecclesiæ dimissæ, sed parochiali debebitur canon. portio, ut habetur *in cap. de sepult. l. 6.* Lud. Mir. *d. tom.2. q.48. art.9. concl.4.* quia electa sepultura apud Ecclesiam, ubi defuncti majores solent ab antiquo sepeliri, quarta funeralis ei non debetur, sed Ecclesiæ, in qua consuevit audire divina, & recipere Sacram. Azo. *dict. cap.3. q. 8.* Villal. *in sum. p.2. tract.31. diffic.7. n.3.*

Limita, si eo tempore, quo defunctus est in 30
alia Ecclesia sepultus, parochialis Ecclesia erat interdicta; quia cum nullus posset in ea sepeliri, jus erat aliis Ecclesiis sepeliendi, ac consequenter, ea relicta, integre percipiendi, quæ occasione illius sepulturæ obvenerunt, ita Gemin. *in cap.1. de sepult. lib.6.* Fr. Ludov. Miranda *d. tom. 2. qu. 48. art.10.* Sylvest. *d. verb. canonica portio, n. 8. §. septimus*, ubi loquitur, quando Ecclesia culpa Parochi est interdicta, non defuncti Parochiani, quod etiam tradunt Fr. Emman. *d. tom. 1. quæst. 39. art.3.* Azor. *d. p.2. lib.9. cap. 13. qu. 4. casu 5. & 6.* Miranda *d. p.48. art.10.* Portel. *in addit. ad dubia Regul. verb. canonica portio, n.3.* Hieron. Roder. *d. resol. 18. n. 4.*

Quod si talis defunctus ante elegerat sepultu- 31
ram in alia Ecclesia, priusquam parochialis esset interdicta, non videtur, interdictum sequens tollere quartam parochialem, quæ antea deberi ceperat; & idem respondendum videtur in aliis casibus, in quibus non defertur defunctus ad parochialem Ecclesiam, si antea alibi elegerat sepeliri, quam dictus casus evenerit; imo etsi nullam antea elegerit sepulturam, sed erat ad parochiam deferendus, alibi tamen citra culpam Parochi sepeliatur, non debet quartam suam amittere; quam tamen perderet, si culpa sua, vel negligentia, defunctus ad aliam Ecclesiam sit delatus: est enim ratio attendenda, ob quam hujusmodi portio est instituta, non enim pro sepultura tantummodo est instituta, sed pro onere etiam, quod ipsis Curatis incumbit subditis suis ea, quæ ad salutem pertinent, ministrandi, ne debitis, & necessariis beneficiis defraudentur, *d. cap.1. cap. de his de sepult.* cum operariis mercedis exhibitio debeatur, ut dicitur *in Clem. dudum vers. verum*.

Unde Parochus quartam funeralium potest pe- 32
tere, tamquam debitum, & mercedem laboris quasi actione locati, Feder. de Senis, *cons.3. n.9.* Vel condictione ex canone, vel actione ex testamento, Petr. de Ubaldis *de canonica parochiali cap. 3. num. 2.* ubi Lap. de Castellione *de canon. portione, num.56.*

Renunciatio canonicæ portionis in damnum Ec- 33
cle-

clesiæ cathedr. vel paroch. facta, nullius est valoris, nisi fiat cum protestatione, quod per hoc
34 non fiat præjudicium juri Ecclesiæ; compositiones tamen, & pacta super juribus parochial. facta inter Prælatos Conventuales, & Parochos sunt valida, etiamsi celebrata sint absque licentia Superiorum, Provincialium scilicet, vel Generalium, dummodo sint licita, & honesta, & fiant cum consensu Conventus, nec irritantur per sequens Capitulum Generale, vel Provinciale, ex decreto Leonis X. *in Concilio Lateran.* imo, etiamsi dictæ compositiones, seu conventiones sint repugnantes, *d. Clem. dudum* §. *cæterum*, quia ibi tantum revocantur facta ante illam, non vero faciendæ de novo, vide Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 8. *& tom.* 2. *qu.* 46. *art.* 3. Azor. *d. p.* 2. *l.* 9. *cap.* 12. *qu.* 4. Sylvest. *verb. canonica portio*, *qu.* 2. Fr. Ludov. Miranda, *ubi supra art.* 12. licet ibi contendat, *in dict. Clem.* etiam revocari conventiones futuras, & non tantum præteritas; sed Leo X. fuit post illam, & potuit jus commune revocare, ut bene notat Portel. *verb. Canonica portio*, *n.* 9. *&* 10. ita Fr. Hieron. Roder. *in comp. qu. Reg. resol.* 18. *n.* 9.

35 Neque per unum, aut binos actus contrarios censendi sunt Religiosi renunciare juri quæsito de non solvendo quartam, nisi talis solutio facta sit per spatium 40. annorum, juxta dispositionem juris *in c. accedentibus*, *& in c. si de terra*, *de privileg.* quia privilegium ad non faciendum non perditur uno, aut bino actu, *cap. cum accessissent*, ubi gloss. *de const.* imo, etiamsi per dictum spatium 40. annorum soluta sit quarta, adhuc præscriptio non tenet: quia contra bona, & jura Regularium nonnisi centenaria curcit præscriptio, adinstar Ecclesiæ Romanæ ex quodam singulari privilegio Eugenii IV. Vide Miranda *dict. qu.* 48. *artic.* 13. Portel. *ubi supra n.* 8.

De quibus solvi debeat Quarta Parochialis.

36 Quarta funeralis, seu canonica portio debetur de omnibus, quæ obveniunt ratione funeris, scilicet in die funeris, Fr. Emman. *q. Reg. tom.* 1. *qu.* 39. *art.* 2. *in princip.* Covar. *in c. ult. n.* 7. *de testam.* ubi post Abb. ait, moribus receptum esse, ut Ecclesiæ parochiali quarta portio a Monachis solvatur ex his tantum, quæ offeruntur tempore, quo funus, seu exequiæ defuncti celebrantur, Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 215. *n.* 4. ubi quod debetur de omnibus oblationibus, & commodis funeris, Sylvest. *in sum. verb. Canon. portio num.* 7. *&* 15. §. 3. ubi quod hoc procedit de consuetudine, Petr. de Ubaldis *de canon. Parochiali*, *cap.* 4. *num.* 10. & Pius V. *in sua Constitut. incip. Etsi Mendicantium* declaravit, hujusmodi quartum debere solvi de iis, quæ offeruntur in die funeris ex Concil. Trid. quod ita interpretatur. Sequitur hanc declarationum Fr. Emman. *d. art.* 2. *in fine*, Archang. Carraccia *de quarta funerali qu.* 3. *vers. forsan fol.* 45. Gutier. *de juram. confirm. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Jo: de la Crua. *de statu Relig. p.* 2. *cap.* 9. *dub.* 5. *vers.* 3. *conclusio*, & Benedictus XI. *inter Constit. Prædic. pag.* 72. sic ait, *funeralia vero intelligantur hoc casu, quæ cum funere deferuntur*, & idem declarasse Sixtum dicit Molin. *d. disp.* 215. *num.* 9.

Funeralia igitur dicuntur, quæ ratione sepul- 37
turæ obeniunt, *cap. cum liberum*, *cap. nostra de sepult.* Alberic. *In l. servo alieno* 116. §. *ineptas*, *nu.* 13. *ff. de legat.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.* 670. *num.* 4. alias *res.* 571. *num.* 4. *in* 2. *edit. & p.* 4. *resol.* 300. & quæcunque occasione funerum ad Ecclesiam perveniunt, Feder. de Senis *cons.* 6. *num.* 2. *in princ.* ubi subdit, quod mortuaria, seu funeralia dicuntur, quæ occasione funeris deveniunt, etiam præter voluntatem morientis. Item & ea, quæ cum funere portantur, gloss. *verb. funeralibus in d. Clem. dudum*, ubi Zabarel. *vers. verum num.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 14. *qu.* 13. *vers. funeralia*, Ubald. *dict. tract. cap.* 4. *num.* 16. Rub. *cons.* 23. *num.* 5. Enriquez *concl.* 86. *num.* 9. Hieron. Roder. *in compend. qu. Regul. resolut.* 18. *num.* 3. Sive antequam corpus sit in terra conditum, sive post, & usque ad trigesimum diem, & quandiu sit memoria de funere, Calderin. *cons.* 4. *de sepult.* ubi in casu, quod propter pestem non potuit die obitus solemniter tumulari, Joan. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 14. *num.* 12. Aloys. Ricc. *d. resol.* 571. ubi in casu, quod exequiæ post diem funeris fuerunt factæ cum maxima pompa, Sylvest. *in sum. verb. canonica portio*, *num.* 15. *vers. tertia*, Zabarel. *in d. Clem. dudum* §. *verum*, *vers. tertio quæro*, ubi refert opinionem aliquorum, qui, cum funus dicatur a funibus, quibus mortui ligari consueverunt, & postquam mortuus terræ est conditus, funes amplius locum non habeant, putant, funeralia non dici, nisi quandiu corpus est in funibus extra terram. *Sed*, inquit, *desipit*, *qui sic sapit*, *nec insistendum est in hoc scientiæ Grammaticorum*, 36. dist. cap. si quis. *Dic ergo melius*, *quod*, *sive ante corpus reconditum terræ*, *sive postea obveniant occasione funeris*, *dicuntur funeralia*, *& debetur canonica*, quicquid dicant Covar. *in cap. ultim. de testamenta* n. 6. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *qu.* 39. *artic.* 2. *in fine* Joan. de la Cruz *de statu Relig. p.* 2. *cap.* 9. *dubio* 5. Gutier. *de jurament. confirmat p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Caraccia *de quarta fun. cap.* 1. Molin. *d. disp.* 215. *num.* 9. ubi, quod hoc concessum est Mendicantibus per privilegium, & ita consuetudine servatur.

Ex his forsan patet resolutio ad quæstionem, 38
præteritis temporibus ventilatam, utrum si Parocho in die funeris data sit sola candelarum, & facularum quarta, & deinde sequenti die solemniori pompa, magno scilicet adhibito Religiosorum, Confraternitatum, & Presbyterorum numero in alia Ecclesia, ubi mortuus sepulturæ mandatus fuerat externa die, pro ejus anima solemnis Missa cantetur cum distributione candelarum, & intorticiorum in majure quantitate, quam diei præcedentis, debeatur ex his quoque Parocho quarta; in qua controversia S. Congr. *negocii Episcoporum, & Regularium præposita* semel, & iterum, partibus hinc inde auditis, *die* 3. *Augusti* 1621. nemine discrepante, censuit, deberi quartam Parocho ex funeralibus secundo loco factis.

Non loquimur de candelis, quas Fratres, & 39
alii Presbyteri in hujusmodi funeralibus præ manibus portare solent; has enim deferentes sibi quærunt, nec alia portio de eis debetur, ut declaravit Benedictus XI. *ubi supra*, ubi *de candelis autem*, *quas Fratres portant*, *portio non petatur*, tradunt

dunt Hieron. a Sorbo, *in compendio privileg. verb. canonica portio pag.* 103. Piasec. *in praxi Episcop. p.2. cap. 3. de visit. Reg. §. funeralium etiam pag.* 190. quicquid teneat gl. *verb. fun. in fin. in dict. Clem. dudum.* Calder. *cons. fin. de sepult.* Feder. de Senis *cons.4. num.* 8.

40 Item Sacra Congreg. *Episcop., & Regul. præposita, sub die 5. Martii* 1616, a Parochis montis S. Petri Angelorum Firmanæ diœcesis consulta, Eminentiss. Lancellotto referente, respondit, intorticiorum, seu cereorum Confraternitatum sæcularium funera associantium quartam funeralem eisdem Parochis minime deberi. Et idem de intorticiis, quæ portantur a locis piis ad associandum pauperes personas ad sepulturam declaravit ead. S. Cong. 26. *Novemb.* 1588.

41 Debetur quoque quarta funeralis de candelis, seu cereis accensis, quæ circa Crucem, & cadaver deferuntur, Petr. de Ubaldis *de canon. Paroch. cap. 4. num.* 10. Fr. Archang. Carraccia *de quarta fun., cap. 1. vers. præfata etenim.* Et de candelis oblatis, Feder. de Senis *d. cons.4. n.8.* Et hac de re sciendum est, quod *die* 21. *Mar.* 1629. S.D.N. Urbanus VIII. approbavit decretum Congregationis RR. DD. Præfectorum Urbis habitæ coram Eminentissimo Urbis Vicario, in qua ad effectum removendi dissensiones, & ad evitanda scandala, ac iis justis de causis resolutum fuit, & declara-
42 tum, tam intorticia, cereos, & candelas, quæ per viam deferuntur, quam etiam omnia ea, quæ circa cadavera antequam terræ tradantur in quibuscunque privatis Ecclesiis dividenda fore, & esse æquali portione inter ipsos Parochos, & ministros aliarum Ecclesiarum quarumcunque, etiam Regularium, & Nationalium, seu alias privilegiatarum. Ac propterea quando hujusmodi intorticia, seu cerei, & candelæ in præfatis Ecclesiis pro celebrandis divinis Officiis, præsente corpore, accenduntur, finito Officio, extinguenda, & cuiquam medietatem consignandam esse.

43 Item debetur quarta de illis, quæ dantur pro Missis dicendis, gloss. *verb. funeralibus in d. Clem. dudum §. verum,* Bald. *in repet. c. si pater de testam. l.6. in 6. qu.* Alex. *cons.196. n. 5. & 16. vers. nec excusarentur, in fine, l. 2.* Sylv. *in sum. verb. canon. portio. num.9.* ubi quod de legato facto rectori Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, pro Missis dicendis debetur quarta, Ubald. *de canon. portione., cap. 4. nu.* 3. quicquid dicat Fr. Emman. *d. q.39. num. 2. in fine,* nisi ejus opinionem procedere dicamus de consuetudine, vel propter privilegia.

Additio.

☞ Circa quartam dandam de iis, quæ dantur pro missis celebrandis, certum est hodie, præter declarationem jam relatæ Constit. S. Pii V. non deberi etiam ex declaratione Benedicti XIII., ut ex ipsius Constitutione, quam leges in calce hujus Capituli. ☜

44 Item debetur de armis, libris banderiis, culcitra, seu pallio, quæ in feretro deferuntur, Petr. de Ubaldis *d. cap.4. n.10.* Oldr. *cons.211. n.7.* ubi de rebus pannis sericis, seu aureis, vestibus, puta flamine, vel cilicio, per *cap. cum inter nos de verb. signif. &c. in nostra de sepult.* ubi speciale dicitur in Hospitalariis, in equis &c. ergo in contrarium est jus commune. Contrarium tenet Carracia *de quarta funerali, c. 1. vers. adsunt indumenta*; quod credo, procedere de consuetudine, vel privilegio, & declaravit Pius V. *in d. sua Constit. incip. Etsi Mendicantium*, quam sequitur Fr. Emman. *d. tom.1. q.49. art.2.* Fallit in equis, & armis quæ relinquuntur in subsidium terræ Sanctæ, Molin. *d.tract.2. disp.215. n.3. per cap. in nostra de sepult.*

Additio.

☞ Circa hæc omnia placet hic referre, quæ leguntur in additione ad §.I. Statuti Urbis, cap. IV. de Canonica Portione = Libri, Anuli, Ensis, Vexilla, Equi, Rheda, Cruces, Habitus, seu Insignia Ordinum, vel dignitatum, & alia hujusmodi ornamenta, quæ cum cadavere deferuntur, si ab hærede donantur Ecclesiæ parochiali, absoluto funere, dictæ Ecclesiæ beneficio cedant; si vero donentur Ecclesiæ sepelienti, vel exponenti, inter ipsam, & Ecclesiam parochialem dividantur, vel si non patiantur divisionem, pretium earumdem pariformiter dividatur. Quod si ab hæredibus, expleto funere, repetantur, nihil de his Parocho, vel Ecclesiæ exponenti, aut sepelienti deberi statuimus. In quocumque funere nihil prætendi possit pro armis, seu insigniis non appositis. Si autem apposita fuerint in quantitate, & qualitate hæredi benevisis, integra debeantur Ecclesiæ parochiali, si in ipsa cadaver exponitur; sed si cadaver exponitur in alia Ecclesia, in qua sepelitur, dividenda esse statuimus... Et si hæres illa redimere velit, dimidium pretii solvere teneatur. Pro illorum tamen affixione in parietibus extimis Ecclesiæ parochialis, vel exponentis nihil solvere teneatur pro numero armorum redemptorum: sed si in majori numero affigantur, pro illis solvat pariter dimidium pretii. In casu vero, quo hæres nullo modo apponat arma in funere, sed illa affigere faciat in parietibus exterioribus Ecclesiarum, tunc pro quantitate affixa dimidium pretii, ut supra, tantummodo Ecclesiæ parochiali solvere teneatur. = ☜

Primo limita principalem resolutionem in illis, 45
quæ offeruntur in funere alicujus, qui de facto contra voluntatem Fratrum in eorum Ecclesiis, v. g. tempore interdicti sepelitur, Albert. *in leg. servo alieno*, 116. *§. ineptas, n. 22. ff. de legat.* 1. Feder. de Senis *cons.199.* Gem. *in cap. 1. de sepult. l.6.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 39. art. 3.* quia non debetur quarta in casu prohibito, *cap. ex parte 1. liber. cap. in nostra de sepult.* Sylvest. *d. verb. canon. portio n.8. §. 7.* ubi quod tenetur corpus, & omnia, quæ habuit, restituere, Fr. Emman. *tom. 1. q. 39. art. 3.* ubi restringit in illis Religionibus, seu Ecclesiis, quæ habent privilegia, ut tempore interdicti possint in earum Ecclesiis aliquos sepelire.

Secundo limita in illis, quæ offeruntur in funere 46
alicujus novitii mortui in Religione, Anchar., & Franch. *in cap. nullus, de temp. ordin. in 6.* Sylvest.

vest. *d. verb. canon. portio n.* 8. §. 4. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *qu.*30. *art.*4. ubi extendit limitationem, etiamsi mortuus fuerit in domo parentum, ad quam se contulerat, ut curaretur, de quo etiam Villal. *in sum. p.*2. *tr.* 31. *diffic.* 7. *num.* 10. Fr. Lud. Miranda *dict. tom.*2. *q.*48. *art.* 9. *concl.*3. Azor. *dict. p.*2. *lib.*9. *cap.* 13. *q.*4. *vers. quod si in Monasterium, casu* 3. Hier. Rod. *in comp. q. Reg. res.* 18. *num.* 5. Restringitur tamen limitatio multis modis, & *primo*, ubi quis morbo jam affectus, ingressus est in Religionem, & ibi Novitius ob illum morbum mortuus est, quia tunc quarta debetur, Sylvestr. *d. verb. canonica portio num.* 8. *vers. quintus* Molin. *d. dis.* 215. *num.* 4. *Secundo* restringitur in eo, qui petiit cum habitu Fratrum sepeliri, Sylv. *loco proxime citato*. *Tertio* restringitur in Novitio, qui non habuit propositum mutandi vitam, Petr. de Ubaldis *de canon. Paroch. cap.* 6. *num.* 24. Sylv. *d. num.* 8. *vers. quintus*. *Quarto* restringitur in iis Confratribus, qui ingrediuntur in loca religiosa, retentis bonis suis, quia etiam de legatis factis per ipsos debetur canonica portio, Sylvest. *d. verb. canonica portio num.*12.

47 *Tertio* limita de legatis factis Ecclesiis, vel locis piis pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, anniversario post sextum diem, & aliis ad cultum divinum perpetuum, Molin. *d. dis.*215. *num.*8. quicquid teneat Paul. de Eleazar. *in Clem. dudum* §. *verum de sepult.* Alex. *cons.* 196. *num.* 3. *l.*2. Sylv. *d. verb. Canonica portio n.* 15. §. *secunda cum seqq.* ubi quod debetur de relicto pro construenda capella, Petr. de Ubald. *de can. Paroch. c.*4. *n.*22. Cald. *cons. fin. de sepult.* ubi de relictis pro planeta.

48 Canonica portio debet solvi de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, *d. Clem. dudum* §. *verum*, *& ibi gl. de sepult.* sive sit donatum uni ex Regularibus, sive toti Monasterio, *d. Clem. dudum*, ubi glos. *verb. indirecte*, Feder. de Senis *consil.*4. *num.*4. late Gem. *consil.* 46. ubi etiam si fuerit donatum uni Fratri, & consanguineis, Sylvest. *d. verb. can. portio n.*15. §. *sexta*, Petr. de Ubaldis *d. cap.* 4. ut de donatis causa mortis loquitur *d. Clem. dudum in* §. *verum*, Sylv. *d. verb. canonica portio num.*8. *in fin.* Petr. de Ubald. *d. c* 4. *n.* 19. etiamsi donatio causa mortis, vel legatum factum in infirmitate sit solutum in vita, gloss. *verb. datis in d. Clem. dudum* Sed contrarium tenent propter privilegia, vel consuetudinem, Fr. Emman. *d. q.* 39. *art.*2. ubi refert declarationem Pii V. Molin. *d. disp.* 215. *n.* 4. ubi ait, hoc non procedere, si fiat in fraudem, per Abb. *in cap. de his de sepult.* Et quod non debeatur de vestibus datis pauperibus, tenet Fr. Archang. Carraccia
49 *de quarta fun. cap.* 3. *vers. insuper cum sumere.* Jo: a Cruce *de statu Relig. p.*2. *cap.*9. *dub.* 5. Nec de frumento in illis regionibus, in quibus datur, Carraccia *ubi supra vers. de frumento vero*. Non procedit supradicta resolutio in donatis in vita, & in sanitate, Oldrad. *cons.*225. *n.*23. Petr. de Ubaldis *d. cap.* 4. *n.*21.

50 Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ jure institutionis relinquuntur Monasteriis, sive aliis locis piis, Molin. *d. disp.*215. *n.*4. per Abb. *c.* 1. *n.* 7. *de sepult.* Sylv. *d. verb. canonica portio*, *n.* 10. Alex. *cons.*196. *n.*7. Non tamen debetur de iis, quæ testator in pios usus jussit distribui in vasa, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, Covar. *in c. ultim. nu.* 8. *de testam.* quia ab ipso testatore censetur facta hæc distributio, *l. unum ex familia* 81. *ff. deleg.* 1. ubi Dyn. Bart. & Doctores, Fr. Archang. Carraccia *d. c.*4. *vers. quare non video*. Declaratur tamen hæc resolutio, ut non procedat, quando aliquis Regularis electus est executor, ut distribuat aliquam summam pro suo arbitrio, & ipse in Fratres distribuit, quibus nihil erat relictum, glos. *verb. obventionibus*, *& verb. indirecte*, *in d. Clem. dudum*, Sylv. *d. verb. canon. portio n.*15. *vers. secunda*, ubi loquitur etiam quando Fratribus nihil est relictum, sed mandatur executoribus, ut dent, vel promittant aliquid Fratribus. An quarta debeatur de illo, quod relinquitur uni ex Regularibus, vide Federic. de Senis *cons.*4. Calderin. *cons. fin. de sepult.* Albert. *in l. servo alieno* 116. §. *inepta n.*10. *ff. de legat.* 1. *& num.*12. *&* 13. Petr. de Ubaldis *d. cap.*4.

Debetur etiam quarta funeralis de omnibus le- 51
gatis factis Ecclesiæ, in qua quis elegit sepulturam, *cap.* 1. *&* 2. *de sepult.* Oldrad. *cons.*225. *numer.*18. Sylv. *d. verb. can. portio in fine*, Covar. *in cap. ultim. n.*8. *de testam.* quarta debetur de omnibus, quæ relinquuntur in ultima voluntate, etiamsi legata facta sint Prædicatoribus, aut Mendicantibus, Alb. *in d. l. servo alieno* §. *ineptas num.* 10. *ff. delegat.* 1. Covar. *in cap. ultim. n.* 8. *de testam. per d. Clem. dudum*. Quæ tamen procedunt, si legatum relinquatur ratione loci, non autem ratione personæ, neque in fraudem, Sylv. *d. verb. Canonica portio n.* 7. Oldrad. *cons.* 225. *n.* 16. qui tamen indistincte dicit, quartam deberi.

Additio.

☞ De quibus rebus danda sit quarta, vide addita in fine hujus capituli. ☜

Quod limitatur aliquibus modis, & *primo*, ut 52
non procedat in legatis factis monasterio, quod sit exemptum per privilegium, Sylv. *d. verb. canonica portio*, *n.*8. Fr. Emman. *qu. Regul. tom.* 3. *qu.* 46. *art.* 1. *& tom.* 1. *q.* 39. *art. ult.* Joan. de la Cruz. *de statu Relig. p.* 2. *qu.* 9. *dub.* 5. Archang. Carracc. *de quarta fun.*, *cap.* 2. *Secundo*, ut non procedat in legatis factis Ecclesiæ, in qua testator sepelitur, Alber. *d. n.*10. Oldrad. *cons.* 225. *numer.*15. Sylvest. *d. verb. Can. portio num.*8. §. *sextus*, per glos. *in cap.* 1. *de sepult.* quod non procedit, si tale legatum factum est Ecclesiæ, ad hoc, ut construat capellam in Ecclesia, in qua est sepultus, Alex. *con.*166. *n.* 5. *l.*2. Zabarel. *in d. Clem. dudum* §. *verum q.* 16. vel si est factum in fraudem Ecclesiæ parochialis. *Tertio*, ut non procedat in legatis factis Ecclesiis, vel locis piis pro ornamentis, cereis, luminaribus, anniversario per sextum diem, Oldr. *d. cons.* 225. *num.* 20. Molin. *d. dis.*215. *n.* 8. *Quarta*, ut non procedat in legatis relictis Ecclesiæ pro fabrica, quia ex tali legato non detrahitur quarta, Cov. *in c. ult. n.* 5. *de testam.* quod verum est, si Ecclesia tunc indiget reparatione, secus, si non indiget. Covar. *ubi supra*.

Subsidium Hispanicum, quod ab hoc charita- 53
tivo

tivo plurimum distat, *primo* Regi Catholico concessum fuit a Pio IV. *in quadam sua Constit.* incip. *ad Romani Pontif. indefessam, sexto Non. Martii* 1560. de trecentis millibus ducatis auri annuis usque ad quinquennium, duplex super omnium, & singularum cathedralium, & metropolitanarum, collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, monasteriorum, Prioratuum, & beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura saecularium, & Regularium, Canonicatuum, & dignitatum, etiam post Pontificales majorum, & Capitularium, Conventualium, & aliarum Ecclesiarum fructibus, reditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, &c. ipsius S. R. E. Cardinalibus, & Militibus Hierosol. dumtaxat exceptis. *Secunda* concessio facta fuit a Pio V. *in sua Constit.* incip. *Cum sicut sub die* 16. *Mart.* 1566. *Tertia* concessio ab eodem Pii V. *in alia Constit.* incip. *Cum sicut accepimus, sub die* 21. *Maii* 1571. qui etiam per aliam suam Const. incip. *Decret. Romanum Pont. sub die* 7. *Mart.* 1572. exactionem hujus subsidii a Capitulis, & Collegiis Provinciae, seu Episcopatus suscipi mandat. Greg. XIII. *in Constit.* incip. *Concessit alias sub die* 11. *Febr.* 1573. declarat, Milites S. Jacob. de Stapha, excepta tamen magistrali mensa) nec non quatuor Mendicantium Ordinum Fratres, bona immobilia, seu quae immobilium loco habentur, possidentes, ad subsidiorum hactenus non solutorum solutionem teneri. Et demum Paulus V. *in Constit.* incip. *Pro nostro munere, sub die* 31. *Octob.* 1614. post alias concessiones confirmavit concordiam subsidii hujusmodi inter universum clerum Regnorum Castellae, & Legionis, & Regem Catholicum initam.

Aliud subsidium, seu superadditionalia servitia Regi Catholico concedit Greg. XIII. *in sua Const.* incip. *Ad auxilium die* 16. *Aug.* 1591. ad sexennium duratura super victualibus in Regnis Coronae Castellae, vendendi, seu consumandi, ad quae contribuenda declarat, omnes, & singulas personas ecclesiasticas saeculares, & cujusvis Ordinis Regulares teneri. Clem. VIII. *in sua Constit.* incip. *Alias per nos, die* 11. *Aug.* 1603. subdit, hujusmodi gabellam, seu sissam imponi posse super tribus rerum speciebus, vini scilicet, olei, & carnis; dummodo summa tantum decem, & octo decies centena millium nummorum aureorum fiat, & non ultra, & post alias concessiones S.D.N. Urb. VIII. *in suo motu proprio* inc. *Ad universalis* 5. *Mar.* 1633. statuit, ut omnes, & singulae ecclesiasticae personae, tam saeculares, quam cujusvis Ordinis Regulares in Regnis Castellae & Legionis commorantes, teneantur ad conferendum, & contribuendum, prout laici in subsidio ad summam decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius, durante sexenio, mediante scilicet solutione gabellarum, seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis, & consummandis impositarum, non tamen, quoad praefatas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscunque redditibus propriis per se, vel alios etiam affictuarios suos, vel etiam eleemosynis percipiunt, & pro divino cultu, seu propriis, vel familiarum suarum usibus consumunt.

Aliud denique est subsidium, quod nostri Hi- 54
spani *Excusatum* vocant, ex concessione Pii V. qui *in sua Constit.* incip. *Circa Pastoralis, die* 15. *Julii* 1567. Regi Catholico ad quinquennium concessit plenam, liberam, & omnimodam facultatem petendi, exigendi, & levandi, ac recuperandi decimas tritici, hordei, vini, agnorum, lanae, olei, casei, & aliorum quorumcunque fructuum, & rerum, ex quibus decimae, tam de jure, quam de consuetudine, & privilegio solvi, & dari consueverint, ex una domo, illiusque domino, post duas, quae uberiores, & opulentiores decimas habuerint, quam maluerint, in qualibet parochia, tam saeculari, quam cujusvis Ordinis regularis, ex universis parochiis in regnis, & dominiis Hispaniarum, & Insulis eisdem Regnis adjacentibus. Ad aliud quinquennium extendit idem Pius V. *in alia Constit.* inc. *Sane alii, sub die* 21. *Maii* 1571. & ad aliud quinquennium Gregor. XIII. *in Constit.* incip. *Alias felicis, sub die* 13. *Maii* 1575. Idem per aliam suam Constit. incip. *Decet Roman. sub die* 4. *Jan.* 1573. confirmat concordiam initam inter Clerum Regnorum Coronae Castellae, & Legionis cum Rege Catholico, ut scilicet pro, & loco hujusmodi concessionis status ecclesiasticus dictae Coronae solvat suae Majestati, & illi, qui suo nomine illud habere deberet, videlicet ducentos quinquaginta mille ducatos annuos in duabus solutionibus, pro medietate dividendos pro certis quantitatibus cuilibet dioecesi dictae Coronae, prout dividuntur: dummodo tamen extra hanc concordiam, & divisionem remaneant Regna Aragoniae, Cathaloniae, & Valentinae, & insulae illis adhaerentes. Confirmationem eandem fecit etiam Paulus V. ut *in ejus Constit.* incip. *Pro nostro, sub die* 23. *Julii* 1620. At Clemens VIII. *in Constit.* incip. *Propensa nostra, sub die* 12. *Ap.* 1601. absolvit, & plenissime liberat Regem Catholicum, eique remittit, & condonat notabilem, ac etiam notabilissimam summam subsidii, & Excusati, per illum in alios usus conversam, quam in illos, ad quos fuit destinata, videlicet ad sustentandum sexaginta triremes, &c. Et S. D. N. Urb. VIII. *in sua Const.* incip. *Apostolatus Officium, die* 9. *Martii* 1634. statuit, ne Commissarius Cruciatae post elapsum concordiae, & confirmationis Apost. tempus quidquam a Clero exigat ratione Subsidii, & Excusati, donec alia cum eisdem Clero concordia desuper inita, & Apostolica auctoritate confirmata fuerit, necnon eundem Commissarium monere mandat, ne Notariatus, & Officia Cruciatae subsidii, & primae decimae Excusati, cum ecclesiastica Officia sint, a ministris Regiis vendi, seu alienari quoquo modo permittat, minusque cogat Clerum ad solutionem aliquam faciendam eis, qui Officia hujusmodi, sive alterum eorum ement, seu jam forsan de facto emerint, &c.

Additio.

☞ Circa Quartam funeralem attendenda est sequens Constitutio Bened. XIII. *Romanus Pontifex* IV. Kal. Maii 1725. in qua revocata sunt quaecumque privilegia post Clementinam *Dudum*

de sepult. editam in Conc. Viennensi, & post Tridentinum concessa Regularibus intra Italiam, & Insulas adjacentes existentibus de non solvenda dicta Quarta parochiæ defunctorum, qui in Ecclesiis eorumdem Regularium tumulantur,

= Quo circa nos maxime expedire censentes, ut ejusmodi controversiæ, & lites ab Ecclesia Dei penitus arceantur; ac insuper, licet universos Ordines Regulares..... speciali paternæ charitatis affectu prosequamur.... Nihilominus considerantes exemptionem a solutione quartæ funeralis, præfatis Ordinibus a dicta sede Apostolica concessam modo vergere in maximum Parochorum præjudicium, tum propter multiplicationem conventuum, & Monasteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & consuetudinem fidelium sepulturam eligendi in Ecclesiis prædictorum Regularium; ac proinde non modo consentaneum, sed etiam necessarium arbitrantes, ut eorundem Parochorum, quibus ceteroquin Sacri Canones, & prisca Ecclesiæ disciplina aperte suffragantur, indemnitati oportune consulatur, & antedicta Apostolica privilegia ad æquitatis limites reducantur. Hinc igitur est, quod nos omnia, & singula memorata privilegia exemptiva a solutione quartæ funeralis, quibusvis Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis regularibus, ab Apostolica Sede, ut præfertur, quandocumque, & quomodocumque concessa, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, ac de eorum tenore, & substantia satis, superque instructi..... motu proprio..... hac nostra perpetuo valitura Constitutione præmissa omnia privilegia quoad quartam funeralem, tantum pro locis infra exprimendis moderamur, reformamus, ad viam juris reducimus, & quatenus opus sit, etiam revocamus, & abrogamus, neque cuiquam deinceps suffragari posse, vel debere decernimus. Præterea motu..... Sancimus, statuimus, & mandamus, ut in Italia, eique adjacentibus Insulis a die publicationis præsentis Constitutionis in futurum Parochis defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcunque Regularium prædictorum tumulabuntur, persolvatur, & cum effectu tradatur quarta pars omnium intortitiorum, & candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accenduntur. A prædicta tamen quarta funerali excepta intelligantur, & sint candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus associantes, manualiter per viam accensas deferunt. Quod si funus non fieret in die tumulationis, sed ad diversam diem, vel ad aliud longius tempus differretur, Parocho nihilominus assignetur quarta pars omnium intortitiorum, & candelarum, quæ ipsamet peracti funeris die in Ecclesia, ubi defunctus humatus fuit circa cænotaphium, seu tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ accensa fuerint. Hæc porro omnia locum habeant, & exacte in posterum observentur, quotiescumque defunctus extra suam parochialem Ecclesiam tumuletur, & exponatur: sive quia in Ecclesia tumulante, vel exponente beneficium obtinuerit, sive quia ibidem sepulchrum habuerit gentilitium, sive tandem quia in ea sepulturam elegerit. Ceterum sub prædicta quarta funerali comprehendi non intendimus, imo expresse ab ea exeimimus legata Missarum, & Anniversariorum, bisque similia pia relicta ad favorem Ecclesiæ tumulantis, vel exponentis, a defuncto disposita; circa quæ, ac omnia, & singula alia, de quibus in præsenti Constitutione mentio facta non fuit, privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede concessa salva prorsus illæsa, ac inviolata perpetuo permanere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inconcusse, ac irrefragabiliter observari debere volumus, decernimus, & mandamus. Ubi vero consuetudines legitime probatæ, conventiones, concordiæ, vel statuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illisque pinguiorem prædicta quarta emolumentorum funeralium portionem assignarent, ea in iis, in quibus vigent, locis, inconcusse ab omnibus observari motu...... sancimus, præcipimus, & jubemus =

Cum autem Constitutio vires suas non extendat extra Italiam, insulasque adjacentes, ut ipsemet Bened. declarat in Concil. Roman. babito an. 1725. titul. VIII. capit. V. Gaudentius a janua de Visit. Prælati Regular. tom. II. cap. VII. dub. XX. sect. III. numer. 35. §. 1. quærit quænam sit praxis extra dicta loca, & ita respondet = Disposuerunt Apostolicæ sanctiones plures, quod pars quarta funerum etiam a Religiosis solvatur Parochis respective, attentis horum oneribus: non uniformiter tamen juxta varietatem temporum, regionum, & consuetudinum introductarum in Extravag. Benedicti XI. *Inter cunctas de Privil.* in VI. aliaque Bonifacii VIII. *Super Cathedram de sepult.* & Clementina *Dudum* pariter de sepult. Verum tamen plures item Summi Pontifices deinceps ab hujusmodi solutione Religiones sensim fere omnes Mendicantium exemerunt cum expressa derogatione præfatarum sanctionum, Clementinæ signanter allegatæ *Dudum*, nimirum Martinus V. Eugenius IV, ac pluries Sixtus IV. Religionem Prædicatorum, nostrumque Ordinem Minorum Nicolaus V. ac Julius II. Carmelitas, nec non Leo X. Ordinem Minimorum sub pœnis contra Parochos, qui dictam quartam portionem quovis prætextu, & colore exigere, & apud se retinere præsumerent, ut in bulla præ ceteris Leonis X. incip. *Exponi nobis* pro Minimis. Cum exurgerent nihilominus in dies inter Regulares quartam præstare renuentes, Parochosque exigentes horum, & funerum portionem, lites, ob consuetudines signanter ab alterutra partium in casibus adductis, placuit Concilii Tridentini Patribus super hoc figere regulam, quod nimirum ubicumque locorum vigeret consuetudo, eo tunc a quadraginta annis ante dicti Concilii promulgationem solvere Cathedrali, sive Parochiali cuicumque quartam dictam funeralium, ea a Regularibus etiam quibuscumque servaretur, videlicet solutio continuaretur antiqua, non obstantibus privilegiis, esto Maris Magni, sess. XXV. cap. XIII. de Reform. ex quo deducunt Auctores, quod ubicumque locorum a Conventu, seu familia, vel hospitali, vel domo, licet privilegiatis ab anno 1523. scilicet quadragesimo ante Concilium, solutio quartæ erit in usu, ea deinceps indeclinabiliter

liter adimpleretur, sin minus ita quod dictum spatium ante Concilium, puta per annos quadraginta, minime soluta esset Parochis quarta, seu nunquam fuisset adimpleta in locis, vel antecedenter existentibus, vel post dictum annum de novo extructis, dicta solutio nulla vigeat ejusmodi solutionis in posterum obligatio; & ita universaliter deinde observandum esse concludunt per regiones, & loca extra Italiam, quod scilicet, ubi non adsit hujusmodi consuetudo a Concilio laxata, nequaquam solvatur quarta, sive solvi debeat portio funerum in casu extra Italiam, ubicumque Constitutio Benedicti non cogit, aut obliget, quacumque non obstante istantia, seu praetensione Parochorum, pro quo non est necesse adducere Constitutionem S. Pii V. *Etsi Mendicantium*, a Gregorio XIII. successore revocatam, acsi non emanasset, cum satis perspicue declaretur, atque confirmetur Concilii Decretum per Clementem VIII. in Constit. *Quod semel* & Paulum V. *Decet Romanum Pontificem*. =

Si autem quaeratur, an ad Regulares, vel ad Parochos spectet probare, quod quidem Regulares per quadraginta annos ante Tridentinum dictam quartam non solverint, Cong. Conc. in una Minorum observantiae provinciae Poloniae 14. Novembre 1682. respondit, spectare ad Parochos. = Et ita etiam Rota in Calaguritana Quartae funeris 2. Julii 1728. coram bon. mem. Ratto inter impressas 214. num. 5. ac Vilnen. Quartae funeris 6. Julii 1749. & 23. Januarii 1750. coram Canigliaeh Decano.

Subnectitur decisio Sacrae Rotae coram Caprara favore Parochi in causa funeralis non facti.

ROMANA FUNERALIUM

Die Lunae 24. Aprilis 1690.

PAtrea Sancti Augustini de Urbe, in quorum Ecclesia R. P. D. Rita sepulturam elegerat, & absque ulla funebri pompa fuerat sepultus, ut mandaverat, praetendebant sibi deberi medietatem illius quantitatis, quam loco funeralis ab haeredibus solvendam taxaverat Camerarius Cleri. Verum sese opponente Joanne Francisco Topino Rectore S. Salvatoris de Cupellis, personae defunctae Parocho, Eminentissimus Vicarius, ad quem res fuerat delata, Patrum instantiam rejecit, & ad favorem Parochi pro integra quantitate, jam ab haerede deposita, mandatum relaxavit, quod hodie in gradu appellationis Domini dixerunt exequendum.

Visa est enim & ipsis insubsistens Patrum praetensio, cum actio ad funeralia soli Ecclesiae parochiali competat, utpote de illius juribus tantum ex firmatis per Rot. decis. 194. num. 1. coram Mantica, & decis. 480. num. 8., & 9. coram Merlino repetita in Recent. dec. 408. par. 5. Nec ullo jure cautum reperiatur, quod Ecclesiae sepelienti jus, seu actio aliqua competat pro solemni funerali non facto, & a Testatore prohibito, cum dispositio Concilii Viennensis in Clem. Dudum de sepult., in quo unice residet jus Regularium, loquatur solum de funeralibus relictis, ut ibi legitur ad literam, & proinde, tamquam exorbitans, non est extendenda ad non facta, & non relicta funeralia, ut ad hunc effectum notat Modern. Salentin. Consult. Canonic. tom. 6. consult. 88. num. 2., & prius dixerat Calderin. consil. 2. de sepult., Morott. respons. 51. eodem sit num. 13. in fin.

Idque comprobatur etiam ex determinatione Statuti Cleri Romani cap. 4. tit. de Canon. port. §. 4. 5., & 7. ubi considerando casum, quo funus celebratur in Ecclesia diversa a sepeliente, disponit, ut funeralium emolumenta dividantur inter Ecclesiam parochialem, & funerantem, nulla relicta portione Ecclesiae sepelienti, & hoc quidem multo jure, cum Ecclesiae sepelienti funeralia non debeantur, nisi ratione laborum, quos ipsa sustinet in funeris celebratione, ut observat Molpbes. in summ. tract. 13. tit. de ultim. volunt. cap. 8. num. 35. juri consonum est, ut, eo cessante, cessent etiam emolumenta, quae ejus occasione, & intuitu praestantur, ad text. in leg. Scio, de ann. legat., Lara de Anniverf. lib. 2. cap. 8. num. 17., Petr. Ubald. de Canon. paroch. quaest. 7. sub num. 13.

Hinc non obstat praetensa consuetudo dividendi hujusmodi funeralia inter Ecclesiam parochialem, & sepelientem, quia cum innitatur simplicibus attestationibus, in quarum contrarium aliae similes deducebantur pro parte Parochi, elisa proinde remanet quaecunque consuetudo, quae ex actibus difformibus numquam inducitur, sed excluditur, Bart. in leg. 2. in fin. ff. solut. matrim., Decius consil. 214. num. 2. vers. 2. hoc idem, & per tot. Alex. consil. 173. per tot. lib. 6., Rota coram Gregor. decis. 162. num. 9. & ibi Adden. num. 15., & coram Bieb. decis. 48. num. 15.

Minus refragari videbatur, quod non integrum funerale, sed sola quarta portio (quae in Urbe ex consuetudine est medietas) sit debita Parocho, ut sancitur in d. Clem. *Dudum de sepult.* quia cum Ecclesia sepeliens nullum habeat jus super alia medietate, sicuti non potest pro ea agere, minus potest exeipere, leg. prima, ff. quor. appel. non recip. leg. ille, a quo §. si de Testam. ff. ad Trebellian. Cephal. consil. 133. num. 39. Rota coram Gregor. dec. 396. num. 3., & dec. 320. n. 5. coram Buratto, & dec. 93. n. 7., & 8. par. 6. Recent., & Parocho sufficit vincere per non jus Patrum Actorum, leg. actor. Codic. de probat., leg. qui accusare, Cod. de eden. Leg. fin. Cod. de rei vindic., & in terminis in Romana jurium funeralium dec. 348. num. 5. par. 11. Recent. =

Haec decisio confirmata fuit ab eadem Sacr. Rota alia decisione coram Molines a Romana funeralium die lunae 15. Junii 1699. in qua expresse etiam statuitur, deberi Parocho funus non factum, & quidem totum, & integrum, licet a Testatore prohibitum, non obstante qualibet contraria consuetudine, reprobata tamquam irrationabili a Rituali Romano in Rubric. de Exequiis.

CAP. XXVI.

De sepulturis, & funeribus ducendis.

SUMMARIUM.

1 *Parochus suos Parochianos, omnesque alios intra parochiam degentes sepelire debet.*

2 *Sepultura tripliciter sumi potest.*

3 *Sepelire mortuos opus piissimum, & multum commendaadum, & num. 4.*

5 *Cadavera intra Urbes sepeliri prohibitum erat lege duodecim tabularum.*

6 *Cœmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepeliendis instituta sunt.*

7 *Sepulturæ honor intra Ecclesiam Episcopis deferri cœpit, aliisque personis insignibus.*

8 *Sepeliri in Ecclesia quibuscumque sive clericis, sive laicis licitum est.*

9 *Sepulturæ jus concedere spectat ad Episcopum.*
☞ *Vide Animadversionem.*

10 *Sepeliendus nemo est prope Altare, seu sub predellis.*

11 *Sepulturæ locus quibus modis, & cujus auctoritate dari possit, ostenditur.*

12 *Sepulchram proprium potest quis habere quoad usum, & prohibere, ne absque ejus assensu quis in eo sepeliri queat.*

13 *Sepeliendi jus quæsitum non censetur ex solo cursu decennali, & cadaverum illatione, nec ex jure patronatus, quod quis habet in Ecclesia.*

14 *Ecclesia, etiam non parochialis, capax est, vel ex consuetudine, vel Episcopi auctoritate habendi cœmeterium, & jus sepeliendi.*
☞ *Vide Animadversionem.*

15 *Sepulchrum probatur commune esse familiæ ex inspectione literarum.*

16 *Simoniacum est aliquid tanquam pretium exigere pro jure sepulturæ, sive ut aliquis in certo loco Ecclesiæ, aut cœmeterii sepeliri possit.*

17 *Sepulchri hæreditarii usus est pretio æstimabilis, & vendi potest pro debitis defuncti.*

18 *Gabella non solvitur de venditione sepulturæ ratione situs, vel dignioris loci.*

* *Consuetudo certi quid exigendi pro sepultura, seu officio sepulturæ, an sit valida, ibid.* *

19 *Electio sepulturæ omnibus adultis est libera, dummodo non prohibeantur a jure.*

20 *Sepultura eligi potest in Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ecclesiis, relicta parochiali.*

21 *Electio sepulturæ in Ecclesiis Regularium non potest a Parochis impediri.*

22 *Parochus non potest prohibere, quin defunctus sepeliatur in Ecclesia, per ipsum ædificata, & electa, reservata ipsi Parocho quarta funerali.*

23 *Curatus requisitus, ut intersit defuncti sepulturæ in Ecclesia, per ipsum defunctum ædificata, si interesse recusset, vel petitam licentiam denegget, poterit sine ipsius interventu, & licentia tradi sepulturæ.*

24 *Electionem sepulturæ potest quis revocare usque ad finem vitæ.*

25 *Religiosi, & sæculares clerici nullum inducere possunt sub pœna excommunicationis ad eligendam sepulturam sub voto, vel promissione de non mutando illam electionem, etiam non sequuto effectu, ut num. 26.*

27 *Parochus violenter rapiens, vel spolians funus, antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit jus, quod habet, & quartam canonicam.*
☞ *Vide Animadvesionem.*

28 *Pater eligit sepulturam pro filio impubere, si consuetudo terræ id habeat, si vero non sit, sepeliri debet in sepultura Majorum.*
☞ *Vide Additionem.*

* *Uxor præmortua, non electa sepultura, si maritus habet proprium sepulchrum, in ipso etiam tumulari debet. ibid.*
☞ *Vide Additionem.*

29 *Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturam, sicut vir.* *
☞ *Vide Additionem.*

Mulier, quæ habuit plures viros, si non electa sepultura, moriatur, est sepelienda in sepultura ultimi viri, ibid.

30 *Religiosi sepeliendi sunt in propriis Monasteriis, etiamsi extra claustra decedant, nisi sint ita remoti a propriis Monasteriis, ut commode portari nequeant.*
☞ *Vide Additionem.*

31 *Sepultura non electa, ubi quis decedit, in ea sepeliendus est, in qua Majores sui sepeliri consueverant, soluta quarta parochiali.*

32 *Majores dicuntur Pater, avus, & alii superiores.*
☞ *Vide Additionem.*

33 *Sepeliendus est quis in parochia, ubi Sacramenta suscipit, si in alia Ecclesia Majores sui sepulturam non habebant.*

34 *Sepulturæ jus pendet multum ab administratione Sacramentorum.*

35 *Peregrinus, si moriatur, dum est in via, sepelitur in Cathedrali.*

36 *Canonicus Ecclesiæ cathedralis an in ea sit sepeliendus, vel potius in parochia, ubi habet domicilium, remissive.*

37 *Parochus quanto tempore a morte tenere debeat mortuum super terram, antequam sepeliatur, & an sepeliri possit omni die, & hora, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*

38 *Parochus, dum vadit ad infirmum communicandum, debet in genere interrogare eam, in qua Ecclesia velit sepeliri, non vero in specie.*
☞ *Vide Animadversionem.*

39 *Sepulturæ jus a quibus emitteatur, ostenditur.*

40 *Excommunicati notorii, & denunciati*
41 *Interdicti notorii, & denunciati*
42 *Usurarii publici, & manifesti*
43 *Infideles, Pagani, Judæi, Hæretici*
44 *Raptores manifesti,*
45 *Decedentes in tornamen-*

mentis, vel in duello)
☞ *Vide Animadversionem.*

46 *Qui semel in anno confessus non est*)
47 *Religiosus utriusque sexus proprietarius*) *sepultura Ecclesiastica carent.*
48 *Peccator notorius, decedens in peccato mortali*)
49 *Occidentes seipsos ex industria*)
50 *Decimas Ecclesiæ non restituentes*)
51 *Parricida*)
☞ *Vide Additionem.*
52 *Blasphemantes Deum publice*)
33 *Clericus notorie concubinarius.*
54 *Legatum factum Ecclesiæ pro sepultura adhuc ei debetur, etiamsi testator ob culpam suam sepultura privaretur.*
55 *Parochi non debent propter jus sepulturæ minime solutum cadaver exhumatum retinere.*
56 *Sepultura concessa conceditur quoque delatio mortui processionaliter.*
57 *Hæredes defunctorum numerum Sacerdotum, & ceræ sibi bene visum pro defuncto ad sepulturam associando convocare, & subministrare possunt.*
58 *Parochus destinatos clericos ab hæredibus defuncti, pro eo ad sepulturam associando, convocare potest, & non alios.*
59 *Parocho competit jus convocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeribus, si nullos ipsi hæredes destinaverint.*
60 *Parochus potest ad libitum vocare ad funus clericos, quos voluerit, nec cogitur vocare viciniores, nisi aliter disponant hæredes.*
61 *Confraternitates non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter, & expresse vocentur.*
62 *Parochus proprius nullatenus excludendus, quantumvis ad sepeliendum cadaver Regulares dumtaxat a defuncto accersiri jubeantur.*
63 *Vocati omnes ad funus debent convenire ad parochialem defuncti.*
64 *Regulares vocati ad sepeliendos mortuos etiam in eorum propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias, ex quibus cadavera amoventur.*
65 *Regulares, casu, quo cadaver in aliqua Ecclesia deponi contingat, ad eandem Ecclesiam, ubi depositum erit, convenire debent.*
66 *Parocho proprio irrequisito, cadaver levari non potest.*
67 *Religiosi non possunt cum Cruce intrare parochias ad levanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi monito prius, & requisito Parocho.*
68 *Regulares extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri; Parochis inconsultis.*
69 *Tertiarii quando in Fratrum Ecclesiis sepeliendi sint, ostenditur.*
☞ *Vide Additionem.*
70 *Defunctorum cadavera in alterius parochia existentia, quæ in Ecclesiis Fratrum sepeliri debent, prius ad Ecclesiam parochialem deferenda sunt.*
71 *Mortui sepeliri possunt in Ecclesia, in qua sepulturam elegerunt, sine præsentia Parochi, si ipse requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget.*
72 *Ecclesiæ parochiali nihil debetur, exceptis juribus parochialibus, si in ea deponatur defunctus, ut inde transferatur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegit sepulturam.*
73 *Habitum suscipientes a Guardiano, & cum eo decedentes, quando in Ecclesiis ejusdem Ordinis sepeliendi sint, ostenditur.*
74 *Ad Parochum spectat declarare, per quam viam sit exportandus defunctus.*
75 *Funerale ducere, & prosequi tenetur Parochus usque ad januam Ecclesiæ Regularium, in qua sepeliendus est defunctus.*
☞ *Vide Animadversionem.*
76 *Parochus sæcularis sicut defert stolam in propria parochia, & in parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Ecclesia sepelitur, ita Parochus regularis.*
77 *Parochus Monachus ita potest cum stola ingredi parochiam sæcularium, sicut sæcularis Parochus Monachorum parochiam ingredi valet.*
78 *Crux unica illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, deferenda est in funeralibus.*
79 *Crux propria parochiæ defuncti deferenda est in funeralibus.*
☞ *Vide Animadversionem.*
80 *Parochi defunctorum in Regularium Ecclesiis humandorum corpora usque ad easdem Ecclesias associare possunt.*
☞ *Vide Animadversionem.*
81 *Clerus sæcularis in Ecclesiis Regularium super cadaveribus Officium defunctorum, Psalmos, Responsoria, aliasve Preces recitare non potest.*
82 *Officium in tumulandis cadaveribus in Ecclesiis regularibus non per Parochum, sed per eosdemmet Regulares fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine.*
☞ *Vide Animadversionem.*
83 *Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaveribus exterorum, quam civium.*
84 *Pauperum cadavera gratis sepeliri debent.*

PArochus suos Parochianos, omnesque alios 1
intra parochiam degentes, cum testamento, vel sine testamento decedentes, sine tamen speciali circa sepulturam dispositione, sepelire debet in sua Ecclesia parochiali, nisi forte alibi habeant sepulchrum, in quo Majores eorum sepeliri ab antiquo consueverunt, *cap. is, qui, de sepult. in 6.* hoc enim jus parochiale est, ut habetur *in Clem. dudum §. hujusmodi, de sepult.* ita Abb. *in rub. de Paroch. num.2. & in c. abolendæ num. 6. de sepult.* Aloys. Ricc. *in praxi p.4. res.292. & in dec. Curiæ, p. 2. dec. 215. a n. 4.* ita ut etiam Parochus præferatur, & ante omnia sit restituendus, si fuerit spoliatus corpore jam sepulto, cum illud possit extrahi auctoritate Superioris, tanquam non justæ sepulturæ traditum, & restitui ei, qui jus prælationis habet juxta opinionem, de qua per Cassan. *in catal. gloriæ mundi, p.2. consid.5. col.pen. in princip. vers. de gloria autem,* quem refert, & sequitur Stephan. Gratian. *discep. forens. tom. 2. cap. 298. num.5.*

Quod

2 Quod ut bene explicetur, & Parochi non ignorent jura parochiarum suarum circa sepulturas, præmittendum est, sepulturam tripliciter sumi posse. *Primo* pro officio ipso, quod impenditue corporibus humandis, *cap. dictum* 1. *qu.* 1. *Secundo* peo loco, in quo quis sepelitur, sive sit teera, sive arca, *d. cap. abolendæ*, *de sepult. Tertio* pro jure sepeliendi, quod quis habet in aliquo loco.

3 Quoad primum oon possum non commendare omnibus charitatis officium, quod agimus, dum pro humandis mortuis curam adhibemus, nam vivis primo consulendum, deinde mortuis, qui cum longe majori miseratione digni sint, hoc quod erga illos exhibetue, maximæ misericordiæ opus merito judicabitur, quod mitissimus Rex David sentiens bene precatur iis, qui Saul, & Jonathæ cadavera sepelierant 2. *Reg.* 2. & hæc est gratia, quam Salomon dicebat mortuo non esse prohibendam, dum *Eccles. cap.* 7. ait, *mortuo non negabis gratiam*, hoc est, sepulturam. Natura certe admonet, ut quem vivum fame, & siti enectum recreare, nudum operire, in hostium manibus positum liberare conabamur, aut hospitio indigentem excipere, aut ægrotantem visere solebamus, nunc sensibus omnibus destitutum miseeicordia prosequamur, sepulchroque, communi omnium domicilio, ac diu duraturo, ita ut convenit, inferamus.

4 Eleganter igitur S. Gregorius *serm.* 1. *de consolat. mortuorum*, in initio, sic alloquitur, *Jacet corpus exanime, ac gelidum, homo sine homine, cadaver sine spiritu acclamatur, nec respondet, vocatur, & non exaudit, deperditis vitalibus functionibus, qui fuit non est, nemo suorum adjuvat, nec ipse auxilium postulare potest, quam ob causam nos eo magis commoveri æquum est. Potest enim qui fame, aut siti laborat, vel ex puteo, vel ex profluente recreari, qui nudus est, foliis vestes contexere, qui ægrotat, majorem in aliis miseriam cogitando se consolari, & captivus in captivitate, & peregrinus sub frigido cælo respirat. At mortuus cum anima, sensuque careat, nec quo se vertat, nec quid imploret amplius, nec vim habet implorandi. Nil mirum igitur, si insit a natura in humanis pectoribus singularis, erga defunctos pietas, ac miseratio.* Formicis quoque a natura inditum viri prudentes observarunt, ut si dum in granis colligendis toto agmine sint occupatæ, earum aliqua vel onere, vel casu concideeit, ceteræ illam quasi ad tumulum ea in loca, quæ sub cavernis ab horeeo separata sunt, onus suscipientes inferunt, comitante, ac propemodum funus ducente alia multitudine, ut refert Plutarch. *in lib. de soler. animal. paul. ante med.*

5 Quoad secundum de loco, in quo sit collocanda sepultura, notandum, est lege duodecim tabularum cautum fuisse, ne cadavera intra urbes sepelirentur, verba erant, *hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito*, hujus prohibitionis meminit Jurisconsul. *in l.* 3. §. *divus ff. de sepulchro violato*, *& in l. mortuorum*, *C. de Relig. & sumpt. funer.* io quo proposito multa ex bonis Auctoribus prosequitur Petr. Greg. *syntag. Juris lib.* 33. *cap.* 22. *num.* 4. & Spin. *in speculo testam. gloss.* 2. *princ. a num.* 30. Duplex autem causa fuit sepeliendi extra urbem, una afferebatur divina ad cavendam pollutionem sacrorum publicorum, quæ contaminatum iri existimabant, si intra urbis mœnia mortui sepelirentur, altera fuit civilis, ne aer putrefieeet. Loca destinata extra urbem pro sepultura, alia erant publica, alia privata. Publica Romæ duo eeant, unum pauperum, & vilium mancipiorum non procul ab urbe extra Portam Exquilinam, in campo, Exquilino dictus, aliud virorum præclare de Republ. meeitorum in campo Martio, de quo Appian. *Alex. de civilibus*, ita inquit, *Lecticam subiere potentiores e Senatu omni, idemque Campo Martio intulere, quo in loco dumtaxat humari Reges consueverunt.* Privata autem loca extra Urbem destinata pro sepultura, illa erant, quæ io unoquoque fundo suo quis habebat, *l. tumulus*, *ff. familiæ hercisc. l. æde sacra*, *ff. de contrah. empt. lib.* 1. *ff. de religios. & sumpt. fun.* & solebant antiqui, si fundum viæ publicæ proximum haberent, in ea parte, quæ viam spectaret, sepulchra concedere, ut viatores mortalitatis monerentur, ita tamen, ut viam ipsam sepulchra non impedirent, *l.* 2. *ff. de locis public.* Unde viæ sepulchris nobiles Romæ fuerunt Appia, Aurelia, Flaminia, Latina, Lavicana, Laurentina, Ostiensis, Prænestina, Salaria, Tyburtina, de quibus etiam in Breviario Romano fit mentio, dum agit de Martyrum coeporibus sepeliendis. Er in Sac. Scriptura de sepulchris extra Uebem multa patent exempla, ut de Jacob in terea Canaan. *Genes.* 50. de Lazari sepultura extra Bethaniam, de juvene mortuo, quem suscitavit Jesus *Lucæ* 7. & de Christo ipso in horto sepulto, *Jo.* 19. *& Mat.* 27.

Deinde ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis 6
pie Majores nostri instituerunt cæmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepeliendis, ut late teadit Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. l.* 1. *cap.* 23. *a princ.* melius, quam Spino explicans nominis etymologiam, eeatque magna veterum religio, ac subinde stricte erat prohibitum, ne intra Ecclesiam aliqui sepelirentur, *cap. præcipiendum*, 13. *qu.* 2. ubi Card. Turrecrem. quatuor illius prohibitionis affert eationes, indeque magno honore affectum Constantinum asserit S. Chrysost. *homil.* 66. *ad populum Antioch.* quod pro foribus Piscatoris corpus maximi illius Imperatoris sepulturæ mandatum fuerit, factusque sit Constantinus Piscatoris Janitor, & de utroque Theodos. & Archad. simile in Apost. porticu ex Niceph. atque aliis adducit Stephan. Durant. *d. cap.* 23. *num.* 6.

Sed deinde honoe iste sepulturæ intra Ecclesiam 7
Episcopis deferri cæpit, aliisque personis insignibus, ut probat text. *in cap. nullius*, 13. *qu.* 2. juxta communem intellectum, de quo post gl. Turrecrem. *ibi in fine*, quem alii sequuntur, ut constat ex Conr. Brun. *de cærem. l.* 2. *cap.* 2. *vers. illud tamen*, Petr. Greg. *syntagm. juris l.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. & alii, de quibus Cened. *ad decretum collectan.* 46. *num.* 1. interpretantibus text. ibi, *fideles laici*, non de omnibus fidelibus ex fide Baptismi, sed de iis, qui ex fidei virtute, & constantia Sancti habiti sunt, miraculisve corruscant, vel aliæ insignes personæ extiterunt.

Sed tandem consuetudine effectum est, ut quod 8
solis Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscunque, sive clericis, sive laicis licitum,

tum,

tum, & liberum jam sit, ac proinde indultum, ut in Ecclesia, si vellent, tumularentur *cap. nullius* 13. *quæst.* 2. ubi gloss. *verb. fideles*, *cap. Ecclesiam*, *de consec. dist.* 1. *cap. ex parte*, *cap. cum liberam*, *de sepult.* Greg. *lib.* 4. *dialog. cap.* 50. Redoan. *de simonia mentali p.* 3. *quæst.* 16. *n.* 32. Sylvest. *de benefic p.* 1. *quæst.* 5. *num.* 102. Cavaler. *dec.* 15. *num.* 1. Hieron. Roderic. *in compendio qu. Regul. resol.* 128. *num.* 1. & quotidiano usu satis compertum est, nec sine maxima ratione, vel ex illa, quæ colligitur ex S. Greg. & refertur *in cap. cum gravis* 14. *qu.* 2. ibi, *proximi quoties ad loca sacra conveniunt, suorumque sepulturam aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt*, vel ex ea, quam reddit text. *in cap. non æstimemus*, *in fine eadem causa*, *& quæst.* quod eorum Martyrum, & Sanctorum, quibus Ecclesia dicata est, patrocinio, & intercessione revelantur, vel quia minus in Ecclesiis ab immundis spiritibus vexantur, vel ex aliis, quas ex Lapo, Sot. Azin. multisque aliis prosequuntur Durant. & Cened. *dictis locis*.

9 Jus sepulturæ concedere (ut ad tertium illius modum accedamus) spectat ad Episcopum, Abb. & alii *in cap. penult. de sepult.* Sebast. Medic. *in tract. illius titul. q.* 6. *num.* 6. Cavaler. *d. decis.* 15. *n.* 2. ubi subdit, Legatum de latere posse concedere istud jus sepulturæ. *Et in actis Eccles. Mediolanen. p.* 2. *tit. de sepult. vers. verum caveatur*, prohibetur fieri sepulchra nova in Ecclesia absque licentia in scriptis obtenta ab Episcopo, & in Ecclesiis Regularium saltem a Provinciali, qui ejusmodi licentiam dare non possit, nisi ea sepulchra construantur juxta formam præscriptam *in Constitut. sanctæ mem. Pii V.* incip. *Cum primum Kalend. Aprilis* 1566. in qua mandatur, ut defunctorum corpora super terram existentia in tumbis profundis infra terram collocarentur, & in ejusdem quoque *Actis p.* 2. *decret. Visit. Apostol. verb. sepult.*, sic habetur, *Sepulchrum ipsorum in posterum ædificandorum ostium longe absit ab Altaris scabellis ligneis, vel bradellis, cubitis ad minus tribus, sepulchra vero ipsa ad scabellum ligneum non pertingant*.

Animadversio.

☞ Quamvis olim construi nequiret sepultura in Ecclesiis Regularium sine Parochi licentia, utpote quia ipse solus habebat intentionem in jure communi fundatam, ut omnes ipsius Parochiani sepeliri deberent in ejus Ecclesia, cap. I. Nos instituta, cap. III. Fraternitatem, cap. X. In nostra de sepult. cap. II. Cum quis in VI. & Clementina dudum §. V. verum eod. tit. hodie tamen construi potest in illorum Ecclesiis ex speciali privilegio juri communi inserto, Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus concesso in Clementin. Dudum II. §. Hujusmodi de sepulturis, & Extravagant. super Cathedram II. §. Hujusmodi, de sepulturis, quo privilegio gaudent omnes alii Regulares, tum per communicationem, tum per speciales sibi ad id factas a Sede Apostol. concessiones, ut videre est in Compendiis Privilegiorum Regularium, testaturque comm. Doctor., & docet praxis universalis. ☜

Et quod nemo sit sepeliendus prope Altare, 10
sub bradellis, censuit Sacr. Congregat. *causis Episcoporum, & Regul. præpositæ, in una Termul.* 8 *Febr.* 1594. & in alia *Interamnen.* 13. *Septem.* 1593. *& in Messanen.* 2. *Maii* 1601. & si contra hujusmodi prohibitionem sepulturæ ibi reperiantur constructæ, non debet in illo Altari celebrari, donec corpora alio transferantur, ut declaravit eadem Sacra Congreg. *in una Trunen.* 10. *Novemb.* 1599.

Tribus modis (ut verbis utar Navarri *loco infra* 11
citando) locus sepulturæ dari potest, *primo*, ut is, cui datur, fiat dominus ejus, *secundo*, ut habeat jus sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi, ne alii sepeliantur in eo; *tertio*, ut possit sepelire aliquem in ea, ut satis videtur colligi, ex text. *in cap. abolendæ de sepult.* & notatis per Innoc. Panorm. & alios, *ibi*, *& ex Clem. dudum §. hujusmodi*, *eod. titul.* cum eis adnotatis per Card. & alios, ut per Hieron. Roderic. *d. resol.* 128. *num.* 11. Primo modo nulli potest dari locus sepulturæ, etiam cum auctoritate Episcopi, quia rei sacræ dominium nullus potest habere. Secundo modo non potest dari sine auctoritate Episcopi, nec cum illa sine justa causa, & servata forma in alienandis rebus Ecclesiæ servanda, quia licet per illum modum non transferatur rei dominium, transfertur tamen usus ejus, & quoddam jus sepeliendi, quod fieri nequit, nisi servatis Canonibus de non alienandis rebus Ecclesiæ. Tertio modo potest dari a quolibet habente liberam sepulturam, vel jus admittendi ad sepulturam in sua Ecclesia per prædictam *Clem.* & ei adnotata sine auctoritate speciali Episcopi per auctoritatem, quam habet a jure communi, vel privilegio aliquo legitimo, ita eleganter Nav. *consult.* 1. *de sepult. in novis*.

Potest igitur quis quoad usum habere sepul- 12
chrum proprium, & prohibere, ne absque ejus
assensu quis in eo sepeliri queat, adden. ad Gre-
gor. XV. *decis.* 145. *num.* 5. & ad hoc jus sepultu-
ræ acquirendum, quoad alios privative, requiri-
tur licentia ædificandi ab initio sepulturam una
cum ipsa ædificatione subsequuta, Lambertin. *de
jure patron. p.* 1. *art. ult. vers. bene verum, & vers.
si de cetero.* Rot. *in Burgen. sepult.* 9. *Decemb.* 1605.
coram Ortembergo, & non censetur tale jus
quæsitum ex solo cursu decennali, & cadaverum 13
illatione, ut *in d. Burgen. & in Calagritana se-
pult.* 21. *Mart.* 1616. coram Reverendiss. D. meo
Coccino Decano, nec etiam ex jurepatronatus,
quod quis habet in Ecclesia ex Lambertin. *dict.
p.* 1. *qu.* 11. *in princip. art.* 13. Rot. *in Toletanæ
capellaniæ, & sepulturæ* 27. *Julii* 1616. coram
bon. mem. Ubaldo, ubi quoque fuit dictum, quod
de jure quælibet Ecclesia potest recipere ad se- 14
pulchrum, quem vult, illa enim licet parochialis
non sit, capax est vel ex consuetudine, vel Epi-
scopi auctoritate habendi cœmeterium, & jus se-
peliendi, Host. *in cap. quia nonnulli, num.* 7. *ad fin.
vers. quod si aliquib.* & *ibi* Jo: And. *num.* 8. Butr.
num. 10. Zabar. *qu.* 11. *de cleric. non resid.* Hojed.
de incompatib. benef. p. 1. *c.* 13. *n.* 19. Rot. *dec.* 128.
num. 7. *p.* 2. *recent. & in Mediolan. quarta Jun.* 14.
Maii 1622. coram R.P.D. Merlino.

Ani-

Animadversio.

☞ Quod Episcopus concedere possit Ecclesiæ non parochiali privilegium sepeliendi, hæsitare visus est Fagnanus ad cap. III. Fraternitatem num. 7. de sepult. quasi boc privilegium privative spectet ad Romanum Pontificem ex Clementina *Dudum* §. *Hujusmodi* in qua Clemens V. illud concessit Regularibus ibi expressis: verum amplectens opinionem Jo: Andreæ, & Abbat. sentit posse = dummodo, id faciat ex justa causa, & Capituli consensu = A qua tamen concessione crederem abstinendum esse ab Episcopo, cum agatur de præjudicio Parocborum, qui ex cap. I. III. & X. hoc tit. & cap. II. eod. tit. in VI. habent intentionem fundatam in jure communi, ut ibi quis sepeliatur, ubi recepit Sacramenta, & ceteroquin Episcopus videretur derogare juri communi, quod spectat ad solum Papam. ☜

15 Ex inspectione vero literarum probatur sepulchrum commune esse familiæ Mascard. *de probat. concl.* 1297. *num.* 4. Sebast. Nev. *ad l.* 2. *ff. de operib. dub. a.* 4. & faciunt tradita per Menoch. *de præsumpt. l.* 2. *præs.* 59. *num.* 2. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Armu*, quæ si deficiat, libere jus illud redit ad Ecclesiam, quæ deinde poterit eundem locum aliis denuo concedere, Sylvest. *verb. sepult. q.* 3. Petr. de Ubald. *cap.* 10. *num.* 6. Rot. *in d. Calaguritanu sepulturæ*.

16 Pro jure sepulturæ, sive ut aliquis in certo loco Ecclesiæ, aut cæmeterii sepeliri possit, aliquid tanquam pretium exigere simoniacum est, illa namque vendi non potest, sed gratia præstanda est defunctis per eorum Parocbos, *cap. abolendæ, de sepult.* Verum usus vendendi capellas pro sepultura defunctorum non est simoniacus, tum quia datur per modum eleemosynæ ad reparationem Ecclesiæ, vel ad sustentationem ministrorum illius, & non pro pretio, sicut datur stipendium pro divinis, & Missis celebrandis, ita Suar. *d. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 14. *num.* 22. Portel. *in dubiis Regul. verb. sepultura, n.* 8. Villalob. *in sum. p.* 2. *tract.* 37. *diffic.* 12. *num.* 3. & 9. Hieron. Roder. *d. resol.* 128. *num.* 2. Sic ratione situs, vel dignioris loci licita poterit esse pretii receptio pro sepultura, quasi hoc non videatur concernere spiritualia, sed tantum honorem, & præeminentiam, quæ potest pretio æstimari, & vendi. Vide Sot. *de Justit. lib.* 9. *qu.* 7. *artic.* 1. Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *qu.* 4. *art.* 4. Victor. *relect.* 2. *de simon. num.* 10. Greg. *l.* 1. *verb. vendere tit.* 13. *partic.* 1. Didac. a Rosario *in addition. ad sum.* Cajet. *verb. simonia*. Molin. *de primogen. l.* 1. *cap.* 24. *n.* 40. Menocb. *de arbitr. casu* 277. Hier. Rod. *in compen. q. Regul. res.* 128. *num.* 2. Melch. Phœbo *Luf. dec.* 8. *num.* 8. & 9. ubi *num.* 13. resol-
17 vit, quod usus sepulchri hæreditarii est pretio æstimabilis, & vendi potest pro debitis defuncti,
18 & *num.* 14. subdit, quod non solvitur gabella de venditione sepulturæ ratione situs, vel dignioris loci, Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *l.* 4. *de simon. cap.* 14. *num.* 19. ubi *num.* 22. tenet, emptionem simplicis sepulturæ, seu juris sepulturæ salvari posse ex illa ratione, maxime obligationis, quod nullus alius ibi sepeliatur, non vero ex supra relata de situ, & digniori loco, dicens, quod licet simonia sit aliquid recipere pro honoratiori loco sepulturæ, secus vero erit, si quis velit onerare Ecclesiam, & ita possidere in illa jus sepulturæ in aliquo certo loco illius, ut non possit alius ibi sepeliri, tunc enim videtur illam oblationem ex parte clericorum, seu Ecclesiæ posse vendi, saltem cum auctoritate Prælatorum Ecclesiæ, cum circa hoc non inveniatur facta probibitio, quia aliud est vendere sepulturam, quod probibetur, aliud vendere obligationem non sepeliendi alium, ut per se constat: unde neque tunc venditur aliquid spirituale, neque spirituali annexum, illa enim obligatio est onus accidentarium, quod æstimabile pecunia est, ita etiam (Suar. non tacito) dicit Fr. Raph. de la Torre *de Rel. tom.* 2. *qu.* 100. *art.* 4. *d.* 7. Mald. 2. 2. *tract.* 9. *cap.* 3. *dub.* 9. Sed illa ratio de honorabiliori loco non videtur rejicienda, si locus est honoratior, ob rationem, & respectum aliquem temporalem, quia tunc non emitur res sacra, sed honor quidam bumanus, qui in bominum existimatione, & appretiatione positus est, tum quia emens locum honoratiorem, in quo sedeat, non committit simoniam, Gab. *in* 4. *d.* 25. *qu.* 2. *dub.* 10. Suar. *dict. l.* 4. *cap.* 28. *num.* 23. ergo nec simonia committitur, dum bonoratior sepulturæ locus emitur, ut optime considerat Bonac. *d.* §. 6. *num.* 4. Illud tamen advertendum duco cum eodem Suar. *dict. l.* 4. *cap.* 14. *num.* 18. quod si quis habeat sepulcbrum proprium, suis sumptibus emptum, vel ædificatum pro se, aut suis, non est materia simoniæ, si vendatur, quoad proprietatem juxta valorem fundi, & respectu habito ad solas expensas in eo ædificando factas, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium jus sepulturæ, sed materiale illud, ad quod alia sequuntur. Unde similia loca jure hæreditario transferri solent a parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in his est, ut supra diximus.

Utrum autem valeat consuetudo, quod quid certum exigi possit a Curato pro sepultura, seu pro officio sepulturæ, Abb. *in c. cum M. Ferrariensis, de constit. & in d. cap. abolendæ*, post gloss. *ibi*, tenet, talem consuetudinem post traditum sepulturæ corpus esse observandam, quia habet principium voluntarium. Contrariam vero opinionem, imo consuetudinem solvendi aliquid pro sepultura, seu pro officio sepulturæ non tenere, etiamsi solutio fiat, postquam corpus est traditum sepulturæ, sustinet Gemin. *in cap. cum M. Ferrarien.* Host. Card. & Ant. de Butrio *in d. c. abolendæ*, Paul. de Castro *cons.* 361. *p.* 1. late Alex. Trentac. *cons.* 57. *per tot. vol.* 2. ubi *a n.* 4. post Paul. de Castro, & alios *locis citatis*, plura requiri, ait ad hoc, ut valeat consuetudo dandi certum quid pro quolibet mortuo. *Primum* quod hujusmodi consuetudo babeat principium voluntarium, hoc est, quod primo tale quid liberaliter solverint, ita quod non sit injuste ab eis exactum. *Secundum*, quod actus ab eo fiat eo animo, & ea intentione, ut consuetudo inducatur. *Tertium*, de quo testes deponant de actuum visu, cujus consuetudo allegatur, & quod deponant de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate, & tales actus

actus factos fuisse, ita & taliter, quod appareat
intervenisse tacitum consensum populi, vel majoris partis. *Quartum*, quod illud, quod solvitur,
sit certum, arbitrio Parochianorum taxatum, non
enim taxari debet per Sacerdotem, quia illud speciem manifestam exprimit cupiditatis, & simoniæ.

19 Electio sepulturæ omnibus adultis est libera,
dummodo non prohibeantur a jure, cum sit actus
propriæ voluntatis, *cap. eum l. 6. de sepult.* Nat.
cons. 432. *num. 6. cum sequentibus*, Cæs. de Grassis
dec. 1. *num.* 1. *de sepult*, Lel. Zech. *de Repub. eccles.*
cap. 28. *de Parocho num.* 17. *fallent.* 2. Aloys. Ricc.
in *praxi rerum fori Ecclesiast. resol.* 563. *in 2. edit.*
Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de cleric. debit* §. 3.
20 *num.* 13. etiam in Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ecclesiis, relicta parochiali, ut probatur *in*
Clem. dudum §. *hujusmodi quoque statuto, de sepul.*
Ugol. *de offic. Episc. cap.* 17. *num.* 2. Card. Tusc.
in pract. concl. lit. P. concl. 97. *num.* 5. Hieronim.
Roder. *dict. ref.* 128. *n.* 3. quod Pius V. ad reliquos
21 Religiosos ampliavit; & sic electio sepulturæ in
Ecclesiis Regularium non potest a Parochis impediri, ut resolvit novissime Aloys. Ricc. *in praxi rerum Eccles. p.* 4. *resol.* 293. *n.* 32. & hinc Sac.
Rit. Cong. *in una Capuana sub die* 31. *Martii* 1629.
respondit ad relationem Eminentiss. Cardinalis
22 Pii, Curatum Casalis Casæ Pullæ Capuan. Diœcesis non posse prohibere Alicornio Natali ejusdem terræ jus sepulturæ pro se, & successoribus
in Ecclesia, per ipsum Alicornium ædificata, reservata quarta funerali proprio Parocho. Postea
dubitatum fuit, an eveniente casu, liceat sepelire
mortuos in dicta Ecclesia sine præsentia dicti Curati, si vocatus venire nolit, & an idem fieri possit absque ipsius licentia, si petitam dare recuset?
Eadem S. Rit. Congreg. eod. Eminentiss. Card.
Pio referente, *sub die* 22. *Decemb.* 1629. censuit,
23 si Curatus requisitus interesse recuset, vel petitam
licentiam deneget, posse in dicta Ecclesia tradi
sepulturæ supradictorum defunctorum corpora sine ipsius interventu, & licentia.

24 Ex qua libertate in eligenda sepultura provenit, ut eam possit quilibet revocare usque ad finem vitæ, Gemin. *in c. licet* §. *quamvis, de sepul.*
lib. 6. Cæs. de Grassis *decis.* 1. *num.* 5. *de sepultur.*
Anch. *consil.* 214. *num.* 5. *cum seqq.* Marc. Anton.
vars. ref. l. 1. *resol.* 112. *casu* 59. *vers. tertio*; ad
quam electionem sepulturæ probandam sufficiunt
leviores probationes, ita ut etiam tacitus consensus admittatur, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 817. *n.* 13. *&* 14.

25 Hinc etiam fit, ut nullum possint sub pœna
excommunicationis inducere Religiosi, & sæculares clerici ad eligendam sepulturam sub voto, vel
promissione de non mutando illam electionem *c.* 1.
de sepul. l. 6. Bonac. *de cens. extra Bullam, disp.*
26 2. *qu.* 5. *puncto* 4. Jul. Lavor. *var. Incub. tom.* 1.
tit. 2. *de prisco, & recent. fun. more, c.* 11. *num.* 3.
etiam non sequuto effectu sepulturæ, ut tenet.
Fr. Emman. *t.* 4. *sum. cap.* 130. *n.* 7. se corrigens
de eo, quod dixerat *art.* 7. §. *quinto circa*, quia
inquit, verba prohibitionis jam hic sortiuntur
suum effectum, siquidem actus talis inductionis
consistit in quadam successione continua, qui ubi
primum incipit, jam pro consumato habetur, refert Fr. Hier. Roder. *in compend. q. Reg. ref.* 128.
tract. 1.

Et ideo Parochus violenter rapiens, vel spo- 27
lians funus, antequam veniat ad manus eorum,
quibus debetur, perdit jus, quod habet, & quartam canonicam, teneturque restituere cum corpore quicquid accepit, Fr. Emman. *tomo* 3. *qu.*
61. *art.* 3. Portel. *in dubiis Regl. verb. Canonica portio, num.* 6. Hieron. Roder. *ubi supra resol.* 18.
num. 14.

Additio.

☞ Hac excommunicatione de jure communi non ligantur sæculares hujusmodi inductionis rei. Romæ tamen ex Decreto Clem. XI. 22. Augusti 1708. relato in Additionibus ad statuta Cleri Romani cap. III. de Jur. elig. sepult. §. XXVII. sæculares, & Confratres Societatum sæcularium quemquam inducentes ad eligendam sepulturam in propriis Confraternitatum Ecclesiis, vel sepulchris, vel ut jam electam immutent, incurrunt excommunicationem reservatam Urbis Vicario, non absolvendi, nisi facta restitutione cadaveris, & omnium emolumentorum. ☜

Pro filio tamen impubere eligit pater sepultu- 28
ram, si consuetudo terræ id habet, si vero non
sit, sepeliri debet in sepultura Majorum, *c. licet pater, de sepult. l.* 6. quia minor illam sibi eligere non potest *d. cap. licet pater* Tiraq. *de privil. piæ causa, privileg.* 9. *vers. contrarium tamen* Zer. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. sepult.* §. 1. Cum filia Antonii Scatpellini in minori ætate ex hac vita migrasset, Præpositus S. Mart. sub novi Ritualis prætextu in ejus Ecclesia illam sepeliri prætendebat, non obstante quod illius Majorum sepultura in Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci existeret: quapropter S. Congr. Cardinal. negociis Episcoporum, & Regularium præpositorum in *una Asculana* 21. *Octob.* 1616. dictæ filiæ cadaver dictorum Fratrum Ecclesiæ restituendum censuit, cum qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habet, in Majorum suorum sepultura humari debeat.

Additiones.

☞ Idem etiam resolvit S. Congr. Rituum in Civitatis Castellanæ, 12. Decem. 1620. ac pluries Cong. Conc. & novissime in Reatina Juris tumulandi 10, & 31. Martii 1770. ut tom. XXXIX. Resolut. ejusd. Cong. pag. 56, & 71. potissimum, si pater elegerit sepulturam pro filio ante septennium moriente, ad effectum tumulandi illius cadaver in sepulchro gentilitio, non obstante, quod a Rituali Romano disponatur, ut Parochi retineant separatam sepulturam pro Infantibus, cum ex hoc non sublatum sit patribus hujusmodi jus. Quandoquidem verba, quibus id a præfato Rituali disponitur, hortari magis Parochos videntur, quam cogere; neque vetant, quominus cadavera impuberum in sepulchris majorum sepeliantur, ut ea legenti satis clare patere potest. Adeatur Rota dec. 88. tom. I. coram Sperel.

& decis. 5. adnotat. 3. numer. 18. coram Panimol. ☜

☞ Ex Decreto Cong. Concil. confirmato ab Innoc. X. Constit. Ex injuncto 22. Febr. 1645. §. VI. hæc electio competit etiam matri, ubi viget consuetudo, ad dubium enim = an mater pro filiis impuberibus possit eligere sepulturam? respondit, non licere matribus eligere sepulturam pro filiis impuberibus, cessante legitima consuetudine = Cum hoc tamen discrimine, quod cum patri assistat jus ex allatis cap. Licet, & cap. de Uxore §. Utrum, respectu illius sufficit, ut consuetudo præscripta sit spatio decem annorum, at respectu matris quadraginta, ut notavit Sperell. decis. 69. num. 20.

Notandum est tamen, quod vi hujus respectivæ consuetudinis valebit electio sepulturæ, si facta fuerit a patre, vel a matre ante mortem filii impuberis, non vero post, ut declaravit Sacr. Congr. Episc. & Regul. in Fulginat. 27. Octob. 1587. in una Montis Pelusii 6. Jun. 1659. = ac Congr. Conc. in Avellinen. 15. Septem. 1605. per hæc verba = Matrem, cum pater non adest, posse impuberi filio sepulturam eligere, vivente tamen filio =.

Notandum est etiam, quod si pater, vel mater elegerit sepulturam pro filio impubere, proxime morituro, & hic postea convaluerit, & factus est pubes, non valebit electio, nisi idem eam ratam habuerit, ut declaravit Congr. Episc. & Regul. 20. Januar. 1640. teste Matheuc. Offic. Curiæ cap. 48. num. 24.

Impubes autem masculus is est, qui nondum complevit annum decimum quartum, fæmina decimum secundum, juxta L. final. Cod. quando Tutores ibi = Jubemus, quemadmodum fœminæ, post impletos duodecim annos omnimode pubescere judicentur, ita & mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimentur. ☜

29 Uxor præmortua, non electa sepultura, si maritus habet proprium sepulchrum, in ipso etiam tumulari debet, quamvis extra limites parochiæ, ubi mortua est, Sacr. Congreg. Rituum *in Senogallien. 15. Januarii 1633.*

Additio.

☞ Controversia est inter D.D. an, sicut uxor, non electa sepultura, sepelienda est in sepulchro mariti, ita etiam hic sepeliendus sit in sepulchro uxoris, & quamvis Abbas in cap. VII. de uxore num. 7. de sepult. affirmativam teneat, quæ probabilior videtur, Reiffenstuel hoc tit. §.I. num. 24. innixus Can. II. Æbron. dicitur caus. XIII. q. 2. in quo refertur, tres Patriarchas sepultos fuisse cum uxoribus suis, idest Abraham cum Sara, Isaach cum Rebecca, & Jacob cum Lia, additurque ratio, quia = Quos conjunxit unum conjugium, conjungat unum sepulchrum, quia una caro sunt, & quos Deus conjunxit, homo non separet = cum tamen jura id clare non disponant de sepultura uxoris, & ceteroquin Parochus habeat intentionem fundatam in jure, ut maritus, non electa sepultura, sepeliri debeat in sua parochia, nullatenus in præjudicium ipsius Parochi extendenda est ex paritate rationis juris dispositio.

Ulterius vir, & uxor æquiparantur dumtaxat quoad jus maritale, non quoad alia jura, puta, domicilii, fori, sepulchri &c., in quibus uxor maritum sequitur, non maritus uxorem, argumentum a pari minime valere sentiunt juris canonici Interpretes, attenta etiam contraria praxi, Maschat., Institut. Canonic. hoc titul. num. 6.

Quod autem uxor non sepelienda sit in sepulchro mariti, si inter eos non secuta fuerit copula, ut ex contrario sensu firmat hic Auctor, tenent etiam DD. cumulate relati a Lucio Ferraris Prompta Bibliotheca, verbo sepultura n. 79., qui etiam num. 80. sustinent, non esse sepeliendam in dicto sepulchro in casu divortii, & totalis separationis ob adulterium, cum tunc dici amplius nequeat de domo mariti, cujus domicilium juridice amiserit. ☜

* Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturam, sicut vir, *cap. de uxore 7. de sepult.* si vero decesserit, non electa sibi sepultura, debet sepeliri in sepulchro mariti, si inter eos sequuta sit carnalis copula, Petr. de Ubaldis, *de Canonica portione cap.* 11. *num.* 20. Aym. Cravet. *conf.* 11. *num.* 6. *vol.* 1. Bellet. *d.* §. 3. *num.* 16. Jul. Lavor. *d. cap.* 11. *num.* 131. ubi *num.* 135. ampliat, procedere etiamsi mulier accusata sit de adulterio, si pendente lite moriatur, Alex. Trentacinq. *dict. conf.* 56. *num.* 11. ubi cum Abb. *in d. cap. de uxore num.* 5. *vers. sed hic cadit pulcherima quæstio*, circa mulierem decentem, vivente viro, non electa sepultura, sic distinguit: aut adest consuetudo, & illi est standum; si non adest, subdistinguit, aut maritus sibi præparavit sepulchrum, & sic vir elegerit sepulturam pro se ipso, tunc uxor in eo sepulchro est sepelienda; sed quando non præparavit, seu vir non eligit sepulturam, quia non est compos mentis, vel est absens, vel non vult declarare, tunc uxor sepelienda est in sepulchro majorum ipsius uxoris. Mulier vero, quæ habuit plures viros, si non electa sepultura, moriatur, est sepelienda in sepultura ultimi viri, si sepulturam non elegerit, cap. III. Is, qui §. Mulier de sepul. in VI.

Additio.

☞ Referuntur hic responsa ad sequentia dubia Sac. Cong. Concilii circa validitatem electionis sepulturæ.

I. An sit valida electio sepulturæ, quam quis sive sanus, sive infirmus coram Parocho elegerit?

II. An ad validitatem electionis sepulturæ requiratur testamentum in ultima infermitate, vel sufficiat, quod eligatur antea per alium actum publicum, qui testamentum non sit?

III. An sit nulla electio sepulturæ, quando ipsa eligitur per testamentum factum in vita, & non in morte?

IV. An, qui habet Capellam suæ Familiæ cum propria sepultura, aut Capellam erexerit cum

cum sepultura propria, moriens absque sepulturæ electione, sepeliendus sit in Cathedrali?

V. An valide eligatur sepultura coram duobus testibus?

VI. An electio sepulturæ per nutus, & signa in casu, quo quis loqui non possit, sit valida?

VII. An Confratres sodalitatum, non electa sepultura, possint sepeliri in sepulchro suæ Ecclesiæ?

VIII. An electiones sepulturæ, quæ jure præsumuntur, sicut uxoris respectu mariti, filii respectu patris, eorum majorum, ac servorum respectu Dominorum, sint validæ?

IX. An, qui post mortem mandat suum corpus indui habitu Tertiariorum, sit sepeliendus in Ecclesia Regulari?

Ad quæ sub die 13. Februarii 1666, respondens, declaravit, censuit, & decrevit, ut sequitur in Neapolitana Juris funerandi lib. 25. Decretor. ejusdem Cong. pag. 29.

Ad I. Censuit, esse validam, dummodo Parochus non testetur ad proprium commodum. Ad II. Censuit, non requiri necessario testamentum; Ad III. Censuit, non esse nullam. Ad IV. Non esse sepeliendam in Cathedrali. Ad V. Esse validam. Ad VI. Esse validum, dummodo sufficienter constet de voluntate eligentis. Ad VII. Negative. Ad VIII. Censuit, quatenus electa non fuerit sepultura, uxorem in sepulchro ultimi viri sepeliendam, filios vero in sepulcro Majorum, servos autem in Parochia. Ad IX. Censuit negative; Pignatell. Tom. 1. consultat. 17.

Confratres, & Sorores paucis abhinc annis consueverunt collective, & collegialiter per publicum Instrumentum eligere sepulturæ suæ locum in aliis Ecclesiis, & signanter Regularium, in quibus ædem Sodalitates erectæ reperiuntur.

An hujusmodi electio sepulturæ collective, & collegialiter facta sustineatur in casu, de quo agitur, die 16. Maii 1682. S. Congr. Conc. respondit = Sustineri electionem sepulturæ collective factam per Confratres individualiter consentientes, & die 19. Decem. ejusd. an. reproposita hujusmodi causa, utraque parte, ore, & scriptis informante, stetit in decisis, addita clausula, Revocabiliter tamen. ☜

30 Religiosi, cum non habeant electionem sepulturæ, sepeliendi sunt in propriis Monasteriis, *cap. ult. de sepult. lib.6.* etiamsi extra claustra decedant, quia tunc, etiam Parochis inconsultis, ad eorum Ecclesias deferri debent, ut censuit Sacr. Congr. Concil. *sub die 2. Julii* 1620. nisi sint ita remoti a propriis Monasteriis, ut commode portari nequeant, quia tunc possunt eligere sepulturam, *dict. cap.ult.* Si vero in partibus sic remotis a Monasteriis moriantur, non electa sepultura, sepeliendi erunt in Ecclesia parochiali, in qua decesserint, instar sæcularium in itinere morientium, ut tenent Dyn. Anc. & Franc. *in dict. c. ult.* Sane. *in præcept. decalog. tom.1. lib. 6. c. 14. nu.4.* subdens contra gloss. *ibi* in casus positione, sepeliendos adhuc in Ecclesia parochiali, quamvis ibi sit Monasterium aliquod sui Ordinis, nisi ibi fuerint causa perpetuæ residentiæ, & *num. 5.* subdit, quod tenetur expensas factas in Monachi sepultura solvere.

Additio.

☞ Cum vero multoties contingat, quod Religiosus decedat extra claustra, qui modus tenendus sit in praxi, tam cum ejus cadaver commode deferri possit ad illius Monasterium, quam cum non possit, vel ob notabilem distantiam locorum, ut disponitur in cit. Cap. ultimo, vel ob periculum corruptionis ejusdem cadaveris, addenda hic censui jam a me tradita in Opere, cui titulus Expositio Juris Pontificii &c. Part. I. Sectione 495. pag. 324. In primo casu deferri debet ad Ecclesiam sui Ordinis, etiam Parochis inconsultis, ut respondit Cong. Conc. ad X. Dubium, inter cetera excitata a Parochis Bononiensibus 2. Julii 1620. lib.XII. Decretor. fol.45. ita tamen, ut asportatio privatim fiat sine Cruce & Processione, ut de praxi etiam Romæ servata testatur Mattheucci, Officialis curiæ, cap.XLVIII. 2. 16. Si autem fieret cum pompa, & processionaliter, consuetudo est, ut interveniat Parochus, Card. Petra ad Constit. IX. Innocentii III. Sect. unic. num. 11. tom. II.

Quocumque autem modo asportetur, monasterium nihil tenetur solvere eidem Parocho ratione funeris, licet ab eo administrata fuerint Religioso infirmo Sacramenta Viatici, & Extremæ Unctionis, ut declaravit eadem Congregatio 22. Maii 1615. Reiffenstuel hoc eodem tit. §.1. 2°19.

In secundo casu, vel Religiosus sibi non elegit sepulturam, vel elegit, ut ex hac Decretali eligere potest, si decesserit in loco valde remoto, ut Gloss. hic. Si primum, sepeliri debet in parochiali, intra cujus limites morabatur, ead. Gloss. ad hanc Decret. versu Nota primo, & cum DD. communiter, relati a Petra loc. cit. numer. 31. & quidem expensis peculii ejusdem Religiosi pro exequiis peragendis, & si eo careat, expensis monasterii, cujus erat filius, vel in quo degebat de familia, si bona in communi possideat: sin minus, gratis sepeliendus est, ut reliqui pauperes, idem Petra n. 36.

Si secundum, nulla inde oritur quæstio, quominus non debeat in ea sepeliri, quemadmodum sepeliri debent quicumque ex dispositione juris communis jus habent sibi eligendi sepulturam.

Sed hic quæri posset, quæ distantia requiratur inter locum, in quo Religiosus e vivis decessit, & locum, ubi situm est monasterium, ita ut cadaver commode, & sine periculo ad illud asportari non possit.

Cum nihil hac de re in jure cautum sit, conveniunt Doctores, id remittendum esse arbitrio viri prudentis; quamvis non desint qui asserant, remotum locum dici tantum illum, ad quem per unius diei iter cadaver transferri nequeat, Petra loc. cit. n. 31.

Neque vi citati Cap. ultimi electio sepulturæ interdicta est Religioso expulso ob delictum, cum ad hoc habeat velle, & nolle, ut satis solide tnetur laudatus Petra loc. cit. num. 36. ☜

Quando quis decedit non electa sepultura, 31 in ea sepeliendus est, in qua majores sui sepeliri consueverunt, soluta quarta parochiali, *c. He-*

bron. cap. placuit 13. *q.*2. *cap. fraternitatem de ſe-*
32 *pult. cap.* 2. *qui eod. tit. in* 6. late ad propoſitum
Lœl. Zech. *d. c.* 28. *de Paroch. n.* 17. *verſ. fallit*,
ubi tenet, quod ſi pater, & avus ſint ſepulti in
uno loco, & proavus, & tritavus in alio, ſepe-
lietur filius cum patre, & avo, ſi vero in uno
ſepulchro non ſunt plures majores, ſed in uno pa-
ter, in alio avus, ſepelietur in parochia, ubi
audit Divina. Sed credo, ſepeliendum apud ſe-
pulchrum parentum, non vero abavi, & aliorum
aſcendentium, nec apud Eccleſiam, in qua audit
Divina, quia ſepultura inter mortuos compara-
tur domicilio inter vivos, filius autem ſequitur
domicilium parentum, & non aliorum aſcenden-
tium, *L. aſſumptio ff. de munie. c. fraternitatem, de
ſepul.* & ideo ſic docent Villalob. *in ſum. p.* 2. *tr.*
31. *diffic.* 3. *n.* 4. Hier. Rod. *d. reſ.* 128. *n.* 28.
Fr. Emman. *in addit. ſum. t.* 4. *c.* 130. *n.* 12. ubi
ſe corrigit de eo, quod prius ſcripſerat *q. Regul.
t.* 3. *q.* 58. *art.* 8.

Additio.

☞ In additionibus ad ſtatutum Cleri Romani
cap. III. de Jur. eligend. ſepult. §. 7, & 8. di-
ſponitur ut =

Infantes, qui nutricibus alendi extra propriam
parochiam dantur, retinent domicilium in paro-
chia parentum, atque ad illam pertinent, licet in
aliena parochia decedant.

Patre vero orbatos, quouſque apud ipſam ma-
trem aluntur, licet in poteſtate Tutorum, non
matris exiſtant, de parochia matris, non Tuto-
rum eſſe declaramus.

Si nutricibus alendi extra propriam paro-
chiam dentur a matre, domicilium in parochia
matris, ſi vero utroque parente caruerint, do-
micilium in parochia Tutorum, non vero nutri-
cum retinere declaramus. Quod ſi nec Tutores
habeant, in parochia, in qua decedunt, tumu-
lentur. ☜

33 Sed ſi nullam ſepulturam majores ſui habeant,
tunc ſepeliendus eſt in parochia ſua, *c. ex parte,
c. In noſtra de ſepult.* Medic. *in tr. illius tit. p.* 2.
q. 6. *num.* 1. & 2. Mari Antonin. *var. reſ. l.* 1.
reſ. 112. *caſu* 59. *quarto*, ubi ſcilicet Sacramen-
ta ſuſcipit, *gloſ. in form. caſus, verſ. nota in c.* 1.
ſepult. lib. 6. Burſat *conſil* 226. *n.* 119. *vol.* 3. Bel-
let. *d.* §. 3. *n.* 19. ubi *n.* 20. ſubdit, quod eodem
modo, ſi clericus ſepulturam non habeat, neque
illam ſibi eligat, ſepeliri debet in Eccleſia, cujus
adminiſtrationem, vel curam geſſit, vel ubi re-
ſidere tenebatur, & citat Burſat. *dict. conſil.* 226.
34 *n.* 18. & 19. Jus enim ſepulturæ pendet multum
ab adminiſtratione Sacramentorum, Steph. Grat.
diſceptat. forenſ. c. 94. *n.* 74. Sanch. *de Matrim.
lib.* 3. *diſput.* 23. *num.* 17.

35 Peregrinus, ſi moriatur, dum eſt in via, ſepe-
litur in Cathedrali, ut cenſuit S. Congr. Cardi-
nal. negociis Epiſcoporum, & Regularium præ-
poſita, *ſub die* 9. *Junii* 1592.

36 Canonicus vero Eccleſiæ cathedralis an in ea ſit
ſepeliendus, vel potius in parochia, ubi habet do-
micilium, vide Lap. *alleg.* 63. *n.* 4. Archid. *in
c. ſtatutum* §. *cum vero de reſcrip. in* 6. Anchar.
conſ. 369. Pet. de Ubald. *de canonica portione, c.*
9. ex *n.* 28. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 6.
lit. P. concl. 99. *n.* 5.

Quanto autem tempore a morte Parochus te- 37
nere debeat mortuum ſuper terram, antequam ſe-
peliatur, & an ſepeliri poſſit omni die, & ho-
ra, vide Poſſevin. *de Offic. Curati, c.* 14. *n.* 1. & 2.
ubi monet, in hoc obſervandas eſſe proprii Epi-
ſcopatus Conſtitutiones, & *n.* 3. reſolvit, Paro-
chum teneri ſepelire ſuos mortuos, & gratis,
ubi ita ſit conſuetum, ac poſſe recipere ſolitum
dari, ubi eſt laudabilis conſuetudo aliquid tri-
buendi pro funere, petendo conſuetam largitionem
poſt mortuum, a ſe libere ſepultum.

Additio.

☞ In ſtatuto Cleri Romani, cap. V. in Addi-
tione ad §. XXI. ſtatuitur, cadavera defunctorum
repentina morte non ſepelienda, niſi poſt XXIV.
horas, vel etiam poſt majus tempus judicio peri-
torum. Ceterum defunctorum ex vulnere, febri,
vel alio morbo, juxta monitum Ritualis Romani,
niſi poſt XV. horas, & non exenteranda, niſi de
licentia Epiſcopi, & ex urgenti cauſa. ☜

Caveat quammaxime Parochus, ne aliquem, 38
inducat ad promittendum, aut jurandum ſe ac-
cepturum ſepulturam in ſua Eccleſia, aut quam
jam antea accepiſſet, non mutaturum, quia id
prohibitum eſt *in c.* 1. *de ſepult. l.* 6. Melch.
Phebo *Luſit. dec.* 8. *in fin.*, *t.* 1. Jul. Lavor. *var.
lucubr. t.* 2. *tit.* 2. *c.* 11. *n.* 3. cum aliis ſupra ci-
tatis, *n.* 25. Unde, ſi Parochus, dum vadit ad
infirmum communicandum, ipſum interrogat non
in genere, in qua Eccleſia vult ſepeliri, ſed in
ſpecie, dicendo, vis ſepeliri in parochia, vel in
alia Eccleſia, ipſam ſpecialiter nominando, non va-
let hæc electio tanquam facta ad ſugeſtionem, ſed
debet in genere interrogare, Burſat. *conſil.* 226.
num. 18. *volum.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi p.* 4. *reſ.*
293. *num.* 30.

Animadverſio.

☞ Percipi nequit, quare non valeat electio,
& dici debeat, factam eſſe ad ſuggeſtionem cum
hac ſimplici interrogatione = Vis ſepeliri in paro-
chia, vel in alia Eccleſia? = Cum quiſque etiam
rudis clare intelligat, verba illa nullam ſibi præſe-
ferre inductionem.

Non deſunt quidem DD. eximentes Parochum
ab incurſu pænarum inflictarum a cap. I. Anima-
rum de ſepult. in VI. & a Clementina III. Cu-
pientes §. Sane de pænis, inducentem infirmum,
vel ad immutandam ſepulturam jam electam, vel
impedientem proprium parochianum, ne eam eli-
gat in Eccleſia Regularium, potiſſimum Bonaci-
na tom. III. de excom. in particulari extra Bul-
lam Cœnæ diſput. II. q. 5. punct. 4. n. 5. ea mo-
tus ratione, quod prædictum cap. *Animarum*, &
Clementina *Cupientes* edita ſit in favorem Paro-
chorum, & quod inductum eſt in favorem alicu-
jus, in ipſius odium retorqueri non debeat. Ve-
rum Monacelli tom. IV. in ſupplement. ad III.
tom.

tom. num. 60. mordicus contrarium docet, dicens, cavendum esse a doctrina Bonacinæ, cum falsum sit, dictas Constitutiones editas fuisse in favorem Parochorum, sed præcise editas in favorem e vita decedentium, ut nempe libere quandocumque, & ubicumque eis placuisset, sepulturam eligere possent.

Quod autem Parochus impediens suos Parochianos, ne sepulturam sibi eligant in Ecclesiis Regularium, supradictas pænas incurrat expresse declaravit Cong. Concil. in Lauden. Funerum 2. Maji 1711. in responsione ad III. Dubium. ☜

39 Jus sepulturæ aliquibus casibus amittitur, & præcipue per simoniam, per occisionem Rectoris, hæresim, seu crimen læsæ majestatis, aut si vivus in ea sepeliatur, & aliis modis, de quibus Lamber. *de jurepatr. l. 3. q. 8. art. 2.* Sebast. Medic. *q. 16. n. 43.* & tunc Eccl. fit libera, si unus tantum erat dominus, qui aliquod ex illis criminibus commisit, secus si plures, quia in casu ammissionis unius, accrescit alteri, si erat sepulchrum familiare.

Excipiuntur plura hominum genera, qui ecclesiastica sepultura carent; hi enim nec in parochia, nec alibi in loco sacro sepeliri debent, cujusmodi sunt.

40 *Primo* excommunicati notorii, & denunciati, *cap. sacris, de sentent. excommun. qui eod. tit. 6. Clem. 1. de sepul.* nisi talis excommunicatus in articulo mortis pænitentiæ signa dedisset, ut declaravit S. Cong. Card. negociis Episc. & Regularium præpositorum, nam cum Joannes Baptista Mastrillus, dum excommunicatus esset, interfectus fuisset, proindeque extra Sacrum humatus, ejusdem consanguinei S. Congr. supplicarunt, quatenus, stante, quod idem Mastrillus in mortis articulo pænitentiæ signa dedisset, ejus cadaver in Sacro humari ordinaret, cumq. eadem Sacra Cong. super pænitentiæ hujusmodi signis per Episcopum informari voluisset, idem Episcopus retulit, quod prædictus Mastrillus in mortis articulo dixit, *Confessione, Madonna Santissima ajutame*, qua relatione stante, S. ead. Congreg. prædictum cadaver ecclesiasticæ sepulturæ tradi mandavit *in una Nolana sub die 19. Julii 1619.*

41 *Secundo* interdicti notorii, & denunciati, *d. Cl. 1. de sep.* Ug. *d. tr. tab. 5. c. 13. §. 4. & c. 15. §. 4.* nam generaliter per omne interdictum, sive locale, sive personale usus ecclesiasticæ sepulturæ probibetur, *c. cum, & plant. §. quod si templarii, de priv.* ubi plures citavi Doctores *in collect. num. 40.* Et de suspensis ab ingressu Ecclesiæ, *c. is, cui 20. §. talis quoque, de sentent. excom. in 6.* Galganet. *d. tit. 109. n. 36.*

42 *Tertio* publici, & manifesti usurarii, nisi alienum restituerint, vel idoneam dederint de restituendo cautionem, *c. quia de usur. cap. quamquam eod. tit. in 6.* Cov. *l. 3. var. c. 3. n. 9. vers. 12.* Galganet. *d. tit. 109. n. 37.* Possev. *ubi sup.* Sayr. *in clavi Regia l. 10. c. 5. tr. 10. n. ult.* Ugol. *de offic. Episcop. c. 17. n. 4. vers. 5.* Unde usurarios manifestos publice excommunicatos, & nominatim interdictos exhumari facere potest Episcopus, etiam de Monasteriis exemptis Regularium, & procul projici ab Ecclesia, ut innuit *Clem. 1 de sepult.* quam ad hoc cit. Hier. Rod. *d. ref. 128. num. 24.*

Quarto infideles, pagani, Judæi, hæretici, 43 etiamsi post mortem appareat de hæresi, *c. excommunicatus, §. credentes, de hæret.* ubi *in collect. n. 39.* plures citavi Doctores, Azor *instit. mor. p. 1. l. 8. c. 13. q. 8. vers. sexta*, Sanctar. *de hæresi c. 28. n. 12.*

Quinto manifesti raptores, nisi restitutione se- 44 quuta, vel alius velit pro illis restituere, *c. super eo, de raptoribus.*

Sexto decedentes in torneamentis, *c. 1. & 2.* 45 *de torneamentis*, vel in duello morientes Conc. Trid. *sess. 25. de refor. c. 19.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ verb. sepult. ul.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 410.* ubi dicit, quod nec sufficit ostendere ante obitum signa pœnitentiæ, & quavis Pereg. *de duello q. 7. n. 4.* existimaverit, privari debere ecclesiastica sepultura, qui in ipso conflictu duelli vulneratus, eodem die, vel alio postea moritur, tamen probabiliter sustineri potest, decertantem in duello privandum esse ecclesiastica sepultura, etiamsi ob vulnus in duello acceptum non statim, sed alio die moriatur, quamvis forte constet ante mortem pænitentiæ signa dedisse, ut per Sanc. *in select. disp. 36. num. 9.* Diana *resol. moral. p. 2. tr. 2. miscel. resolut. 54.* Bonac. *de censur. extra Bullam disput. 2. q. 3. puncto 48. num. 22.* ubi addit, Parochum non debere illos sepelire, nec ecclesiasticam sepulturam denegare, si non sit notorium delictum, sed rem ad Episcopum, seu ad ipsius Vicarium deferre debere.

Animadversio.

☞ Circa sepulturam denegandam decedentibus ex causa duelli, attendenda sunt sancita a Benedict. XIV. Constit. *Detestabilem* 10. Novembris 1752. §. IX. ibi = Præterea, simili motu, & auctoritate decernimus, & declaramus, sepulturæ sacræ privationem a Sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco duelli, & conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam ante sententiam Judicis, a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta Pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis, & censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, & Ordinariis locorum super hac pœna interpretandi, ac dispensandi facultate, quo ceteris documentum præbeatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ legibus obedientiam præstandi. = Insuper in eadem Constit. proscripsit sequentes propositiones sub pæna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac Papæ reservatæ, a quocumque, qui illas aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de iis, etiam disputandi gratia, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando = prohibuitque = in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini Judicii omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

Vir

Vir militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum, tamquam fur midolosus, timidus, abjectus, & ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se, suosque sustentat, privaretur, vel promotionis, alias sibi debitæ, ac promeritæ, spe perpetuo carere deberet, culpa, & pæna vacaret, sive offerat, sive acceptet duellum.

Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitandæ gratia, duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt, pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

Non incurrit ecclesiasticas pænas, ab Ecclesia contra duellantes latas, Dux, vel Officialis militiæ, acceptans duellum, ex gravi metu amissionis famæ, & officii.

Licitum est, in statu hominis naturali acceptare, & offerre duellum, ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum jactura propulsari nequit.

Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatæ, in qua nimirum, vel negligentia, vel malitia Magistratus justitia aperte denegatur. ☜

46 *Septimò*, qui semel in anno confessus non est, & in Paschate Eucharistiam non suscepit, nisi de consilio Sacerdotis prorogasset, *c. omnis utriusque sexus de Pænit. & remiss.* Ugol. *de Offic. & potest. Episc. c.* 17. *n.* 4. *vers. tertio*.

47 *Octavo* Religiosi utriusque sexus proprietarii, si moniti a Superiore absq. emendatione, & pœnitentia decesserint, *c. Monachi, de statu monachor.* Lavor. *de Jubileo p.* 2. *c.* 3. *n.* 129. ubi adducit exemplum de Justo Monacho, quem repertum proprietarium, licet postea pœnituerit, & pænitentiam fecerit, adhuc S. Greg. voluit (ad terrorem forsan aliorum) sepeliri in sterquilinio. Existimo tamen, non esse ita præcipitanter privandum ecclesiastica sepultura Religiosum inventum mortuum cum bursa denariorum, præsumi enim debet denarios non esse proprios, vel quod ex oblivione, aut negligentia alterius inibi remanserit, ut bene resolvunt Portel. & Hieron. Roderic. *locis proxime citatis*, & *nu.*2. dicit idem de Fratre Minorita; item Villal. *d. diffic.* 3. *n.*6. ubi idem docet cum Nav. & Fr. Emman. de Religioso Cartusiensi invento mortuo cum duodecim denariis, non obstante hujus Ordinis statuto, quia id debet intelligi, quando constaret per contemptum legis, vel animo majora appropriandi id fecisse.

48 *Nono* peccator quilibet notorius decedens in ipso peccato mortali, & impœnitens, nullo dato signo contritionis, *gl. verb. communicabatur in c. ex p.* 11. *de sepult.* Covar. *in cap. alma mater p.* 1. §. 6. *n.*4. Gutier. *canon. l.*2. *c.*3. *num.*2. *cum seqq.* Sanch. *in select. disp.*36. *n.*2. Petr. Nav. *de restit. l.*3. *cap.*1. *num.* 26.

49 *Decimo* occidentes se ipsos ex industria, *cap. placuit* 23. *q.*5. Cov. *l.* 2. *var. cap.* 1. *numer.* 11. Nav. *cons.* 6. alias 7. *de sepult.* Sayr. *in floribus dec. sub eod. tit. dec.* 6. Azor. *instit. mor. part.* 1. *lib.*9. *cap.*31. *q.* 5. Ugol. *d. cap.* 17. *num.* 4. *ver. item qui seipsos*, ubi excepit illum, qui se præcipitem dedit, non quod se interficeret, sed quoniam malum ipsi impendens aliter evitare non possit, ut in muliere, quæ per fenestras se projecit, ut fugeret volentes eam violare, vel ne in manus inimicorum incideret; item in eo, qui in flumen se projecit ob hujusmodi causas. Ubi tamen aliquis reperiretur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non debet privari ecclesiastica sepultura, quia ubi non constat, quod se ipsum interfecerit, vel præcipitaverit, non est præsumendum, cum potuerit per insidias, aut vim in puteum projici, vel suspendi, aut ex furore, seu mentis alienatione id facere, ita Mari Socin. *cons.* 51. *volum.* 2. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c.*61. *num.*20.

Undecimo non restituentes Ecclesiæ decimas, 50 *cap. prohibemus, de decim.* Petr. de Ubald. *de Canon. Episc. cap.*14. *num.*3. *in fine*, Spin. *in speculo testam. glos.* 2. *in princip. num.* 20. Rebuff. *de decimis qu. ult. num.* 16. Monet. *eod. tract. cap.* 8. *num.*74. & vide infra *cap.*20. §. 4. *n.*16.

Duodecimo parricida, Menoch. *de arbitr. casu* 387. 51 *per tot.*

Additio.

☞ Quidquid sit de jure civili, quod parricida ad mortem damnatus privatur sepultura, *leg.* 1. *Cod. de his qui parent. occid.* nemo de jure canonico ea privari debet, nisi expresse prohibitus sit: nullibi autem in eodem jure reperitur hæc pæna, parricidæ inflicta, si decesserit cum pænitentia.

Circa hanc quæstionem Thesaurus de *Pænis ecclesiast. verbo Parricidium* hæc habet = Quod autem dixi, hodie parricidam non censeri privatum ecclesiastica sepultura, intelligas de privatione illa, quæ ipso jure infertur; non autem de ea, quæ sequitur ad sententiam judicis condemnatoriam ad ultimum supplicium execuutam: etenim cadavera hujusmodi damnatorum non possunt a quoquam tolli de patibulis, v. g. de furca, & sepulturæ mandari, nisi cum licentia Principis (quam tamen licentiam Princeps facile concedere deberet) *per leg.* 1. *ff. de Cadav. pænit. & leg. final. Cod. eod. tit.*.... Et jus canonicum, dicens, cadaveribus hujusmodi reorum concedi ecclesiasticam sepulturam, intelligitur, si adsit licentia Principis, ita gloss. in Clem. I. Verbo pænitentiæ, de pænit. = ☜

Decimotertio publice blasphemantes Deum, si 52 pœnitentiam eis injunctam non egerint, *cap.*2. *in fine, de maled.* Possev. *d. loco* Ugol. *d. cap.* 17. *n.*4. *vers.* 6.

Decimoquarto clericus notorie concubinarius vi- 53 vens, & sic perseverans usque ad mortem sine pœnitentia, iste enim non est cum aliis fidelibus sepeliendus, ut per text. *in cap. quæsitum, & in cap. quibus* 13. *q.* 2. *& in cap. placuit in fine* 23. *qu.*5. docent Turrec. *in cap. præt.*6. *dist.*32. Nav. *in man. cap.* 25. *num.* 8. mirum in modum commendans, notansque contra eos, qui cum supremæ vitæ diem agunt concubinarii, candelam tenendam concubinæ tradunt, prosequitur eleganter Paul. Comitol. *respon. moral. l.*1. *q.*58. Si Parochi supradictos a jure sepulturæ privatos apud locum sacrum

sacrum sepellerit, peccant mortaliter, & tenentur restituere funus, etiam a multo tempore sepultum, si petatur, & quicquid ratione illius perceperunt, excepta quarta funerali, ita glos. per text. *ibi in cap. cum liberum, de sepult.* Fr. Emman. *q. Regul. tom.3. q.61. art.3. & in add. sum. tom.4. cap.131. num.6.* Suar. *de cens. disp.23. sect.5. num.* 2. Villalob. *d. diffic. 3. n. 13.* Hieron. Roderic. *dict. resolut.*128. *n.*23.

54 Nota, quod legatum factum Ecclesiæ pro sepultura adhuc ei debetur, etiamsi testator ob culpam suam sepultura privaretur, Philiarch. *p. 2. l.6. cap. 21. concl.4.* Galet. *in margarita casuum conf. verb. legatum factum Ecclesiæ*.

55 Caveant Parochi, ne propter jus sepulturæ minime solutum cadaver exhumatum retineatur, cum enim Sac. Congregat. innotovisset per Episcopum Cotronien. ne cujusdam Leonoræ Forestæ cadaver occasione juris sepulturæ humaretur, prohibitum fuisse, Sac. eadem Congr. prædicto Episcopo literas injungi mandavit, ut statim atque easdem receperit, prænominatum cadaver sepulturæ tradi faciat, cum nulla ratione patiatur christianæque pietati repugnans videatur, maxime vero ob pecuniarum interesse, cadaver insepultum remanere. Nec etiam sub quovis prætextu compositionis quartæ funeralis sepultura mortuorum retardari, aut impediri debet, ut eadem S. Congr. censuit *in Cassan. 5. Maii 1617.*

56 Supradictis igitur tantummodo exceptis, aliis sepultura negari non debet, & quia ea concessa, conceditur quoque delatio murtui processionaliter, ut Oldr. *cons.* 225. *n.* 13. & 14. Sebast. Medices *de sepul. p. 2. q. 7.* Card. Tusch. *lit. A. concl. 76. n. 9. &* 10. Ego ipse *in collect. ad c. accessorium n. 3. de Reg. Juris l. 6.* ideo videndum quæ sint partes Parochi in sepeliendis defunctis, & eorum funeribus ducendis.

Nam licet pompa funeralis non sit de necessitate sepulturæ, ut inquit S. August. *de Civitate Dei.*, sepulchrorum memoria, sumptusque funeris magis vivorum est consolatio, quam defuncturum utilitas, & Ambros. *in serm. Quid profuit, inquit, sepulchrorum superbia, damna sunt potius viventium, quam subsidia mortuorum*. Et S. Greg. ut habetur *in c. animæ 13. q. 2.* ait, *curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum*, cum aliis adductis per Cassan. *in catal. gloriæ mundi p. 2. consil. d. 6.* Nihilominus tamen, cum hæc fiant jam ex consuetudine pro cujusque personæ qualitate, ideo Parochus indutus superpeliceo, & stola nigri coloris pro consuetudine, aut si videbitur ratione loci, vel personæ, alioquin sine eo cum suo clerico, cum aliis Presbyteris, & clericis, qui adfuerint, præcedente Cruce illius Eccl. ad quam corpus portandum est, cum ad domum defuncti pervenerit, ipse solus cum clerico deferente vas aquæ benedictæ, ingreditur locum, ubi defunctus jacet, quem prius aqua benedicta aspergit, deinde linteo corpus defertur in feretrum, ordinatur processio, præcedunt Confraternitates laicales, tum deferens Crucem, & sequitur Clerus regularis, & sæcularis per ordinem, ac ultimo loco Parochus, ut supra indutus, qui incipit Resp. *Subvenite Sancti Dei*, &c.

Defunctorum corpora si deponantur in parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ parochiali, exceptis juribus parochialibus, S. Cong. Rit. *in Placentina 23. Martii 1619.* cujus memini *in collectione Bullarii verb. defunctus 3.* Possunt tamen directe deferri ad Ecclesiam, in qua sepelienda sunt, non obstante consuetudine, quod prius deferantur ad Ecclesiam matricem, dummodo Curato solvantur jura sepulturæ, & emolumenta solita, ead. S. Congr. *in Umbriaticen. 25. Febr. 1606. & in Polignanen. 21. Maii 1618.*

Defunctorum hæredes pro defuncto ad sepul- 57
turam associando numerum Sacerdotum sibi bene
visum convocare possunt, & numerum ceræ, si-
bi bene visum ad cadaver sepulturæ associandum,
quolibet contrario prætextu per Parochum dedu-
cto non obstante, subministrare valent, ut re-
spondit S. Cong. *Episcop. & Reg. negociis præposi-*
ta in d. Cassan. 5. Maii 1617. & tunc destinatos 58
clericos ab eis, & non alios vocare debebit Pa-
rochus, ut censuit S. Congr. Rit. *in Lauden. 20.*
Augusti 1601. Ju: Sanc. *in select. disp. 47. n. 24.*
Si vero dicti hæredes nullos destinaverint, tunc, 59
& eo casu jus convocandi alios Sacerdotes pro
obeundis funeribus Parocho competet, Rot. *in*
Alexandrina funeralium 1. Julii 1630. coram R.
P. D. Merlino, & ideo dicta S. Cong. Rit. *in una*
Ferrar. 7. Sept 1667. censuit, Parochum posse ad 60
libitum vocare ad funus clericos, quos voluerit,
nec cogitur vocare viciniores, nisi aliter dispo-
nant hæredes defuncti, quorum voluntas est ser-
vanda.

Confraternitates non possunt accedere ad fune- 61
ralia mortuorum, nisi specialiter, & expresse
vocentur, ut fuit decisum a S. Cong. Rit. *in Bo-*
nonien. 9. Decem. 1617. Et quando accedunt, in
actu associationis cadaverum nullo modo pos-
sunt erigere Crucem, ead. S. Cong. *in Andrien.*
22. Novem. 1631. ad 2.

Proprius Parochus nullatenus excludendus, 62
quamvis ad sepeliendum cadaver Regulares dum-
taxat a defuncto accersiri jubeantur, ut fuit re-
solutum a S. Cong. negociis Episcop. & Regul.
præposita, *in una Montis Pilosi de anno 1581.*

Vocati omnes ad funus debent convenire ad 63
parochialem defuncti, ut censuit S. Congr. Rit.
in d. Bononien. 9. Decemb. 1617. & in Tropien.16.
Februarii 1631. refert, me citato in hoc loco Le-
zana *in sum q. Regulam t. c. 12. n. 41. vers. ad4.* Vel
ad aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem,
& nullo modo permittendum expectari per vias,
vel ad domum defuncti, non obstante contraria
consuetudine expectandi per vias, vel ad domum
defuncti, ead. S. Congr. Rit. *in Telesina 12. Fe-*
bruarii 1633.

Unde Regulares vocati ad sepeliendos mortuos 64
etiam in eorum propria Ecclesia, debent acce-
dere ad Ecclesias, ex quibus cadavera amoven-
tur, & inde cum clero sæculari discedere, non
autem expectare extra januam Ecclesiæ, & aliia
se postea associare, prout fuit resolutum per S.
Congr. negociis Episcoporum, & Regularium
præpositam, *in Viglevanen. 13. Novembris 1600.*
Regulares enim vocati ad funus convenire debent
in pa-

in parochiali, aut in alia Ecclesia, juxta loci consuetudinem, & nullo modo expectare per vias, aut ire ad domum defuncti, eadem Congr. Rituum *in Liman.* 15. *Decembris* 1632.

65 Debent enim Fratres, cum ad aliquod funus convocari contigerit, ad parochialem Ecclesiam accedere, & eainde cum Parocho ad domum, ex qua cadaver extrahendum est, se conferre debent; casu autem, quo dictum cadaver in aliqua Ecclesia deponi contingat, ad eandem Ecclesiam, ubi depositum erit, convenire debent, ut censuit eadem S. Cong. *in Senogallien.* 26. *Augusti* 1616.

66 Levare autem de domo cadavera, irrequisito proprio Parocho, non licet Regularibus, & Presbyteris saecularibus, ut videtur sentire S. Cong. Rit. *in Thelesina* 18. *Augusti* 162 , cum censuit, cadavera decedentium iu parochia, ad cujus Ecclesiam Capitulum Cathedralis translatum est, non posse levari per ipsum Capitulum, seu Canonicos cathedralis Ecclesiae, nisi requisito Parocho dictae Ecclesiae, & expressius ead. S. Congr. *Andrien.* 29. *Novemb.* 1631. *ad* 1. & tenet Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 17. *n* 3. Steph. Grat. r. 3.
67 *c.* 49a. *a n.* 39. Nec Religiosi possunt cum Cruce intrare parochias ad levanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi praemonito prius, & requisito Parocho, ut resolvunt Villal. *in sum. p.* 2. *tr.* 31. *diffic.* 5. *n.* 3. Grat. *d. c.* 49a. *a n.* 45. Hier. Roder. *in comp. q. Regul. ref.* 109. *n.* 7. Leaana *in sum. q. Regul. c.* 10. *n.* 18. Unde S. Cong. Rit. *in Squilacen.* 18. *Novemb.* 1606. censuit, Curatos, in quorum parochia defunctus obiit, & non Regulares, ad quorum Ecclesiam defnnctus portatur, debere benedicere corpus defuncti.

68 Regulares vero extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri, Parochis inconsultis, ut declaravit S. Cong. Conc. *sub die* 2. *Julii* 1620. referente Laurentio dell'Peyrinis *in Constitutiones sui Ordinis Minimorum*, *tom.* 2. *Const.* 7. *Pii V. n.* 13. *vers. ad* 10. *pag.* 194. & cit. in hoc loco Leaana *c.* 12. *n.* 41. *vers. ad* 10. nec id eisdem Regularibus prohiberi potest sub praetextu, quod debeant prius jus sepulturae solvere, quia ab hujusmodi praetensionibus Parochos abstinere debere mandavit S. Cong. negociis Episcoporum, & Regul. praeposita *in Puteolana* 22. *Maii* 1615.

☞ Vide Additionem post. n. 30. pag. 275. ☜

Fuit tamen dubitatum in dicta sacra Congreg. Conc. *sub illa die* 2. *Julii* 1620. an quando moritur aliquis superior Religiosorum, vel Magister, aut Cathedraticus, possint Regulares corpus illius portare per Civitatem, per plateas, & alias parochias cum musica, & ritibus extraordinariis, aut illi imponere Pluviale, sine interventu Parochi; & rescripsit Cardinali Ludovisio Archiepisc. Bononiensi, non posse, ut refert Lezana in *sum. q. Reg. c.* 12. *n.* 41. *vers. ad* 11.

69 Eodem modo Tertiarii, si qualitatibus *in Bulla fel. record. Leonis X.* praescriptis sint praediti, videlicet si viri collegialiter, aut claustraliter vivant, mulieres vero virginalem, vel caelibem, aut castam vidualem sub expresso voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, possunt, & debent, etiam invito, ac minime requisito Paroc. in Fratrum Ecclesiis sepeliri, secus vero si supradictis qualitatibus careant, ut fuit resolutum ab ead. S. Congr. *in Nepesina* 11. *Dec.* 1615. *ad* 1.

Additio.

☞ Circa Constitutiones Leonis X. *Dum intra*, & *Nuper* quoad privilegia Tertiariorum, & Tertiariarum videnda est derogatio facta a S. Pio V. & Gregorio XIII. relata a Benedicto XIV. Institutione Ecclesiast. CV., & in Instructione edita a Cong. de Propaganda Fide, approbata a Clemente XIII. 16. Januarii 1763., in qua tamen derogatione praeservatur facultas eosdem sepeliendi in Ecclesiis Regularium, quorum sunt Tertiarii, & Tertiariae.

Quando autem sepeliri possint, & debeant in dictis Ecclesiis etiam Tertiariae, non in commune viventes, sed privatim in earum aedibus, hic transcribitur, quod ex sensu ejusdem Ben. XIV. legitur in cit. Instruction. 6. *Haec omnia* ibi = Praeterea, si contingat ... ex praedictis Tertiariis sine sepulturae electione ... decedere, eas sic decedentes, ita demum in Ecclesiis Ordinis, cujus habitum assumpserunt, sepeliri debeant, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur; sin minus, in Ecclesiis parochialibus sepeliendas esse decernit. Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate, ad id a S. Sede Apostolica suffultis (Cappuccinis exceptis) libere mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere; non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probatae vitae, ac bonis moribus praeditas, aa saltem in aetate quadraginta annorum constitutas, quae de proprio habeant, unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quam consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de praedictis, praevio examine diligenti, sibi constiterit. ☜

Sed ubi defunctorum cadavera in alterius paro 70
chia existerent, & in Ecclesiis Fratrum sepeliri debeant, prius in Ecclesiam parochialem ad benedictionem, ac ultimum vale a Parocho recipiendum deferenda sunt. Sed si Parochus ab eisdem Fratribus monitus, requisitus, & expectatus venire recuset, tunc ipsi Fratres poterunt cadavera hujusmodi ab aedibus, ubi fuerint, ad suas Ecclesias recto tramite deferre, ipso Parocho etiam invito, eadem S. Cong. *in d. Nepesina ad* 4.

Mortui enim sepeliri possunt in Ecclesia, in 71
qua sepulturam elegerunt, sine praesentia Parochi, si ipse requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget, S. Cong. Rit. *in Capuana* 22. *Decembris* 1629.

Si autem deponantur in parochiali, ut inde 72
transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiae parochiali, exceptis juribus parochialibus ex Sacra Cong. Rit. *in Placentina* 23. *Mart.* 1619.

Suscipientes habitum a Guardiano, vel ab alio, 73
cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes, in Ecclesiis ejusdem Ordinis ecclesiasticae sepul-

sepulturæ sunt tradendi, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmovit eorum cadavera, ut censuit S. Congreg. *in d. Nepesina 11 Decembris 1615. ad* 2.

74 Ad Parochum spectat declarare, per quam viam sit exportandus defunctus, & omnia necessaria usque ad januam Ecclesiæ Regularium, ubi sepeliendus est, S. Cong. negociis Episcoporum, & Regularium præposita. *In Castellanaten.*
75 *3. Jan.* 1594. Et ita tenetur usque ad eandem januam funerale ducere, & prosequi, eadem Sac. Cong. in *Brixien.* 18. *Junii* 1591. *& in Nicoteren. 4. Junii* 1615.

76 Parochus sæcularis sicut defert stolam in propria parochia, & in parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Ecclesia sepelitur, ita Parochus Regularis in eodem casu, & eodem tempore poterit stolam deferre, non solum in propria parochia, sed etiam in parochia defuncti, ita S. Congr. Rit. *sub die ult. Septembris* 1628.
77 nam Parochus Monachus ita potest cum stola ingredi parochiam sæcularium, sicut sæcularis Parochus Monachorum parochiam ingredi valet, S. Cong. *in Ascul.* 20. *Januarii* 1629.

78 In funeralibus est deferenda unica tantum Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, S. Congr. Rit. *in Baren. terræ Medungi* 2. *Augusti* 1631. postquam sequi debent immediate personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundum antianitatem, ut censuit S. Congr. Rit. in *Narnien.* 30. *Septembris* 1614. *& in Andrien.* 22. *Novembris* 1631. *ad* 3. ubi intelligit, dummodo non interveniat capitulum Cathedralis, sub qua omnes funus associantes incedere debent, & hinc Curatus, & Sacrista Cathedralis, etiam quod sint amovibiles, quando intervenit Capitulum dictæ Cathedralis, debent præcedere proprio Parocho defuncti, eadem S. Congreg. Rituum *in Pisauren.* 22. *Martii* 1631.

79 Crux propriæ parochiæ defuncti deferenda est in funeralibus, non autem Crux antiquæ parochiæ, ex qua dismembrata fuit parochia nova, de qua est defunctus, & vocati ad funus in eadem propria parochia debent convenire S. Congr. Rit. *in nullius Provinciæ Baren.* 22. *Martii* 1631.

Animadversio.

☞ Ex decreto Cong. Conc. sub die 13. Augusti 1718. in Tudertina Funerum, ut tom I. Resolut. d. Cong. pag. 98. & sub die 20. Feb. 1723. in Albanen. Funerum tom. II. pag. 280. ad Crucem Parochi non est amplius apponendum sudariolum, quo alicubi teguntur manus defunctorum, cum ad Ecclesiam deferuntur, nec ab hæredibus Parocho consignandum, neque est comprehensum sub quarta funerali. ☜

80 Parochi defunctorum in Regularium Ecclesiis humandorum corpora usque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere possunt, absque tamen eo quod in officio decantando ullatenus se intromittant, S. Cong. negociis Episcop. & Regular. præposita *in Nicoteren. 6. Julii* 1615. Possunt enim iidem Parochi omnia officia circa corpus defuncti, qui sepeliendus est in Ecclesia Regularium, vel in alia, domi, & per viam facere; post quam vero cadaver fuerit collocatum intus Ecclesiam, debet Parochus recedere, & officium facere debent ipsi Regulares, vel Parochus Ecclesiæ, S. Congr. Rit. *in Eugubina* 12. *Maii*, *& 5. Julii* 1614. *& in Placentina*, *& Licien.* 23. *Maii* 1619. *& in Catan. civitatis Platia* 12. *Octobris* 1619.

Officium facere super cadaveribus pertinet ad Parochum, intra limites cujus parochiæ adest Ecclesia, in qua cadaver tumulatur, non autem ad Sacerdotes talis Ecclesiæ, & ita responsum fuit a S. Congreg. Rituum in causa defunctorum, qui sepeliuntur in Ecclesia S. Celsi Mediolanen. *sub die* 29. *Novembris* 1632. Et in tantum verum est, Parochum debere facere officium supra corpus defuncti, ut procedat, etiamsi adsint Canonici in sua parochiali Ecclesia, S. Cong. Rit. *in Ostien. Ceren.* 28. *Ap.* 1607. *& in Prænest. Cannar.* 18. *Augusti* 1610.

Animadversio.

☞ Circa officium peragendum a Parocho super cadavere illius parochiani, qui sepelitur in Ecclesia sita intra limites parochiæ attendenda sunt tradita a Bened. XIV. Institut. Ecclesiast. CV. §. VI. num. 108. & jam transcripta pag. 7. post n. 26. ☜

Circa officium funebre faciendum a Parocho super cadaveribus sepeliendis in Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum, attendendum est responsum Cong. Rituum Urbis, & Orbis ad dub. XX. inter alia, quæ jam addita habes post cap. XII. pag. 111. ☜

Nam Clerus sæcularis, postquam Christifidelium cadavera in Fratrum Religiosorum Ecclesiis sepelienda associaverit, in eisdem Ecclesiis super hujusmodi cadaveribus officium Defunctorum, Psalmos, Responsoria, aliasve preces, vel Orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxat hæc omnia peragenda sunt, eadem S. Congreg. Episcop. & Regularium negociis præposita *in Turritana* 24. *Novembris* 1617. 81

Officium enim in tumulandis cadaveribus in Ecclesiis Regularium non per Parochum, seu alios Presbyteros sæculares, sed per eosdemmet Regulares fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine, ut censuit S. Cong. Rit. *in Eugubina* 12. *Martii* 1612. *& 5. Julii* 1614. *& in Placentina*, *& Licen* 23. *Martii* 1619. *& in Catanien. Civitatis Platia* 12. *Octobris ejusdem anni*, *& in Sulmonen.* 8. *Aug.* 1629. *& in Andrien.* 12. *Febr. & 2. Mart. ejusdem anni*, & novissime 5. *Julii* 1631. ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Cardinalis S. Georgii respondit, immemorabilem per Capitulum Andrien. prætensam non esse probatam, & Officium super cadaveribus in Ecclesia S. Mariæ veteris Ordinis Fratrum Minorum de Observantia ad ipsos spectare, non obstante consuetudine immemorabili allegata, de qua consuetudine immemorabili, an sit sufficiens, late Gratian. *disceptation forens. tom.* 3. *cap.* 492. 82

Animadversio.

☞ Firmata hic ab Auctore a num. 80. usque ad nu. 82. sunt in viridi observantia, quod nempe Parochi associantes cadavera suorum parochiannrum in Ecclesijs Regularium tumulandorum ingredi nequeunt easdem Ecclesias cum stola , & Cruce , non obstante Constitutione Benedicti XIII. *Pretiosus* , in qua hujusmodi ingressus illis indulgetur . Quandoquidem dicta Constitutio redacta fuit ad terminos Juris communis, Concil. Trident. & Apostolicarum Constitutionum a Clemente XII. Constit. *Romanus Pontifex* . Quod autem prædictæ Benedicti Constitutionis nulla habenda sit ratio, patet ex posteriore Rotæ Decis. coram Reaonico, postea Summo Pontifice, *in Valentina Funerum 7. Dec.* 1731. §. 4. *& seqq.* inter impressas *Decis.* 30. n. 2. *& plur. seq.* ibi = Ubi agitur de cadaveribus tumulandis in Ecclesia Regularium ratione exemptionis , qua ipsi fere omnes peculiari Sedis Apostolicæ beneficio fruuntur in suis Ecclesiis , & Monasteriis , quamvis intra limites parochiæ positis , Rector pastorali jurisdictione, & præeminentia tam actu , quam habitu adeo est destitutus , ut si velit in associatione cadaverum cum stola , & Cruce per dictas Ecclesias incedere , vel exequias ecclesiastico ritu celebrare, vel alios quoscumque actus ab officio , & potestate parochiali simili modo dependentes ibidem exercere , positivam Juris resistentiam potius habere dicatur , sitque omnino excludendus &c. sed teneatur terminare preces associatorias ante Januam Ecclesiæ , ibique benedicere , & dare ultimum vale =

Item ex altera Decisione ejusdem Rotæ coram Aldrovando 12. Januarii 1733. Terræ Joviæ in Baren. Juris tumulandi, bis verbis expressa = Archipresbyter , seu Vicarius Curatus Capituli , sive etiam Parochus associans cadavera sepulturæ tradenda in Ecclesia Regularium tenetur illa dimittere ad fores earumdem Ecclesiarum , ibique ultimam vale ipsis dicere , ultimamque impertiri benedictionem &c. absque eo quod usurpare sibi possit ingressum in easdem Ecclesias , minusque ullum jus in ipsis peragendi exequias , aliasque funebres functiones , quarum libera facultas residet penes Regulares , in quorum Ecclesiis sepulturæ sunt tradenda eadem cadavera =

Excludi tamen nequibunt ab hujusmodi ingressu , si declarent = expeditum , ac privativum exercitium functionum funebrium illis (idest Ecclesiis Regularium) relicturos , ac insuper oblata conditione dimittendi propriam Crucem , quæ ingressum præfatum longe faciliorem reddit , removetque obstaculum tam sacrarum Congregationum , quam sacræ Rotæ obsistentium hujusmodi ingressui , quæ intelligendæ sunt in casu ingressus cum Cruce elevata, secus ea inclinata = Sunt verba Rotæ in Milevitana Funerum super ingressu in Ecclesias Regularium 23. Novem. 1744. §. 3. coram clar. mem. Millino = Adeatur Pignatel. *Consult. Canon. Tom. III. Consult.* 48. *fere per tot.* & novissime Gaudentius a Janua de Visit. Prælat. Regul. Tom. II. Sect. 3. num. 30. & seqq.

Excludi insuper nequibunt, si ipsis faverit consuetudo præfatas Ecclesias ingrediendi cum stola & Cruce elevata , ut declaravit Cong. Conc. in Viglevanen. Funerum 17. Junii 1744. proposito enim ipsi sequenti dubio = An occasione associationis dictorum cadaverum ad dictam Ecclesiam S. Bernardini , liceat Præposito accedenti tam cum Clero , quam sine Clero ingredi ejusdem januam cum Stola , Pluviali , & Cruce elevata in casu &c. = probataque a Præposito antiqua consuetudine sibi favorabile, respondit = Affirmative = ut videre est in Tom. XII. pag. 94. & Tom. XIII. pag. 134. Resolut. ejusdem Cong.

Circa autem hanc consuetudinem, licet Rota in dicta Valentina loc. cit. senserit , necessariam esse immemorabilem , tamen = Non immerito , (ut animadvertit Auctor Addictionum ad Lucium Ferraris , Prompta Bibliotheca , verb. Parochus post art. III. num. 9.) dubitari de hac opinione potest : idque quia Regulares nituntur tantummodo privilegiis exemptionis , & non dispositioni Juris communis , contra vero Parochi pro se habeant assistentiam juris communis ; immemorabilis autem , vel centenaria , vel quadragenaria cum titulo colorato nunquam requiritur, tunc, cum agitur adversus eos , qui non dispositioni juris communis , sed privilegiis nituntur ; præsertim si præscribentes habeant pro se juris communis assistentiam = ☜

Parochi non debent plus recipere pro tumulan- 83
dis cadaveribus exterorum, quam civium, S. Cong. Conc. *sub die 27. Maii* 1617. immo pauperum cadavera gratis sepelire debent S. Cong. *Episcop. in Cassan. 5. Maii* 1617. & admonet Jo: Sanc. *select. disp. 47. n. 18.* his verbis . *Si autem defunctus pauper sit , noscas , tibi non licere pretium exigere , quod tibi onus videatur , subit idem etiam corporalis medicus , advocatus , & alii ; potius ergo tu , qui munere superas . Nec fidas hoc in totum a Virecurato agendum , iste enim , quia pauper , strictius forte pauperem , & viduam premet : per temetipsum si feceris , exemplum dabis , nec jussisset sat esse putes , &c.*

C A P. X X V I I.

De Primitiis .

S U M M A R I U M .

1 *Primitiæ dicuntur , quasi primi fructus terræ eo anno collecti .*

2 *Primitiæ sunt res, per quas initia, seu primitiva frugum in recognitionem divini beneficii Deo Creatori rependuntur .*

3 *Primitiæ non solum dabantur ab hominibus in veteri lege , sed etiam a Gentilibus .*

4 *Primitiæ ex sua origine videntur esse de consilio , non de præcepto .*

5 *Ingratitudo contra Deum inducitur ex consuetudine non dandi illi primitias de frugibus terræ , qui abundanter nobis dona concedit .*

6 *Primitiæ debentur de præcepto , ubi extat consuetudo illas dandi .*

7 Pri-

7 *Primitiæ quantitas, non est determinata in jure, ideo consuetudini standum est.*
8 *Primitiæ debent solvi illi parochiæ, in qua prædia existunt, si consuetudo non sit in contrarium.*
9 *Primitiæ sunt onus prædiale, non personale.*
10 *Clerici, qui terras colunt, tenentur solvere primitias.*
11 *Regularibus non prohibetur recipere triticum, & uvas, ac similia, antequam Parochus receperit Primitias.*

☞ *Vide Additionem.*

1 PRimitiæ dicuntur quasi primi fructus terræ eo anno collecti; quia dantur primæ res, ut
2 advertit Sylvest. *in Sum. verb. decima n. 1. in fine* Azor. *instit. mor. p. 1. l. 7. c. 27. q. 1.* Sunt res, per quas initia, seu primitiva frugum in recognitionem divini beneficii, quo jucundissimos terræ fructus suscipimus, Deo tanquam Creatori, & datori illorum rependuntur, quasi damus Domino quod ab eo accepimus, & ideo merito primum, & optimam damus horum bonorum primo, & optimo Auctori. De his primitiis loquitur *Exod. cap. 20.* ibi *Decimas, & primitias non retardabis reddere* &c. 23. *primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui*, &c. c. 26. *primitias ab omni homine* &c. & *Deum*, c.29. ibi. *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias*, & c. 18. *Omnes primitias*, &c. & de his agit tex. *in c. decimas,*
3 *vers. oportet autem*, 16. q.7. Quæ non solum dabantur ab hominibus in veteri lege, ut a populo Dei, sed etiam a Gentilibus, & Romani non gustabant vina, aut novas fruges, priusquam Sacerdotes primitias libassent, ut referunt Alex. ab Alex. *dierum genial. l.5. cap.18.* Plin. *lib.18. c.2.* Et Athenienses Apolini dabant primitias crinium, cum ex ephebis excessissent, ad exemplum Thesei, qui post suam pueritiam primas comas, quas primo totondit Phœbo, & Æsculapio, aut Libero in primitias obtulit.

4 Quamvis videatur primitias ex sua origine esse voluntarias, non necessarias, & sic de consilio, non de præcepto; Deus enim illas non vult, nisi sponte oblatas, ut legitur *Exod. cap. 25.* ubi Dominus loquens Moysi, dixit: *Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias ab omni homine, qui*
5 *offeret ultroneus, accipietis eas*: tamen dicendum, quod ex consuetudine non dandi primitias Deo de frugibus terræ inducitur ingratitudo contra Deum, qui abundanter nobis dona concedit, Rebuff. *de decim. q. 1. num. 21.* Unde, ne ejus benignitatis obliti videamur, tales primitias sic de jure naturæ solvere tenemur, ut benefacienti benefacere debeamus, *c. Christianis 11. q.2.* & vox Dei talem datorem dilexisse ostenditur, *c. quia tua 12. q. 1.* nam primitiæ ejusdem juris divini esse videntur, cujus sunt decimæ, ut patet ex *c. revertimini in princ.* ibi, *in decimis, & primitiis*, 16. qu.1. & probat glos. *verb. & primitias in cap. Ecclesias 13. qu. 1.* Gutier. *Canon. l.2. cap.21. nu-*
6 *mer. 6.* Ubi igitur extat consuetudo illas dandi, tunc etiam debentur de præcepto, Hier. Carat. *in opusculo de juribus Paroch. tit. 4. cap.3.* ubi c.4.
7 dicit, quod quantitas non repetitur determinata in libris Moysis, sed S. Hier. *super Ezech.* dicit, quod ex majorum traditione inductum fuit, ut major pars primitiarum esset quadragesima, minor sexagesima, & erat in arbitrio solventis dare majorem, vel minorem partem de fructibus terræ: de animalibus autem debebant tantum primogenituram, quamvis alii dicant, quod de ducentis daretur unum, & qui tot animalia non habebat, dabat æstimationem pro pretio, alii quod de centesimo numero daretur unum, sed in hoc, cum nihil sit determinatum in jure, standum est consuetudini; quod etiam advertit Azor. *dict. cap. 27. q. 4.* & sic ex determinatione Ecclesiæ homines hodie obligantur, ut primitias solvant secundum patriæ consuetudinem, *lib. 4. tit. 19. p. 1.* Gutier. *d. lib.2. canon. cap.21. n.11.*

Post aliquas hujus tractatus impressiones vidi novissime Theodos. de Rubeis *in singularibus, Rotæ tom.2. p.3. verb.* S. Thomas, *pag.229.* ubi ait, quod licet S. Thom. 2.2. *q.86. art.ult.* velit, primitias non esse de necessitate solvendas, nihilominus Rota coram Achil. *decis. 507.* alias 3. *de decim. incip. in eadem*, tenet istam opinionem juribus non subsistere, quia licet libertas sit forte quoad quantitatem, non quoad necessitatem solvendi.

Solvi autem primitiæ debent illi parochiæ, in 8
qua prædia existunt, si consuetudo non sit in contrarium, ut per Rebuff. de decim. *q. 1. a nu. 16.* Azor. *d. cap.27. q.7.* Ludov. Beja *respons. casuum consc. p. 1. cas. 52. vers. his prænotatis*, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 5. lib. 4. c. 2. num.4.* ubi reddit rationem, quia primitiæ sunt 9
onus prædiale, non personale; offeruntur enim Deo pro recognitione dominii naturalis, quod habet in omnes fructus terræ, & *num.5.* post Navar. Fr. Emman. & alios, subdit, Clericos, qui 10
terras colunt, teneri solvere primitias.

Dubitatum fuit in S. Congr. Conc. *in una Bononien. sub die 2. Julii 1620.* an Regulares possent 11
recipere triticum, uvas, ligna, & similia antequam Parochus receperit suas primitias, & respondit, non esse id prohibitum Regularibus, prout refert Lezana *in sum. qu. Reg. cap.12. nu. 41. vers. 30.*

Additio.

☞ Quidquid sit de Primitiis ex antiquo jure dari solitis, certum est hodie ubique fere locorum abrogatas esse, exceptis duobus casibus, in quibus adhuc debentur. I. nempe si Parochorum facultates adeo angustæ sint, ut congruæ ipsorum substentationi non sufficiant, & tunc nedum jure humano, sed etiam divino dari debent. II. si ex usu longævo solvi adhuc alicubi consueverunt, DD. communiter ex fere universali praxi. ☜

CAP. XXVIII.

De Decimis.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ sunt res, quæ Ecclesiarum ministris ratione ministerii Sacramentorum persolvuntur.*

2 De-

2 *Decima definiri solet, ut sit omnium bonorum licita quæsitorum quota pars Deo, ejusque ministris divina institutione, humana vero constitutione dictante, etiam naturali ratione debita.*

3 *Decimæ, prout in jure consistunt, sunt jus spirituale, seu spiritualibus annexum dependenter.*

4 *Decima potius, quam vigesima, vel alia quota electa fuit a Dominio; quia denarius numerus erat primus terminus numerorum, cum ultra eum non procedatur, nisi iteretur.*

5 *Decimæ duplici modo considerantur, vel respectu congruæ sustentationis, vel habito respectu ad quotam.*

6 *Decimæ, respectu congruæ sustentationis non solum humano, sed etiam ex jure divino positivo, & naturali debitæ sunt.*

7 *Decimæ, non habito respectu ad congruam, solummodo jure humano debitæ sunt.*

8 *Leges tam cæremoniales, quam judiciales, evangelica lege lata, cessarunt.*

* *Consuetudine, vel usu longissimi temporis an præscribantur, & requiratur liberatio a solutione decimarum, quæ debentur Ecclesiæ Ibid.*

9 *Decimæ aliæ prædiales, aliæ personales appellantur: priores debentur ex fructibus prædiorum; posteriores ex fructibus, hominis industria, & ministerio quæsitis.*

10 *Decimæ prædiales ex lege veteri debebantur, & percipiebantur: personales vero, licet olim possent solvi, non tamen erant in oblatione.*

11 *Decimæ tam prædiales, quam personales, stante congrua sustentatione, pro temporum, locorum, & personarum qualitate, mutationem recipere possunt.*

12 *Decimæ, & primitiæ sunt in præcepto obligante.*

13 *Oblationes regulariter in præcepto esse non dicuntur.*

14 *Decimæ, Primitiæ, & Oblationes in quo differant, breviter ostenditur.*

Materia decimarum passim tractatur tam
a nostris, quam a Theologis, quos omnes
plena manu citavi *in collect. ad rubr. de decimis
in Decret.* sed quia sunt hac in re plures Sacræ
Rotæ decisiones, & doctrinæ non vulgares, aliis,
qui in Romana Curia non versantur, prorsus
ignotæ, ideo illis Rectorem privandum non esse
existimavi, ac proinde pro faciliori totius materiæ
dispositione eam §§. dividendam duxi, & in
primis ostendam, quid sit decima, quomodo dividatur,
& in quo differat a primitiis, & oblationibus:
deinde ex quibus rebus persolvatur, ut
in §. 1. & quibus personis solvenda, ut in §. 2.
& a quibus personis, ut in §. 3. & quis sit competens
Judex in causa decimarum: an, & quando
sit summaria, & executiva, & quibus pænis afficiantur
illas non solventes, & demum quid possit
compositio, & transactio in decimis, auctoritate
Papæ, & Episcopi facta, ut in §. 4.

1 Et primo sciendum, decimas esse res, quæ Ecclesiarum
ministris ratione ministerii Sacramentor.
persolvuntur, de quibus agit illud *Levit. cap.
27. & Genes. cap. 8. in fine*, ibi, *Decimas offeram
tibi*, & *cap. 18.* ibi, *Decimarum*, & *Deut. 14.* ibi,
2 *Decimam partem separabis*, &c. Definiri solet, ut
sit omnium bonorum licite quæsitorum quota pars
Deo, ejusque ministris, divina institutione, humana
vero constitutione dictante etiam naturali
ratione debita secundum Turrecram. *in cap. revertimini
n. 7. 17. q. 1.* Sot. *de justit. lib. 9. qu. 4.
art. 6.* Covar. *l. 1. var. cap. 16. num. 2.* Rebuff.
de decimis, qu. 4. Monet. *in simili tractatu, c. 2. a
princ.* vel secundum alios, ut sit decima pars fructuum,
ad quam petendam jus competit Ecclesiis
parochialibus ratione ministerii Sacramentorum.
Sic sane decimæ, prout in jure consistunt, sunt 3
jus spirituale, seu spiritualibus annexum dependenter,
eo quod illæ dependent ab officio spirituali,
nempe ministerio Sacramentorum, prout censet
S. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 3.* idque procedit, sive
decimæ competant in titulum, sive in proprietatem,
ex Card. *in Clem. dispendiosam qu. 14. de
judic.* Decima igitur pars potius, quam vigesi- 4
ma, vel alia quota electa fuit a Domino; quia
decennarius numerus erat primus terminus numerorum,
cum ultra eum non procedatur, nisi iteretur,
& sic aliquid perfectionis habet, ut per S.
Thom. *d. qu. 87. art. 1.* Tiraq. *de præscript. §. 1.
gl. 4. in princ.*

Decimæ duplici modo considerantur, vel re- 5
spectu congruæ sustentationis, vel rursus habito
respectu ad quotam, seu partem, quæ de rebus
acquisitis solvenda est, meminit hujus divisionis
S. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 1. in corpore*, Sot. *dict.
q. 4. art. 1. vers. 1. concl.* Cov. *d. cap. 17. n. 2.* In- 6
ter utrumque modum illa est differentia, quia si
decimæ priori modo considerentur, non solum humano,
sed etiam ex jure divino positivo, & naturali
debitæ sunt, ut resolvunt plures relati a Cov.
d. num. 2. de jure humano probat text. secundum
unum intellectum *in cap. Parochianos, de decim.*
de jure divino positivo deducitur ex illo Christi
Domini *Lucæ cap. 10.* ibi, *Dignus est operarius
mercede sua*, & ex illo D. Paul. 1. *ad Cor. cap. 9.
Nemo suis stipendiis militavit unquam*, &c. de jure
naturali similiter constat, siquidem evidenti
ratione naturali oportet stipendium, seu sustentationem
accipere ab illis, quibus servitium aliquod
necessarium ministratur, constat autem, administrationem
divini cultus, & rerum spiritualium
maxime esse necessariam: unde jure naturali convincitur,
aliquod stipendium, seu sustentationem
esse solvendam, ut concludit illud D. Pauli *dict.
cap. 9.* ibi, *si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum
non est, si nos carnalia vestra metamus.* Facit
illud Christi Domini *Luc. d. c. 10.* & ita in hunc
sensum accipienda est communis Canonistarum
sententia, qui docent, decimas a Deo institutas
esse, & jure divino nunc quoque deberi, ex quorum
numero sunt Glos. *in cap. a nobis, & in cap.
nuper de decim.* Bonacos. *commun. opin. lib. 1. tit.
10. num. 2. cum seq. pag. 185.* Jos. Lud. *Perus. decis.
106. num. 33.* Petr. Greg. *synt. juris l. 2. c. 21.*
Germon. *de sacror. immun. l. 3. cap. 19.* Fagund.
in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 5. l. 1. cap. 1.

Si vero decimæ posteriori modo considerentur, 7
solummodo jure humano debitæ sunt, ut patet ex
text. *in d. c. Parochianos, & in c. in quibusdam, §.
ille quippe*, cum multi, *ibidem, de decim.* in quibus
terminis procedit sententia Theologorum, asserentium
de jure humano, & pontificio decimas

mas deberi, qui sunt Hugo de S. Victore *lib.* 1. *de Sacram. p.* 11. *cap.* 4. *&* 11. S. Thom. *d. c.* 87. *art.* 1. *in corpore*, S. Anton. *p.* 2. *sum. tit.* 4. *c.* 3. §. 5. Asten. *p.* 2. *sum. l.* 6. *tit.* 35. *rub. de decim.* Azor. *instit. mor. p.* 1. *l.* 7. *cap.* 23. *q.* 4. Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *&* 36. ex nostris Canonistis Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 2. *&* 3. Nav. *in Man. cap.* 21. *num.* 18. *&* 31. *& de reddit. Eccles. q.* 1. *n.* 59. 1. *& cons.* 2. *nu.* 3. *de decim.* Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 7. Menoch. *illust. cap.* 89. *num.* 1. *in fine*, & hoc modo decimæ nec jure naturali, nec divino positivo obligante debitæ sunt. De jure naturali patet; quia jus naturale, licet dicat, solvendum esse stipendium, seu dandam sustentationem, ut supradictum est, non tamen concludit, decimam partem magis, quam tertiam, vel quartam esse persolvendam. De jure positivo obligante idem constat, siquidem non apparet aliquod jus divinum obligans, quod determinet, decimam partem esse persolvendam; solum enim dicit, operarium dignum esse mercede sua in loco supra citato. Quod autem decima jubeatur dari in lege veteri, illa quidem non obligat, sive aliquo modo decima censeatur ad legem cæremonialem pertinere; sive, ut verum est, re vera judicialem legem in decima consideremus, prout considerat S. Thomas *d. quæst.* 87. *art.* 1. *in corpore*, Sot. *d. qu.* 4. *art.* 2. Archid. *in d. cap. decima n.* 19. *q.* 1.

8 & quod leges illæ, tam cæremoniales, quam judiciales, evangelica lege lata, cessarunt; & vim legum amiserunt, juxta illud Pauli *ad Galat. cap.* 3. *&* 4. *& ad Hebr. cap.* 7. *&* 8. *& ad Episcop. cap.* 2. resolvunt Doctores per text. *ib. in cap. unic. de purific. post partum*, tradunt in specie S. Thom. Sot. & Covar. *ubi supra*. Ex quibus infertur, decimam, quatenus est necessaria ad sustentationem Ecclesiæ, & ministrorum, præscriptione non tolli, ut ex Covar. optime resolvit D. Barbos. ad *l. competit* 6. *nu.* 79. *C. de præscriptione* 30.

Utrum autem consuetudine, vel usu longissimi temporis præscribatur, & acquiratur liberatio a solutione decimarum, quæ debentur Ecclesiæ, quæstio est dubia, in qua ex ea ratione, quia debitæ sunt jure divino, liberationem hujusmodi præscribi non posse, tenuerunt Barbar. *consil.* 35. *col.* 6. *l.* 2. Rebuff. *de decim. q.* 13. *n.* 55. Balb. *de præscr. in* 1. *p.* 5. *partis princ. n.* 44. late Peregr. *tom.* 1. *cons.* 14. *n.* 13. ubi *num.* 19. *cum seqq.* disputat, an idem sit dicendum, ubi jus decimandi reperitur in Ecclesia infeudatum laico?

9 Nonnulli Doctores decimas in triplici constituunt differentia: putant enim, quasdam esse prædiales, seu reales, prout sunt illæ, quæ ex fructibus prædiorum colliguntur, nonnullas appellant personales, ut sunt illæ, quæ nomine personæ, puta ex lucro, humana industria quæsito comparantur; alias denique mixtas esse arbitrantur prout dicunt, esse illas, quæ ex fructibus pecorum percipiuntur, eo quod partim ratione loci, in quo pascunt, partim ratione personæ, cujus industria custodiuntur, existimant debitas esse, prout in specie tradunt Hostiens. *in sum. hujus tit.* §. 1. Major. *in* 3. *sent. dist.* 37. *quæst.* 37. *in princ.* Sylv. & Angel. *in sum. verb. decim. in prin.* Azor. *dict. l.* 7. *cap.* 34. *q.* 3. Monet. *cap.* 3. *num.* 9. Fagundez *d. præc.* 5. *l.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Sed hæc triplex divisio nequaquam placet, tum propter *text. in l. pecudum, ff. de usur.* tum etiam, quia vix dari possunt reales, quarum perceptio etiam ex personæ industria non resultet. Quare dicendum est, decimas ad duas tantum species, attento jure, reduci posse juxta text. & quæ ibi notant Doctor. *in cap. ad Apostol. de decim.*, & ita aliæ sunt prædiales, aliæ vero personales appellantur; priores sunt, quæ debentur ex fructibus prædiorum: posteriores vero, quæ debentur ex fructibus, humana industria, & ministerio quæsitis.

Inter quas species illud est discrimen; quia priores ex lege veteri debebantur, & percipiebantur: at vero posteriores, licet olim possent solvi, non tamen erant in obligatione, ut advertit S. Thom. *d. qu.* 87. *art.* 2. *in corpore*, modo tamen a Romanis Pontificibus constitutæ inveniuntur, juxta text. *in d. cap. ad Apost. & in cap. pastor. de decim.* tradit S. Thom. *ubi proxime*, Covar. *dict. cap.* 17. *num.* 8. *vers.* 3. Navar. *cons.* 1. *a n.* 7. *de decim.* 10

Datur tamen in prædictis decimis quædam convenientia, quod, stante congrua sustentatione, prædictæ decimæ pro temporum, locorum, & personarum qualitate mutationem recipere possunt, & sic ex consuetudine, privilegio, vel constitutione Ecclesiæ potest major, vel minor quantitas secundum illius judicium institui. Nam, cum pro prædictis qualitatibus leges humanæ mutationes recipiant, ex text. *in cap. non debet in princ. de consang. & affinit.* & decima tam prædialis, quam personalis respectu certæ, & determinatæ partis sit a lege humana instituta, merito effectum est, ut stante congrua sustentatione, intra illius limites circa extensionem, vel diminutionem decimæ major, vel minor pars designari possit ex Ecclesiæ privilegio, seu constitutione, vel consuetudine legitime præscripta, prout in specie resolvit Sot. *d. qu.* 4. *art.* 1. *vers. quarta conclusio*, & ante S. Th. *d. art.* 1. *in corpore in finalib. verbis*. Cov. *d. cap.* 17. *num.* 8. Sylv. *verb. decima, num.* 10. quicquid contrarium teneat, *gl. ult. in d. cap. in quibusdam* §. *ille quippe, de decim.* quam explicat Sot. *in d. artic.* 1. *col. pen.* dum in decimis prædialibus talem improbant consuetudinem ex defectu rationabilitatis, quæ quidem rationabilitas necessario supponenda est, ut consuetudo operetur. 11

Inter oblationes, primitias, & decimas, illud est discrimen, quod, licet decimæ, & primitiæ sint in præcepto obligante, prout in decimis probat text. *in c. decimæ*, ibi, *sed tardius dare peccatum est*, & ibi, *decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas invadit* 16. *q.* 1. S. Thom. *d. q.* 87. *art.* 1. Sot. *d. q.* 4. *a.* 1. in primitiis probat text. *in c.* 1. *vers. oportet autem* 16. *qu.* 7. tradit glos. *in c.* 1. *de decim.* optime defendit S. Th. 2. 2. *q.* 86. *art.* 4. Sot. *ubi supra art.* 4. nihilominus tamen oblationes regulariter in præcepto esse non dicuntur; de ratione enim oblationis est, quod sponte fiat, juxta illud *Exod. c.* 5. ibi *ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas*, qualis spontanea oblatio dici non potest illa, quæ ex vi præcepti facta est, argum. text. *in primis* §. *Institut. de obligat.* in aliquibus tamen casi- 12

13 casibus oblatio poterit esse in præcepto, puta, præcedente promissione, consuetudine, seu alio actu, obligationem inducente, juxta text. sic intelligendum *in cap. qui oblatione l.1. cum seqq.* 10. *qu.1.* vel si Parochus, non sufficientibus decimis, egeat respectu congruæ sustentationis, tradit gl. *in cap. omnis Christianus, de consecr. dist.* 1. recepta communiter ex Cov. qui alios refert *d. c.*17. *numer.* 3. vel aliis similibus casibus; juxta quæ intelligendus est text. *in d. cap. omnis Christianus, & in c. statuimus* 16. *q.* 1. ut advertit Sot. *d. q.* 3. *art.*1. *col.*4. de quo late diximus *c.*24. *a n.*6. Brevior autem, & communis illa est distinctio, quod
14 decimæ sunt quota pars frugum, & aliorum licite acquisitorum, debita ex præcepto Ecclesiæ ministris; at vero primitiæ sunt solum primæ, quæ nascuntur fruges, seu prima frugum pars: oblationes autem, quicquid Deo, vel Ecclesiæ, ejusve ministris voluntarie exhibetur, regulariter loquendo, ita Sot. *d. qu.* 3. *art.* 1. *& qu.* 4. *art.* 1. Rebuff. *q.* 1. *numer.* 17. *cum seqq.* Tyndar. ex *numer.* 84. Monet. *cap.*2. *num.*10.

---

§. I.

De rebus, ex quibus decimæ persolvuntur.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ, tam prædiales, quam personales, de omnibus fructibus ex prædio, vel hominis ministerio productis, ex quibus petitæ fuerint, ex necessitate præcepti sunt solvendæ.*

2 *Frumentum, & granum* }
3 *Palea,* }
4 *Vinum,* }
5 *Faba, & alia legumina,* }
6 *Nuces, amygdalæ, & castaneæ,* } *decimam solvunt,*
7 *Olivæ,* }
8 *Folia mororum* }
9 *Saccharum,* }
10 *Pisces,* }
11 *Apes, seu fructus earum,* }
12 *Lac, lana, & fœtus animalium, cum nutriti sunt* }
13 *Venatio, & aucupium,* }
14 *Pascua,* }
15 *Ligna,* }
16 *Fœnum,* }
17 *Linum, & canape* } *decimam*
18 *Negocium, & artificium,* } *solvunt,*
19 *Stipendia militum,* }
20 *Advocatio, procuratio, merces, & salarium,* }
21 *Furna,* }
22 *Lapidicina* }
23 *Fodina metallorum,* }
24 *Molendina,* }

☞ *Vide Additionem.*

25 *Decima an ex hæreditate, legatis, vel donatione sit solvenda, ostenditur, & num. seqq.*

26 *Decima de fructibus illicite acquisitis solvenda non est.*

30 *Fructus, qui ex actu hominis, & illius ministerio personali acquiruntur, in duplici sunt differentia.*

31 *Fructus acquisiti ex causa injusta, & injuriosa, licite tamen retenti, dupliciter considerari possunt.*

32 *Meretrices, & histriones tenentur de rigore juris ex proprio ministerio acquisitis decimam persolvere, & post peractam pœnitentiam est ab illis accipienda.*

33 *Decima est solvenda ab usurario, vel ab alio injuste detinente ex fructibus prædii, quod pecunia usuraria, vel male retenta comparavit.*

34 *Decimæ prædiales ex fructibus sunt solvendæ absque aliqua impensarum deductione.*

35 *Expensæ in decimis prædialibus quare non deducantur, ostenditur, & num. seqq.*

36 *Fructus aliquando accipiuntur civiliter, aliquando naturaliter.*

37 *Fructus diversimode accipiuntur in decimis prædialibus, ac in decimis personalibus.*

38 *Expensæ in decimis personalibus quare deducantur, ostenditur.*

39 *Colonus partiarius pro portione sua in solvendis decimis, non deducit expensas.*

40 *Decima integre, & sine diminutione solvendæ sunt, priusquam ex fructibus deducantur expensæ, tributa, & census.*

41 *Decima ubi debetur, integra solvi debet.*

42 *Parochus ad excludendas fraudes potest custodes apponere, vel prohiberi facere, ne fructus ex agris afferantur, nisi soluta prius decima, vel quod ipse, aut ejus nuncius sit præsens.*

43 *Fructus omnes Ecclesiæ debiti, excepto casu decimarum prædialium, non aliter intelliguntur, quam deductis expensis.*

44 *Decima duplex, de una & eadem re, sive de eodem acervo solvi non debet.*

45 *Redecima est contra jus.*

46 *Redecima potest acquiri præscriptione immemorabili, vel quadragenaria cum titulo.*

Decimæ, tam prædiales, quam personales de omnibus fructibus ex prædio, vel hominis ministerio productis, ex quibus petitæ fuerint, 1
ex necessitate præcepti sunt solvendæ, *cap. non est, cap. nuncios, c. ex parte, l.* 1. *de decim.* Suar. *de Relig. t.*1. *tract.*2. *l.*1. *cap.*34. *n.* 3. *&* 4. Fagundez *in quinque Eccl. præcepta, præc.*5. *l.*1. *c.*2. *num.*2. *& cap.*4. *a num.*1. Probatur, siquidem decimæ tam prædiales, quam personales debent correspondere spiritualibus, ratione quorum administratori debitæ sunt, & constat omnia spiritualia Fidelibus administrari: unde necessario dicendum est, ratione omnium temporalium ex illorum fructibus decimas, tam prædiales, qua personales ex necessitate præcepti esse persolvendas, ut deducit S. Thom. 2.2. *qu.*87. *art.*1. *in corpore*, ex auctoritate D. Pauli 1. *ad Corint. c.*9. Accedit, quod decima ex intentione Ecclesiæ sunt institutæ ad congruam sustentationem ministrorum, ut supradictum est; ac proinde æquissimum erat, ut non in certis tantum rebus, sed in omnibus, quæ unusquisque ad sua vitæ subsidium acquirit, constituerentur. Dixi, *ex necessitate præcepti*, ad significandum teneri omnes ad decimas

cimas solvendas sub præcepto peccati mortalis, juxta text. *in cap. pervenit*, *& in cap. frequenti de decim.* juncto text. *in can. nemo* 11. *qu.*3. eo quod subtrahunt illud, quod spiritualium ministris debitum est ex lege justissima, prout resolvunt Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 4. S. Thom. 2. 2. *qu.*87. *art.*1. *ad* 4. Sot. *lib.* 9. *de justit. q.*3. *art.*1. *col.*9. *vers. primo ego*, Castr. *adversus hæreses, verb. decimæ*, ubi convincit contrariam opinionem hæreticorum, qui voluerunt arguere injustitiam in sanctissimo præcepto; ex his ergo fructibus debetur decima.

2 *Primo*, ex omni frumento, & grano *c. non est de decim.* Rebuff. *q.*8. *n.*3. Monet. *cap.*4. *num.* 2. ubi *num.*3. idem dicit in palea, Suar. *tom.* 1. *de Religione*, *l.* 1. *de divino cultu*, *c.*34. *n.*2.

3 *Secundo* ea vino, *d. c. non est*.

4 *Tertio* de oleo, & melle; Rebuff. *d. qu.*8. *nu.* 8. Monet. *d. cap.* 4. *num.*10. Mantic. *decis.* 341. ubi etiam de croco.

5 *Quarto* ea faba, & aliis leguminibus, *cap.*3. *de decim.* ibi, *de blada*, *& universis leguminibus* Rehuff. *d. tract. quæst.*5. *num.*4. Fagund. *d. lib.* 1. *cap.*4. *n.*3. Monet. *d. c.*4. *n.* 4. *ubi n.* 11. subdit, quod si hujusmodi legumina colligantur in parva quantitate, ita ut solum sufficiant ad quotidianum usum, tunc ad usum Rectoris ex illis decima ita dari posset, ut hodie ex meo horto Curatus sumat, quantum sibi opus est illo die: si autem in magna quantitate, ita ut aliis vendantur, tunc de his integra decima solvetur: & idem est dicendum de hortis olitoriis, in quibus tantum herbæ, ut caules, & alia olera crescunt vescendi gratia; servanda tamen est consuetudo, quod decimæ olerum solvantur in pecunia, & non in speciebus, ut tenuit Rot. *in Pamphilonen. Vicariæ*, 5. *Julii* 1593. coram Giptio.

6 *Quinto*, ex nucibus, amygdalis, castaneis, & aliis fructibus arborum, *c. decim.* 16. *q.* 1. *d. cap. non est c. cum homines*, *de decim.* Bertrand. *consil.* 247. *vol.*3. Rebuff. *d. q.* 5. *num.* 5. Monet. *dict. cap.*4. *num.* 5.

7 *Sexto* ex olivis, nisi propter earum exiguitatem per multum temporis spatium decima soluta non fuerit, ut dictum extitit *in Civitaten. decimarum*, 26. *Martii* 1618. coram Card. Verospio.

8 *Septimo* ex foliis mororum, saltem ex consuetudine, Seraphin. *dec.*87.

9 *Octavo* ex saccharo, Ferret. *cons.* 195. *num.*2. Rot. *in Mediolan. decimarum*, 8. *Februarii* 1610. cor. bon. mem. Card. Marquemont, impressa per Farin. *dec.* 223. *p.* 1. *recent.* Putc. *dec.*80. *l.* 1. *in correctis*, ubi habetur, quod ad effectum decimarum, saccharum dicitur fructus naturalis, & ex re elementata proveniens potius, quam fructus industrialis, nam, licet simpliciter loquendo saccharum dicatur fructus industrialis juxta Glos. *in l. ex diverso*, *ad lit. G. ff. de rei vendicat.* *& in cap. gravis*, *verb. fructus*, *de restit. spoliat.* cum in eo magna industria hominis requiratur, prout dicitur in segetibus, ut in grano, vino, & oleo, tamen quoad effectum decimarum reputatur fructus naturalis, quia nisi providentia Dei operaretur, vana esset omnis industria personæ, ut dicit Abb. *in cap. cum non sit notab.* 1. *de decim.* *& in c. non est*, *not. etiam* 1. *eod. tit.*

Nono ea piscibus, ut fuit dictum *in Ulixbonen. decimarum piscium* 22. *Januar.* 1568. coram Oradino Abulen. vero *in Matth. cap.*23. *q.* 160. vult de piscatione, quæ fit in flumine publico, sive privato, sive proprio, absque solutione pensionis, solvendas esse decimas de lucro piscationis, de piscatione vero, quæ fit in stagno, vel flumine, aut alio loco, propter quam solvitur pensio, solvendam esse decimam de proventibus, per *cap. pervenit de decim.* de quo etiam Fagundez *d. l.* 5. *cap.*5. *num.* 4. deducendæ tamen sunt expensæ, & pecuniæ factæ in emendis, & reficiendis retibus, & cymbis ad piscationem destinatis, & in coemendis hamis, Fagund. *d. præc.* 4. *lib.*1. *c.* 2. *num.* 20. 10

Decimo de apibus, seu fructu earum, hoc est cera, & melle *c. nuncios*, *de decim.* vel de pecunia, quam ex melle, & cera habuerunt vendentes, Reb *qu.*8. *num.*15. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 18. subdunt, solvi debere, ubi apes consistunt, quod etiam ait Facun. *cap.* 5. *num.* 13. de apum examinibus, alvearibusve solvendam esse decimam, ubi habet consuetudo, tenet Azor. *dict. cap.* 35. *quæst.* 9. 11

Undecimo ex lacte, lana, fœtu, & aliis fructibus animalium, quarum decima solvitur illi Ecclesiæ, in cujus parochia animalia pascunt, & morantur, Glos. *verb. personales*, *in cap. ad Apostolicæ* 20. *de decim.* Si vero in una parochia pascant in hyeme, & in æstate in alia, vel in una pascant continuo, & in alia jaceant, & dormiant, tunc debent dividi decimæ inter has duas parochias, ut per Greg. Lop. *l.* 6. *tit.* 20. *p.* 1. Perez. *ad tit.*5. *l.*1. *Ordin. pag.*116. Menoch. *consil.*398. *num.*36. *& n.* 40. Suar. de Pace *in pract. tom.*2. *p.* 1. *cap.*5. *num.*8. *cum seqq.* Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.*2. *lib.* 1. *cap.*5. *num.*8. *cum seqq.* Stephan. Fagundez *de septem Ecclesiæ præceptis*, *præc.* 5. *lib.*1. *c.*5. *n.*3. *cum seqq.* Basil. Pont. *de Sacr. Matrim. l.* 5. *cap.*13. §.3. *n.*23. *&* 24. ubi *n.*25. resolvit, quando hujusmodi oves nec pascuntur, nec morantur per ullam anni partem in terris Ecclesiæ domini sui, sed in aliis, nullam partem decimarum deberi Ecclesiæ parochiali domini, sed illis ubi pascuntur, & morantur, Monet *d. cap.*4. *num.*16. ubi *num.*17. resolvit, decimam lactis deberi illi Ecclesiæ, ubi extrahitur, & caseorum illi, in qua fiunt. De fœtibus decimæ non debentur, statim ubi nati sunt, sed cum illi nutriti sunt, nec indigent lacte materno: ita Andr. Hispan. *in reg. decim. qu.* 14. *num.*5. Rebuff. *d. tract. q.*6. *num.*30. *&* 31. Vincen. de Franc. *dec.* 114. Suar. *d. l.*1. *cap.*37. *n.*6. Facundez *d. c.*5. *num.* 2. *&* 14. Monet. *de decim. cap.*6. *n.*14. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 352. ubi rationem assignat: quia, si animalia, ipsis statim natis, consignarentur, esset inutilis talis decimatio, & sic melius esset illam non præstare, Sed quid, si animalia propter bellum fugiant de una ad aliam parochiam, & ibi pariant, cui parochiæ est solvenda decima Resp. quod solvi debet parochiæ, in quam fugerunt, ex Bald. Albert. & Paul. in §. *Si quis igitur* in Auth. quibus modis nat. efficitur sui, Lauret. de Franc. de controvers. inter Episc. & Regulares, quæst. 82. 12

Duodecimo de venatione, *dict. cap. non est* Rebuff. 13

buff. *d. q.* 8. *num.* 15. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 19. ubi *num.* 21. idem dicit de ancupio.

14 *Decimotertio*, de pascuis, hoc est pastura jumentorum, quæ locatur, vel venditur, *cap. commissum de decim.* Card. *in Clem.* 1. *n.* 15. *ac de decim.* Rebuff. *d. q.* 8. *num.* 22.

15 *Decimoquarto* de lignis, Rebuff. *d. qu.* 8. Azor. *d. cap.* 35. *q.* 9. nimirum, ut ex decem fasciculis decimus solvatur Rectori illius parochiæ, ubi ligna creverunt. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 13.

16 *Decimoquinto* ex fœno, quod in fasciculos alligatum redigitur, *cap. pervenit* 5. *de decim.* Rebuff. *d. qu.* 8. *num.* 9. Facund. *dict. prac.* 5. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 6. ubi addit, quod si herba crescat solum pro pascuis jumentorum, id tunc faciendum, quod de leguminibus, & herbis hortorum supra diximus.

17 *Decimosexto* ex lineo, & canape, Reb. *d. q.* 8. *num.* 8. Mon. *d. cap.* 4. *num.* 8. ubi idem dicit de croco.

18 Solvitur quoque decima de omni negocio, & artificio, *can. decimæ* 16. *qu.* 1. *ibi de negocio, & artificio, solve decimas*, Rebuff. *d. q.* 8. *num.* 19. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 24. unde colligitur de negociatione solvendam esse decimam. *d. cap. non est*, *c. pastoralis*, *de decim.* Rebuff. *d. qu.* 8. *num.* 18. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 25. Item de militia, seu captis

19 in justo bello, *d. cap. non est*, quin & de stipendiis, quæ milites habent, Rebuf. *d. q.* 8. *num.* 1 t.

20 ubi *num. seqq.* idem dicit de advocatione, procuratione, mercede, salario, & de omni lucro ad-

21 ventitio, & profectitio. De furnis quoque decima solvitur, hoc est de commodo illorum, sive illud in pane, sive in pecunia, sive in quavis alia re consistat, Rebuf. *d. q.* 8. n. 20. Monet. *d. c.* 4. *n.* 32.

22 Item de lapidicinis decimæ solvuntur, *Az. d. c.* 35. *q.* 9. non quod ex decem lapidibus detur unus, sed ex pecunia, quam inde quis lucratur, Ecclesiæ, ubi audit divina, decimam solvit Rebuf. *d. q.* 8. *n.* 23. Monet. *d. c.* 4. *n.* 33. ubi *n.* 34.

23 Idem dicendum ait de argenti, & auri aliorum-

24 que metallorum fodinis: Et denique de molendinis, ut si decem sextaria siliginis, tritici, aut alterius grani molendini nomine quis lucretur, tenetur unum pro decima solvere, *c. ex transmissa de decim.* quod si pecunia pro molendini pensione solvatur, ex illa pecunia decima solvitur Ecclesiæ, in qua situm est molendinum. Reb. *d. q.* 8. *n.* 6. Monet. *d. c.* 4. *n.* 35.

Additio.

☞ Circa solutionem decimarum de hucusque enumeratis speciebus, attendenda semper est locorum consuetudo. ☜

25 Ex quibus infertur, *primo* resolutio ad illam quæst. an ex hæreditate, legato, vel donatione decima sit solvenda? In qua partem affirmativam tuentur Abb. *in c. pastor. a n.* 3. dicens, contrarium ex consuetudine observari, *& in c. pervenit n.* 2. *de decim.* Fagund. *de prac.* 5. *l.* 1. *c.* 2. *a. n.* 5. Pro qua sententia facit primo, quia decimæ, attento jure, solvendæ sunt de omni lucro; patet ex text. *in d. c. past.* ibi, *quasi de lucro decimas persolvendas*, &c. & non est negandum, hæreditatem, legatum, & donationem lucrum continere, & a titulis lucrativis provenire. Facit insuper, quod res hæreditariæ, legatæ, vel donatæ sunt bona mobilia, vel immobilia, prout in institutione, legato, vel donatione reperiuntur; hæreditas enim nihil aliud est, quam successio in universum jus defuncti, ex text. *in l. hæreditas ff. de regul. juris*; & tamen constat, de omnibus bonis acquisitis decimam esse persolvendam, ut expresse probat text. *in d. c. non est*, ibi *de omnibus bonis decimæ sunt ministris, Eccl. tribuendæ* &c. Facit denique, quia decimæ solvuntur in recognitionem universalis dominii, juxta tex. *in c. tua nobis* 26. *ver. cum enim de decim.* & in honorem Dei, qui dignatus est totum dare, juxta tex. *in c. dec.* 16. *q.* 1. quæ quidem recognitio, & honor verificatur in solvenda decima de hæreditate, legato, vel donatione.

Contrariam tamen sententiam tenuerunt Innoc. 26 *in d. c. non est*, *n.* 2. Sylv. *est in Sum. ver. Decima*, *n.* 12. Reb. *d. q.* 8. *n.* 31. Monet. *d. c.* 4. *n.* 37. Pro qua facit primo, quia decimæ solummodo solvuntur ex fructibus, a terra, vel ab hominis ministerio productis, ut supra notavimus, & videmus, res hæreditarias, legatas, vel donatas non esse fructus, ex terra, vel hominis ministerio productos, sed ex alterius hominis voluntate dependere, unde videtur dicendum, quod de illis decimæ non debentur. Facit secundo, quia in lege veteri Dominus dedit ipsas terras, & possessiones, & tamen constat non ex ipsis, sed ex ipsarum fructibus sibi dare decimas jussisse, juxta illud, *n. c.* 18. ac proinde cum Rom. Pontifices circa decimas constituendas imitarentur legem veterem, necessario videtur dicendum, voluisse, ut magis de ipsarum rerum (quæ per illos titulos transferuntur) fructibus, quam de eisdem rebus decimæ solverentur. Facit denique, quia si de rebus hæreditariis, legatis, vel donatis decimæ solverentur, utique quam cito res, præsertim immobiles omnes, ad Eccl. pervenirent, quod quidem non convenit.

Gloss. igitur, *verb. negocio in d. c. dec.* 16. *q.* 1. 27 existimat, faciendam esse differentiam inter hæreditatem, quæ provenit ex testamento, & inter illam, quæ accipitur ab intestato, ita ut in priori casu decima debeatur, minime vero in posteriori, sequitur Azor. *inst. mor. q.* 1. *l.* 7. *c.* 35. *q.* 8. quæ distinctio fundatur in eo, quod in priori casu lucrum cernitur, & ita procedat prior sententia: in posteriori vero casu debitum reperitur, juxta text. *in l. scripto*, §. *ult. ff. unde liberi*, quæ conciliatio placere non potest: in primis, quia licet hæres ab intestato ex voluntate expressa defuncti non succedat, *l. quilibet.* 8. §. *hæc verba*, *ad finem*, *ff. de vulgari*, nihilominus tamen contra illius voluntatem succedere non dicitur, imo magis ex ipsius verosimili mente, in qua lex ipsa fundatur ad hæredis successionem constituendam, ac proinde quamvis supposita lege debitum videatur, tamen censetur procedere ex tacita voluntate defuncti, qui potens de hæreditate disponere, non disposuit, & ita dicendum est, hæredem quantumcunque ab intestato lucrum recipere. Convincitur rursus, quia illud, quod advocato pro patrocinio mercenario, seu pro mercede tribuitur, debitum est, & quidem efficax, ut pro-

probat text. *in l.qui operas* 38. ubi omnes, *ff. locati* resolvunt *Duen. reg.66. limit.* 1.Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap.3. n.3.* ex quo lucro dato decima persolvenda est, ut fatetur gloss. *d.verb. negocio*, & omnes supra citati, propter text. *in d. cap. decimæ*, ibi *de artificio*, &c. & in stipendio militis advertit Innoc. per text. ibi *in d. cap. non est* Sot. *l.9. de Instit. qu.4. art.2. col.* 4. quod quidem debitum esse nemo negabit. Unde gloss. *verb. quasi de lucro, in d. cap. pastoralis*, aliam facit distinctionem inter hæredem filium, qui suus est, & inter hæredem extraneum, ita ut in priori casu decima minime sit solvenda, & posterior opinio procedat, contra vero in posteriori casu, in quo prior opinio procedere potest: sequitur eandem sententiam Sylvest. *d.verb. decima, n.*12. Movetur gloss. quia cum filius post mortem patris respectu hæreditatis illius non dicatur de novo acquirere, sed magis dominium rerum continuare juxta text. *in l. in suis, ff. de lib. & posth.* ibi, *ut nulla videatur hæreditas fuisse*, &c. & ibi, *non hæreditatem percipere*, &c. decimam solvens, magis ex re propria, quam ex lucro illam solvere diceretur, quod est inconveniens. Contra vero in posteriori casu, in quo, cum revera lucrum requiratur, decimam solvendam esse putat secundum priorem opinionem. Movetur etiam, quia inspecto jure, pater, & filius una persona censetur *l. ult. C. de impub.* & aliis; unde cum pater ex eisdem bonis decimam non debebat, *d. l. in suis*, ibi, *quia etiam vivo patre quodammodo domini existimantur*; sed hæc glossæ consideratio similiter non placet, siquidem licet filius post mortem patris dicatur tunc de novo non acquirere propter continuationem dominii, non tamen negandum est, aliquo tempore de novo acquisivisse, & tunc saltem quoad possessionem, ac subinde respectu illius acquisitionis verificantur fundamenta prioris sententiæ. Accedit, quod licet filius de novo non acquirat dominium civile, quod alias in vita patris eidem communicatur, non tamen negandum est, de novo acquirere dominium naturale, quod mediante traditione transfertur, & sic lucrum comparare.

28 Quare ego resolvendum existimo, quod si hæreditas, legatum, vel donatio fiat de ipsis rebus fructiferis simul cum fructibus, sine dubio decima persolvenda est, eo quod tunc temporis censentur dari, seu relinqui cum suo onere, ut expresse probat text. *in d. c. pastor. vers. fructus autem*. Si vero fieri contingat de ipsis rebus, in quibus fructus non reperiuntur, tunc decima non debetur, juxta fundamenta posterioris sententiæ. Nec pro priori contraria refragatur text. *in d. c. pastor.* dum agit de lucro, & *in d. c. non est*; dum agit de bonis; siquidem respondetur, jura illa esse intelligenda de lucro, & de bonis, quæ ex fructibus dicuntur resultare, propter quod fructus esse censentur, & in quibus ratio prædictæ recognitionis verificatur.

29 *Secundo* infertur, de fructibus illicite acquisitis decimam non esse solvendam. Diximus supra solvendas esse decimas de omnibus fructibus, ex quibus fuerint petitæ, atqui ex fructibus illicite acquisitis decimæ non petuntur; igitur &c. Probant corollarium text. *in cap. ex transmissa* 23. ubi gloss. *verb. licite* Abb. *num.* 3. Innocent. & alii, *de decim.* S.Thom. 2.2. *q.87. art.2.* Sot. *lib.9. de Justit. qu.4. art.2. col.5.* Pro pleniori tamen hujus articuli declaratione sciendum, quod fructus, ex quibus decimæ solvuntur, dupliciter considerari possunt; vel enim sunt reales, qui ex aliquo prædio producuntur, vel rursus sunt personales, qui per ministerium personæ acquiruntur. Inter utrumque modum illud est discrimen, quod de prioribus, sive licite, sive illicite acquirantur, seu percipiantur, semper decima solvenda, & recipienda est. Patet, si expendamus tales fructus ab ipsa terra, quæ de illis decimam præstare obligata est produci, & in illa inesse, ac subinde a quocunque possessore de illis decimam esse persolvendam, juxta text. *in cap. a nobis* 24. *de decim.* & idem sic resolvunt gloss. *verb. negocio, in d. cap. decim.* ubi Turrec. n.5. & *verb. licite, in d. cap. ex transmissa* Abb. *in cap. pastor. numer.* 3. & *in cap. commiss. etiam num* 3. & *in cap. cum homines, num.6. de decim.* Azor. *instit. mor. par. 1. l.7. cap.35. q.* 13. Monet. *cap.4. num.* 39. contra vero in posterioribus secundum distinctionem modo referendam.

30 Deinde sciendum est, fructus, qui ex actu hominis, & illius ministerio personali acquiruntur, in duplici esse differentia: quidam enim sunt, quorum acquisitio, & retentio injusta est, & injuriosa, veluti furtum, & aliud simile, alii vero sunt, quorum acquisitio, licet respectu actus sit injusta, retentio tamen non est in se injuriosa, nec injusta, prout in meretrice, & histrione. Inter utrumque modum illud est discrimen, quod de prioribus nequaquam decima recipienda est, nec persolvenda. Patet, si expendamus, hujusmodi fructus necessario esse veris dominis restituendos; juxta *reg. peccat. de reg. juris l. 6.* & circa illos dari repetitionem, & uti tales in effectu non dici fructus ipsorum acquirentium, ex *reg. l. non possunt ff. de jure fisci*, ac proinde decimari possunt, ut concludunt Tynd. *n.5.* & Reb. proxime *citatis locis*, Fagundez *d. præc.5. l.1. cap. 1. nu. 14. cum seqq.* Monet. *d. cap.4. ex num.42.* ne alias acquirens contra domini voluntatem, de eisdem fructibus disponere dicatur; non sic dicendum in posterioribus, juxta distinctionem modo ponendam.

31 Denique sciendum, fructus acquisitos ex caussa injusta, & injuriosa, licite tamen retentos, dupliciter considerari; vel enim acquirens non persistit in tali causa injusta, turpi, seu injuriosa, vel rursus adhuc in eadem perseverat. Inter utrumque modum illa est differentia, quod in priori casu, attento jure, fructus decimari possunt, & decimæ ex illis recipiuntur; contra vero in posteriori casu, in quo licet debeantur, Ecclesia tamen decimas, attento jure non recipit, ne alias recipiendo videatur acquirentium improbitatem approbare, & illorum peccatis communicare, ad quod alludere videtur illud *Deuter. c.23.* ibi *Non offeres mercedem prostibuli* &c.

32 Ex his colligo *primo*, meretricem, & histrionem teneri de rigore juris ex proprio ministerio acquisitis decimam persolvere, & post peractam pænitentiam esse ab illis recipiendam. Constat, siquidem tales acquirentes, licet turpiter faciant in acquirendo, non tamen turpiter retinere dicuntur, *l. 4. §. sed quod meretrici, ff. de condict. ob tur-*

turpem causam, ac proinde de rigore juris teneri ex prædictis acquisitis decimam persolvere, & postquam eos pænituerit; ab illis esse recipiendam, prout in specie resolvunt gl. *verb. licite* Innocent. Abb. *n.* 3. & alii *in d. c. ex transmissa* S. Thom. 2.2. *q.*87. *art.*2. *ad* 2. Covar. *in reg. peccatum q.*2. §.11. *n.* 1. *cum seqq.* licet Sot. *l.* 9. *de Instit. q.*4. *art.*2. *vers. ad* 2. dicat, talem opinionem nullibi practicari, nec talium decimarum observationem præstari.

33 Colligo *secundo*, decimam esse solvendam, & recipiendam ab usurario, vel alio injuste detinente ex fructibus prædii, quod pecunia usuraria, vel male retenta comparavit; nam licet usurarius pecuniam, mediante usura acquisitam, restituere teneatur, quam solvens condicere potest, ut tradit Gloss. *in c. debitores*, *de jurejur.* communis ex Covar. *l.* 3. *var. c.*3. *n.*7. Baptista *comment. ult. de usuris n.* 46. nihilominus tamen prædium illud tali pecunia comparatum, & ipsius fructus (dum aliunde potest) restituere non tenetur *ex reg.* tex. *in l. si ex c.*6. *C. de rei vendicatione*, tradunt in specie plures, quos refert, & sequitur Cov. *de c.*3. *n.*6. Baptist. *d. loco n.*56. Sot. *l.* 6. *de Instit. q.*1. *art.*4. Nav. *in manu. c.*17. *n.* 25. Medina *de rebus per usuram quæsitis*, *q.*4. quicquid aliter intendant Bald. *l.*1. *n.*12. *C. pro socio* Dec. *in l. certi conditio* §. *ult. n.*3. *ff. si certum petatur*, & alii, quos refert Adria. *de restit. tr. de usura*, §. *occurrit. vers. ad* 3. Accedit, quod fructus prædii reales sunt, ac subinde cum decimæ prædiales sint illæ, quæ ex illis colliguntur, necessario sive licite, sive illicite recipiantur, decimæ persolvendæ sunt, juxta supra resoluta, sic cessat opinio Baldi, & ejus fundamentum, & hanc sententiam tenet Monet. *d. cap.* 4. *num.* 48. advertens *ibi* post Tyndac. *n.*52. & Petr. Roiz. *Lituan. dec.*5. *num.*219. de usuris, aliosque per usuram acquisitis solvi non posse decimam personalem. Utrum vero de minimis etiam licite acquisitis decima sit solvenda, dicendum, est quod non, siquidem indecens est, & rationi minime consentaneum, quod ministri Ecclesiæ sint exactores minimorum, cum id virtuti liberalitatis repugnet, & vitium avaritiæ in personis, maxime ecclesiasticis, improbetur, juxta text. *in cap. avarit. de elect. in* 6. juvat decisio, tex. *in c. suam de pænis*. Nec obstat regula generalis, quod de omnibus fructibus solvenda est decima, siquidem appellatione omnium non veniunt minima, arg. *l. scio*, *ff. de in restit.* Ubi tamen consuetudo loci aliud suaderet, illi standum erit.

34 *Tertio* infertur, decimas prædiales ex fructibus esse solvendas, absque aliqua impensarum deductione, probant text. *in cap. non est*, *vers. volumus*, text. melior, *in cap. pastor. vers. expensas*, text. opt. *in cap. tua nobis*, *de dec.* tradunt Glos. *verb. præcedat*, *in cap. pen. illo tit. & verb. fruct. in cap. gravis*, ubi Doctor. *de restit. spol.* Doct. *in leg. fruct. ff. sol. matrim.* Tiraquel. *de retr. lig.* §.15. *gl.* 1. *num.* 10. *& de primog. quæst.* 47. *num.*9. Jo: Garc. *de expens. cap.* 1. *num.* 17. Sot. *de just. lib.*9. *qu.*9. *art.*2. Rebuf. *q.* 11. *nu.* 3. Menoc. *de arb. casu.*215. *num.*2. Gam. *Lusit. dec.*150. *num.*1. *& dec.*232. *num.*1. Perez. *tit.*5. *lib.*1. *Ord. pag.*125. Suar. *de Rel. tom.* 1. *tract.*2. *l.* 1. *c.*35. *num.*4. Less. *de just. l.*2. *cap.*39. *de dec. dub.* 3. *numer.* 16.

Rationem autem, quare expensæ ex his decimis non deducantur, cum alias fructus intelliguntur, deductis expensis, *ex d. l. fructus*, cum similibus, difficile erit investigare; nam Glos. *verb. credimus*, *in d. cap. pastor.* existimat, limitandam esse regulam *d. l. fructus* in decimis prædialibus, in quibus speciale esse putat, ut expensæ non deducantur: sequitur Bart. *dict. l. fructus n.*6. dicit communem legistarum, addit. ad Bern. *reg.*302. *ver.* 6. Sed convincitur manifeste; in primis, quia prædicti non assignant congruam rationem talis specialitatis: tum quia *l. fundus*, *qui* 52. *ff. fam. hercisc.* ibi *nullus casus*, *&c.* propter signum universale, *nullus*, talem specialitatem non solum in decimis, sed etiam in quocunque alio excludere, seu denegare videtur, quemadmodum enim dictio *omne*, nihil excludit, juxta reg. Jurisc. *in l. Julianus*, *alias incip. Testatorem*, *ff. de legat.*3. cum aliis citatis per me *de d. usuf. d.* 241. *num.*1. ita quoque dictio *nullus*, nihil admittit, & omnia excludit, *d.* 229. *nu.* 1. *&* 2. tum denique, quia *d. cap. tua nobis*, *vers. cum enim*, aperte significat id ipsum, quod disponitur in decimis, procedere etiam in fructibus, qui debentur dominis temporalibus, quorum prædia ab aliis coluntur. Secundo loco alii Doctores existimant, propterea expensas non deduci, quia decimæ prædiales jubentur solvi integræ, vel cum integritate, ut probatur *in d. cap. non est*, *ad fin.* ibi, *cum integritate*, &c. *& in d. cap. tua nobis in fine*, ibi *cum integritate*, *&c.* Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.*12. ubi, *integre persolvant*, ac subinde cum deducantur, ubi quis integros fructus reddere tenetur, arg. *ult.* ibi, *super integ.* &c. *C. ad l. falc.* merito inquiunt illi, deductio expensarum non contingit in decimis prædialibus persolvendis; ita in specie Roman. *in d. l. fruct.* post alios Tiraq. *d.* §.15. *gl.*1. *n.*9. add. ad Bern. *ubi sup.* Sed neque hæc ratio placet, siquidem prædicta jura, & alia similia, dum de integritate decimarum loquuntur, non constituunt aliquod jus novum, imo respondent consultationibus, ut patet ex *d. cap. tua nobis in princip.* ibi, *tua nobis fraternitas intimavit*, ac subinde ex eo, quod respondent, attento jure, decimas esse solvendas absque expensarum deductione, jubent easdem cum integritate persolvi: tum quia verior, & receptior sententia est, impensas esse deducendas, etiamsi quis integros fructus restituere teneatur, ut resolvunt plures citati a Tiraq. *ubi sup. num.*8. Tertio loco, nonnulli pro vera ratione indaganda existimarunt, faciendam esse distinctionem inter restitutionem omnium fructuum, & inter illam, quæ fit de aliqua certa illorum parte, seu quota, veluti quando agitur de quarta, vel quinta restituenda, itaut in priori casu procedat, reg. *d. l. fructus*, & intelligatur *d. cap. gravis*, *de restit. spol.* minime vero in posteriori casu; tunc enim putant, absque ulla expensarum deductione, semper verbum *fructus* esse intelligendum; ita in proposito Abb. *num.* 9. & alii *in d. cap. pastoralis*, plures relati a Tiraq. *ubi supr. numer.*17. *& de primog. q.*74. *n.*9. Capyc. *dec.* 20. *a num.* 12. Monet. *cap.* 6. *num.* 31. Sed nec hæc

ratio

ratin placet; repugnant enim decisioni text. *in dicta l. fructus*, ubi non ponitur verbum *omnes*, sed simpliciter, & absolute agitur de fructibus, & sic de parte, seu quota illorum, in qua quoad hoc non apparet diversa ratio: licet enim verbum indefinite prolatum, si negative concipiatur, æquipolleat universali, juxta text. *in d. l. 1. §. quod autem*, ibi, *judicium non dabo*, *ff. de alea lusu*, *& aleat*: si tamen affirmative fuerit conceptum, particulari censetur æquipollere, ut deducitur ex text. *in c. licet can. juncto c. statutum de elect. l. 6.* ac proinde necessario succedit regul. *l. quæ de tota*, *ff. de rei vend.*

36 Quare ex mente S. Thom. 2. 2. *qu.* 87. *art.* 2. pro declaratione, & vera ratione indaganda, sciendum est, primo, verbum, *fructus* duplici modo accipi; aliquando enim accipitur civiliter, aliquando vero naturaliter. Priori modo capitur verbum *fructus* secundum censuram, & interpretationem juris civilis, posteriori vero sumitur secundum naturam, & veritatem rei, & juxta verbi proprietatem. Inter hos duos modos illud est discrimen, quod verbum, *fructus*, civiliter acceptum non aliter intelligitur, quam deductis expensis, factis gratia eorundem fructuum, eo quod illis deductis expensis id residuo interpretatur lex civilis consistere utilitatem, quæ ex fructibus recipitur, sic procedit text. *in d. l. fruct. & in l. 1. C. de fr. & litium expens. & l. fund. qui ff. fam. hercisc.* Non sic dicitur, si verbum, *fructus*, naturaliter accipiatur: tunc enim fructus absque expensarum deductione considerari debent. Patet, si expendamus fructus, prout Dei auctoris beneficio proveniunt, esse quotquot in fundo nascuntur, & percipiuntur, & vidimus omnes fructus absque ulla expensarum deductione nasci in fundo, & Dei beneficio provenire. Sic alias solent homines, præsertim rustici, & juris civilis ignari dicere, tot se fructus percipere, quot nati, & collecti sunt in fundo, intelligentes verbum, *fructus*, naturaliter, & secundum rei veritatem absque ulla impensarum deductione.

37 Deinde sciendum est, verbum *fructus*, diversimode accipi in decimis prædialibus, ac in decimis personalibus; siquidem in prædialibus accipitur naturaliter, & secundum rei naturam, & verbi proprietatem, in personalibus vero civiliter hoc est secundum interpretationem, & censuram juris civilis. Ratio hujus diversitatis illa est; quia Deus Opt. Max. in lege veteri instituens decimas prædiales, quas Levitis præstari jusserat, non respexit ad jus civile futurum, nec ad illius futuram interpretationem, & censuram, sed ad naturam, & veritatem rei: ac proinde, cum decimæ prædiales, licet hodie ex auctoritate Ecclesiæ debeantur, sint tamen institutæ ad exemplum, & similitudinem illarum, quæ in lege veteri debebantur; unde merito effectum est, ut in decimis hodiernis prædialibus verbum *fructus* intelligatur naturaliter, prout in fundo percipiuntur ex Dei beneficio proveniunt. At vero cum personales decimæ debeantur ex sola auctoritate ecclesiastica, nec ullum de illis in lege veteri sit præceptum, ut advertit S. Thom. *dict. qu.* 87. *art.* 2. *ad* 1. merito effectum est, ut in illis jure humano inventis, & post jus civile institutis, verbum *fructus* non naturaliter accipiatur, sed civiliter, hoc est secundum ejusdem juris humani, & civilis interpretationem, & sic decimas personales regulariter deberi, expensis prius deductis, per text. *in dict. capitul. pastoralis* docent Reb. *d. tract. qu.* 11. *num.* 4. Tiraq. *d.* §. 15. *gl.* 1. *num.* 14. Mon. *cap.* 6. *num.* 32. ubi *n.* 33. subdit, deberi non solum, deductis expensis utiliter erogatis, ut in mediatoribus, verum etiam voluntariis, dummodo in fraudem factæ non sint. Nec refragatur tex. *in d. cap. non est*, *de dec.* ibi, *de bonis prædictis*, &c. junctis verbis præcedentibus, ibi, *de negociatione de ipsa militia*, &c. satisfit enim, si dicamus, text. illum in sua generalitate circa expensas non deducendas ad decimas prædiales esse restringendum, ne alias absurdum sequatur, contra text. *in d. c. pastor.* & licet determinatio respiciens plura determinabilia soleat illa æque determinare, juxt. text. *in l. jam hoc jure vers. incong. enim*, *ff. de vulg.* id tamen non procedit, quando colligitur expresse contrarium ex alia decisione, quæ expresse obstare videtur, prout ex text. *in d. cap. pastoralis*.

Ex his *primo* colliguntur rationes, propter quas decimæ prædiales absque deductione expensarum sint solvendæ; minime vero personales; & ulterius id ipsum non inepte deprehenditur ex text. *in d. c. tua nobis*, & aliis, de quibus *in tit. de dec.* dum in proposito expendunt, quod Deus Dominus est terræ, & plenitudinis ejus, & sibi reservavit decimas omnium fructuum terræ in signum universalis dominii; ac subinde videtur dicendum, decimam partem fructuum accipi debere eodem modo, quo Deus Dominus est terræ, & plenitudinis ejus. Nec refragatur dicere, quod quando domino restituuntur fructus à colono in quota, verbum *fructus* non civiliter, sed naturaliter accipitur, & sic fit restitutio absque impensarum deductione, *d. c. tua nobis*, satisfit enim, si advertamus, id procedere, supposita natura conventionis, quæ quidem inter dominum, & colonum fieri solet, fructibus naturaliter consideratis, hoc est de fructibus, quos Deus de terra dederit; ac proinde nil mirum, si debeant restitui sine deductione impensarum, prout dicit text. sic intelligendus *in d. c. tua nobis*, secus vero, si fiat mentio de fructibus simpliciter, & non detur alia conjectura, vel consuetudo, qua stante, supponatur prædicta natura conventionis juxta supra resoluta; quod tamen limitandum est, stante rationabili consuetudine, qua data, expensæ deducentur ex decimis prædialibus; si tamen congrua portio remaneat ministrantibus spiritualia; quoniam, sicut consuetudo efficere potest, ut decima alteretur, vel diminuatur, manente congrua sustentatione juxta supra resoluta, sic etiam eadem consuetudo efficere potest, ut ex decima parte fructuum deducantur expensæ, quarum deductio in effectu nihil aliud importat, quam quod minor efficiatur portio, quæ, illis non deductis, major erat. 38

Colligitur *secundo*, colonum partiarium pro portione sua in solvendis decimis non deducere expensas, ut probat *d. c. tua nobis*, ibi, *sicut colonus de parte fructuum*, &c. Menoc. *de arb. casu* 215. *n.* 2. Jo: Garc. *d. c.* 4. *n.* 22. Surd. *dec.* 294. *nu.* 1. 39

Suar. *de Relig. t.* 1. *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 19. *n.* 13. late Monet. *d. c.* 6. *n.* 40. *cum seq.* ubi *n.* 42. cum Azor. *Inst. mor. p.* 1. *l.* 7. *c.* 24. *q.* 4. agens de colono, & quomodo, & cui Ecclesiæ solvere debeat decimam, distinguit in hunc modum, aut colonus colit nummis, seu pro certis mensuris a domino dandis, & tunc solvit Ecclesiæ parochiali personalem decimam, tanquam de lucro suæ personæ: quo casu intelligendus est tex. *in d. c. quæst. in fine*, 16. *qu.* 1. aut demum colonus conducit totum prædium, sive nummis, sive pro certis mensuris domino solvendis, & tunc debet colonus solvere integram decimam ex omnibus fructibus Ecclesiæ parochiali.

40 Colligitur *tertio*, integre, & sine diminutione solvendas esse decimas, priusquam ex fructibus deducantur expensæ, tributa, & census, aut ulla alia debita, *d. c. tua nobis*, ibi, *decimam reddere sine diminutione*, &c. Cov. *var. l.* 1. *c.* 17. *n.* 13. *col.* 1. Less. *de Justit. l.* 2. *c.* 39. *dub.* 3. *n.* 16. Suar. *d. l.* 1. *c.* 35. Cald. Pereira *de empt.* 7. *c.* 9. *n.* 7.

41 Decima enim, ubi debetur, integra solvi debet, Rot. *dec.* 469. *n.* 1. & *dec.* 541. *in fin. p.* 1. *recen.* & ideo nec propter sterilitatem deneganda est, Reb. *q. ult. nu.* 22. Monet. *c.* 8. *n.* 62. nec prætextu, quod sibi debetur, cum in futuris decimis non admittatur compensatio, Rebuff. *d. q. ult. nu.* 19. Cened. *ad Decretum collect.* 66. *num.* 2. Monet. *d. c.* 8. *n.* 62.

42 Ad excludendas igitur fraudes potest Curatus custodes apponere, vel prohiberi facere, ne fructus ex agris auferantur, nisi soluta prius decima, vel quod ipse, aut ejus famulus sit præsens, ut advertunt Cov. *d. c.* 17. n. 8. Perez. *l.* 2. *tit.* 5. *l.* 1. *Ordin. pag.* 132. Hier. de Laur. *Avenion. dec.* 54. *in fine*, Suar. *d. l.* 1. *c.* 37. *n.* 7. Imo qui solvere tenetur decimam, debet ad instantiam Parochi, & ejus conductorum jurare de vera quantitate decimæ, ita ut collector decimæ non teneatur stare libero coloni arbitrio, ita late Pereg. *conf.* 21. *per tot. l.* 2.

43 Colligitur *quarto*, excepto casu decimarum prædialium, reliquos Ecclesiæ fructus debitos non aliter intelligi, quam deductis expensis, Fagundez *d. prac.* 5. *lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 18. Patet, si expendamus Ecclesiam nullibi habere privilegium, quod ex fructibus eidem debitis non deducantur expensæ, ac proinde in illa procedere regulam tex. *in d. l. fructus*, cum contrarium non reperiatur expressum, prout in specie advertit Tiraq. *ubi supra n.* 3. pro quo facit, etiam text. *in d. c. gravis*, quia agens de fructibus debitis Ecclesiæ, intelligitur deductis expensis, prout intelligit *gl. ult.* & omnes *ibi*. Sic sane in hoc sensu recte defendi potest communis explicatio Legislatorum supra relata, dum dicit, speciale esse in his decimis prædialibus, ita ut specialitas in eo verificetur, quod in decimis prædialibus fructus non accipiantur secundum censuram Juris civilis, de qua *in d. leg. fructus*, sed secundum rei naturam, & veritatem.

44 *Quinto*, & ultimo infertur, de una, & eadem re, sive de eodem acervo duplicem decimam solvi non debere. Gloss. *verb. deducendas*, *in c. pastoralis*, *de decim.* Gig. *de pens. q.* 58. *nu.* 3. & 4.

45 Acev. *lib.* 7. *in princ. tit.* 5. *l.* 1. *nova Recop.* Et ideo redecima, seu duplex decima est contra jus, Innocent. *in cap. cum non sit*, *a nu.* 1. *de dec.* Abb. *in c. cum sint*, *n.* 6. *ante fin. vers. alias sequeretur eod. titul.* Sot. *de Justit. l.* 9. *qu.* 4. *art.* 2. *vers. hinc superius colligebamus*, *in fine*, Seraph. *dec.* 148. *nu.* 9. Rot. *in Cordub. decimarum* 19. *Nov.* 1607. & 27. *Mart.* & 10. *Maii* 1613. cor. Rev. Dom. meo Coccino Decano; quatenus, scilicet petitur secunda decima, seu redecima de tributo, vel pensione, quam recipit dominus propter locationem prædii, ex cujus fructibus decima fuit ante soluta; tunc enim, cum semel decima de fructibus prædii sit soluta, non debet solvi secunda decima de pensione, quia locatio censetur facta, salva decima; ita Jo: And. *in cap. cum non sit n.* 4. *vers. unde dicit.* Innocent. *ibid. num.* 2. *vers. in domino autem fundi* Collect. *n.* 3. Anch. *num.* 4. Host. *num.* 2. Butr. *num.* 6. Card. *num.* 2. *vers.* & *ex hoc*, *de decim.* Vitalin. *in Clem. Religiosi n.* 25. *cum seqq. eod. titulo* Rot. *in d. Corduben. redecimarum*, 19. *Novemb.* 1607. cor. D. meo Cocc. Decano.

46 Præscriptione tamen immemorabili, vel quadragenaria cum titulo potest redecima acquiri, ut censuit Rota *in Conchen. redecimarum*, 1. *Febr.* 1591. cor. Giptio, & *in Corduben. redecimarum* 18. *Maii* 1618. cor. Rever. D. Coccino Decano; & illam sic acquisitam solvendi obligationem, ejusque substantiam non alterat, nec mutat seminis, seu qualitatis mutatio in prædio decimatorio, facta secundum Hostiens. *in sum.* §. & *utrum præscribi*, *ver. decimo quaero de decim.* Rebuff. *q.* 5. *num.* 34. *cum seqq.* Rot. *in d. Conchen. redecimarum*, coram Giptio, quia terra licet mutet qualitatem, veluti si de vinearia frumentaria fiat, aut viceversa, vel alio quocunque modo, decima nihilominus solvenda est, Valenzuel. *cons.* 33. *num.* 51. & 52. *tom.* 1. Salgad. *de protect. Reg. p.* 3. *cap.* 10. *num.* 143. & *seqq.* Castill. *tom.* 7. *de tert. cap.* 15. *a nu.* 3. Et possessionem probant ex privilegio decimandi in toto territorio respectu fructuum, qui alias ibi nascebantur: juvatur etiam respectu novalium postea receptorum, aut diversorum fructuum, qui de novo colliguntur, Covar. *pract. cap.* 37. *num.* 3. Marescot. *var. resolut. l.* 1. *c.* 11. *num.* 31. & 32. & Salgad. *d. cap.* 10. *num.* 44. Castill. *d. cap.* 15. *num.* 5. Ita etiam privilegium percipiendi decimas ex aliquo fundo conservatur, & retinetur, etiamsi varietur modus seminis, & fructuum ex multis Salgad. *d. cap.* 10. *num.* 314. *cum seq.* ubi, addit, quod consuetudo solvendi decimam ex tritico fundi, procedit usque adeo, ut si seminaretur millium, etiam solvenda sit, refert Castill. *d. cap.* 16. *n.* 6. & 7. In cujus consequentiam (infert. Valenzuel. *d. consilio* 34. *num.* 26. & 27. & *num.* 33. & 34.) habet jus, & intentionem fundatam etiam quoad fructus novos olivarum, olei, & croci, qui processerunt ab eisdem prædiis, in quibus colligi solebant, & persolvi decimæ specierum grani, & vini, nam qui præscripsit decimas in prædiis, in quibus satum fuit frumentum, si ibi seminetur avena, aut lolium, vel millium, consequi deboit etiam eorum decimam; idem tenet Valasc. *conf.* 58. *num.* 14. quos refert Castill. *dict. cap.* 15. *ex num.* 8.

§. II.

§. II.

De personis, quibus decimæ solvendæ sunt.

SUMMARIUM.

1 *Decima aliquando sumitur pro jure ipso percipiendi fructus decimarum, aliquando importat ipsam perceptionem, seu ipsos fructus.*

2 *Decima, quatenus importat ipsum jus percipiendi fructus decimarum, in laicos cadere non potest, secus si ipsam perceptionem.*

3 *Decima considerata, ut jus percipiendi fructus decimarum, post divisionem parochiarum adeo solis Parochis competit, ut nullus alius illam habere possit.*

4 *Decimæ totius diœcesis ante parochiarum divisionem ad solos Episcopos spectabant.*

5 *Parochiæ singulæ singulis Presbyteris in divisione fuerunt constitutæ, singulisque Parochis territoria per suos terminos divisa.*

6 *Parochia vulgo dicitur totus ille ambitus, quo plebs eidem parochiæ deputata continetur.*

7 *Decimarum perceptio ad solos Parochos de Jure communi pertinet.*

8 *Parochus, & alii, quos ipse ad participandum de decimis admittit, jure communi habent fundatam intentionem respectu omnium decimarum intra suæ parochiæ limites existentium.*

9 *Parochus in petitorio non tenetur aliter probare decimas sibi competere, sed contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

10 *Juris communis assistentia in decimis non suffragatur Parocho ad effectum obtinendi manutentionem.*

11 Cap. quoniam de decim. *declaratur.*

12 Cap. dudum eod. tit. *declaratur.*

13 *Episcopus respectu Cathedralis dicitur proprie, & immediate Parochus, non vero aliorum Parochianorum.*

14 *Decimæ, quæ non sunt intra certam parochiam, spectant ad Episcopum.*

15 *Decimæ spectant ad Episcopum in illis diœcesibus, in quibus parochiæ non sunt distinctæ.*

16 *Decimarum perceptio, jure communi attento, pertinet ad capellam, quæ noviter, & legitime in parochiam fuerit erecta, quantumcumque intra limites alterius parochiæ erigatur.*

17 *Ecclesia Matrix de jure communi fundata est quoad decimas prædiales suæ parochiæ.*

18 *Ecclesia Matrix, si consentit assignationi limitum, & fundationi parochiæ, tunc censetur remisisse jus decimandi, & alia jura parochialia quoad illam portionem limitum.*

19 *Ecclesia parochialis de novo erecta, fundatam habet intentionem super decimis contra Ecclesiam Matricem, cui prius decimæ debebantur, si Episcopus illas novo Parocho ad præscriptum Concilii assignavit.*

☞ *Vide Additionem.*

20 *Novalia debentur parochiæ, in cujus finibus surgunt.*

21 *Parochiani tenentur denunciare, & Parochum certiorem facere ad decimas prædiales recipiendas, statimque post collectos fructus illas persolvere, nisi aliud consuetudine sit introductum.*

22 *Decimas consuetas tardius dantes, peccant mortaliter.*

23 *Decimæ debentur statim, absque eo quod a Parocho petantur.*

24 *Parochiani non tenentur decimas debitas deferre in horrea Clericorum, etiamsi sint publica, nisi consuetudo sit in contrarium.*

25 *Parocho alii decima non est solvenda, præterquam illi, apud quem ecclesiastica Sacramenta suscipiantur.*

26 *Decimæ personales, attento jure, alii Parocho non debentur, quam illi, apud quem suscipiuntur ecclesiastica Sacramenta.*

27 *Decimæ personales in multis Hispaniarum partibus sunt in usu.*

28 *Decimæ personales non spectant ad Ecclesiam habitationi connexam, sed domicilio.*

29 *Parochianus habens duo domicilia, si unum accessorium est, principali solvet decimam personalem; si vero in utroque æqualiter se collocat, inter utrumque dividetur.*

30 *Artifex, si habeat domicilium in confinio duarum parochialium, tenetur decimam solvere illi parochiæ, ubi est pars domicilii, in qua semper laborat.*

☞ *Vide Additionem.*

31 *Decimæ prædiales solvuntur ex prædiis sitis intra propriam parochiam, vel in aliena parochia.*

32 *Decimæ personales, & prædiales, intra propriam parochiam constitutæ, non alii, quam proprio Parocho sunt persolvendæ.*

33 *Decimæ in aliena parochia constitutæ, cui Parocho, prædiali scilicet, an sacramentali, sint solvendæ, recurrendum est ad consuetudinem.*

34 *Decimæ in aliena parochia constitutæ, cui Ecclesiæ debeantur, non est jure expressum.*

35 *Decennium sufficit ad introducendam consuetudinem, cui ex duabus Ecclesiis parochialibus debeantur decimæ; immemorialis vero, aut quadragenaria cum titulo requiritur, si ageretur inter Ecclesiam parochialem, & alteram, cui jus resistet.*

36 *Decimæ in aliena parochia constitutæ, semota consuetudine, potius prædiali, quam baptismali Ecclesiæ sunt solvendæ.*

37 *Ovium fructus dicuntur industriales, & non naturales.*

38 *Oves, si dimidia parte anni pascant in Ecclesia prædiali, dimidium totius decimæ illi persolvendum est, reliquum vero dimidium pro rata temporis Ecclesiæ parochiali, si altera dimidia parte anni in eadem oves pascant.*

39 *Decimæ ovium dividendæ sunt inter duas parochias, si in earum una jaceant, & dormiant, & in alia pascant.*

40 *Oves, quando nec pascuntur, nec morantur per ullam anni partem in Ecclesia domini sui, sed in aliis, nulla pars debetur Ecclesiæ parochiali domini, sed illi, ubi pascuntur, & morantur.*

41 Cap. Commissum, de decim. *declaratur.*

42 *Decima ex ovibus non solvenda Ecclesiis illarum regionum, per quas pascendo transitum faciunt, & redeunt in domicilium.*

43 *Spoliatus per Parochum a perceptione decimarum, quas in ipsius parochia possidebat, non aliter est resti-*

restituendus , quam si ostendat titulum , vel causam justam , qua possessio ejusdem justificetur .

44 Cap. in litteris , de restit. spoliat, *declaratur .*

45 Cap. cum Ecclesia Sutrina , de causa possess. & prop. *declaratur .*

46 *Laici spoliati decimis agentes interdicto* , unde vi , *an sint ante omnia restituendi , ostenditur , & num. seqq.*

57 *Decimæ absque parochia an præscribi possint , ita ut virtute præscriptionis aliquis illas exigat a Parochianis , ostenditur , & num.*48.

49 *Præscriptio , non est admittenda, si non detur capacitas possidendi in præscribente .*

50 *Laici decimas possidere , & præscribere non possunt .*

51 *Laicus potest possidere decimas , quas vere , & præsumptive constat obtentas esse ante Lateran. Concil. & præscribere contra laicum , qui ante Lateranen. acquisierat .*

52 *Laicus decimas præscribere potest , si privilegium Papæ , accedente ejus fama, alleget, & ad ejus probationem tempus immemoriale ostendat , ex quo præsumptione juris resultat titulus privilegii allegatus .*

53 *Laicus in decimis percipiendis tutus est , si accedat fama privilegii , seu feudi obtenti ante Concilium Later. immemoriali præscriptione allegata .*

54 *Decimas , quæ juste , & ex legitima concessione a laicis obtinentur , potest laicus contra laicum præscribere .*

55 *Decimæ absque parochia præscribi possunt , præcedente titulo cum spatio quadraginta annorum .*

56 *Præscribenti contra illum , qui habet decimas , de jure speciali sufficit , bonam fidem probare .*

57 *Ecclesia una , ut præscribat decimas, Episcopo de jure communi debitas , quas tamen Episcopus nunquam possedit , sufficit præscriptio sola quadragenaria cum scientia, & patientia Episcopi.*

58 *Præscriptio percipiendi decimas intra alienam parochiam ad novalia non extenditur .*

59 *Interpretatio stricta facienda est in præscriptione.*

60 *Decimas tritici in aliena parochia præscribens, seminato millio , vel alio , non privabitur decimis illorum , quæ de novo ibi feruntur .*

61 *Decimas præscribens in una parte fundi , maxime per limites designati , ita ut unus dicatur , si postea in altera Parochia fiat novalis , decima præscribenti solvenda est .*

62 *Decimas personales Parochianorum habitantium in aliquo loco præscribentes, si aliquis de novo ad illum locum venerit , præscribens ab illo decimas habebit .*

1 DEcima , quoad hoc propositum , duobus modis potest considerari, aliquando enim sumitur pro jure ipso percipiendi fructus decimarum , aliquando vero importat ipsam perceptionem , seu ipsos fructus, qui decimarum nomine capiuntur. Meminit hujus divisionis S. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.*3. Inter quos modos illud est discrimen , quia , si priori modo consideretur jus illud, est jus spirituale dependenter. Ratio est , quia cum competat propter ministerium spirituale , ab eodemque ministerio dependeat, merito veluti quoddam
accessorium eidem ministerio jus spirituale dependenter appellabitur; non sic dicendum de perceptione fructuum , quæ quidem res temporalis est, eo quod in rebus temporalibus consistit , quas res
constat ad hominis alimoniam ordinari . Sic sane 2
priori modo considerata, in laicos cadere non potest , prout notavit Glos. & communis *ibi in c. causam quæ de præscr. glos.* 2. & communis *in c. quamvis* , 17. *de decim.* post alios Cov. *var. li.* 1. *c.*17. *n.*6. Menoch. *illustrium c.*89. *n.*6. Gutier. *canon. lib.*2. *c.*21. *n.*64. & 17. eo quod laici non possunt administrare spiritualia , a quibus inseparabiliter dependet, juxta text. *in c.* 1. ibi , *jure Sacerdotum* 16. *q.*7. & *in c. tua* 25. *in princ. de decim.* observat S. Thom. *dict. art.*3. Sot. *lib.* 9. *de Just. quæst.* 4. *art.* 3. Cov. *d. c.* 17. *n.*1. Contra vero erit , si posteriori modo decima consideretur; tunc enim in laicos cadere potest , ut docet Pont. *in cap.*2. *de locato* , fatetur communis ex Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 11. Rebuf. *de decim. q.* 10. *n.*34. dummodo tamen non sit per titulum habilem ad transferendum dominium , & producentem usucapiendi conditionem , prout colligitur ex tex. sic intelligendo *in d. c.* 2. *de locato* , *in vers. ita tamen* , eo quod per talem titulum laicos habere decimas datur juris resistentia, de quo *in d. c.*16. *q.*7. & *in c. fin. vers. quod autem* 16. *q.* 1. & *in c. pervenit.* 1. *q.*3. qua quidem resistentia inficitur , & impeditur , saltem possessio civilis , & justa , hoc est habilis , sine qua præscriptio non procedit , juxta *reg. sine possessione , de regul. juris l.* 6. & ita etiam intelligi potest decisio text. *in d. c. causam , quæ* , ut procedat quoque in decima posteriori modo considerata ; non enim par credere est in illo text. imo omnino ineptum videtur, laicum ibi contendisse decimas ad se pertinere tanquam proprium stipendium pro spirituali ministerio , quod constabat ab ipso præstari non posse.
Quibus præmissis , jam patet, decimam , prio- 3
ri modo consideratam post divisionem parochiarum adeo solis Parochis competere , ut nullus alius illam habere possit . Probatur , etenim cum decima priori modo considerata illis solummodo competat , qui ad populi solventis salutem spiritualia ex obligatione officii ministrant , & soli Parochi hoc efficiant ministerium , ut per Sot. *l.* 9. *de just. q.*3. *col.*3. Suar. *de pænit. p.*2. *dis.* 32. *sect.* 1. *a n.*2. recte fit , ut illi soli , & nullus alius, talem decimam recipere possint post factam paro-
chiarum divisionem : quia ante illam decimæ to- 4
tius diœcesis ad solos Episcopos spectabant , qui soli pro illo tempore erant Parochi, quibus scilicet totius plebis diœcesanæ cura imminebat , juxta text. *in c. Episcopus*, & *in c. præcipimus* 12. *q.*4. ceteri autem Presbyteri, veluti eorum coadjutores , ex tex. *in c. in novo* 21.*dist.* ad eorumdem Episcoporum nutum promiscue, modo in hac , modo in illa parochia pastorale munus exercebant . Postmodum vero, facta redituum ecclesiasticorum divisione, juxta tex. *in d. c. de redditibus*, & *in c. quatuor*
12. *q.* 2. parochiæ singulæ singulis Presbyteris 5
fuerunt constitutæ , singulisque parochiis territoria per suos terminos sunt divisa , ut tandem unicuique Presbytero tota suæ parochiæ cura remaneret , tex. opt. *in c.* 13. *q.*1. resolvit Nav. *in c. placuit , in princ. de Pæn. dist.* 6. Selv. *de benefic. p.* 1.

p. 1. *q.* 4. *n.*12. Duen. *reg.* 72. *a princ.* Sic sane parochia vulgo dicitur totus ille ambitus, quo plebs eidem parochiæ deputata continetur, Sylv. *in sum. verb. Paroc.* juxta quæ dicendum est, quo, Parochus est Presbyter ille, qui habet curam totius parochiæ in foro conscientiæ, contra vero parochiani sunt singuli de ipsa plebe.

7 Ex quibus *primo* infertur, perceptionem ipsam decimarum ad solos Parochos, attento jure communi, pertinere. Dixi *supra*, decimam priori modo consideratam, hocest jus percipiendi decimas solis Parochis competere, atqui perceptio ipsa fructuum, attento jure communi, spectat ad illum, qui jus percipiendi habeat, ut docet Jureconf. *in l. usufr. legat.* 7. *in princ. ff. de usufr.* igitur, &c. probant corol. tex. *in c.* 1. ibi, *jure Sacerdotum*, *& in d. c. statuimus*, 16. *q.* 1. text melior, *in c. ult. de Paroch. & in d. c. cum contingat.*, *de decim.* ubi Ab. *n.*7. S. Thom. 2.2. *q.* 87. *art.*3. *in corpore*, Sylv. *verb. decima*, *n.*14. Cov. *l.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 7. Gona. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 5. *n.*75. Jos. Lud. *dec.*72. *n.*3. 9. & 10. Seraphin. *dec.* 1449. *num.*5. Greg. XV. *decis.*519. n. 2. Cavaler. *decis.*73. Rot. *in Novar. decimarum.* 7. *Maii* 1627. *cor. R. P. D. Pirovano, & in Sabinen. decimarum* 16. *Martii* 1609. coram Rev. D. Coecino Decano, *& in Abul. Decimar.* 17. *Dec.* 1627. *coram eodem*, *& in Abulen. decim.* 28. *Martii* 1631. cor. R. P. D. Ubaldo.

8 Parochus enim de jure communi habet fundatam intentionem respectu omnium decimarum intra suæ parochiæ limites existentium, *c. cum contingat*, *& c. cum tua*, *de decim.* Aloys. Ricc. *in praxi p.*4. *res.*294. *n.*1. Rot. *dec.*178. *n.*5. *p.*1. *& dec.*135. *&* 192. n. 5. *& dec.* 177. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* & fuit dictum *in Conch. decimarum* 11. *Maii* 1615. coram R. P. D. Pirovano, & *in Civit. decimarum* 18. *Junii* 1618. coram Card. Verospio, ead. Rota coram Seraph. *dec.* 802. *n.* 1. 2. *&* 10. & coram Greg. XV. *dec.* 449. *n.* 1. Cocc. *decis.* 16. *n.* 1. *& dec.*55. *n.*8. *& dec.*134. *in fine*, & apud Post. post *tr. mandati de manutenendo dec.* 257. *& num.* 2. *& dec.*187. *num.*6. *& dec.*211. *n.*4. etiam ad exclusionem Episcopi, Seraph. *d. dec.*802. *n.* 1. & hæc juris assistentia suffragatur, nedum ipsis Parochis, verum etiam aliis, quos iidem ad participandum de decimis admittunt. Seraph. *dec.*899. n. 3. *&* 4. *& dec.*908. *n.*3. & fuit dictum *in alleg. Civ. decimarum*, cor. Card. Verosp. Post. *d. obs.* 45. *n.* 56. & Rot. *post ipsum dec.*157. *n.*3.

9 Quæ quidem assistentia prodest Parochis in petitorio, ut non teneantur aliter probare decimas sibi competere: sed contrarium asserenti incumbat onus probandi, cum habeat contra se juris assistentiam. Rebuff. *de congrua portione num.*10. *cum seqq.* Maresc. *var. res. lib.*1. *c.*12. *num.*14. Rot. *d. dec.*135. *in fine*, *& d. dec.*193. *num.* 5. *in fine p.* 2.
10 *recent.* non suffragatur tamen ad effectum obtinendi manutentionem, quæ ex sola juris communis assistentia non datur, nisi in jurisdictionalibus, juxta opinionem, quam hodie Rota servat, quidquid alias tenuerit, ut notavit Ferentil. *in annot. ad dec.* 219. *Buratti*, *littera A.* & sic juxta opinionem, quam frequentius tenuit Rota, non suffragatur Parocho, & parochiali Ecclesiæ pro manutentione solum fundamentum hujusmodi juris assistentiæ absque possessione probata, ut ipsamet Rota censuit *dec.*685. *n.*2. *p.*1. *recent. & dec.*291. *n.*14. *Post. vol.*2. *consil. Farinac.* Adden. *ad dec.*312. *in fin. Greg. XV.* Aloys. Ric. *in collect.* 1313. Post *d. observ.*45. *n.*47.

Nec etiam in his terminis Parocho danda est manutentio in perceptione decimarum ex sola juris assistentia, quando constat de possessione alterius, Rot. *d. dec.*291. *n.*14. *in fin. & num.*17. *Post vol.*2. *consil. Farin. & dec.*685. *sub n.*2. *p.* 1. *recent.* Nec quando ex adverso allegatur, & justificatur privilegium, Seraph. *d. decis.*1397. *n.*2. *in fin.* seu ex adverso probetur præscriptio ad favorem aliorum in illarum perceptione, Rot. *in novis dec.*11. *alias* 259. *de restit. spoliat.* licet secus, si validitas privilegii sit in in controversiam deducta, & dum de ea discutitur, Rota post tract. Post. *decis.* 157. *num.* 5.

Et quod dictum est de decima respectu Parochi, etiam in quarta decimarum respectu Episcopi pro sua portione pontificali locum habere est dicendum; nam licet Episcopus habeat in ea intentionem fundatam intra limites suæ Diœcesis, vel de jure communi, vel de consuetudine, Seraphin. *decis.*1449. *n.* 4. Rot. *apud Marchesan. de commission. p.*1. *pag.*682. *n.*2. *& decis.* 402. *n.*1. *p.*2. *recentior.* attamen sine possessione non debetur illi mandatum de manutenendo, Seraph. *d. dec.*1449. sed probata quasi possessione, illi manutentio datur Seraph. *dec.*1380. *n.*1. Rot. *dec.* 402. *n.*2. *p.*2. *recentior.* Non obstat text. *in d. c. quoniam* 13. *de* 11
decim. dum probat, ad Episcopum etiam pertinere perceptionem decimarum; quia omissa responsione gloss. *in d. c. cum contingat*, *& verb. decimationum in cap. conquerente*, *de offic. Ordin.* contendentium, text. illum loqui de consuetudine, secundum quam putant, Episcopos habere quartam decimarum in parochiis suæ diœcesis contra tex. *in d. cap. conquerente*, ubi enumerantur illa, quæ de jure pertinent ad Episcopos, prout est visitatio, jurisdictio ecclesiastica, & alia plura, cum quibus quarta decimarum comparatur, responderi potest, prædictam quartam, de qua *in d. c. quoniam*, de jure debitam Episcopis, non dari illis, quasi eam exigere possint immediate a parochianis, sed ab ipsis Parochis, prout expendit Abb. *n.*2. *in d. cap. quoniam & in d. c. cum contingat n.*7. idem Abb. & communis *in d. c. conquerente*, *& in cap. de quarta de præscr.* juxta quam responsionem verba illa, text. *in d. c. quoniam* ibi, *tua parte retenta*, sunt intelligenda, ut videlicet pars illa ducenda sit è manibus Parochorum, nempe ex toto decimarum cumulo, qui obvenit parochiali Ecclesiæ, quam quidem quartam jam antea dicit institutam text. *in c. concesso*, cum multi *ibidem* 12. *q.* 2. & de illa agit text. *in d. c. conquerente*.

Nec obstat text. *in cap. dudum*, *de decim.* Satisfit, 12
si dicas in text. illum dum dicit, Episcopum habere fundatam intentionem jure communi super decimas, agere de decimis, quæ debentur parochiæ ipsius Episcopi, qualis est Ecclesia Cathedralis, re- 13
spectu cujus dicitur propriè, & immediatè Parochus, non vero aliarum parochiarum, Abb. *in d. c. cum contingat*, *n.* 7. Reb. *de decim. q.*7. *num.* 7. Monet. *eod. tr. c.*7. *n.*7. Cocc. in *dec.* 38. *n.* 1. *& dec.*254. *n.*4. Posti *d. observ.*45. *n.* 45.

Sic similiter, quando prædia, ex quibus decimæ 14
pe-

petuntur, non sunt intra certam parochiam, tunc remanent prædicta prædia immediatè in parochia Episcopi, ac proindæ decimæ illorum jure communi ad Episcopum, tamquam ad proprium, & immediatum Parochum pertinere dicuntur *d. cap. quoniam; in fine*, sic necessario intelligendum: ubi Abb. *n.2. & 4.* gloſ. *verb. jure communi in d. cap. cum contingat.* Rebuff. *q. 7. n. 8.* Verall. *dec. 340. num.2. p.3.* Azor. *instit.mor. p. 1. l.7. c. 25. q. 9. ver. deinde* Mon. *c.7. n.9.* Basil. Pont. *de Sacram. Matrim. l.5. c.13. §. 3. n.21.* Rota *in Placen. decimarum* dell' Hebrero, *9. Junii 1603. & 21. Junii 1604.* coram Rev. Coccino Decano, & *in Placentina decimarum personalium de Trugillo, 18. Martii 1618.* coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impress. *decis.164. & in Conchen. decimarum* dell'Infantado; *18. Decemb. 1617.* coram bon.mem. Martino Andrea.

15 Sic etiam in illis Diœcesibus, in quibus parochiæ non sunt distinctæ, solus Episcopus dicitur totius Diœcesis universalis Parochus, ac proinde ei debentur decimæ, *c. fin.* ubi gloſſ. *de Paroch.* Rebuff. *q.7. n.9.* Azor. *instit.mor. p.1. lib.7.c.36. q.9.* Rot. *decis.309. n.5. p.2. diverſ.* Monet. *c. 7. num.10.* Buratt. *dec.164. n.2.* & fuit resolutum *in dicta Civitaten. decimarum*, coram Card. Verospio, & coram Coccino *dec.118. n.5. & decis.237. n.2. & decis.485. num.* Et in Regnis Hispaniarum Ecclesiæ Cathedrales, Dignitates, & nonnulla alia beneficia sunt fundata super decimis, & ideo Parochi in illis Regnis non possunt dici habere intentionem fundatam contra hujusmodi Beneficiatos super decimis, sed tenentur probare, ut dicit Rot. cor. Greg.XV. *dec.429. n.6.* Ex his.

16 Colligitur *primo*, decimarum perceptionem, & jure communi attento, pertinere ad capellam, quæ noviter, & legitime in parochiam fuerit erecta, quantumcumque intra limites alterius parochiæ erigatur. Patet, si expendamus, in illa reperiri Parochum, quem supponimus legitime obligatum ad administranda spiritualia in sui populi salutem; ac proinde nil mirum, si jure communi inspecto, perceptio decimarum ad illum spectare dicatur juxta supra resoluta: ita in specie resolvunt Abb. *n.8.* & Doctores communiter *in d. c. cum contingat.* Nec refragatur text. *in c. Ecclesia, & in c. quicumque 16. q.1.* dum dicunt, novas Ecclesias constituendas non esse cum præjudicio antiquiorum, saltem quoad decimas, satisfit enim, si advertas, jura illa non procedere, quando ex justa causa, & concludente justitiam, interveniente Episcopi auctoritate, & aliis requisitis non deficientibus, capella in parochiam erigitur, juxta terminos text. *in c. ad audientiam l.1 de Eccles. ædific.* Conc.Trid. *sess.21. de reform. c.4* prout in specie intendit gloſſ. *in d. c. Ecclesiæ*, facit text. *in c. sicut unire de exceſ. Prælat.* Sic sane sine prædicta justa causa, & necessaria non potest Episcopus capellæ noviter erectæ deputare certam parochiam cum præjudicio Ecclesiæ baptismalis, cujus consensus ad talem deputationem necessarius est, prout in specie advertit *verb. antiquiores, in d. c. quicumque* Lambert. *de jurepatron. lib.1. p.1. q. 4. art. 8.* Rebuff. *quæst. 6. a num.9.* & multiores prædictæ capellæ erectio solet fieri cum quadam transactione, & compositione, celebrata inter Ecclesiam antiquam, & ipsam capellam circa decimas, fructus, & oblationes recipiendas, non constituendo Vicarium in eadem capella, sed mercenarium per Parochum Ecclesiæ antiquæ designandum: quod si capella habens parochiam intra limites alterius inveniatur, & non constet de justa, & necessaria causa parochiæ deputationis, & sic dubium proponatur, illam quidem intervenisse, & reliquas solemnitates, præsumendum est juxta resoluta per Archid. *in c. nemo n. 3. de consecrat. dist. 1.* Felin. *in c. de quarta n.12. de præscript.* quæ sententia data temporis diuturnitate, puta decem annorum, extra controversiam procedit, siquidem licet solemnitas extrinseca, qualis est Episcopi consensus, & interventio justæ, & necessariæ causæ ex se non præsumatur, juxta reg. text. *in l. quæcunque 15. §.ult. ff. de Publ. in rem act.* resolvit Boer. *decis.15. n. 3.* diuturnitate tamen temporis interveniente, necessario præsumuntur juxta reg. text. *in l. filius ff. C. de petit. hæred.* tradit communis per text. ibi *in l. cum de in rem verſ. ff. de usuris, & in c. pervenit de empt.*

Secundo colligitur, Ecclesiam matricem de jure communi fundatam esse quoad decimas prædiales suæ parochiæ, Gloſſ. *verb. de jure communi, in d. capite cum contingat.* Rebuf. *q. 6. n. 12.* Suar. *de Relig. tom.1. lib.1. de decim. cap.28.* Rot. *in Novarien. decimarum septimo Maii 1627.* coram R. P. D. meo Pirovano. Si vero Ecclesia matrix consentit assignationi limitum, & fundationi parochiæ, tunc censetur remisisse jus decimandi, & alia jura parochialia quoad illam portionem limitum, qui novæ Ecclesiæ assignati sunt, Rebuff. *d. q.6. n.20.* Monet. *d. c.7. n.30.* Rot. *decis. 313. n.9. p. 2. receptiſſim.* ubi quod erecta nova parochia intra fines antiquæ, nova parochia habebit decimas, quæ alias competiissent antiquæ, etiamsi hoc in nova erectione minime caveretur. Gratian. *discept.forenſ. to. 3. c. 458. num. 14.* ita ut Ecclesia parochialis de novo erecta fundatam habeat intentionem super decimis contra Ecclesiam matricem, cui prius decimæ debebantur. Rot. *in Mediolanen. decimarum, de Carlatio 13. Martii 1616.* coram bon.mem. Martino Andrea, & *in Commen. decimarum 28. Junii 1602. & 27. Novembris 1616.* coram Cardin. Sacrato, & *in Conchen. decimarum de Castecon. 11. Maii 1615.* coram R. P. D. Pirovano, & *in Mediolanen. decimarum S. Juliani 16. Januarii 1613.* coram Card. Pamphilio jun. ubi vult, hoc procedere, quando dismembratio est facta simpliciter, non autem quando est facta cum clauſ. *sine præjudicio alicujus*, Cald. *conſ.2. de decim.* Abb. *in d. c. cum contingat, n.8. in 4. casu* post Butr. *n. 8. in fine, verſ. quandoque intra limites*, idem Abb. *in c. ad audientiam n.14. de Eccl. ædific. & conſ. 58. ad fin. verſ. hac insuper l.1.* Pariſ. *conſ.73. n.1. l.4.* Menoc. *conſ. 39. n.20.* Ruin. *conſ.169. n. 79.* & non est necesse, quod reales limites assignentur, sed sufficit, quod matrici, cui debebantur decimæ, & primitiæ in erectione novæ parochiæ, relinquantur solæ primitiæ ex gratia, Rot. *in d. Mediolanen. decimarum de Carlatio*, per inclusionem enim primitiarum excluduntur decimæ, & censentur assignatæ parochiali noviter erectæ, arg. text. *in l. cum*

cum Prætor. ff. de jud. & in l. maritus, ubi gloss. verb. præscripserit. C. de procurator. stante maxime consensu Præpositi Ecclesiæ matricis in ipsa dismembratione. Advertendum quoque est, Rot. in d. Mediolanen. decimarum de Carlatio, de hac conclusione dubitasse, an scilicet decimæ absque alia assignatione, & dismembratione facta per Episcopum transirent ipso jure in Ecclesiam parochialem noviter erectam, propter Conc. Trid. sess.21. de reform. c. 4. ibi, assignetur competens portio Episcopi, &c. & ideo causam remisisse ad Eminentiss. S. Congr. Concil. Trid. Interpretes, qui, partibus auditis, sub die 11. Martii anno 1617. censuerunt, decimas ad Ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso jure in parochialem Ecclesiam noviter erectam; sed remanere apud Ecclesiam matricem, nisi eas Episcopus novo Parocho ad præscriptum Concilii assignaverit.

Additio.

☞ Notandum hic obiter, quod quamvis Ecclesia matrix sit sola Cathedralis, cap. XXII Venerabili de verbor. signific. matrix tamen propria, & rigorosa dicitur illa, quæ veram subjectionem importat & dependentiam aliarum, quæ ab illa processerunt, & in ejus adjutorium per viam dismembrationis non plenariæ postmodum natæ, Rota dec.324.n.5. & seq. Cor. Card. Caprara & decis. 137. n.2. coram Card. Crescentio. Impropria vero, & abusiva dicitur, quæ simplicem majoritatis, dignioritatis, & præeminentiæ qualitatem inducit, & præsefert in reliquas Ecclesias. Rota in Tirassonen. decimarum 25. Junii 1752. §.6. & 7. Card. Bussio. ☜

20 Tertio colligitur, deberi novalia parochiæ, in cujus finibus surgunt. d. c. cum conting. & d. cap. quoniam de decim. quod si novalia appareant inter duas parochias, & nesciatur intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc inter illas fiet divisio, ut voluit Henr. Boic. in c. pervenit. col. de decim. vel Episcopus, cui voluerit, judicio suo concedet secundum Rebuf. d. tr. q. 14. n.5. per d. c. quoniam, ubi habetur, quod tunc Episcopus secundum discretionem a Deo sibi datam, vel alii Ecclesiæ deputare, vel ad opus suum retinere debet. Si vero limites quoquo modo apparent, pro modo, & portione limitum cuilibet earum parochiarum debet assignari, ut disponitur in d. c. quoniam, & notavit Rebuff. d. q.14. n.4.

21 Quarto colligitur, Parochianos teneri denunciare, & Parochum certiorem facere ad decimas recipiendas, statimque post collectos fructus illas persolvere, ad quorum solutionem debent esse parati, quoties per Parochum, vel ejus procuratorem fuerint petitæ, alias peccatum mortale incurrunt ita gloss. verb. fructibus in c. cum homines, de decim. Covar. l.1. var. c. 17. n. 8. ver. tertia, Reb. dict. tr. q. 13. n. 50. Fagund. d. præc.5. l. 1. cap.4. n. 11. Gutier. canon. l.2. cap. 21. num. 43. Suar. d. l.1. cap.36. n.20. & cap.37. num.2. quod enim decimæ prædiales solvi debeant statim ac fructus collecti sunt, probat expresse text. in d. cap. cum homines, ibi, statim frugibus collectis, &c. Læl. Zanch. de privileg. eccles. privil.120. nu. 11. Campan. in divers. juris canon. rub.12. c. 13. num.160. Guid. Pap. dec.70. ubi etiam intelligit statim, idest, quanto citius solvi possunt, Aloys. Ricc. in praxi aurea res.252. n.1. Paul. Laym. in Theolog. morali, l.4. tract.6. cap.5. num. 1. Castill. tom.7. de tertiis cap. 39. num. 3. Mon. dict. tract. cap. 6. q.2. num.8. ubi num.9. cum Reb. d. q.12. num.2. & Azor. d. p. 1. l.7. cap. 24. qu. 16. tenet sufficere, quod fructus sint collecti, licet granum sit cum palea, & num.25. subdit, valere consuetudinem, ut decimæ prædiales non solvantur statim, sed certo tempore. Unde mortale peccatum incurrere consuetas decimas tardius dantes, resolvunt 22
Marchesi. de commission. p.1. cap.15. sub num. 17. Campan. d. rub. 12. cap. 13. nu. 155. imo teneri solvere, vel monere debentem, quando frumentum, vel vinum petiit, si decimæ solutæ non fuerunt, statim ac fructus collecti sunt, vel saltem juxta consuetudinem, monito Curato, ut decimam reciperet, voluit glos. d. verb. fructibus, sequuntur Rebuff. dict. qu.12. num. 2. Monet. dict. cap.6. num. 10. debentur enim statim absque eo, 23
quod a Parocho petantur, vel exigantur; quia dies ipse, sive tempus solutionis pro creditore interpellat, Rebuff. d. q.12. n.7. Gutier. d. cap.21. num. 44. Paul. Laym. in Theolog. mor. l. 4. tr. 4. cap.5. num. in fine.

Non tamen prædicti Parochiani tenentur decimas debitas deferre in horrea Clericorum, etiamsi 24
sint publica, cum ad id nullo pacto, nullave lege obligentur, ut in specie tradit Guid. Pap. dec.283. Adrian. quod lib.5. art.1. §. 2. licet contrarium teneant Doctores communiter, ut per Gutier. d. cap.21. num.43. quorum sententia poterit procedere, data consuetudine in contrarium, quæ non datur; imo, inspecta illa, Clerici solent mittere pro decimis ad agros, fundosque tempore collectionis, ut testatur Gutier. ubi sup. num. 45. Sic sane reprobanda est sententia Paris. cons. 15. numer.26. l.1. asserentis, Parochum non potentem suas decimas tempore collectionis, postea petere non posse, contra quem est gloss. d. verb. fructibus, & illam opinionem tanquam falsam reprobant Covar. d. cap.17. n. 8. vers. 8. & Rebuff. d. tr. qu.13. num. 50. Illud advertere oportet, quod exactor decimarum potest domino fundi prohibere, ne fructus illinc exportet, nisi eo, vel ejus nuncio præsente, Rebuff. de decim. qu.5. num.23. Vincent. de Franchis dec.117. Gasp. Thesaur. l.1. quæst. forens. quæst. 9. Cancer. var. tom. 1. cap.23. num. 8.

Infertur secundo, alii Parocho decimam non esse 25
solvendam, præterquam illi, apud quem ecclesiastica Sacramenta suscipiuntur, diximus supra, decimam priori modo consideratam, post divisionem parochiarum adeo solis Parochis competere, ut nullus alius illam habere possit; at qui nulli alii sunt Parochi ad hunc effectum, nisi illi, apud quos ecclesiastica Sacramenta recipiuntur, ut docet text. in cap.2. de Paroch. Igitur, &c. probant Corol. text. in cap. ult. ibi, nec ab iis temporalia exigant, de Paroch. text. melior. in cap. qu. 16. q.1. & in cap. 2. vers. illi, de decim. & in cap. ad decimas, de restit. spoliat. l. 6. tradunt S. Thom. 2.2. qu.87. art.3. Sylvest. verb. decima, num. 14. Verum isti Doctores nimis generaliter loquuntur, & ad

& ad individua minime deveniunt, nec de quibus decimis intelligant, ipsi declarant. Quare pro terminorum cognitione, & pleniori hujus Corollarii declaratione sciendum est primo, decimas dupliciter considerari, aliæ namque personales sunt, aliæ vero prædiales appellantur, prout sæpius hoc cap. meminimus, inter quæ, quoad no-
26 strum propositum, illud est discrimen, quod priores, attento jure, non alii Parocho debentur, quam illi, apud quem suscipiunt ecclesiastica Sacramenta, ut probat text. *in cap. ad apostolicæ* 20. *vers. noveris, de dec. & in cap. fin. de paroch.* resolvunt Sylvest. *verb. decimæ num.* 4. Gutier. *pract. lib.*1. *qu.*17. *num.*8. Suar. *de Rel. tom.* 1. *tr.*2. *l.*1. *c.*21. & 22. *num.* 8. Basil. Pont. *de Sacramen. Matrim. l.*5. *cap.* 13. §. 3. *num.* 19. Fagundez *d. præcept.* 5. *l.*1. *cap.*3. *num.* 1. Ratio est, quia sicut proprius Parochus sua persona, & illius ministerio prædicta Sacramenta administrat, ita quoque oportet, ut ille, in cujus favorem fit prædicta administratio, eidem Parocho solvat decimas de illis, quæ ex propria persona, & illius ministerio acquisivit; qui Parochus esse non desinit, etiamsi Parochianus causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, vel recreandi animum, vel agendi aliqua negocia, vel denique causa belli extra illam parochiam resideat, absque tamen animo transferendi domicilium in perpetuum, prout colligitur ex text. *in cap.* 3. *de sepul. lib.* 6. advertit in specie Navar. *conf.*2. *num.* 5. *de decim.* quamvis per accidens in eadem Ecclesia per totum tempus absentiæ non recipiat Sacramenta, & optime ob-
27 servant Basil. Pont. *loco proxime citato* hujusmodi decimas personales, si alicubi sint in usu (prout sunt in multis Hispaniarum partibus, ut attestantur Navar. *in man. cap.* 21. *num.* 31. Gutier. *d. cap.* 1. *n.* 34. Rot. *in Placentina decimarum de Truxillo* 15. *Novemb.* 1621. cor. bon. mem.
28 Burat. *inter ejus impress. decis.* 572. nam ut plurimum non esse in usu docent Sa *verb. decimæ n.* 1. & Suarez. *d. l.*1. *cap.*21.) non spectare ad Ecclesiam habitationi connexam, sed domicilio, quia decimæ istæ persolvuntur ad sustentationem eorum, qui spiritualia ministrant; tum quia transeunt hæc onera cum persona, non enim inhærent rei; quare æquum videtur, ut illi Ecclesiæ solvantur, quæ spiritualiter fidelem Sacramentis, atque doctrina pascit. Unde subdit idem Basil. Pont. quod si quis mutet domicilium, licet habeat in alia parochia possessiones, illi debentur, ubi domicilium habet; & licet non mutet domicilium, si tamen extra suam parochiam laboret, etiam per magnam anni partem, semper decimas personales solvet illi Ecclesiæ, ubi habet domicilium, quia ibi per se recipit divina, licet ex accidenti occasione absentiæ contingat quandoque alibi recipi Sacramenta; de quo etiam Fagund. *d. prac.*5. *lib.*1. *cap.*3. *n.*2.
29 Quod si contingat, habere duo domicilia, si unum accessorium est, principali solvet, si vero in utroque æqualiter se collocat, inter utrumque dividentur; ita Reb. *de decim. qu.*6. *n.*5. Suarez. *d. l.*1. *cap.* 21. *num.* 2. Fagund. *d. cap.* 3. *num.* 5.
30 ubi *n.*6. subdit, quod si quis artifex habeat domicilium in confinio duarum parochialium, tenetur decimas personales solvere illi parochiæ, ubi est pars domicilii, in qua semper laborat, & *num.* 7. addit, quod si dubitetur, de qua parochia domicilium sit, tunc inspicienda est janua, seu porta illius principalis. In posterioribus vero prædialibus non sic dicendum, sed secundum distinctionem infra referendam.

Additio.

☞ Circa decimas personales hodie attendenda est locorum consuetudo. ☜

Sciendum est quoque, decimas prædiales in duplici esse differentia, aliæ enim veniunt solvendæ ex prædiis sitis intra propriam parochiam, aliæ vero colliguntur ex prædiis sitis in aliena parochia, inter quas illa est differentia, quia priores etiam sine dubio non debentur alii, nisi Parocho, a quo Parochianus recipit Sacramenta, ex ratione proxime dicta; & ita probat text. *in cap. ad decimas, & in d. cap. quoniam* & sic procedunt text. *in d. cap. questi, & in d. cap.*2. *de decim.* contra vero posteriores, quæ si non solverentur Ecclesiæ prædiali, utique injuria quodammodo inferri videretur illius Parocho, cum sit paratus ministrare Sacramenta dominis prædiorum, tum etiam, quia daretur confusio parochiarum contra bonum publicum, illarum terminos statuens, juxta text. *in cap.*1. *dist.* 80. & *in cap.* 113. *qu.*1. & consequenter resultaret maximum inconveniens, quod consideravit text. *in dict. cap. cum sint homines, & in c. super eo de paroch. & in cap. quicunque, & in cap. liceat* 16. *quæst.* 3. 31

Ex his colligitur primo, decimas personales, sicut prædiales, intra tamen propriam parochiam constitutas, sine dubio non alii, quam proprio Parocho esse persolvendas. Patet, si expendamus, nulli alii, nisi illi esse debitas juxta resoluta, & quod sint institutæ ob ministerium Sacramentor. quod quidem in personis exercetur, & ita probant text. *in dict. cap. ad Apostolicæ, & in dict. cap.* 2. & alia jura supra citata, resolvunt Sylvest. Rebuff. & alii post eos relati. 32

Colligitur secundo, non sic dicendum esse in decimis in aliena parochia constitutis, in quibus recurrendum est ad consuetudinem, ut inquit tex. *in d. cap. cum sint homines,* & per illum sic docent Ab. *consf.*58. *num.* 2. *vers. ex his argumentis,* Covarr. *d. cap.* 17. *num.* 8. *vers.*4. Perez. *lib.* 1. *post princ. vers. hujusmodi autem decimæ tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.* 116. & *lib.* 3. *in princ. tit.*6. *eod. lib.* 1. *pag.*133. Gutier. *pract. lib.*1. *qu.*17. *n.*2. & 5. & *Canon. lib.*2. *cap.*21. *num.*58. Pute. *dec.*150. *n.* 4. *vers. tamen istis lib.*3. Rot. *dec.* 163. *num.*3. *par.*2. *divers.* & *dec.*274. *num.*1. & *dec.* 289. *p.*2. *recen.* & *in Abulen. decimarum* 17. *Decemb.* 1627. coram Reverendissimo D. meo Coccino Decano *vers. tertio tollitur,* ubi fuit dictum, quod si ageretur inter Ecclesiam prædialem, & sacramentalem, cui decimæ deberentur, tunc standum erit consuetudini. Patet, si expendamus, in hujusmodi decimis non esse jure compertum, cuinam Ecclesiæ debeantur, Achil. *dec.* 6. *num.* 2. *decim.* Pute *decis.*176. *num.* 4. *l.* 3. & propterea in earum solutione juris obscuritatem reperiri, ut fatetur Pontifex 33

34

tifex *in d. cap. cum sit homines*, *& in d. cap. Apostolirae*, ac proinde, cum consuetndo sit optinia legum declaratio, *cap. cum dilectus*, *de ronsuetud.* otique ad illam in hac dubietate erit recurrendum, ut securius procedatur; nec aliud evincit necessario text. *ia l. Imperatores*, ia *princ. ff. de publiran.* siquidem iatelligi potest de oneribus aliis realibus, quæ ratioae rei debentur; nos vero agimus de decimis, quæ licet reales appellentur, non tamen ratione rei, sed ratione personæ, debitæ sunt: quæ qnidem consnetudo per decennium inducetur, eo quod non contra jus expressum, sed magis præter jus censetur, propter obscuritatem illius, qnod per illam declaratur, ac
35 proinde nil nimirum, si longo tempore, hocest, per decennium, recte inducatnr, juxta gloss. receptam *ia cap. ulc. verb. consuetudiae*, *de coasuetudine lib.6.* observant in specie Achil. *dec.3. a.5. de decim.* Abb. *in d. cap. cum sint bomines ia fine*. Covar. *d. num.8. vers.4.* Gutier. *cap.21. aum.58.* quicquid contradicat glos. ia *d. cap. cum sint homines*, quod quidem intelligendum est de prædiis novalibus, in quibus prædicta consuetudo verificatur, secus vero, si antiqua sint, & per tempus sufficiens alii Ecelesiæ parochiali deeimæ sint acquisitæ, tunc enim longioris temporis consuetudo erit necessaria, ut infra notabimus *coroll. quarto*. Intellige quoque supradictam resolutionem, dnm habet, sufficere decennium ad introducendam consuetudinem bujusmodi, ut habeat locum, quando agitur inter duas Ecelesias parochiales, secus si ageretur iater Ecclesiam parochialem, & alteram, cui jus resistit; tunc enim requireretur immemorislis, aut quadragenaria cum titulo, Rebuff. *d. q. 13. aum. 83. cum seqq.* Rot. *in Calaguritana decimarum 19. Martii* 1610. coram Card. Cavalerio, inter ejus impressas *decis.* .... Et manutentio in possessione exigendi decimas peti potest nedum ex propria persona, sed etiam nomine Ecclesiæ, & solet dari, ut *ia rausa Fossaa. decis. a. Martii* 162a. cor. R.P.D. meo Pirovano.

36 Colligitur tertio, semota consnetudine, tales decimas potius prædiali, quam baptismali Ecclesiæ esse solvendss, siquidem pro illa & æquitas, & aliquis rigor juris, in quo æquitas fundatur, reperitur ex supradicta consideratione. Juvat decisio Jurisconf. *ia l. Barbarius ff. de offic. Prat.* ubi æquitas in efficaci juris ratione fundata prævalet alicui juris rigori, non tamen scripto aperte, propter text. *ia leg. prospexit ff. qui, & a quib.* Accedit, qnod licet prædictæ decimæ rationae personæ debeantur, ut supra proxime consideravimus, non tamen negandum est ab ipso prædio deberi, & ita debitas esse Ecclesiæ prædiali, cui idem prædium manet obligatum, & in quo eadem Ecclesia jus acquirit, ac subinde cum parata sit prædicta Ecclesia ad exercendum præfatum ministerium, quod per accidens, supposita mutstione domicilii, non exercetur, aliquo modo induci potest, ex reg. text. *in d. l. Imperatores*. Sic alias infideles commorantes in terris Christianorum, & habentes possessiones in aliqua parochiali Ecclesia, eidem tenentur decimas solvere, quos tamen constat, non recipere in illa aliquod ministerium spiritusle, prout ostendimus infra §.3. *corol.1.* Facit tandem, quia apparet ratio boni publici, quod ex effectu contrario periclitatur in parochialium confusione, quod quidem bono privato semper anteponitur; unde videtur dicendum, prædictæ Ecclesiæ prædiali tales decimas esse solvendas, prout in specie mibi sentire videtur text. *in d. c. cum sint homines*, ibi, *qaia difficile nimis videtur*, &c. tradunt S.Thom. *a.a. quæst.87. art.3. ad* a. Covar. *d. num.8. vers.* a. Sylv. *verb. decima*, *aum.14.* Navar. *cons.* a. *aum.7. de decim.* Rot. ia *Plarentina decimarum*, 10. *Maii* 1628. coram Revereadiss. D. meo Coccino Decano.

Infertur *tertio*, quid dieendum de decimis o- 37
vium, quæ ad varias partes transeunt, cui nam Ecclesiæ solvendæ sint; & in primis pro Ecclesia domicilii, seu baptismali facit, quia fructus ovium dieuntur illarum fructus industriales, & noa naturales, secundum Bal. *in l. ancilia*, *C. de furtis*, eo quod multum in illis operatur domini, & custodis industria, ut advertunt Cov. *var. l. 1. c.3. aam. 6.* Menoch. *de arbitr. casa* 1a. *a n.3. &* 19. & uti tales dicendi sunt personales, velut acquisiti per hominis personam, & illius ministerium: constat autem decimas personales absolute, & in totum solvendas esse illi Parocho, apud quem ecclesiastica recipiuatur Sacram. ut notavimus *sup. corol. proximo*, qualis est Parocbus domicilii; licet per accidens ad alium locum se transferat parochianus juxta text. *In c. de sepuls.* dummodo tamen fiat translatio sine animo constituendi, & conservandi domicilium, propter text. *ia l.4. & in l. assumptio §. filias*, *vers. viris prudentibus*, *ff. ad municip. & in l. pen. ff. de Senat. & in cap. ex parte & ia r. postulasti*, *de foro romp.* Facit rursus text. *in rap. rommissum*, ibi, *in cajus parochia commorantur*, &c. *de derim.* Pro Ecclesia vero loci, ubi oves pascunt, facit, quia decimæ animalium inter prædiales connumerantur, tradit glos. *verb. personales*, *in d. rap. ad Apostolira de decim.* communiter recepta ex Navar. *d. cons.2. num.7.* Rebuff. *de derim. qu.7. num. 25. & seqq.* Valenzuel. *cons.8. num 1. vol.1.* ac subinde remota consuetudine, prædictæ Ecclesiæ prædiali in totum, & absolute persolvendæ sunt, prout eadem glos. affirmat, facit insuper doctrina Host. ia *sum. de decim. §.1.* quem sequitur Angel. & Sylv. *in Sum. verb. decim. num.1.* dum appellant decimas mixtas illas, quæ ex fructibus animalium persolvuntur, unde non est verum dicere, quod solvendæ sunt illi Ecclesiæ, in cujus parocbia commorantur, juxta reg. text. *in l. Imperatores*, *ff. de publican.*

Quapropter resolvendum videtur, quod si o- 38
ves dimidia parte anni pascunt in Ecclesia prædiali, dimidium totius decimæ illi persolvendum est; reliquum vero dimidium pro rata temporis Ecclesiæ parocbiali, si altera dimidia parte anni ia eadem oves pascunt: ita in effectu gloss. *verb. personales ia d. rap. ad Apostolica* S. Thom. *d. qu. 87. art.3. ad* a. Greg. Lop. *l. 9. tit. 20. p. 1.* Rebuff. *d. tract. q.6. num.25. cum seqq.* Suar. de Pace *ia pract. tom.2. p.1. cap.5. numer. 8. cum seqq.*
Cancer. *var. resol. tom.1. cap.23. num.19.* ubi ait, 39
decimas quoque dividendas esse inter duas parocbias, si in earum una jaceant, & dormiant oves, & in alia pascant Fagundez *de septem Errles. praceptis*, *prar.5. l.1. cap. 5. num.10.* Basil. Pont. *de Sacram. Matr. l. 5. cap.13. §. 3. n. 23. & 24.* ubi

40 *num.25.* resolvit, quando hujusmodi oves nec pascuntur, nec morantur per ullam anni partem in Ecclesia domini sui, sed in aliis, nullam partem decimarum deberi Ecclesiæ parochiali domini, sed illi, in qua pascuntur, & morantur: Nec prædictæ resolutioni refragatur dicere, quod decimæ animalium propter industriam, & ministerium hominis in illis acquirendis necessariam sunt personales, ac subinde sine aliqua diminutione esse persolvendas Ecclesiæ baptismali: satisfit enim, si advertas, industriam, & ministerium hominis tantummodo convincere prædictos fructus animalium non esse pure naturales, hoc est naturaliter productos, & in quibus solummodo natura operatur, nihilominus tamen reales esse, & non personales, sicut sunt segetes, & alii plurimi, in quibus multum opera, & industria hominis reperitur, qui similiter ex rebus natura producente, & juvante producti reales dicuntur; nequaquam vero personales, qui tantummodo sunt illi, qui sine re aliqua per hominis personam, & illius ministerium acquiruntur, prout sunt illi, qui ex artificio, & militia proveniunt.

41 Ad text. vero *in d.* c. *commissum*, respondetur, illum quidem agere de animalibus, quæ existunt, & pascunt in eadem parochia baptismali, cui Monachi, de quibus ibi, ex prædictis animalium fructibus decimas solvere nolebant, allegantes constructionem Monasterii sui factam in territorio ejusdem Ecclesiæ, qua rejecta allegatione, Pontifex jubet, ut eidem Ecclesiæ, sicut antea, decimæ persolvantur, quæ quidem resolutio intelligenda est, attento jure, non tamen data consuetudine, quæ in hac specie maxime consideranda est.

42 Utrum vero decima sit solvenda ex prædictis animalibus Ecclesiis illarum regionum, per quas illa, seu oves pascendo transitum faciunt, & redeunt in domicilium, dicendum est, quod non, siquidem licet eundo, & redeundo pascant in pascuis prædictarum Ecclesiarum; hoc tamen nutrimentum minimum est, & parvæ considerationis: unde cum de minimis decima solvenda non sit, arg. *l. scio ff. de integr. restit. l. si oleum §. fin. cum l. seq. ff. de dolo*, cum aliis per me citatis *in tr. de axiom. juris usufreq. ax.* 150. *n.* 1. necessario videtur dicendum, prædictis Ecclesiis nil deberi loco decimarum. Accedit, quia ut advertit Nav. *ubi sup. n.* 3. moraliter loquendo, videtur impossibile, recte judicare, quænam quantitas prædictis Ecclesiis solvi debeat, & qui nam sit valor illius; unde necessario dicendum est, non esse faciendam majorem impensam, nec majorem laborem assumendum, quam sit res ipsa, propter quam assumitur.

43 Infertur *quarto*, spoliatum per Parochum perceptione decimarum, quas intra ipsius parochiam possidebat, non aliter esse restituendum, quam si ostendat titulum, vel causam justam, qua possessio ejusdem justificetur. Diximus *supra in princ. hujus* §. attento jure, decimam priori modo consideratam post divisionem parochiarum adeo solis Parochis competere, ut nullus alius illam habere possit: atqui resistente jure communi, & illius præsumptione, spoliato, faventeque spoliatori, non est spoliatus restituendus, donec ostendat titulum, vel causam sufficientem, quæ præsumptio adversus illum resultans purgata sit. Igitur &c. Probant Corol. text. optim. *in c. ad decimas*, ibi, *nisi evidenter docuerint*, &c. *de rest. spol. l.* 6. Innoc. *in c. litter.* ubi Beroi, *n.* 87. dicit communem, *eod. tit. in antiq.* Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina col. penult. de causa possess.* Fel. *in c. ad petitionem, num.* 7. *de accusat.* Cov. *l.* 1. *var. c.* 17. *n.* 6. Nav. *in c. accepta opposit.* 10. *n.* 7. *&* 21. *de restit. spol.* Menoc. *illustr. c.* 86 *a princ. & c.* 89. *n.* 4. Rebuff. *de decim. q.* 13. *n.* 83. Monet. *eodem tr. c.* 5. *n.* 82. Gutier. *l.* 2. *canon. cap.* 21. *num.* 74. Anton. Gab. *commun. sub tit. de restit. spol. concl.* 1, *n.* 107. Menoch. *remed.* 1. *recuper. a n.* 167. Pro quibus etiam facit, quia si alias restitutio concederetur, non purgata prædicta juris præsumptione, utique lex concedens talem restitutionem, injusta censeretur, veluti consentiens, ut spoliatus in peccato, & in retentione injusta perseveret contra domini voluntatem, ad quem ex prædicta juris præsumptione pertinere dicitur decima, de qua agitur, ad quod alludere videtur text. *ad d. c. ad decim.* ibi, *injuste occupasse* &c.

Nec contra Corol. obstant verba generalia, 44
text. *in d. c. in litteris, de rest. spoliat.* & ratio illius in fine posita, si dicatur similiter, jus resistere illi, qui absque canonica institutione retinet ecclesiasticum beneficium juxta *regul.* 1. *de regul. juris, lib.* 6. *& c.* 3. *de instit.* siquidem respondetur, resistentiam juris resultantem ex defectu tituli, solam reperiri in proprietate beneficii, non vero in possessione illius, quæ quidem, licet injusta, vera tamen data capacitate possidentis, reperiri potest absque canonica institutione, eo quod beneficia sua natura sunt possedibilia, dum quis aliquando possidendi capax per usum adæquatum, & sufficientem tanquam dominus apprehendit, juxta definitionem possessionis; ac proinde nil mirum, si *in d. c. litteris*, restitutio spoliato concedatur contra spoliatorem, non ostensa canonica institutione aliqua, quod quidem significare videtur text. ille in ratione, quam assignat de prædone restituendo; contra vero in decimis, de quibus agimus, quarum possessioni ex defectu parochiæ, jus commune videtur resistere. Verum adversus talem intellectum urget, quia defectus canonicæ institutionis videtur arguere resistentiam juris, non solum circa proprietatem, verum etiam circa possessionem; & ita verbum *obtineri, in d. regul. beneficium*, non tantum ad proprietatem, sed etiam ad possessionem referendum est, ut multi Doctores arbitrantur. Sic alias, deficiente titulo, fructus recipi non possunt, prout in specie resolvunt Cov. *de spons. p.* 2. *c.* 6. §. 8. *n.* 8. Hojed. *de incompat. ben. p.* 1. *c.* 13. *a princ.* Men. *usufr. c.* 16. qui quidem fructus reciperentur, si sine titulo legis resistentia non daretur circa possessionem beneficii, ex reg. tex. *in l. bonæ fid. ff. de acq. rer. dom.* & ex his quæ resolvunt Cov. *ubi sup. n.* 16. *& in reg. possessor p.* 2. §. 2. *n.* 7. Nav. *in princ. de Pænit. dist.* 6. *num.* 23. Urget insuper, quod defectus parochiæ, etiamsi arguat resistentiam juris in proprietate decimarum, non tamen arguit illam necessario circa possessionem, data capacitate retinentis: nulla enim datur lex, quæ talem possessionem inficiat pro-

propter defectum parochiæ, arg. tex. *in c. causam, quæ præscript. & in cap. prohibemus de decim.* imo colligitur ex text. *in d. c. ad decimas*, ibi, *possedisse*. Urget denique, quia idem *c. ad decimas* procedit etiam, data supradicta resistentia circa proprietatem, ut Doctores *ibidem* fateri videntur. Unde melius respondetur, quod licet fateamur, adversus spoliatum a beneficio dari legis resistentiam, dum titulum, vel causam sufficientem non ostendit, nihilominus tamen eadem lex non assistit spoliatori, prout assistit Parocho, quando à perceptione decimarum intra suam parochiam alium spoliat, in quo casu procedit tex. *in d. c. ad decimas*, & hoc corollarium, secundum quod sic explicatum declaratur text. *in c. ex insinuatione de procurat.* ubi habens plura beneficia incompatibilia, ab altero spoliatus restituitur, & *in c. licet, de præb. l.6.* junctis resolutis per Abb. *in d.c. in litter. n.24.* plures, quos refert Nav. *in d. c. accepta n.* 6. Cov. *d. c.* 17. *n.* 6. Sic alias si laicus proponatur spoliatus ad alio laico spoliatore sine alia ostensione tituli, & justificatione, restituendus est ad perceptionem decimarum, quantuncumque spoliator velit probare ad se illud jus pertinere, prout in specie dicit communem sententiam Menoc. qui plures refert, *illustr. c.* 89. *n.* 5.

45 Nec similiter refragatur text. *in c. cum Eccles. Sutrina, de caussa possess. & prop.* ubi jus commune resistebat Clericis spoliatis potestate eligendi Episcopum, & assistebat Canonicis Ecclesiæ Cathèdralis spoliatoribus, de quibus *ibi*, ut ille fatetur Pontifex in illis verbis, *canonica instituta*, &c. & tamen text. supponit, absque ulla tituli ostensione prædictos Clericos fore restituendos, nisi insimul actum fuisset petitorio, in quo Clerici defecerunt. Siquidem, omissis variis explicationibus, de quibus Abb. *n.44.* Rip. *n.12. ibid.* & alii relati a Cov. *d. c.* 17. *n.7.* latissime Menoc. *d. c.* 86. *a princ.* ex mente nonnullorum Doctorum respondent Præceptores *in d., cum Ecclesia*, propterea non fuisse factam restitutionem, quia Clerici, de quibus *ibi* non brevi tempore sicut *in d. c. ad decimas*, (prout illi intelligunt adverbium *aliquandiu*, ibi positum) possessionem habuerunt, sed diuturnam, & longam quasi possessionem, eo quod constat ex littera non tantum in una, vel in duabus, sed in trium Episcoporum electiunibus insimul cum Canonicis concurrisse. Patet ex tex. ibi *electio trium Episcoporum*, &c. insuper non solum per se, sed etiam per suos prædecessores concurrisse. Patet ex princip. text. *vers. verum* ibi, *ipsi, ac prædecessores eorum*, &c. exqua diuturna quasi possessione insurgit præsumptio tituli præcedentis, & ex illa justificatur possessio eligendi, juxta reg. tex. *in l. cum de in rem. verso, ff. de usuris, & in l. si filius C. de petit. hæred.* qua de causa tex. ille expendit tres illas electiones, alias enim ad ptobandam possessionem per se solus sufficiebat unicus actus, qui effectum sortiretur juxta reg. text. *in cap. consultationibus, de jurepatron.* communia ex Covar. *in reg. possessor. p. 2. in princ. num.6.* quæ quidem explicatio similiter probabilis est, & uti talis defendi, & teneri potest, prout defendimus *in collect. ad dict. cap. ad decimas, num.* 7. & 8. Sed tamen urget aliquo modo, quia assistentia trium electionum, de necessitate non convincit longinquitatem temporis, siquidem poterant Episcopi electi brevi vivere tempore. Viget insuper, quia text. non expendit illas tres electiones in causa possessorii, de qua *ibi* directe non agebatur, (tunc enim unica tantum electio sufficiebat) sed in causa petitorii, super qua sententia prolata fuit. Urget tertio, quia text. *d. cap. ad dec.* indistincte loquens, talem distinctionem temporis non facit, quæ quidem facienda erat, si de necessitate requireretur. Urget denique, quia adverbium, *aliquandiu* positum *in d. cap. ad dec.* etiam longinquitatem temporis, licet non magnam, importare solet, ac proinde videtur inconveniens, ut possessio in illo text. justificetur, recurrere ad longinquitatem temporis. Quare advertimus, *in d. cap. cum Eccl.* per evidentem præsumptionem constare de titulo, siquidem in illo text. Clerici, de quibus ibi, ex scientia & patientia Canon. fuerunt recepti ad electionem faciendam, ex qua scientia, & patientia urgenti præsumptione resultavit privilegium, sine quo non est verosimile, Canonicos recepisse prædictos Clericos: unde necessario dicendum, est in specie illius text. Clericos habuisse titulum, vel saltem aliquid loco tituli, & de illo constare, juxta *reg. l. 2. C. de servit.* quo quidem titulo, seu causa sufficiente justificabitur possessio, qua justificata, text. supponit Cler. fore restituendos, si solum remedio possessorio ageretur.

Utrum autem laici spoliati decimis, agentes 46
interdicto unde vi, sint ante omnia restituendi, quæstio est in præsenti non contemnenda; in qua resolvendum existimo, quod si laici sint spoliati decimis, idest jure decimandi, & petendi decimas, & agant prædicto interdicto, nequaquam restituendi sunt, ex èo, quia, cum necessarium sit possessionem probare, juxta *cap. consultationibus, in fin. de off. deleg.* & laici prædictum jus decimandi nullo modo possidere possint, *cap. causam, quæ de præscr.* juxta communem intellectum, quinimo illius juris sint omnino incapaces, quia dependet a spiritualibus, scilicet ab administratione Sacramentorum, & officio spirituali, cui tanquam accessorium inseparabiliter adhæret., *c.1.* ibi, *jure Sacerdotum*, 16. *q.9. c. quamvis* 16. *de decim. cum similibus* recte fit, ut laicis spoliatis, tanquam omnino prædicti juris incapacibus, nullatenus competat restitutio, & circa hanc causam nulla potest esse difficultas.

Tota vero controversia versatur, quando lai- 47
cus spoliatur fructibus ipsis temporalibus, qui decimarum nomine ipsis nomine proprio solvuntur ex aliquo titulo temporali, manente jure spirituali decimandi penes spiritualium ministros, in qua distinguendi sunt duo casus. *Primus* est, quando laicus spoliatur decimis ab alio laico, & contra illum agit interdicto, *unde vi*, in quo resolvendum contra illum restituendum esse, ut tenet Brizien. relatus a glos. *verb. præsumuntur, in d. c. ad decimas*, gl. 1. *in c.* 14. *qu.* 1. sequuntur alii, ut per Gabr. *com. sub tit. de restit. spol. conc. 1. a n.71.* Beroi *in cap. item, cum quis, a num.* 45. *eodem tit.* observat praxis Galliæ ex Guid. Pap. *dec.*288. Doctores communiter, ut per Menoch. *illust. c.* 99. *n.* 5.

num.5. Covar. *d. cap. 17. num. 6.* Cujus rei ratio est, quia, cum laicus proponatur spoliatus decimis, quas possidebat, necessario sequitur, illum esse restituendum, si agat interdicto, *unde vi*, juxta vulgares regulas, quidquid in contrarium teneant gloss. *d. verb. præsumuntur*. statim in princip. & alia *verb. commodo*, *in cap. ex parte de restit. spoliat.* & frequentius videantur Doctores probare, teste Franc. *in d. cap. ad decimas* Abb. *num.19. in d. cap. ex parte*, & alii citati a Covar. *d. n. 6. in princip.* & a Menoch. *dict. cap.89. num. 4.* debebant enim considerare, non esse necessarium, quod laicus probare posset possessionem decimarum specialiter ei prohibitam, quando ipse laicus spoliatur ab alio laico, contra quem etiam est juris præsumptio, idque ex eo, quia prohibitio legis antea, & post Conc. Lateran. respectu promissionis decimarum adversus laicos operabitur, ne habeant civilem, & justam earum possessionem, & tamen quæ sufficiat ad prædictas decimas præscribendas; non tamen exinde sequitur, laicum non posse habere naturalem, & injustam decimarum possessionem, qualem habet quicunque prædo, quæ sufficiens sit, ut spoliatus restituatur, juxta *d. cap. litteris, de restit. spoliat.* Alter casus est, quando laicus spoliatur ab eo, cui jus commune assistit, veluti a Parocho intra suam parochiam, juxta terminos text. *in d. cap. ad decimas*, in quo secure resolvimus, restituendum non esse, nisi evidenter docuerit, se vel ex privilegio Romani Pontificis, vel ex concessione feudali ante Lateranen. Concil. vel alio simili modo probaverit, se possessionem decimarum fuisse legitime assequutum. Cujus rei ratio est, quia si Canonicis spoliatis decimis a spoliatore intra suam parochiam restitutio denegatur, nisi evidenter docuerint, se illarum possessionem legitime assequutos, juxta *d. c. ad decimas*; quia scilicet jus commune resistit illis, & insimul assistit huic, a fortiori multo magis id ipsum locum habebit, si a Parocho intra suam parochiam laicus spoliatur decimis, cui multo magis resistit jus commune, & juxta hunc casum possunt intelligi DD. quos citat Covar. *d. num.6. in princ.*

48 Infertur *quinto*, resolutio ad illam quæst. utrum decimæ absque parochia præscribi possint, ita ut virtute præscriptionis aliquis illas exigat a Parochiania, in qua partem negativam in specie tuetur S. Antonin. *p. 2. tit.4. cap.3. §.3. vers. & notat*, & videtur sentire S. Thom. *2. 2. qu.87. art.3. ad 3.* Pro qua facit primo text. *in cap. pervenit ibi, decimas*, & *cap.16. qu.1.* ubi text. dicit, absque parochia decimas obtineri non posse: facit rursus; quia jus percipiendi decimas est accessorium ministerio Sacramentorum, & ita uti tale sine prædicto ministerio tanquam sine fundamento existere non potest; unde cum præscribens, qui Parochus non est, minime dicatur minister aliquorum Sacramentor. necessario videtur dicendum, absque parochia decimas non esse præscriptibiles. Facit tertio, quod decimæ debitæ sunt in recognitionem universalia dominii, & subjectionem, juxta text. *in cap. tua nobis de dec.* & tamen constat, prohiberi illa præscribi, quæ in talem recognitionem persolvuntur, ut probat *l. competit C. de præscript. triginta* resolvunt Abb. *num. 18.* Felin. & alii *in c. ad audientiam, de præscript.* juvat decisio text. & quæ ibi notant Doctores *in c. cum non liceat de præscript.* Facit quarto, quia non debet operari præscriptio illa, quæ omnino tollit Sacramentorum administrationem, & est animarum saluti præjudicialis, morum correctionem, & fidelium reformationem auferre potest, arg. text. *in cap. cum ex officio, de præscr.* Constat autem, data præscriptione, qua decimæ absque parochia exigantur, tolli, aut saltem diminui Sacramentorum administrationem, & consequenter morum correctionem, & reformationem auferri, eo quod Parochus, videns sublatum sibi jus decimandi, difficile incitabitur ad exercenda supradicta, quæ animarum saluti sunt maxime necessaria.

Contrariam tamen sententiam tenuit in specie glos. *verb. componendum*, ubi Abb. *num.5. in cap. pen. de dec.* Covar. *l. 1. var. cap.17. num.8. vers. 3.* Rebuff. *d. tract. qu. 13. num. 63.* Gutier. *l. 2. Can. cap.21. num.60.* Manet. *d. tract. cap. 5. numer. 107.* Rot. *in Florentina parochialis 22. Maii 1630.* coram Rev. D. Coccino Decano, & est communis sententia. Pro qua in primis faciunt multa jura, quæ passim in decimis præscriptionem recipiunt, ut est text. *in cap. Apostolicæ, & in c. cum sint, & in c. cum contingat, & in c. dudum de decim: & in c. de quarta & in c. ad aures de præscr. & in c.1. eod. tit. l.6. & in c. statuto, §. peu. de decim. lib.6.* Facit rursus, quia privilegium, & præscriptio æquiparantur, ut vulgo deducitur, & text. *in cap. super quibusdam, vers. præterea, de verb. signif. & in cap. accedentibus in fine*, ubi gloss. *de excess. Prælat.* & non est negandum, mediante privilegio, decimas acquiri posse absque parochia, probat text. *in cap. tua 25. §.1. de decim.* fatentur omnes *in d. c. caus. quæ de præscrip.* Covar. *d. cap.17. num.13.* Gutier. *cons.5. num.2. & 17.* Facit etiam, quia omnes res, in quibus dominium reperitur, nisi specialiter prohibeantur, præscriptionem recipiunt juxta text. *in cap.2. & in cap. auditis, & in cap. accedentes, & in c. cum ex officii de præscr.* & constat, jus decimandi esse in dominio Parochi administrantis Sacramenta, juxta supra resoluta *in princ. hujus cap.* insuper nullam dari prohibitionem particularem, qua decimæ præscribi prohibeantur. Facit denique, quia quemadmodum, attento jure, Parochis jus decimandi reservatur, ita quoque, attento eodem jure, Canonicis Ecclesiæ Cathedralis jure Episcopum eligendi reservatum est, juxta text. *in c. 1.* cum multis *ibidem de elect.* quod quidem jus eligendi præscriptionem recipere constat ex text. *in d.cap. cum Ecclesia, de causa poss.* Quibus fundamentis hæc communis sententia verior videtur, qua retenta, non obstant supradicta pro contraria opinione fundamenta.

Ad primum enim de text. *in d. cap. pervenit*, satisfit, si dicas, in illo text. & similibus tantum prohiberi Monachis jura parochialia usurpare; non tamen negat, tempore habili ad præscribendum possidentes, mediante illo, acquirere posse, ut advertit Gutier. *d. num. 60.*

Ad secundum dicendum est, verum quidem esse, quod jus percipiendi decimas necessarium est prædicto ministerio Sacramentorum, non tamen est inconveniens, ut præscribatur, manente con-

congrua Parochi sustentatione, in qua principaliter, immediate, & inseparabiliter jus percipiendi fundatur, & contra quam præscriptio dari nequit. Unde, quamvis præscribens, Parochus non sit, lex tamen, dum particulariter non prohibuit, voluit, ut tale jus, mediante præscriptione, in illum transiret, juxta regul. text. *in l. usucapionem, ff. de usucap.*

Ad tertium respondetur, text. *in d. lib. rempetit*, procedere in bonis publicis, in quibus dominium, & possessio non reperitur; & ideo non verificari in jure decimandi; quod quidem, licet publicam habeat auctoritatem, eo quod decimæ sint institutæ in prædictam recognitionem; tamen respectu ipsius Parochi jus particulare est.

Ad quartum denique fundamentum satisfit, si advertamus, manente congrua sustentatione, ex se, mediante præscriptione, non auferri, nec diminui Sacramentorum administrationem, sicut non aufertur, nec diminuitur morum correctio, aut fidelium reformatio, quod secus est, si præscriptio congruam Parochi sustentationem auferat, quæ quidem ex supradicta consideratione dari nequit, veluti contra jus divinum, contra quod procedere non potest, arg. text. *in cap. ult. de præscr.* junctis adductis per me *in tract. de jure eccles. l. 1. cap. 2. ex num.* 119.

49 Intellige supradictam sententiam procedere, data capacitate possidendi in præscribente; si enim talem capacitatem præscribens non habuerit, nequaquam præscriptio admittenda est, Abb. Felin. & alii *in d. cap. causam qu.* Covar. *l. 1. var. c.* 10. *num.* 14. Anton. Gabr. *commun. lib. 5. tit. de præscrip. concl.* 1. *num.* 16. Pereg. *de jure fisci, l. 6. tit.* 8. *num.* 18. & 19. Patet, si expendamus, sine possessione præscriptionem procedere non posse, juxt. reg. *sine possessione, de regul. juris, in 6.* Monet. *de decim. cap. 4. num.* 80. ac proinde, qui possessionem habere non potest, nequaquam præscribere valet; sic alias solum personæ ecclesiasticæ, non vero laici jus decimandi præscribere possunt, siquidem illæ capacea sunt, isti vero minime valent spiritualia administrare, quorum
50 ratione decimæ persolvuntur; ac subinde illæ bene, isti vero minime possunt decimas possidere, & præscribere, prout in specie probat text. *in d. cap. causam, quæ de præscript.* Bald. *de præscrip. 1. p. 4. princip. q. 7. num.* 53. & *1. p. 5. a n.* 56. Cov. *d. l. 1. var. cap. 17. num. 6. vers.* 4. Rebuff. *d. tr. qu. 13. a num.* 67. Joseph. Ludov. Perus. *dec.* 106. *num.* 8. & 9. Anastas. Germon. *de sacrarum immunit. lib. 3. cap. 19. num.* 50. Gutier. *pract. lib. 1. qu. 15. a num.* 2. Valasc. *de jure emph. qu. 17. numer.* 15. Suar. *d. lib. 1. cap. 17. n.* 3. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. quæst.* 11. Et procedit in omnibus decimis, quocunque titulo, etiam temporali, a laico percipiendis, ut multis argumentis ex professo comprobant Beroi. *cons. 21. a num.* 8. Cov. & alii, quos refert Gutier. *pract. l. 1. q. 16. a princip.* & plures alii, quos plene adducit Gilch. *d. cap. 8. nu.* 17. & ita omnea sentire affirmat, & sequitur Suar. *d. cap.* 7.

51 Limitatur tamen, ut locum non habeat quoad decimas, quas vere, & præsumptive constat obtentas esse ante Lateran. vel si agatur de præscribente contra laicum, qui ante Lateran. acquisiverat, ut ex aliis resolvunt Cov. *d. cap. 17. nu. 5. vers. sed dubitetur*, & multis adductis Gilch. *d. c. 8. n.* 19. Suar. *d. cap. 27. num.* 4. quia, cum eo tempore a Prælatis inferioribus in feudum laicis dari potuisse constituant, cessat prohibitio legis, ex qua possessio, vel præscriptio ipsa potuit impediri, nihilve repugnat, quod ea, quæ ab inferioribus Prælatis in feudum obtineri potuerunt, præscriptione etiam acquiri valeant juxta vulgarem æquiparationem præscriptionis & privilegii, dequa *in d. c. super quibusd. vers. præter de verb. signif.* cum similibus.

Quod autem supra diximus, laicos scilicet, 52
nulla præscriptione, etiam immemorabili, decimas acquirere posse, intelligendum est, ut procedat, si præscriptio allegetur, ut talis, propter defectum possessionis, quæ debet esse civilis idest justa, & probata a lege quoad omnes civiles effectus, & in materia, de qua agimus, non est legibus simpliciter approbata, sed potius damnata, ut colligitur ex *dict. cap. causam, quæ*. Verum si privilegium Summi Pontificis allegetur, quod solum in hac materia sufficit, & ad ejus probationem tempus immemoriale fuerit ostensum, tunc præsumptione juris probato immemoriali tempore, probatur titulus privilegii allegatus, cum enim decimæ titulo temporali ex concessione Pontif. laico acquiri possint, justissime præsumendum est, quod si tot annorum intervallo nemo ipsi quæstionem movit, justum initium habuit possessio, ut per text. *in d. cap. super quibusd.* & *l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid.* multaque alia explicant Gabr. *d. tit. de præscr. concl.* 1. *a num.* 44. late Masc. *de prob. concl.* 1377. *a nu.* 7. Card. Tusc. *t. 6. lit. P. concl.* 550. *a num.* 4. ex quibus ad nostrum casum de laico decimas præscribente, ut succumbere debeat, si immemoriale tempus in vim præscriptionis allegaverit, est tamen tuendus, si in sua possessione privilegium Romani Potificis alleget, & in probationem ostendat possessionem temporis immemorialis, docent post alios a se relatos, Covar. *d. num. 5. vers. sed si dubitetur*, Monet. *de presc. l. 6. præs. 86. n.* 4. Men. *ill. cap. 89. num.* 7. Mas. *d. conr.* 1377. *numer.* 30. Gilch. *d. cap. 8. num.* 23. Suar. *d. cap. 27. num.* 4. in quo tamen advertimus, quod communiter requiritur ultra tempus immemoriale, quod probetur fama privilegii habiti a Romano Pontifice vel inferioribus Prælatis ante Conc. Lateran. ex Beroi. *cons. 21. num.* 15. & Reb. *d. quæst. 13. num.* 69. Monet. *d. præs. 86. num.* 5. quamvis ab illis recedant Covar. Gilch. & Suar. *prox. cit. loc.* Unde accedente fama privata, seu feudi obtenti ante Concilium Lateranense immemoriali præscri- 53
ptione allegata, laicum tutum esse tenuit late Rot. *dec. a 15. per tot. p. a. divers.* & *in Pampil. decim. 8. Martii* 1613. cor. R. D. meo Cocc. Decano, & alii, ut per addit. ad Monet. *de decim. c. 5. num.* 118. *in ult. edit.* ubi cum ead. Rot. in Valent. *decim. 21. Julii* 1613. cor. Card. Cavalerio inter ejus impressas, *dec. 258. num.* 3. & *in Toletana decimarum 4. Decemb.* 1615. cor. bon. mem. Dunoaetto, subdit, solam immemorialem præscriptionem suffragari personæ ecclesiasticæ ad acquirendum jus decimandi.

An autem decimas, quæ juste, & ex legitima 54
con-

concessione a laicis obtinentur, possit laicus contra laicum præscribere, solet ab aliquibus in dubium revocari, in quo affirmativa sententia verior est, quia per illam legitimam concessionem laici patrimonium, & quodammodo profanæ, & laicales efficiuntur ex generali reg. text. *in l. Paulus §. alias per procuratorem ff. de acquir. hæred. c. 1. §. verum, de jurepatr. in 6.* cum similibus, quibus probatur, mutata personæ possidentis conditione, mutari etiam ipsorum bonorum conditionem. Quare ita tenet Felin. *in d. cap. causam, quæ n. 4.* & post Cassan. Bald. & alios Menoc. *d. cap.* 86. *num.* 3. Valas. *de jure emphyt. qu.* 17. *num.* 15. qui omnes post Fel. intelligunt, procedere in decimis, quæ titulo perpetuo feudi, vel simili sunt penes laicos, non ita, si ad tempus ei fuerint concessæ, atque ita respectu solius juris ad laicos spectantis, non vero ut aliquo modo cedat in Ecclesiæ præjudicium.

55 Intellige 2. supradictam resolutionem, videlicet decimas absque parochia præscribi posse, procedente titulo ex præscriptione cum spatio 40. annorum, siquidem, deficiente illo, præscriptio non admittitur, nisi immemorialis; constat namque, titulum esse necessarium ad præscriptionem, quando illi jus commune resistit, ut in specie probat elegantur text. *in cap. 1. de præscrip. lib. 6.* ac proinde cum præscriptio decimarum in aliena parochia repugnet juri communi, necessario dicendum est, titulum ad illam requiri, quo purgetur præsumptio malæ fidei resultans ex talis juris resistentia, prout in specie advertit Imol. & communis ex Rip. *ibidem num.* 123. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & prop.* Covar. *var. lib. 1. cap. 17. n. 7. & 8. ad fin.* Padil. *in l. 2. C. de servitut. num.* 19. Rebuff. *de decim. qu.* 13. *num.* 8. Menoch. *illustr. cap.* 87. *num. 1. lib. 2. canon. cap. 21. n. 60. & 67.* lactissime Castil. *t. 7. de terr. cap.* 34. Rot. *in Civitaten. decimarum*, 18. *Maii* 1596. coram Giptio, & *in Comen. decimarum*, 3. *Martii* 1604. coram Ortembergo, & *in Taurinen. decimarum*, 18. *Maii* 1607. coram R.D. meo Coccino Decano, & *in Sabinen. decimarum* 1. *Julii* 1609. coram eodem, & *in Novar. decimarum*, 26. *Februarii* 1631. coram R.P.D. meo Pirovano, ubi fuit dictum, quod si agatur de præscribenda quota in totum, non sufficit possessio, sed requiritur implicitus titulus per immemoriale cum
fama privilegii, vel explicitus cum quadragena-
56 ria. Ad præscribendum vero contra illum, qui
habet decimas de jure speciali, puta ex donatione, sufficit præscribenti bonam fidem probare, Gloss. *verb. titulum, prope fin. vers. secundum hoc possemus in cap. 1. de præscript. lib. 6.* Butr. *in cap. pervenit num. 14. de censib.* Anchar. *cons.* 162. *sub num.* 3. Balb. *de præscr. 1. p. 5. princ. qu. 8. num.* 6. Rot. *in Conchen. decimarum*, 20. *Aprilis* 1592. coram Cardin. Pamphilio sen. & *in Valentina decimarum de Candia*, 12. *Maii* 1630. coram eodem.

57 Item ad hoc, ut una Ecclesia præscribat decimas, Episcopo de jure communi debitas, quas tamen Episcopus numquam possedit, cum non agatur de jure quæsito amittendo, sed de jure non quæsito, sufficit præscriptio sola quadragenaria cum scientia, & patientia Episcopi; ita Rip. *numer. 25. in cap. ad dec. de causa poss. & prop.* & ibi Abb. *num.* 46. Felin. *in cap. si dilig. num. 7. circa fin. vers. 2. reservatio, de præscr.* Rot. *in dict. Sab. decim.* 1. *Julii* 1609. coram R. D. Coccino Decano.

Intellige *tertio*, præscriptionem percipiendi 58
decimas intra alienam parochiam ad novalia non extendi. Patet, si expendamus, præscriptionem privilegio comparari, juxta *reg. d. cap. super quibusdam, vers. præterea*, cum aliis supra citatis, ac subinde cum privilegium percipiendi decimas non extendatur ad novalia, *c. suggestum, c. tua 25. §. 1. de decim. c. 2. in princ. & §. 1. illo tit. lib. 6.* Cov. *l. 1. var. c. 17. n.* 13. Gut. *d. c. 21. n.* 116. merito dicendum est, præscriptionem percipiendi decimas ad novalia non esse trahendam; & ita in specie text. optim. *in c. cum contingat 29. de decim. & in c. ult. §. ult. eod. tit. l. 6.* Covar. *d. c. 17. n.* 13. Rebuff. *d. tr. q. 14. n. 18. & 25.* Gutier. *d. c. 21. n.* 77. Mon. *de decim. c. 4. n.* 79.
& c. 5. n. 110. Pro quibus etiam facit, quia in 59
præscriptione debet fieri stricta interpretatio, ut advertit Marian. Socin. *cons. 275. col. 3. vol.* Mon. *d. cap. 4. n.* 31. ac proinde cum novalia antea non possideantur, ad illa trahi non potest, juxta illud, quod colligitur ex *reg. sine possessione de regulis juris, in 6.* tantum præscriptum, quantum possessum. Sic alias præscribenti decimas in una villa, seu parochia, in qua sunt prædia diversa, & habentia diversos terminos, si aliqua penitus inculta de novo redigantur ad culturam, decima inde proveniens solvenda non est, sed illi, ad quem de jure communi decimæ ejusdem villæ spectant, ut tradunt Rebuff. *q. 14. n.* 9. Gutier. *d. c. 21. num.* 80. quod quidem temperandum est procedere respectu ipsius agri, non vero supposito illo, respectu fructuum ejusdem; nam si ager, ex quo sylvæ cedux, fœni, aut herbæ redditus percipiebantur, & ex his decimas, vel alia portio præscribenti solvebatur, de novo fuerit proscissus, & ad culturam redactus, ex eodem agro decima erit persolvenda ex frumento, vel alio quocunque fructu, prout bene advertit Gutier. *d. cap. 21. nu.* 92. & Monet. *d. c. 4. n.* 89. parum enim refert, fructus ipsius agri esse mutatos, cum præscriptio realis debeat censeri, idest, concernens terram, non speciem fructuum perceptorum, ut observat idem Gutier. *d. loco, n. 94. 103. & 107.* alioquin esset in potestate solventis privare aliquem decimis contra text. *in
c. cum in tua de decim* Sic sane, si quis præscrip- 60
serit decimas tritici in aliena parochia, seminato milio, vel alio, utique non privabitur decimis illorum, quæ de novo ibi seruntur, secundum Anchar. *in d. cap. cum contingat, in fine*, Communis ex Covar. *pract. cap. 37. num. 5. in princ.* Rebuff. *d. tract. quæst. 14. nu. 19. & q. 6. n.* 35.
Gutier. *d. loco*. Sic similiter, qui præscripsit de- 61
cimas in una parte fundi, maxime per limites, & clausuram designati, ita ut unus dicatur, si postea in altera parte fiat novalis, decima præscribenti solvenda est, ut per Rebuff. *d. q. 14. n.* 20. Abb. *cons. 71. vol.* 2. Gut. *d. c. 21. n.* 101. Monet. *d. tr. c. 4. n.* 84.

Sed dubitari potest, quid dicendum, quando 62
quis præscripsit decimas personales parochianorum habitantium in aliquo loco, & aliquis de novo

novo ad illum locum venerit? Respondendum videtur, quod præscribens ab illo decimas habebit; ita in specie Gutier. *d. c. 21. num. 112.* eo quod talis præscriptio respectu habentium in illo loco realis est, & præscriptio causata a jure reali extenditur ad omnes illos, adversus quos præscriptum non fuit: siquidem tunc non dicitur præscriptio in una persona ad aliam extendi, sed in jam facta respectu generis comprehendi speciem, quæ offertur, quamvis adversus illam specifice præscriptum non sit, ex doctrina Bart. *in l. miles ita §. 1. ff. de mil. test.* Accedit, quod semota aliqua persona ex illa parochia, & in aliam se transferente, præscriptio manens in genere habitantium, illam personam non sequitur, eo quod adhuc in eodem genere verificatur: unde similiter de novo veniente, præscriptio in eodem genere habitantium manebit, ac subinde talis veluti pars illius generis in eodem contenta decimam personalem solvere tenetur.

* Olim Hispanis tertiæ decimarum, præcipue in Toletana provincia, ornamentis Ecclesiarum, & fabricis deputatæ, a quibusdam laicis tenebantur, qui eas in proprios usus pro magna parte convertebant, quare Honorius *in sua Bulla* incip. *Ex parte sua, sub Dat. 17. Kal. Aprilis Pontificatus sui anno 3.* Toletano Archiepiscopo concessit, ut ad triennium nullius contradictione, seu appellatione obstante, medietatem dictarum tertiarum inter Cruce signatos, quos hujusmodi subventione viderit indigere, secundum providentiæ suæ arbitrium dividat. Proviso, ut si alicujus Ecclesiæ fabricam reparatione indigere videat, ut reliqua medietas ad eam non sufficiat reparandam, illi nihil subtrahat de tertia memorata. Postmodum Ferdinandus Rex Castellæ occupavit decimarum tertias hujusmodi, easque cum offensione divina suis usibus applicabat, & ideo Gregorius *in sua Bulla*, incip. *quanto chariffimum, 16. Kal. Maii, Pontificatus sui anno 1.* mandavit omnibus Episcopis Castellæ, quatenus ipsum Regem, ut ab hujusmodi usurpatione desistat, moneant prudenter, & efficaciter inducant, ipsarum Ecclesiarum Rectoribus districtius inhibentes, ne Bailivis Regiis ipsas præsumant tertias exhibere, quæ Constitutio reperitur in archivio S. Eccles. Toletanæ *taxa 32.*

Primus omnium Clemens per suam Constitut. incip. *clara memor. sub dat. apud Castrum Novum Avenion. diœcesis 4. Non. Nov. Pontific. sui anno 8.* concessit Alphonso Regi Castellæ, ut duas partes tertiæ portionis decimarum Ecclesiarum terræ sibi subjectæ, in quibus hujusmodi portio solvebatur, ipsarum Ecclesiarum fabricis usque ad triennium liberè percipere possit reparandis castris, & terris Regni sui, quæ per Sarracenos extiterant occupata, ita tamen, quod si Rex præfatus, elapso triennio supradicto, per se, vel alium, seu alios quicquam exigeret, vel reciperet de duabus partibus supradictis, eo ipso sententiam excommunicationis incurreret, suaque terra, ecclesiastico interdicto subjaceret.

Demum Alex. VI. in sua Const. incip. *Dum indefessa sub dat. Idibus Februarii anno Incarn. Domini 1494.* Ferdinando Regi, & Elisabethæ Reginæ Castellæ, & Legionis concessit, ut perpetuis futuris temporibus tertias decimarum in Regnis prædictis, & Granatæ percipere, & levare licite, & libere valerent. Sed quoad Regnum Granatense Innocentius VIII. eisdem Regibus Ferdinando, & Elisabethæ concessit omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus decimales in toto illo Regno pro tempore provenientes; ea tamen conditione, quod ipse Ferdinandus, & Elisabetha Reges ex eisdem fructibus competentem dotem, & portionem Archiepiscopo Granatensi, & præfati Regni Episcopis, & cathedralium, ac collegiatarum Ecclesiarum hujusmodi capitulis, nec non beneficiatis, & hospitalibus, ipsorumque hospitalium, & dictarum Ecclesiarum fabricis assignare deberent, & tenerentur, & deinde Paulus III. in sua Const. incip. *Exponi sub die 22. Julii 1541.* declaravit, monasteria, domus, & Ordines, eorumque Prælatos, conventus, Fratres, & personas ad decimarum hujusmodi solutionem juxta dispositionem, & formam, ac tenorem juris communis, quibuscunque privilegiis non obstantibus, teneri, & efficaciter obligata, ac obligatos existere.

---

§. III.

A quibus personis decimæ sint persolvendæ.

SUMMARIUM.

1 *Parochiani omnes fideles, nisi exempti proponatur, ad solutionem decimarum sunt obligati.*
2 *Reges, Principes, ac etiam ipsi pauperes tenentur ad decimarum solutionem.*
3 *Judæi, & alii infideles non tenentur ad solutionem decimarum personalium.*
4 *Decimas prædiales solvere cogendi sunt Judæi, & infideles, respectu possessionum, quæ sunt in provinciis Christianorum, non vero respectu illarum, quas infideles ipsi in suis provinciis habent, ut n. 5.*
☞ *Vide Additionem.*
6 *Clerici, in quantum sunt fideles, non habito respectu ad clericatum, tenentur solvere decimas Parocho illius Ecclesiæ, in cujus territorio commorantur.*
7 *Clerici ex illis bonis, in quibus tanquam tales considerantur, non sunt debitores decimarum.*
8 *Clerici non tenentur ad solutionem decimarum ex fructibus suorum beneficiorum.*
9 *Parocho non sunt solvendæ decimæ ex prædiis ejusdem Ecclesiæ, quorum fructibus ipsi Clerici clericali jure vivunt.*
10 *Clerici tenentur solvere decimas ex fructibus prædiorum sæcularium, quæ sæculari jure, puta hæreditario, emptionis, vel alio quovis titulo compararunt.*
11 *Clerici ex lucris, ac redditibus suis temporali titulo acquisitis, per se, & personali debito obligantur ad decimas præstandas Sacerdoti parochiali, a quo Sacramenta percipere debent.*
12 *Privilegio Romani Pont. potest dari exemptio a solutione decimarum, dummodo ministris congrua, & sufficiens sustentatio remaneat.*

 13 Pri-

13 *Privilegiam Papa potest aliquos, sive in parte, sive ia totum eximere a solutione decimaram, maneate sufficiente Parochi sustentatione.*
14 *Privileginm, quo qais, sive in parte, sive ia totum, a solutione decimarum simpliciter eximitur, non extenditur ad novalia, quæ ex post facto orta fuerint.*
15 *Privileginm de percipiendis decimis simplisiter eunceſſum, ad novalia aoa extenditur.*
16 Cap. ex parte 1. l. 3. de decim. *declaratur*.
17 *Religiosi omnes sunt exempti privilegio ia jure scripto a solutione decimarum de novalibus tantum, quæ propriis manibus, seu sumptibus excolunt.*
18 *Cistercienses, Templarii, & Haspitolarii privilegio ia jure scripto non tenentur solvere decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus excolunt.*
☛ *Vide Additionem.*
19 *Privilegia Cisterciensibus, Templariis, & Hospitalariis conceſſa circa decimas non solvendas, non suffragantur respectu portionis colonorum, neqae respectu arrendatariorum, aeque respectu prædioram locatorum ad pecuniam.*
20 Cap. ex parte 1. l. 1. de decimis, *revocatum est per text.* in c. nuper 34. eodem tit. *aon vero quoad partem, ubi agitur de animalibus, ut num. 47.*
☛ *Vide Additionem.*

21 *Monachi Cœlestini, & Cluniacenses.*
22 *Monachi Congr. Cassin.*
23 *Moaachi Congr. S. Benedicti Vallis.*
24 *Monachi Eremi Camaldulen.*
25 *Monachi B. M. Montis Virginis.*
26 *Silvestrini.*
27 *Fratres B. M. de Mercede.*
28 *Fratres S. Ant. Vieanen.*
29 *Cruciferi.*
30 *Fratres Prædicatores.*
31 *Fratres Conventaales S. Francisci.*
32 *Canoaici Regulares S. Salvatoris.*
33 *Monachi S. Basilii.*
34 *Minimi S. Francisci de Paula.*
35 *Carthusiani.*
36 *Moniales S. Claræ.*

} *obtiaent exemptionem a solutione decimarum prædiorum suorum, quæ propriis manibus, & sumptibus excolunt.*

* *De Conversis, vel Confratribus media Crucis del Thao Ord. Hierof. Virginib., idem & viduis, aliisque mulieribus tertii Ordinis S. Francisci, S. Dominici, S. Augustini, B. Mariæ de Monte Carmelo, Redemptionis captivorum, Minimorum, & Sanctissimæ Trinitatis, aliorumque Ordinum, Beatæ nominatis, & Patribus Societatis Jesu, quid ibid.*
☛ *Vide Additioaem.*
37 Cap. nuper 34. de decim. *est aecessaria derogotio expressa in privilegiis eximeatibus a decimarum solutione.*
38 *Exemptio a decimis noa suffragatur, nisi in specie derogatur* cap. Nuper 34. de decim.
39 *Privilegium habeates non solvendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel sumptibus colunt, debent solvere decimas de agris quos aliis colendas tradunt.*
40 *Privilegia exemptionis a solutione decimaram sunt personalia, non autem realia, & ideo non transeunt ad colonos, arrendatarios, seu emptores prædiorum.*
41 *Papa, communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus adest expressa exemptio a solutione decimarum, alteri Religioni, aon censetur etiam communicasse exemptionem a solutione decimarum, nisi de hac exemptioae fiat specialis mentio.*
42 *Parochus manutenendus est in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquisitorum per Regulares, donec doceant de sufficienti privilegio.*
43 *Prædia decimarum solutioni obnoxia ad Regularium Moaasteria traaseunt cum suo onere, ac proinde Regulares tenentur illas solvere parochialium Ecclesiarum Rectoribus, quemadmodum tenebaatur laici, priusquam boua ipsa in Monasterii proprietatem transivissent.*
44 *Privilegia eximentia a solutione decimarum amittuntur, si incipiant esse enormiter læsiva Ecclesiæ parochiali.*
45 *Privilegiam qaando dicatur enormiter lædere, spectat ad declarationem Papæ.*
* *Exemptio de noa solvendis decimis ex concessione Sedis Apostol. an effectam sortiatur in præjudicium juris tertiarum Regiæ Hispoaa, remissive ibid.*
46 *Religiosi omnes privilegio ia jure scripto eximuntar a solatione decimarum de aatrimentis animalium, quæ ipsi nutriunt.*
47 Cap. ex parte 1. il 1. de decimis, *discutitur*.
48 *Leprosi in communi viventes de hortis suis, qui sunt in circuitu domus, & autrimentis animalium suorum, decimas solvere noa coguntur.*
49 *Episcopus non potest alicui coneedere immanitatem a solutione decimaram per viam privilegii.*
50 *Episcopus noa potest coatra Concilium dispensare.*
51 *Episcopus poterit interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum.*
52 *Episcopus poterit decimas, quas anuqaam possedit, post earum recuperationem, vel illas ad opus suum retiaere, vel secundum discretionem a Deo sibi datam, alteri Ecclesiæ concedere.*
53 *Decimas, quos aliquando possedit Episcopus, si revertantur ad mensam episcopalem, non potest ipse transferre ia persoaam, quæ nuaquam moritur.*
54 *Decimas aliis Ecclesiis concedere poterit Episcopus cum aliqua causa.*
☛ *Vide Additionem.*
55 *Episcopus non potest jus perciplendi decimas laicis concedere.*
56 *Decimarum ia concessione laicis facieada, est adeo necessaria auctoritas Sedis Apostolicæ, ut non sufficiat immemorabilis absque fama privilegii.*
57 *Beneplocitam Apost. quando est reservatum in concessiane Juris decimandi facta laicis aoa præsumitur ex lapsu triginta annorum, & ultra.*
58 *Episcopus ex qaibus causis possit laicis decimas concedere, ostenditur.*
59 *Prælati inferiores poterant aate Conc. Lateran. deci-*

decimas titulo feudi, vel alio temporali laicis concedere, sed ex eo fuit illis hoc prohibitum, sed verius, ut num.61.

60 *Decima, si laicis concessa reperiatur, & nesciatur, an post, vel ante Conc. Later. fuerit concessa, post Concilium concessa censetur.*

62 Cap.2. §. sane; de decim. lib. 6. *declaratur.*

63 *Laici, an, & quando decimas, quas obtinent, in alios transferre possint, ostenditur.*

64 *Consuetudo habet vim, & efficaciam ad eximendos Parochianos, a solutione decimarum, si adhuc remaneat Parocho congrua sustentatio.*

65 *Consuetudo valet, ut ex certis fructibus nulla decima, vel aliqua illius portio persolvatur.*

66 *Consuetudo valet, ut ex certis fructibus, puta fœno, oleo, decima non solvatur.*

67 *Consuetudo valet, quod ex eodem prædio una Ecclesia decimas majores percipiat, & alia minores.*

68 *Consuetudine potest introduci, ut decimæ uni Ecclesiæ alias debitæ, alteri adscribantur, & solvantur.*

69 *Consuetudo non solvendi integras decimas debet ad effectum excludendi Parochum a decima de jure debita probari cum requisitis immemorabilis, seu legitimæ præscriptionis.*

70 *Consuetudo operari potest circa omnes decimas personales in pluribus provinciis.*

71 *Consuetudo in solvendis decimis est consideranda.*

72 *Consuetudo in solutionem decimarum, quæ sit attendenda, loci ac viciniori, an loci, ubi prædia existunt, vel ubi fit solutio decimarum, an diœcesis, ostenditur.*

73 *Consuetudo specialis præferenda est generali.*

74 *Consuetudo illa potius est attendenda, quæ favet parochiali, quam quæ favet prædiali Ecclesiæ.*

1 OMnes fideles Parochiani, nisi exempti proponantur, ad solutionem decimarum sunt obligati; cum enim omnes recipientes spiritualia teneantur solvere decimas, ut *in princ. hujus cap.* ostendimus, & omnes fideles Parochiani a suis Parochis recipiant ecclesiastica Sacramenta, de ratione enim Parochianorum est, ut tanquam Parocho subditi prædicta Sacramenta ab alio non suscipiant; qui ob id proprius Sacerdos appellatur, Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art.2.* Nav. *in c. placuit n.124. de pœnit. dist.6.* recte fit, ut omnes fideles Parocho, nisi exempti esse dicantur, ad decimarum solutionem sint obligati, *c. ex transmissa 23. &c. a nobis* 24. ibi, *quilibet de decim.* Azor. *institutionum moralium p.1. l.7. q.7. c.24. q.1.* Suar. *de Relig. t.1. l.1. de divino cultu, c.16.* n.1. Monet.
2 *de decim. c.5. a princ.* ubi, *n.* 26 ait, quod Reges, & Principes tenentur ad decimarum solutionem, & *n.*28 quod & ipsi pauperes, quibus tum decimæ majori parte sunt remittendæ, si id necessitas postulaverit. Beninc. *de paup.6. in spec. de jud.* Coroc. *c.52. n.6. & 7.* Unde.

3 Infertur *primo*, Judæos, & alios infideles non teneri ad solutionem decimarum. Diximus supra, omnes fideles Parochianos obligari ad decimas persolvendas; atqui infideles, neque fideles sunt, neque Parochiani, juxta illud Pauli 1. *ad Cor. 5. de his, qui foris sunt, nihil ad nos*, habetur *in cap. gaudemus, de divort.* Igitur, &c. Probat Corollar. tex. a speciali *in c. ex transmissa* 23. *de decim.* tradunt. Glos. *verb. persolvendas, in c. de terris illo tit.* Lamber. *de jurepatron. l. 1. p. 1. q. 7. art. 3. n. 3.* quorum resolutio vera est in decimis personalibus, cum illarum nullo modo infidelis debitor sit, ut tenent Gl. *verb. persolvendas*, ibi, *unde personales decimas non persolvant, in d. c. de terris*, Sot *de justit. l.6. q.4. art.4.* Suar. *d. l.1. c.16. n.4. vers. in qua distinctio*, Azor. *inst. mor. p.1. l.7. c.24. q.3.* Monet. *d. c.5. n.38.* Ricc. *de jure personarum extra gremium Eccl. existent. lib. 2. c.9. a.1.* Probatur ratione; etenim, cum decimæ in sustentationem Clericorum ministrantium, & ratione Sacramentorum a subditis ipsius Ecclesiæ dari jubeantur, ita ut si prædicta non administrarentur, nulla ratione exigi deberent, juxta illud Pauli 1. *ad Cor.9.* ibi, *si non vobis, &c.* & infideles non sunt subditi Ecclesiæ, nec in gremio illius existere dicantur; insuper Sacerdotes quidpiam spirituale illis non ministrent: recte fit ut eisdem Sacerdotibus nullum jus competat adversus illos, nec illi decimarum debitores esse dicantur. Quamvis contrarium in his decimis personalibus tenuerint Glos. *in c. quanto, sub figuratione casus, in fine, de usur. & in c. decimæ*, 16. *q.1.* quam sequitur Ancharan. *in dicto c. de terris, sub n. 1.* & *ibi* Abb. *n.6.* Rebuff. *d. tr. q.5. n.* 11. Pro quibus facere videtur, quod infideles sub potestate, & dominio Dei existunt, ac proinde, cum in ejusdem dominii universalis signum decimæ sint reservatæ, necessario videtur dicendum, infideles ad illarum solutionem esse obligatos; siquidem in illis reperitur ea ratio, propter quam decimæ institutæ sunt. Sed facile respondetur, reservationem illam non fuisse factam in universo Orbe, sed solum in terra Chananæorum a Deo, populo Israelitico donata, ac proinde prædicta reservatio non respexit illos, qui in aliis regionibus habitabant; & eo maxime, quia illa sustentationis moderatio Levitis congruebat; propterea per præceptum indictum illi populo, ut solveret eis decimam partem fructuum, alii non comprehendebantur; quod similiter Ecclesia pro suis Sacerdotibus adinstar illius præcepti imperavit suis subditis, quo præcepto illos, qui illius fidem nunquam amplexi sunt, nequaquam comprehendit, ut eleganter Sot. *l.9. de justit. q.4. a 4. column. 4. in fine*, unde necessario dicendum est, infideles ad tales decimas persolvendas nullo modo obligari, quod quidem aliquatenus temperandum videbatur, ut procedat respectu ipsarum decimarum, non respectu satisfactionis illius interesse, quod Ecclesia parochialis est perceptura ab alio Christiano, qui poterat in eadem parochia habitare; tale enim Ecclesia petere poterat, ne alias defraudetur: & ita in specie tradit gl. *verb. prætextu, in d. c. tua nobis*, Ab. *in d. c. de terris, n.6.* Sot. *d. art.4. col.3. ad fin.* licet prætextus ille, quod Ecclesia defraudetur, non mihi solidus videatur, quia decima personalis debetur intuitu laborum, *d. c.10. 16. q.1. d. c. ad Apostolicæ, &c. ex transmissa, de decim.* ergo hac ratione posset Ecclesia parochialis interesse prætendere a quocunque nobili fideli non laborante, vel industriam non exercente, propterea quod, si nobiles ibi non habitarent, possent in illis domi-

domibus habitare artifices, vel alii industriosi homines, ex quibus posset parochialis ab eis decimas recipere, ut bene observat Ricc. *d.c.9. n.4.*

4 Ad decimas vero prædiales persolvendas cogendi sunt Judæi, & infideles, respectu tamen possessionum, quas ipsi in terris Christianorum titulo emptionis, vel alio compararunt, prout colligitur ex text. *in d. cap. de terris*, ibi, *vel possessiones penitus renunciandas*, & ibi, *compellas*, quæ verba non verificantur, nisi respectu possessionum, quæ sunt in provinciis Christianorum, & melius ex *cap. quanto pen. de usur.* ibi, *quas a Christianis*, & Xuar. *alleg.28. nu. 4. & 5.* Azor. *d. l. 7. cap. 24. qu. 1.* Vasq. *in opusc. de benefic. cap.1. §.unic. dub.9.* Monet. *dicto cap.5. a num.36.* ubi extendunt ad Paganos, Turcas, & Hæreticos. Probatur ratione: etenim, cum decimæ prædiales ab eisdem prædiis ad illas obligatis ita debeantur, ut respectu illorum onera realia censeantur, & infideles teneantur ad omnia onera realia respectu possessionum, quas in provinciis Christianorum possident, arg. text. *in dict. l. Imperator. ff. de publican. & vectig.* recte fit, ut prædicti infideles, respectu talium decimarum, attento jure, debitores esse censeantur, prout Sylvest. tradit *verb. decima num. 13.* Accedit, quia Ecclesia non debet fraudari a suo jure quæsito in prædio propter infidelitatem acquirentis, a quo jure necessario fraudatur, si decimæ prædiales in hoc casu ab infidelibus non solvantur, prout considerat text. *in d. cap. de terris, vers. ne forte, & in d. c. quanto, in fine.* Utrum autem ista decimarum solutio fiat ab infidelibus, uti de decima formali, an vero tanquam de onere annexo, dubitari potest: nam Oldrad. *conf. 81.* Mantu. *conf. 183. colum. 2.* & Abb. *in d. cap. de terris, sub numer. 5.* videntur tenere, quod fiat tanquam de decima vera, & formali, ex eo, quod decimarum realium solutio est de jure divino, *dict. cap. tua nobis de decim.* ac proinde ad eam obligantur etiam infideles, quia & ipsi tenentur recognoscere Deum, ut supremum Dominum. Sed contrarium, quod scilicet solutio fiat uti de onere, per text. *in cap. quanto, §. fin. de usur.* innuere videtur gloss. *in dict. c. de terris*, dum rationem assignat, quod ad eum spectat fructuum onus, ad quem spectat fructuum perceptio; sequitur Suar. *dicto lib.1. capitulo 16. ex numer. 6. usque ad num. 13.* ubi *numer. 8. & 11.* ad fundamentum contrariæ sententiæ respondit, præceptum de decimis realibus persolvendis esse quidem de jure positivo, quod non fuit datum omnibus hominibus, sed populo Israelitico, & consequenter hodie non extenditur, nisi ad fideles.

Additio.

☞ Hodie Judæi, saltem in statu ecclesiastico, nulla immobilia bona possidere possunt, ut ex Constitutionibus Apostolicis, a me relatis in Opere, cui titulus Expositio Juris Pontificii &c. pag. 604. & seq. ☜

5 At vero respectu possessionum, quas infideles in suis Provinciis habent, non tenentur ad decimas prædiales persolvendas, eo quod cessat in prædiis jus acquisitum per Ecclesiam, & ipsis infidelibus cessat ratio, propter quam debitum decimarum constituitur. Non obstat, quod, sicut Ecclesiæ cura est infidelibus Baptismum, & deinde alia Sacramenta ministrare, ita quoque videtur, illos teneri in Christianismum nomina sua dare, & Sacramenta suscipere, & ideo cum ratione Sacramentorum decimæ debeantur, ut *in princip. hujus cap.* diximus, utique dicendum videbatur, voluntatem infidelium non esse Ecclesiæ imputandam, & sic non debere defraudari suis decimis, quæ eidem Ecclesiæ debitæ sunt. Satisfit enim, dicendo cum Sot. *d.art.2. colum. 4. in princ.* quod, licet omnes mortales ad fidem suscipiendam teneantur, donec tamen illa profiteantur, nequaquam nostris legibus obligantur; neque nostris Prælatis obedire tenentur, quandoquidem præceptum directe in illos non dirigitur juxta illud Pauli 1. ad Corinth.5. *De his, qui foris sunt*, &c. ac subinde cum cesset obligatio legis, cessat quoque obligatio persolvendi decimas, quantumcunque ex parte Ecclesiæ non deficiat voluntas administrandi illis ecclesiastica Sacramenta. Quod si possessiones jam aliquando in potestatem Christianorum perveniant, tunc non solum decimæ ex illis persolvendæ sunt, & infideles illarum sunt debitores in futurum, verum etiam, tempore præterito considerato, ratio habebitur præteritarum decimarum, si prædictæ possessiones iterum ad gremium Ecclesiæ reducantur; nam, cum talia prædia non ita transeant in infideles, quin penes illos dominia, & obligationes retineantur, ita ut recuperata, attenta rei veritate, ut saltem jure postliminii apud Christianos semper existere censeantur, ut probat opt. text. *in cap. prima actione 16. qu. 4.* facit text. *in l. si captivus, 20. versicul. verum, ff. de captis*; resolvit D. Barb. *in l. divortio, §. interdum numero 7. ff. soluto matrimon.* recte fit, ut respectu illorum propter jus Ecclesiæ quæsitum, prædicti infideles debitores decimarum etiam præteritarum esse censeantur; advertit in specie Abbas *in d. cap. de terris, n.5. in fine*, dicens, debere Ecclesiam, cui debentur, cum illis misericorditer agere.

6 Infertur *secundo*, Clericos, in quantum sunt fideles, non habito respectu ad clericatum, teneri solvere decimas Parocho illius Ecclesiæ, in cujus territorio commorantur. Diximus supra, omnes fideles Parochianos, nisi exempti proponantur, ad decimas solvendas obligari: atqui Clerici habitantes in territorio alicujus Ecclesiæ, fideles Parochiani sunt; nec enim, ex eo, quod sunt Clerici, deobligantur a subjectione parochiæ suæ, juxta resoluta per Doct. *in c. omnis utriusque sexus, de pænit. & remiss.* Igitur, &c. Probant Corol. text. *in cap.2. vers. illi vero, & in cap. commiss. sum.4. de decim.* tradunt S.Th. *2.2. qu.87. art. 4.* Sot. *lib. 9. de Justit. quæst. 4. art.4.* Covarr. qui alios refert *var. lib. 1. c.17. num.8. vers. 1.* Less. *de Justit. lib.2. cap.39. dub. 5. num.23.* 7 Clerici vero, ut tales considerati, non sunt debitores decimarum ex illis bonis, in quibus tanquam tales considerantur: siquidem sic considerati non sunt parochiani, de ratione enim Clerici est, ut aliis spiritualia ministret, ac proinde cum decimæ ratione administrationis spiritua-

tualium debeantor a Parochianis, quibus illa facta est, utique Clerici, quibus, in quantum tales, prædicta administratio non fit, & propterea non dicuntur Parochiani, ad decimarum solutiooem non tenebuntur, ex his jam.

8 *Primo* colligitur, Clericos non teneri ad solutionem decimarum ex fructibus suorum beneficiorum. Patet, si expendamus respectu illorum fructuum non Parochianos, sed Clericos ministrantes spiritualia considerari: unde nil mirum, si ex illis solvere decimas non teneantur; ita in specie probat text. *in d. cap. 2. in princ.* qui necessario sic intelligendus est, eo quod Pontifex ibi adducit exemplum Levitarum, quos constat, nihil aliud possedisse, quam decimas, quas loco beneficiorum obtinebant, ut habetur *Josue cap. 16. in fin. & Num. cap. 18.* ac proinde ut similitudo recte procedat, text. ille *in princ.* necessario intelligendus est de beneficiis Clericorum, prout in illis resolvunt S. Th. & Sot. *ubi supra*, vel interpretandus, ut probet, Clericum non debere decimam solvere Clericis ex illis decimis, quas ipse percepit, sicut ajunt Rebuff. *q. 5. num. 6.* & Azor. *d. cap. 24. qu. 5.* quicquid aliter, atque aliter intelligere nitantur Perez. *leg. 1. prope fin. vers. est, & aliud tit. 3. l. 1. Ordin. pag. 67.* Suar. *d. tract. 2. de decim. l. 1. cap. 17. num. 23.* Franc. Leo. *in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 12. de decimis, a numer. 52.* Bellet. *disquis. clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12. a num. 35.* Valer. Reginal. *in praxi fori pænit. l. 19. num. 88.* Vasquez *in Opusc. de benef. cap. 1. qu. unic. dub. 8.* Marc. Anton. Genuen. *in practic. ecclesiast. qu. 628.* Paul. Layman. *in Theologia morali, l. 4. tract. 6. cap. 3. num. 3.* Lessi *de justit. l. 2. cap. 39. dub. 5. num. 23.* ubi in-
9 telligit de Clericis ejusdem Ecclesiæ. Sic sane decimæ non sunt solvendæ Parocho ex prædiis ejusdem Ecclesiæ, ex quorum fructibus ipsi Clerici clericali jure vivunt, prout in specie resolvunt Doctores *supra* citati; si modo prædicta prædia etiam dotalia Ecclesiæ fuerunt intra limites ejusdem, alias secus, ut tradunt gloss. *verb. nullo in cap. 1. de censib.* Abb. *num. 6. in d. cap. 2. & in cap. nuper. notab. 1. de decim.* Rebuff. *d. qu. 5. numer. 20.* Covar. *d. l. 2. cap. 17. numer. 8. vers. 2.* Azor. *d. qu. 5.* Valer. Reginald. *d. num. 88.* Gutier. *d. cap. 21. num. 54.* Bellet. *d. §. 12. num. 36.* quicquid indistincte contrarium sentiant *glos. 1. in d. cap. 2.* ibi, *hoc intellige de dote Ecclesiæ, de qua Clerici non debent dare decimas,* S. Thom. *dict. art. 4.* Balb. *de præsc. par. 5. prin. qu. 7.* Utrum ex fructibus personalibus, quos ipsi Clerici ex officio clericali accipiunt, solvere teneantur decimas personales? dicendum est, quod similiter non tenentur ex supradicta ratione, & ita fatentur Cov. *d. c. 17. num. 8. vers. 1.* Monet. *d. c. 5. num. 4.*

10 Colligitur *secundo*, Clericos teneri solvere decimas ex fructibus prædiorum sæcularium, quæ sæculari jure, puta hæreditario, emptione, vel alio quovis titulo compararunt. Patet, si expendamus respectu hujusmodi prædiorum magis Parochianos, quam Clericos considerari, ac proinde nil mirum, si decimas solvere teneantur; & ita in specie probat text. *in d. cap. 2. vers. illi profecto*, sic necessario intelligendus, tradunt Sot. *d. qu. 4. art. 4.* Cov. *d. cap. 17. num. 8. vers. 1. hinc constat.* Azor. *d. qu. 5.* Monet. *d. cap. 5. num. 3.* late Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. dec. 605. in 1. edit. alias res. 429. in 2. edit.* ubi probat, Clericum teneri solvere decimam de eo, quod percepit ex patrimonio, ad cujus titulum fuit ordinatus. Quod ampliandum est primo, sive prædicta prædia sint in aliena, sive in propria parochia; utroque enim casu procedit ratio, de qua supra. Ampliandum est quoque, sive Clerici sint Rectores earundem Ecclesiarum, ut advertunt S. Thom. & Covar. *locis proxime citatis*, sive episcopali, seu quacunque alia dignitate præfulgeant, juxta text. per locum a speciali *in cap. qu. 16. qu. 1.* Gutier. *d. cap. 12. num. 1.* Nec refragatur dicere, quod Prælati exempti non subsunt Parocho, arg. text. gloss. & Doctor. *in cap. ult. de Pænit. & remiss.* Siquidem respondetur, illos Prælatos non subesse Parocho per accidens, quia scilicet alteri subjiciuntur, nempe Romano Pontifici, vel Prælato superiori, sed nihilominus, attenta rei natura, Parochianos esse, sicut alii fideles arg. text. *in d. cap. omnis utriusque sexus*, & inde est, quod illorum familia remanet subjecta ipsis Parochis, ut advertit Sot. *in 4. dist. 18. qu. 4. art. 2. col. 8.* facit text. *in d. cap. quæst.*

Colligitur *tertio*, Clericos ex lucris, ac reddi- 11
tibus suis temporali titulo acquisitis per se, & personali debito obligari ad decimas præstandas Sacerdoti parochiali, a quo Sacramenta percipere debent, ut per Cov. *d. cap. 17. num. 8. vers. primum hinc const.* Suar. *d. l. 1. cap. 17. num. 21.* Reb. *d. q. 5. num. 9.* Fagund. *d. præc. 5. l. 2. cap. 2. numer. 2.* Monet. *d. cap. 5. num. 4.* Paul. Laym. *in Theol. mor. l. 4. tract. 6. cap. 3. num. 2.* ubi advertit, quod licet hæc resolutio hodie nullum usum habeat in decimis mere personalibus, quippe quas nec laici, multo minus Clerici pendere solent, locum tamen habet in terris novalibus, quas si excolat Clericus, cum ante nullum, aut modicum fructum afferret, ad decimas Parocho suo ex illis solvendas obligari incipit, non per accidens ratione rei, sive terræ, sed per se, & ratione propriæ personæ.

Infertur *tertio*, resolutio ad illam quæstionem, 12
utrum privilegio Romani Pontificis possit dari exemptio a solutione decimarum? In qua partem affirmativam in specie tenuerunt Doctores communiter *in cap. a nobis, de decim.* Dec. *cons. 113. num. 2.* Cov. *l. 1. var. cap. 17. num. 9.* Gutier. *cons. 5. num. 8. & Canon. q. l. 2. cap. 21. num. 26. & 130.* Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tit. 1. qu. 49. art. 6.* Monet. *de decim. cap. 5. num. 46.* Lessi. *de justit. l. 2. cap. 38. dub. 5.* Suar. *d. l. 1. cap. 18. num. 1.* Fagundez *d. præc. 5. l. 2. cap. 4. num. 1.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 4. num. 63.* novissime Hieron. Rod. *in comp. qq. Reg. res. 50. n. 2. cum seq.* Pro quibus faciunt plura jura, quæ circa resolutionem decimarum de privilegiis Romanorum Pontificum mentionem faciunt, prout est text. *in d. cap. a nobis*, ibi, *exemptis, & in cap. suggest. 9. in cap. ex p. 10. & in cap. ad audiendum 12. & in cap. penult. de decim. & in c. si de terra 6. & in cap. accedente 15. & in capit. dudum 31. de privil.* Faciunt etiam plura alia privilegia, quæ non solum aliquibus Religiosis circa decimas

non

non solvendas a Summis Pontificibus sunt concessa, de quibus *infra* mentionem faciemus, sed etiam Regi Catbolico pro Regnis Granatæ, & Valentiæ, in aliis proceribus per totam Hispaniam, ut constat ex *der. 702. p. 1. diver. & dec. 665. p. 3. rec.* quæ quidem privilegia nequaquam Pontifices concederent, si ad illa concedenda potestatem non haberent.

Laborant tamen gl. & Canonistæ nostri, tenentes, decimas esse de jure divino in assignanda ratione, ob quam contra illud dispensare videatur Summus Pontifex, cum tamen alioquin non possit, ut videtur probari ex *rap. sunt quidam, & r. statuta 25. q. 1. c. litt. de restit. spol. & ex c. eum ad Monast. in fin. de stat. Monach.* & tuentur plures, quos plena manu citavi *in meo tract. de Jure Eccles. l. 1. de personis, rap. a. de pot. & auctor. Rom. Pont. num.* 119. In primis gl. *verb. exempt. in d. cap. a nobis*, existimat, per talem concessionem exemptionis non tolli omnino jus naturale, aut divinum, quo debetur congrua sustentatio, sed solum limitari in illo casu particulari, quo suo privilegio aliquem eximit a solutione decimarum, quod quidem prædicta gl. existimat, non esse inconveniens, ut fiat a Pontifice. Sequitur gl. explicationem Dec. *ubi sup. & in rap. cum ordinem in princ. de rescr.* dicit receptum Menoch. *illust. rap.* 80. *num.* 11. Verum hæc gl. explicatio non placet; convincitur enim in primis, quia supposita illius explicatione, non valeret tale privilegium exemptionis absque justa causa, eo quod sine illa deficit potestas dispensandi in jure naturali, & divino, ut ostendimus *d. cap. a.*: & tamen apparet, prædictum privilegium validum esse, quantumcunque sine justa causa concedatur, ut fatentur multi ex supra relatis. Convincitur etiam, quia talis causa justa non præsumeretur in dicto privilegio, nisi per ipsum concedentem esset expressa, juxta tradita per Doct. *in cap. quæ in Ecclesiarum de const.* quod tamen non videmus in multis privilegiis, quæ circa exemptionem decimarum sunt concessa, prout plura reperiuntur. Unde alii Doctore existimant, Pontificem non adversari juri naturali, & divino in concedenda exemptione decimarum, eo quod tantummodo illud jus decimarum eodem divino, & naturali jure debitum dicitur remittere, prout in effectu tradit Gut. *d. cap. 21. nu. 26.* & ante illum aperte Sylv. *verb. decima num.* 11. Pro qua declaratione facit, quia in decimis, sicut in aliis rebus spectantibus ad Christi patrimonium, habet Ecclesia jus administrationis, ut resolvit Abb. *num.* 20. & alii *in cap. cum super, de caus. poss. & prop.* quo circa sicut procurator cum libera administratione censetur habere speciale mandatum ad distrahendas res domini sui constituentis, juxta tex. *in l. procurator ff. de procurat.* ita quoque Ecclesia censetur habere prædictum speciale mandatum, ac subinde nil mirum, si Pontifex suo privilegio distrahens, remittat prædictum debitum decimarum, juxta reg. tex. *in c. sine exceptione 12. q. 2.* sic similiter idem Pontifex dispensat in voto, cujus obligationem juris divini esse constat; quæ quidem explicatio, licet defendi valeat, nobis tamen placere non potest, siquidem illa remissio fieri potest a Pontifice circa illa, quæ sunt in illius administratione, & nullum, nisi Ecclesiæ, resultat præjudicium, juxta reg. text. *in cap. 2. de præb. lib. 6.* nihilominus tamen, dato aliquo præjudicio in tali remissione, jus naturale, & divinum offenditur, arg. text. *in cap. 1. vers. nec nos de causa poss.* quod præjudicium apparet fieri Parocho, cui jus quæsitum est ad recipiendas decimas a suis Parochianis. At Monet. *d. cap. 6. num.* 53. putat, Papam posse aliquibus immunitatem a decimis concedere; non autem in universum præceptum de decimis solvendis tollere, quia primo casu juri humano pontificio, non vero naturali, aut divino, derogat; in secundo vero, quia tale decretum esset irrationabile, nec conveniens christianæ Reipublicæ, cujus interest spiritualium ministros inopes non esse, & quia juri naturali, & divino congruit, ut laborantes in vinea Domini mercedem aliquam decentem a laicis accipiant, quique spiritualia seminant, temporalia metant. Sed nec hæc explicatio difficultatem absolvit. Quare ego pro vera declaratione advertendum existimo, exemptionem decimarum dupliciter posse considerari, vel enim talis est, per quam ministri sustentatio ostenditur, vel rursus talis proponitur, quia concessa adhuc remanet prædicti ministri congrua, & sufficiens sustentatio. Meminit hujus divisionis Covar. *var. l. 1. cap.* 17. *num.* 6. Gut. *d. rap.* 21. *num.* 29. Hoc supposito, resolvendum est, in priori casu privilegio Romani Pontificis fieri non posse, ut talis exemptio procedat, siquidem congrua ministri sustentatio, quæ in hac specie ostenditur, & aufertur, jure divino debita est, ut supra ostendimus; quod quidem jus divinum, & naturale privilegium Roman. Pontif. offendere nequit. Non sic dicendum in posteriori casu; in quo per privilegium illius talis exemptio concedi potest; siquidem præceptum de solvendis, decimis, quatenus excedit prædictam congruam ministri sustentationem, non est divinum, seu naturale, sed solum humanum, contra quod privilegium dari potest. Ex his.

Colligitur *primo*, posse privilegium aliquod, si- 13
ve in partem, sive in totum, eximere a solutione decimarum, utroque enim casu, manente sufficenti Parochi sustentatione, verificatur ratio, de qua supra, prout in specie resolvit Cov. *cit. loco* Gut. *d. cap. 21. num. 29.* Azor. *d. lib. 7. cap. 37. quæst. 6.* Nec obstat dicere, quod axioma illud divinum. *Dignus est operarius mercede sua*, sine dubio adstringit omnes illos, ad quorum utilitatem operarius ipse laborat, ac subinde omnes debere concurrere subministrando cibo, juxta illud Pauli 1. *ad Cor.* 9. ibi. *Quis suis stipendiis militavit unquam?* Unde cum Parochus ad omnium Parochianorum utilitatem laboret, videtur dicendum, quod quantuncunque, ille Parochus sufficientem habeat alimoniam, nihilominus tamen, attento jure naturali, & divino, debitores sunt decimarum, & consequenter nullus ex prædictis Parochianis potest privilegio eximi, saltem in totum a solutione decimarum. Satis fit enim, si advertamus, prædictum axioma procedere quidem collective, itaut in illa parochia ab illa immediate Parochus habeat cibum, hocest congruam sustentationem pro ministrandis spiritualibus omnibus illis, qui in eadem continentur, & eamdem construunt; non vero pro-

procedit distributive, ita, ut singuli ex eadem in individuo, nisi aliud jus humanum addatur, teneantur. Pro quo facit, quia consuetudo potens fuit, ut homines a decimis personalibus in totum excusarentur, quorum multi in illo tempore, sicut & modo, alios non habebant, nec babent fructus, ex quibus decimas solvere possent, & non est dicendum, quod magis operetur consuetudo, quam privilegium Roman. Pontif. arg. text. *in cap.* 1. *de const. l.6.* & per consequens, quod auctoritas illa non distributive, sed collective intelligenda est. Facit etiam, quia, ut Doctor. fatentur, privilegio non fieri potest, ut tanta quantitas persolvatur, & videtur dicendum majorem, vel minorem quantitatem non variare obligationem solvendi decimas in suo fundamento, argum. text. *in l.ult. ff. de fundo instrum.* ac proinde, si privilegium, manente congrua sustentatione, aliquem, vel aliquos in parte eximere potest, utique dicendum est in totum eosdem, manente eadem sustentatione, eximere posse.

14 Colligitur *secundo*, privilegium, quo quis, sive in partem, sive in totum a solutione decimarum simpliciter eximitur, non extendi ad novalia, quæ ex post facto orta fuerint. Patet, si expendamus, hujusmodi privilegium de decimis non solvendis esse quidem odiosum, tum quia contra jus procedit, tum etiam quia Parochi præjudicium in se continet, ac subinde, data in aliquibus illius operatione, in aliis, quantum fieri potest, restringendum est, juxta reg. text. *in l.a. §. si quis a Principe, ff. ne quid in loc. pub.* juvat, *reg. odia de reg. jur. l.6.* & ita in specie tradunt Reb. *d. tract. qu.*14. *num.* 3. & refert alios & sequitur Gutier. *d. cap.* 2. *num.* 130. Monet. *cap.* 4. *num.*67. novissime Hier. Rod. *in comp. qu. Reg. ref.* 50. *num.*6.

15 Accedit, quia privilegium de percipiendis decimis simpliciter concessum, ad novalia non extenditur, prout in specie probat text. *in cap.* 2. §. 1. *de decim. lib.*6. late resolvit Covar. *d. lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. ex eo, quia tale privilegium ex prædictis duobus odiosum, restringendum est. Quod si privilegium concedatur de non solvendis decimis de propriis laboribus factis, tunc etiam novalia, quæ propriis fiunt manibus, comprehenduntur, juxta text. *in cap. ad audientiam* 12. *& in cap. ex parte il* 1. *de dec.* Rebuff. *d. qu.* 14. *n.* 28. Gutier. *d. cap.*21. *num.* 31. Monet. *d. cap.*4. *n.*68. accedit, quia privilegium quantumcunque sit odiosum, ut supradictum est, & uti tale in dubio stricte intelligendum ex Gutier. *d. conf.* 5. *n.*15. nihilominus tamen non refragante, imo juvante concedentis intentione, semper intelligendum est secundum propriam significationem; ita ut illa comprehendantur, quæ in propria veniunt significatione, docet in specie Dec. *conf.* 13. *num. ult.* Rebuff. *d. tract. qu.*13. *num.*32. & constat appellatione laborum proprie novalia contineri, ut probat text. *in d. cap. ad audientiam*, text. sic intelligendum *in cap. quid per novale de verbor. sign.* ac subinde nil mirum, si in tali privilegio novalia, quæ fiunt manibus, comprehendantur, & ita in effectu tenet Monet. *d. cap.*4. *num.* 68. ubi *num.*69. subdit, privilegium non solvendi decimas novalium intelligendum esse de his novalibus, in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis, quasi possessionem juris percipiendi decimas, per text. *in cap. dudum pen. de privileg. & in cap. statuto, in princ. de decim. in sexto.*

Verum obstat maxime text. alias difficilis, *in cap. ex parte il* 3. *de decim.* quatenus probat, privilegium ecclesiasticæ personæ concessum, ut sibi accipiat decimas suorum prædiorum, novalia comprehendere; quia, quando majus conceditur, etiam minus concessum esse videtur, de cujus intellectu multa tradunt Covar. *d. cap.* 17. *num.*13. Gutier. *d. cap.*11. *numer.* 116. *cum seqq.* Menoch. *conf.*36. *num.*21. Rebuff. *d.tract. qu.*14. Valasc. *conf.*58. *num.*9. Suar. *d. tract.* 2. *de decim. l.*1. *cap.*23. *num.*4. Menoch. *d. cap.*4. *num.*65. *&* 66. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 782. *num.* 15. Castill. *t.* 7. *de tert. c.*14. *n.*14. inter quos ille videtur melior intelligendi modus, quod procedat ex mente concedentis: & maxime, quia in eo text. non agitur de privilegio percipiendi decimas in aliena parochia: hoc enim restringendum erat, idque colligitur ex illis verbis, ibi *parochiarum tuarum*, & in his terminis recte convenit ratio, quia cui majus conceditur, minus concessum esse videtur: nam quidam contendebant, ad Abbatem in ipsius parochia decimas novalium non pertinere, vel quia eas non possidebat, vel quia præscriptione, aut alia ratione eas amiserat, vel denique, ut ex integra Decretali refert Rebuff. *d. loco n.*8. quia Episcopus decimas novalium cuidam Canonico concesserat, unde privilegium hoc Pontificis hoc casu favorabile debet censeri, quia per illud fit regressus ad jus commune, juxta reg. text. *in l. si unus, §.pactus ff. de pactis*, cum vulgaribus. Sed iste Rebuff. intellectus ex originali, & integra, quam refert, nequaquam defendi potest; quia si bene advertamus, integra relata per Rebuff. non est originale *d. cap. ex parte*, nec ullo modo pertinet ad ejus speciem, imo super alia longe diversa emanavit; idque constat non solum ex verbis utriusque, in quibus longe differt littera unius ab alio, & in integra non habentur verba, sicut nec ratio scripta in illo text. verum etiam, quia text. ille agit de Abbate S. Columbæ Senonen. in Episcopatu Parisien. & illi Abbati facta fuit concessio, de qua agit text. & ad eundem, ut ex suprascriptione constat, dirigitur Decretalis: at vero integra per Rebuff. relata agit de casu, qui contigit in Episcopatu Novarien. Provinciæ Mediolanensis, & juxta suprascriptionem ejusdem Rebuff. dirigitur ad Rectorem Ecclesiæ Beatæ Alariæ, cui decimarum facta fuerat concessio, tum etiam, quia in præfata integra non dicit Papa, Rectorem, de quo agit, secundum jus, & ex vi primæ concessionis posse percipere novalium decimas, sed potius ex nova indulgentia concedit id, ita ut quandiu vixerit Canonicus, qui eas novalium decimas percipiebat, & sententiam pro se obtinuerat, nullum eidem in perceptione præjudicium inferatur, sed tamen, eo mortuo, indulget Papa prædictas decimas Rectori, & illi Ecclesiæ. At *in d. cap. ex parte* absque nova indulgentia ex rigore juris communis, tanquam indubitatum decidit Papa Abbatem posse decimas novalium percipere, ut constat ex littera, ibi, *exigere satis potes*, juncta ratione, quæ sequitur. Quare, retenta mente 16

te

te communi, quod text. agat de privilegio percipiendi decimas (licet summarium contra verba Pontificis referat privilegium non solvendi) tentari posse privilegium illud ideo comprehendere & veteres, & novalium decimas, quia concessum fuit sub ea forma pleniori, scilicet de laboribus terræ parochiarum tuarum integraliter decimas percipias, quæ verba, & privilegii forma ex intentione concedentis omnes decimas includunt. Sed, quia ratio, quam text. in fine reddit, non sat convenit huic intellectui, nec apparet, aut jure probatur, Pontificem in privilegio percipiendi decimas alienas, quod est magis nocivum, & odiosum, quam sit illud non solvendi, ex traditis per Rebuff. *d. q.* 14. *num.*28. *&* 30. admisisse illas diversas formas, quas alibi expendimus.

Ego igitur probabilius existimo, *d. cap. ex parte* non agere de privilegio, aut concessione speciali circa decimas recipiendas, sed magis de concessione juris communis, per quam, eodem attento, potuisset Abbas ille, vel Parochus quicunque percipere decimas de laboribus terræ parochiarum suarum. Sensus ergo est, cum tibi concessum sit (scilicet a jure communi) quod majus, &c. & ita in effectu ille text. explicat id ipsum, quod habetur *in cap. cum conting. ver. unde de decim.* & integra relata per Rebuff. scilicet, novalium decimas pertinere ad Parochos, quibus absolute, & cum integritate decimæ intra parochiam jure communi concessæ sunt, cui intellectui satis conveniunt verba text. Siquidem concessum proprie loquendo dicitur etiam illud, quod lege, & jure communi tribuitur, *l.* 2. *in princip. ff. ne quid in loco publico*, & vulgo dicimus frustra precibus impetratur, quod a jure communi conceditur. Insuper, congruit ratio, quam text. ille in fine reddit, quippe quæ proprie & absolute loquendo vera est, & procedit in his, quæ a jure communi conceduntur, *sicut* & in aliis favorabilibus, non ita vero in ceteris, quæ jure singulari, & ex privilegio contra jus commune conceduntur, sicut nec in reliquis odiosis juxta *reg. cui licet*, *de regul. juris in* 6. *&* *l. non debet eodem tit.* cum iis, quæ late tradunt scribentes *ibidem*. Et juxta hunc intellectum dubitandi ratio in eo esse potuit, quod Episcopus, vel alius prætendens decimas novalium, in quarum possessione Abbas non existebat, arbitrabatur, illas ad Abbatem non pertinere, quia de novo insurgebant: & fortasse etiam ex eo, quod Abbas non unam tantum, sed multas parochias habebat, ut constat ex littera, ibi, *parochiarum suarum*, quas tamen ex dispensatione, & in quibusdam casibus jure expressis, juste potuit obtinere, & consequenter in eisdem ex concessione juris decimas novalium exigere. Nec retento hoc intellectu, obstat *cap. tua* 25. *in fin. de decim.* quoniam ultra alios intellectus Abb. & aliorum utrobique, & tradita per *gloss.* 1. & Doctores *in cap. pervenit* 1. *q.*7. & post Fortun. Covar. *d. l.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 13. Rebuff. *d. q.*14. *num.* 2. & ag. text. ille non agit de concessione decimarum simpliciter, & absolute facta, sed de illa, per quam decimæ antiquæ, quas Ecclesia possidebat, alicui concedebantur, veluti in feudum, in qua specie non includuntur decimæ novalium, & necessaria est ad hoc nova, & specialis concessio, juxta *cap.* 2. *in princ.* ubi notant gloss. in casus positione, & alii, *de decim. lib.* 6. idque satis intendit *d. cap. tua*, ibi, *occasione decimationis antiquæ*, & clarius, ibi, *non sit extendenda licentia, sed restringenda*, quæ verba significant concessionem, de qua text. agit, quippe quæ referebatur ad decimas antiquas, nonnisi per extensionem novalium decimas includere potuisse.

Infertur *quarto*, Religiosos omnes esse exem- 17
ptos privilegio in jure scripto a solutione decimarum de novalibus tantum, quæ propriis manibus, seu sumptibus excolunt, ut probatur *in cap. ex parte il* 1. *de decim.* & docent *ibid.* Host. *num.* 4. Butr. *n.*9. & Anchar. *n.*3. Rebuff. *d. tract. q.*14. *num.* 45. Monet. *d. cap.*4. *n.*56. Gutier. *conf.*5. *numer.*1. Suar. *d. tract.*2. *lib.*1. *cap.*19. *n.*2. Fagundez *d. præc.*5. *l.*2. *cap.*3. *a n.* 7. Rot. *in Carthaginen. decimarum*, 16. *Februarii*, 1615. coram bon. mem. Dunozetto. Intellige, procedere in his tantum novalibus, quæ deserviunt pro usu Monasterii, ut expresse declarant in illo text. Abb. *numer.*3. Jo: de Anan. & Anchar. *n.*2. Rebuff. *dict. q.*14. *circa fin.* quos refert, & sequitur Rot. *in Cordub. decimarum* 21. *Maii* 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. Limita tripliciter hanc illationem, & *primo*, ut locum non habeat, ubi novalia ab iisdem exemptis aliis traduntur excolenda, sicut colligitur ex *d. cap. ex parte*, ibi, *propriis manibus.* Rebuff. *qu.*14. *num.*17. Monet. *dict. cap.*4. *num.*58. *Secundo*, nisi pacto expresso ad hoc teneantur, gloss. *verb. laborum, in d. cap. ex parte*, Rebuff. *d. qu.*14. *n.* 53. Monet. *d. cap.*4. *num.*59. *Tertio*, nisi solvendo, tacite renunciaverint privilegio suo, gloss. *d. verb. laborum*, Rebuff. *d. q.*14. *n.* 54. Monet. *d. cap.*4. *n.*60.

Privilegio quoque in jure scripto Cistercien- 18
ses, Templarii, & Hospitalarii non tenentur solvere decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus excolunt, ut expresse probatur *in d. cap. ex parte il* 1. *&* *in cap. licet eod. tit.* quod quidam intelligebant solum de novalibus, Pontif. *in cap. ad audientiam, eod. tit.* exponit, intelligi dictum indultum debere, non tantum de novalibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus a Religiosis prædictis coluntur. Quod intelligitur etiam de prædiis, quæ post Concil. Lateranen. Cistercienses acquirunt, ut causa acerrime disputata, resolvit Rot. *in Pampilonen. decimarum*, 18. *Decemb.* 1615. coram Reverendissimo D. meo Coccino Decano, præsertim propter privilegia Sixti IV. ibi, *singulares personas dicti Ordinis a præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concil. quam de cetero habendis, quæ propriis sumptibus excolunt, & excolent.* referunt Renat. Chopin. *de sacra politia, l.*3. *tit.*2. *num.* 8. Fr. Emman. *in collect. Bullarum Apostol. pro Regularibus*, *Bulla* 5. *Martini V.*

Additio.

☞ Templariorum Ordo abolitus est in Concilio Viennensi sub Clem. V. & eorum bona addicta fuerunt Ordini S. Joannis Hierosolymitani. ☜

Quo-

19 Quorum privilegia, cum sint personalia, ideo non suffragantur respectu portionis colonorum, ut in puncto privilegiorum Cisterciensium est *dec.* Putei 522. *l.* 2. & dicit Rot. *in Toletana decimarum*, 17. *Junii* 1621. coram Rever. D. meo Coccino Decano. Nec etiam suffragatur respectu arrendatariorum, etiamsi ipsi Fratres aliquam culturam exiguam adhibeant, Seraph. *dec.* 827. *num.* 3. *cum seqq.* Prout nec etiam suffragatur, si prædia locentur ad pecuniam, tunc enim in nihilo Cistercienses exemptos esse non semel tenuit Rot. & signanter *dec.* 2. *de privil. in antiq.* & coram Putei *dec.* 150. *lib.* 2. *in correct. & p.* 2. *div. dec.*23. *num.*4. *& seq. & in Cartag. decim.* 26. *Novembris* 1600. coram bonæ memoriæ Penia.

20 Verum dispositio *dict. cap. ex parte il* 1. quoad supradicta revocata est per text. *in cap. nuper* 34. *de decim.*, quo attento, Cistercienses, & omnes Regulares, qui gaudent eisdem privilegiis, de terris alienis, & in posterum acquirendis, etiamsi eas propriis manibus, & sumptibus excolant, debent solvere easdem decimas, quas antea domini terrarum solvebant, vel se inter ipsos componere; verba enim text. clara sunt, *Decernimus, ut de alienis terris, & amodo acquirendis, etiamsi eas propriis manibus, aut sumptibus excolant, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum*. Et ideo omnes fere Religiosi per specialia privilegia a Summis Pontificibus exemptionem obtinuerunt a solutione decimarum prædiorum suorum, quæ propriis manibus, & sumtibus excolunt, & de multis meminit Fr. Ludov. Miranda *d. tom.*2. *q.*49. *art.*12. *in concl. sua.*

Additio.

☞ Citata Decretalis *Nuper* confirmata est ab Alex. IV. in ejus Decretali, relata in cap. IV. *statuto* hoc eod. tit. in VI. ibi = Ceterum iidem Religiosi, tam exempti, quam non exempti de terris, & possessionibus acquisitis hactenus, & amodo acquirendis, decimas integre solvant illis Ecclesiis, quibus eædem possessiones, & terræ prius fuerant decimales, nisi super hoc speciali jure, vel privilegio sint muniti =

Eidem Decretali *Nuper* obsequens Congregatio Concilii die 21. Augusti 1728. in Pampilon. decimarum declaravit = Quod Regulares, non habentes in privilegiis expressam derogationem cap. *Nuper*, teneantur solvere integras decimas, exceptis bonis, & rebus præscriptis *in cap. ex parte X. de decimis* = ut videre est in Thesauro Resolutionum ejusdem Cong. tom. IV. pag. 213. & tom. VI. pag. 29, & seq.

De re decimali respectu Regularium exemptorum adeatur præ ceteris DD. Passerinus, Commentar. *ad lib. III. sexti decretal. tit. de decimis*, quæst. unic. artic. XV. per totum, Reiffenstuel. tom. III. hnc tit. §. IV. Cardinalis Petra Comment. ad Const. Apostol. *tom. IV. ad Constit. VIII.* Martini V. pag. 243, & novissime Gaudentius a Janua de Visit. cujuscumque Prælati, tom. I. c. V. dub. XIII. sect. VI. ☜

21 Et nuncupatim de concesso pro Monachis Cœlestinis, & Cluniacensibus testatur Rhenat. Chopin. *monastic. l.*2. *tit.*1. *num.* 5.

Et pro Monachis Congregationis Cassinensis, 22
alias S. Julinæ de Padua, est privilegium Eugen. IV. *sub Dat. Kalen. Martii* 1434. relatum per Fr. Emman. *in collect. Bullarum dicti Pont, Bulla* 7.

Et pro Monachis Congregationis S. Benedicti 23
Vallisoleti est privilegium Clementis VII. *sub Dat.* 8. *Decemb.* 1530. *de quo in eodem Bullario novo, tom.*2. *Bulla* 7. *ejusdem Pont.*

Et pro Monachis Eremi Camaldulensis, & 24
Congreg. S. Michaelis de Murano adest privilegium Leon. X. *sub Dat.*4. *Non. Julii* 1513. §. 29. relatum *in eodem Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 2. *ejusdem Pont.*

Et pro Monachis B. Mariæ Montis Virginis 25
adest privilegium Cœlestini III. *sub Dat.* 4. *Novemb.* 1597. relatum *eodem Bullario novo, tom.*1. *Bulla* 3. *ejusdem Pont.*

Et de Sylvestriuis adest privilegium Innocentii 26
IV. *sub Dat.* 5. *Kalend. Julii* 1247. relatum *in eodem Bullario novo, tom.*1. *Bulla* 5. *ejusdem Pont.*

Et pro Fratribus B. Mariæ de Mercede adest 27
privilegium Gregorii XI. *sub Dat.* 6. *Kal. Julii* 1373. relatum *in eod. Bullario novo, tom.*1. *Bulla* 3. *ejusdem Pont.*

Et pro Ordine S. Antonii Viennen. adest privi- 28
legium Clem. VII. *sub Dat.* 6. *Kalen. Decembr.* 1523. relatum *in eodem Bullario novo, tom.*1. *Bulla* 2. *ejusdem Pont.*

Et pro Cruciferis adest privilegium Urbani III. 29
sub Dat. 7. *Kalend. April.* 1187. relatum *in eodem Bullario novo, tom.*1. *Bulla* 1. *ejusdem Pont.*

Et pro Fratribus Prædicatoribus adest privile- 30
gium Greg. XI. *sub Dat.* 2. *Non. Martii Pontif. sui anno IV.* relatum *in eodem Bullario novo Bulla* 7. *ejusdem Pont.*

Et pro Fratribus Conventualibus Ord. S. Fran- 31
cisci adest privilegium Sixti IV. *sub Dat. Pridie, Kal. Decembris, anno incarnat. Domini* 1474.

Et pro Canonicis Regularibus S. Salvatoris 32
adest privilegium Julii II. *sub Dat.* 4. *Non. Aprilis* 1512. relatum *in eod. Bullar. novo, tom.* 1. *Bull.*30. *ejusdem Pont.*

Et pro Monachis S. Basilii adest privilegium 33
Gregorii XIII. *sub Dat.* 8. *Kal. Julii* 1567.

Et pro Ordine Minimorum S. Francisci de Pau- 34
la adest privilegium Julii II. *sub Dat.* 5. *Kalend. Augusti* 1506. relatum per Laurent. de Peirinis *tom.* 1. *privileg. dicti Ordinis, Bulla* 2. *ejusdem Pont.* §. 19.

Et pro Cartbusianis est privilegium Martini V. 35
sub Dat. 8. *Kalend. Octobris* 1420. relatum *in eodem Bullario novo, tom.* 2. *Bulla* 1. *ejusdem Pont.*

Et quamvis omnes supradictæ Religiones privilegiis Summorum Pontificum se munierint, ne solvere tenerentur decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, ac sumptibus excolunt, propter derogationem *d. cap ex parte l. & cap. nuper*, tamen, ubi consuetudine legitime præscripta, & allegata, ut supra, introductum fuerit, ut Religiosi hac exemptione fruantur, absque alia derogatione, illa non obstante, existimo, eos non esse hac de re molestandos, cum potuerit exemptio illa legitimo titulo fundato in plenissima exemptione eis concessa *in cap. questi. & in cap.* deci-

decimas, *16. q.* 1. usque ad hodiernum diem continuari, posteriori derogatione non admissa, prout in Hispaniarum patribus exemptionem adesse mihi retulit vir Religiosus, & testium dicta legi; nec nimirum, si derogatio in dictis juribus contenta tunc suisset in exequutionem deducta, quia tempore, quo illa emanavit, Hispania a manibus Maurorum de recenti recuperata Clericorum numerum sufficientem non habebat, qui animarum curæ incumberent, quam cum Religiosi libenter susciperent, æquum tunc visum fuit (ut videtur) illos non fuisse privandos exemptione sibi concessa *in d. cap. ad decimas*, ad quod forsan respicere videtur lex antiqua Hispaniæ 5. *tit.* 20. *part.* 1. quæ dum loquitur, de quibus prædiis decimas solvere debent Religiosi, ita concludit: *Esso mismo seria, si labrassen eredades agenas por sus manos, o por sus dispensas, ca no se pueden escusar, que nonden diezmos dellas: otro tal seria, si ellos diesen à otro tales eredades, que si ellos las labrassen, non darian diezmos dellas*. Quod eo magis admittendum videtur, stante consuetudine hujusmodi in illis partibus, si Religiosi ex instituto Clerici fuerint communiter viventes: quia, cum iis Monachis, & Regularibus, exemptionem concesserit *d. c. ad decim.* & derogatio in posterioribus juribus tantum loquatur de Monachis, & Religiosis, videtur quoad alios nihil ibidem innovari: inclusio enim unius est exclusio alterius *c. nomine, de præsumpt.* cum citatis *in collectan. ibid. num.* 4. & hoc sine præjudicio jurium alicujus.

36 Moniales, non solum S. Claræ, verum etiam, & aliæ quæcunque Regulares personæ, quarum redditus, & proventus ecclesiastici sunt tenues, & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habenda vitæ suæ sustentatione necesse habent mendicare, & eleemosynas publice petere, decimas non tenentur persolvere: ita *ex quadam Extravagant*. Bonifacii VIII. incip. *decimas* refert Francisc. Ludov. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 2. *qu.* 49. *art.* 13. *in concl.* Præterea Abbatissæ, Conventus, & Moniales S. Claræ per privilegia Sixti IV. Leon. X. Clem. VII. Pauli III. confirmata a Gregorio XIII. de quibuscunque terris, & possessionibus suis, quas per se, vel colonos, seu servitores excoli, & cultivari faciunt, aut in posterum fecerint, nullas decimas, & primitias parochialibus Ecclesiis, & aliis persolvere tenentur, nec ipsæ, aut possessionum earumdem coloni ad earum solutionem a quocunque cogi possunt: ita referunt Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *qu.* 44. *art.* 5. *& tom.* 3. *q.* 34. *art.* 15. Fr. Ludov. Miranda *d. art.* 13. *vers. & præterea*. Hieron. Roder. *in comp. qu. regul. resol.* 50. *num.* 4. Portel. *in dubiis regularibus verb.* 10. *num.* 3. ubi refert in Portugalia praxim esse in contrarium pro decimis solvendis a Monialibus de possessionibus, colonis conductis, Rota *in Concben. emptionis decimarum* 30. *Januarii* 1587. coram Orano, quæ est *dec.* 240. *par.* 4. *divers.* & canonizatur ab eadem Rot. *in eadem causa*, 12. *Maii* 1632. coram bon. mem. Burat. *inter ejus impressas dec.* 704. De bonis autem emptis tenentur Abbatissa, & Moniales ad solvendas decimas, & primitias parochiali Ecclesiæ, ut referunt decisum Port. *dict. verb. decima*, *num.* 4. Hier. Rod. *d. res.* 50. *sub num.* 5.

Conversi, vel Confratres mediæ Crucis del Thao Ordinis Hierosolimytani decimas ex bonis suis patrimonialibus, prædiis, possessionibus, agris, omnino integre, & realiter persolvere debent, etiamsi ipsa bona patrimonialia per proprias personas, & proprios colonos ab eis colantur; at si aliqui ex prædictis Confratribus mediæ Crucis obtulerunt suas personas Religioni, & actu illi inserviunt, tunc, & eo casu sint exempti a decimis personalibus dumtaxat, quæ in fructibus dictorum bonorum patrimonialium, possessionum, & prædiorum non consistunt, etiamsi propria industria, & labore percipiantur. Si vero obtulerunt personas, & omnia sua bona Religioni, ita ut sint vere Donati, professi, & non conjugati, & in ipsam Religionem fuerit translatum dominium, & possessio eorundem bonorum, non possunt molestari super decimis realibus de ipsis bonis oblatis, prout ceteri milites professi ejusdem Religionis Hierosolimytani vigore suorum privilegiorum hactenus illis concessorum consueverunt. Ita statuit Clem. VIII. *in sua Constit.* incip. *Quæ Ordini ecclesiastico*, *sub die* 11. *Decemb.* 1600. Qui deinde Rom. Pont. *in alia sua Constit.* incip. *Roman. decet Pont. sub die* 27. *Junii* 1602. motu proprio, & ex certa scientia declaravit, quoscunque, qui hactenus habitum de devotione hospitalis S. Joannis Hierosol. tam ex speciali ipsius, & Apostolicæ Sedis indulto, quam ab ipsimet Magistro, & Conventu ejusdem Hospitalis susceperunt, aut in posterum quandocunque suscipient, etsi in literis illius, aut pro tempore existentis Romani Pontificis super hujusmodi habitus susceptione, & in forma Brevis expeditis, & expediendis, quod omnibus & singulis privilegiis, gratiis, indultis, exemptionibus, prærogativis, & præeminentiis, quibus alii ejusdem Hospitalis Fratres de devotione, aut alias, uti, frui, potiri, & gaudere solent, possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, sine aliqua differentia frui, potiri, & gaudere possint & debeant, specialiter, ac nominatim concessum fuerit, nihilominus nullis omnino gratiis, & privilegiis, ac fori, & exemptionis a decimarum solutione frui, ac potiri debere, sed ad solutionem earundem decimarum in omnibus, & per omnia teneri, & obligatos esse.

Virgines, & Viduæ, ac forsan aliæ mulieres tertii Ordinis S. Francisci, S. Dominici, S. Augustini, B. Mariæ de Monte Carmelo, Redemptionis captivorum, Minimorum, & Sanctissimæ Trinitatis, ac forsan aliorum Ordinum Beatæ, nuncupatæ, quæ non in communi, vel sub clausura, sed in propriis quæque domibus, aut alienis separatim vivunt, ac in parochiis, ubi degunt, Sacramenta ecclesiastica recipiunt, quorumcunque privilegiorum prædictis, seu quibusvis aliis Ordinibus, quibus sunt aggregatæ, Apostol. seu alias quavis auctoritate concessorum, seu approbatorum, & confirmatorum prætextu, a solutione decimarum, seu aliarum rerum parochiæ, intra quarum fines dictæ mulieres existunt, vel aliis Ecclesiis alioquin debitarum, non sunt exemptæ ex Constit. Clementis VIII. incipien. *Romani Pontific. sub die* 12. *Septembris* 1602.

Pa-

Patres Societatis Jesu a Paulo III. & Gregor. XIII. & aliis summis Pontificibus plenissimam exemptionem a solutione decimarum obtinuerunt; quibus privilegiis revocatis, & derogatis, Leo XI. *in sua Constit.* incip. *Impositi nobis*, *sub die* 23. *Aprilis* 1605. motu proprio, & ex certa scientia statuit, decernit, & ordinat, ut ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus Societas Jesu, & illius domus, etiam probationum, atque Collegia, & loca quæcunque, ubi vis locorum in Regnis Castellæ, & Legionis existentia, ratione prædiorum, possessionum, vinearum, olivetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quorumcumque, quæ nunc possident, quomodocunque, & undecunque ad eos perventa, aut per eos acquisita fuerint, & etiam eorum, quæ in postea perpetuis futuris temporibus ex Sede Apostolica domorum, seu Collegiorum fundationibus, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, seu ultimis voluntatibus dumtaxat acquirent, & non solum eorum, quæ locare, & arrendare solent, sed etiam eorum, quæ per proprios colonos, ac propriis quoque manibus excolant, loco decimæ, vigesimam scilicet, ex singulis viginti unum eorum fructuum cujuscunque generis, & speciei, quos in illis colligent, necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient, piscationum, avium, aliarumque rerum, & specierum, de quibus de jure, vel consuetudine decimari solet, Ecclesiæ, de quibus alioquin circumscriptis dictis privilegiis decima persolvi deberet, persolvere teneantur, & obligati existant. Et quia evenire poterit, ut Religiosi dictæ Societatis possessiones, terras, & bona emptionis titulo in posterum acquirant, aut prædia, terras, & dona extraneorum excolant, vel per eorum colonos excoli faciant, declarat, & pariter statuit, quod ratione eorum prædiorum, possessionum, terrarum, & bonorum, quæ emptionis titulo acquirent, aut quæ titulo locationis ab aliis conduxerint, ipsi colent, aut coli facient, non vigesimam, sed integram decimam iis Ecclesiis, quibus, & prout antequam ipsi Religiosi illa tenerent, debebatur, pariter solvere teneantur, & obligati existant. Ab hujusmodi autem vigesima, seu decimæ solutione hortos, seu viridaria, quæ apud eorum domos, seu Collegia intra civitatem & oppida habuerint, necnon etiam unum tantum prædiorum in agro pro unaquaque domo, seu Collegio, quod tamen muris circumdatum sit, & in quatuor fanegarum illarum partium mensuram non excedat, exempta esse voluit, & ordinavit, decernens ipsos Societatis Jesu Religiosos ad mediæ decimæ, seu vigesimæ, & integræ decimæ hujusmodi respective solutionem faciendam de cetero omnino teneri, & ad id censuris, & pœnis ecclesiasticis constringi posse.

Postmodum Gregor. XV. *in sua Constit. edita sub die* 15. *Febr.* 1622. eidem Societati concessit, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus omnia, & singula illius Domus, Collegia, & loca, ubicunque in Castellæ, & Legionis Regnis dumtaxat existentia, præsentia, & futura ad solutionem, & præstationem decimæ integræ, vel dimidiæ ratione prædiorum, possessionum, vinearum, olivetorum, terrarum, locorum, & aliorum bonorum quorumcunque ejusdem Societatis eisdem in Castellæ, & Legionis Regnis dumtaxat, & quæ propriis manibus, ac sumptibus, & per proprios colonos tunc excolant, & pro tempore excoluissent, sive prædia, & possessiones, oliveta, & alia bona hujusmodi ad Societatem, illiusque Domos, & Collegia, & alia loca prædicta ex eorum fundatione, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, aut aliis ultimis voluntatibus, unionibus, applicationibus, concessionibus, emptionibus, & aliis acquisitionibus, & quomodocunque, & qualitercunque eatenus jam essent acquisita, sive in posterum ad eandem Societatem, Religiososque illius deferri contigisset; nisi prout alii Mendicantes solvere consueverant, minime tenerentur, Leonis prædecessoris litteris in aliis omnibus firmis, & illæsis remanentibus, Apostolica auctoritate concessit, & indulsit.

Denique S.D.N. Urbani VIII. *in sua Constitut.* incip. *Alias a Felicis record. sua die* 30. *Novemb.* 1623. Greg XV. litteras, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa perpetuo revocavit, cassavit, abrogavit, & annullavit, ita ut nec in possessurio, neque in petitorio dictæ Societati, illiusque domibus, Collegiis, & aliis locis Regularibus, eorumve personis, & bonis suffragari possint.

Additio.

☞ Societas Jesu suppressa est a CLEMENTE XIV. feliciter regnante, ut ex ejus literis in forma Brevis ad perpetuam rei memoriam, incipien. Dominus, ac Redemptor die 21. Julii 1773. ☜

Circa præfata privilegia *primo* est adverten- 37
dum, quod in quolibet eorum, & in aliis, si quæ
fuerint, & expresse derogandum dispositioni *d.*
cap. super, quod cum sit conciliare, censetur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones, adeo quod sit proprie necessaria derogatio expressa, ut docent Marches. *de commiss. p.*2. *pag.* 596. *num.* 1. *&* 2. *in ult. impress.* Campan. *in diversor. juris can. rubr.*12. *cap.* 13. *num.* 154. Rot. *dec.* 122. *& seq. p.* 1. *divers. & in Oriolen. decimarum*, 21. *Maii* 1586. *&* 9. *Junii ejusdem Anni*, coram Orano, & coram Cavaler. *inter*
ejus impressas, *decis.* 229. *num.* 3. in qua fuit di- 38
ctum, exemptionem a decimis non suffragari, nisi in specie derogetur *d. c. super*, & cor. Cardin. Pamphilio jun. *in Viterb. decimarum* 25. *Junii* 1618. & coram Buratt. *d. dec.* 704. *num.* 2. ubi late, & eleganter Ferentil. *in annot. n.*13.

Est advertendum *secundo*, quod privilegium 39
habentes non solvendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel sumptibus colunt, debent solvere decimas de illis, quos aliis colendos tradunt, ut probat expresse text. *in c. licet* 11. *de decim.* & tradunt Azor. *instit. mor. p.*1. *l.*7. *c.*27. *q.* 7. Suar. *de Relig. t.*1. *tract.*2. *l.*1. *c.*19. *n.*13. Tamburin. *de jure Abbatum*, *tom.*1. *disp.*15. *q.*18. *sub num.* 5. Ratio est, quia privilegia exemptionis a solutione decimarum sunt personalia, non

Kk 2 autem

autem realia, & ideo non tranſeunt ad colonos arrendatarios, ſeu emptores prædiorum, aut fructuum, ut non ſemel cenſuit Rot. & ſignanter *deciſ.*23. *p.* 2. *diverſ.* & coram Seraph. *dec.* 827. *n.*2. *& in Placentina decimarum*, 17. *Dec.* 1584. coram Card. Blanchetto, & *in Pampilon. decimarum*, 15. *Decemb.* 1615. coram Rev. D. meo Coccino Decano, *& in Leodien. decimarum*, 20. *Decemb.*1628. coram Card. Virili.

41 Advertendum quoque eſt *tertio*, Papam, communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus adeſt expreſſa mentio a ſolutione decimarum alteri Religioni, non cenſeri etiam communicaſſe exemptionem a ſolutione decimarum, niſi de hac exemptione fiat ſpecialis mentio, cum difficulter concedatur, ut per Butr. *conſ.*19. *num.*9. Bald. *in l. fiſtulas*, §. *frumenta*, *ff. de contrah. empt.* Cremen. *ſing.* 108. Felin. *in c. ſedes*, *n.*3. *reſcript.* Pute. *dec.*65. *l.*3. Seraph. *dec.* 591. *n.*2. Cavaler. *dec.*247. *num.* 10. Rot. *in Valentina* 28. *Nov.* 1603. coram Card. Lancellotto jun. *& in Corduben. Decim.* 13. *Maii* 1613. coram bon. m. Patriarcha Manzanedo, *& in Conchen. decimarum*, 12.*Maii* 1623. coram bonæ mem. Buratto, *inter ejus impreſſ. dec.*704. Quod quidem procedit, etiamſi Papa in dicta communicatione privilegiorum fecerit mentionem de decimis, quia ſi non apparet de expreſſa mente concedentis, verbum, *decimæ* referri poteſt ad decimas extraordinarias, quæ imponuntur ab homine, non autem ad ordinarias, & prædiales, quæ ſint debitæ de jure divino: & hoc maxime provenit in communicatione Privileg. in qua non derogatur *d. c. nuper.* quod cum contineat conſtitutionem conciliarem, cenſetur habere clauſulas derogatorias ad ſequentes diſpoſitiones, & ideo requirit ſpecificam derogationem, ut ſupra diximus *n.*37.

42 Eſt notandum etiam *quarto*, quod Parochus manutenendus eſt in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquiſitorum per Regul. donec doceant de ſufficienti privil. ut cenſuit Sac. Congr. Concil. *in una Piſaur.* 13. *Apr.* 1630.

43 nam prædia decimarum ſolutioni obnoxia ad Regul. Monaſteria tranſeunt cum ſuo onere, ac proinde Regul. tenentur illas ſolvere parochialium Eccleſiar. Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici, priuſquam bona ipſa in Monaſterii proprietatem tranſiverint: ita eadem S. Congr. *in cauſis Ripan. Urbinaten. & Firman.* 4. *&* 18. *Decembris* 1627. *& in Callien.* 1. *Septembris* 1629.

44 Advertendum denique eſt, privilegia hujuſmodi eximentia a ſolutione decimarum amitti, ſi incipiant eſſe enormiter læſiva Eccleſiæ parochiali, quæ habet intentionem de jure fundatam in decimia, *c. ſuggeſtum*, *c. dilecti*, *& ibi* gloſ. *verb. enormiter*, *de decim. cap. quod per novale*, *de verborum ſignif.* Rebuff. *d. q.* 14. *n.* 55. Menoch. *conſ.*156. *n.*9. *vol.* 3. Rot. *in ſpecie*, *de privilegiis Ciſtercienſium*, *in Pampilonen. decimarum*, 6. *Aprilis* 1615. coram D. meo Coccino Decano; vel ſaltem moderari, juxta text. *in c.*2. §.1. *ubi* autem *de decim. lib.* 6. Rot. *in dict. Pampilonen.*

45 Ad declarationem vero Papæ ſpectat, quando dicatur privilegium enormiter lædare, ſecundum Abb. *in d. c. ſuggeſtum n.*4. niſi alteri, puta judicio Rotæ, Papa commiſerit, ut evenit *in d. Pampilon. decimarum*. An autem, & quando Religioſi non utentes, etiam ex negligentia, vel ignorantia, ſpeciali privilegio, eximente illos a ſolutione decimarum, præjudicent juri ſuo obtento ex tali privilegio? vide Hier. Rod. *dict. reſ.* 50. *n.* 5.

Utrum exemptio, & privilegium de non ſolvendis decimis alicui Religioni a Sede Apoſtolica conceſſum effectum ſortiri, atque operari valeat in præjudicium juris tertiarum multis antea temporibus Regibus noſtris Hiſpaniæ acquiſiti, vide latiſſime Caſtill. *controv. tom.* 7. *de tertiis c.* 36. *per tot.*

Infertur *quinto*, Religioſos omnes privilegio 46
in jure ſcripto eximi a ſolutione decimarum de nutrimentis animalium, hoceſt de animalibus, quæ ipſi nutriunt, ut expreſſe habetur *in dict. c. ex parte il* [2]. *de decim.* Petr. Greg. *ſyntag. juris p.* 2. *l.* 2. *c.*24. *n.* 7. *& c.* 21. *num.* 10. Hoc tamen procedit in his tantum, quæ deſerviunt pro uſu Monaſterii, ut expreſſe declarat ibi Abb. *n.* 3. Joan. de Anania *n.*2. Anchar. etiam *n.*2. Rebuff. *d. q.*14. *circa fin.* Monet. *d. c.* 5. *n.* 17. & in animalibus, quæ ipſi Religioſi nutriunt ſuis ſumptibus; non autem in illis, quæ dant aliis nutrienda, & tenenda, *Clem.*1. ubi gloſ. *verb. animalibus*, *& verb. teneri de decim.* Abb. *in d. c. ex parte in fine*, & *ibi* Anchar. *d. n.*2. *verſ. iſtud etiam*, Henrich. Boich. *n.* 2. *verſ. quod intellige*, Butr. *in* 3. *not.* Rebuff. *d. q.*14. *n.*57. ubi dicit, quod ſi dentur aliis tenenda, & cuſtodienda, requiritur, quod veſperi reducantur ad Monaſterium: quod etiam tenet Monet. *d. c.* 5. *num.*15. Rot. *in Conchen. decim.* 23. *Jun.*1614. coram bonæ mem.
Patriarcha Manzanedo, ubi ait, diſpoſitionem 47
d. c. ex parte, non eſſe revocatum per *d. c. nuper de decim.* quoad hanc partem; quia ille text. loquitur de decimis prædialibus, & non gregum, circa quos nihil innovavit, ut expreſſe ſenſit Butr. *in d. c. ex parte*, *prope fin. verſ. relinquitur ergo*.

Infertur *ſexto*, per privilegium in jure ſcri- 48
ptum leproſos in communi viventes de hortis ſuis, qui ſunt in circuitu domus, & de nutrimentis animalium ſuorum, decimas ſolvere cogi non debere; ut voluit Pontifex *in c.* 2. *de Eccleſ. ædifican.* Hiſpan. *in tract. regul. decimarum*, *q.*12. *n.*2. Rebuff. *d. tract. q.*5. *n.* 21. Monet. *d. c.*5. *num.* 35. Rot. *in d. Conchen. decim.* 23. *Junii* 1614. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, ubi fuit dictum, quod ad hoc, ut ſit locus exemptioni, de qua *in d. c.* 2. leproſos debere communiter vivere, & ſimul congregatos extare; ita ut ſi adeſſet Hoſpitale, in quo curarentur etiam leproſi, quando ad illud accederent ibidem alii infirmi ceteris morbis laborantes, & leproſi retinerentur ſeparati ab aliis infirmis, adhuc non haberet locum *d. cap.*2. quia leproſi non videntur conſtituere corpus ſeparatum, cum talis ſeparatio fiat ad evitandum contagium, & cum privilegium *d. c.*2. ſit ſpeciale, non videtur extendendum ad Hoſpitale commune leproſis, & aliis infirmis.

Infertur *ſeptimo*, Epiſcopum non poſſe alicui 49
conce-

concedere hanc immunitatem a decimarum solu-
tione per viam privilegii, ut docent Rebuff. *de
decim. q.5. n.28. & 32.* Fagundez *d. prac.5. l.2.
c.5. n.6.* tum quia sunt a Papa assignatæ singulis
Ecclesiis, *r.113. q.1.* tum quia in Concil. Cabil.
statutum fuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ
decimis privarentur; *r. Ecclesiæ, cum seqq. 16. q. 1.*
50 Episcopus autem non potest contra Concilium
dispensare, glos. singularis *in verb. in ætate, in
c. cum dilectus, de elect.* plures per me citati *de*
51 *officio, & pot. Episcopi, p. 2. alleg. 33. n. 25.* Po-
terit tamen Episcopus remittere decimas, maxi-
me suæ mensæ debitas, ex justa causa, ut habe-
52 tur *in c. quia circa de priv.* Item poterit Episco-
pus interponere decretum, & consensum in com-
positiona super solutione decimarum, *c. 2. de
transact.* Reb. *d. tr. q.13. n.25. cum seqq.* Monet.
eod. tr. c.5. a n.129. Item poterit Episcopus de-
cimas, quas nunquam possedit, post earum re-
cuperationem, vel illas ad opus suum retinere, vel
secundum discretionem a Deo sibi datam alteri
Ecclesiæ concedere, *c. quoniam, de decim.* Rot.
in *Sabinen. decim. 1. Julii* 1609. cor. R. D. meo
53 Coccino Decano. Illas vero, quas aliquando
possedit, si revertantur ad mensam episcopalem,
non potest transferre in personam, quæ nunquam
moritur, ne adimatur spes devolutionis, eadem
Rot. *in Taurinen. decimarum 12. Januarii* 1607.
54 coram bon. mem. Card. Marquemont. Et deni-
que poterit decimas concedere aliis Ecclesiis cum
aliqua causa, *cap. plures, r. statuimus, & in c.
fin. 16. qu. 1.* Monet. *r.5. n. 60.* Verall. *dec. 340.
p.3.* Rot. *in Conchen. decim. 5. Maii* 1600. coram
Card. Pamph. sen.

Additio.

☞ Circa facultatem assertam Episcopo n. 51. 52. & 54 an sustineri possit citra incursum pœnarum contra alienantes res, & jura Ecclesiæ, & etiam citra læsionem justitiæ prohibentis jus alteri quæsitum tollere, videndæ sunt ibi citatæ Rotæ Decisiones. ☜

55 Unde a fortiori colligitur, regulariter Episco-
pum non posse jus percipiendi decimas laicis con-
cedere, *r. bene quidem 96. dist. r. pervenit 1. q. 4.
c. venerabilis, de confir. utill.* Rebuff. *d. tr. q. 5.*
56 *n.32. & q. 13. n. 73.* In concessione enim deci-
marum, & juris decimandi laicis facienda, est
adeo necessaria auctoritas Sedis Apostolicæ, ut
non sufficiat immemorabilis absque fama privi-
legii, vel recognitione feudali, Jo. Andr. & alii
in c. cum Apostolica, de his, quæ fiunt a Prælat.
Felin. *in c. causam, quæ n. 3. de præscript. & in c.
cum contingat sub n.4. vers. si tamen, de foro comp.*
Rot. *in Toletana juris decimandi, 27. Aprilis* 1584.
cor. Card. Blanchetto, & *in Mediolan. rescissionis
permutationis 21. Maii* 1597. coram Card. Pam-
philio sen. & *in Taurinen. decimarum, vers. sup-
posito autem 12. Jan.* 1607. cor. Cardin. Marque-
mont. & *in Ferr. decimarum 23. Junii* 1617. cor.
Card. Pamphilio jun. ead. Rot. *dec. 215. num. 2.
& 3. p.2. diversor. & dec.702. n.1. p. 1. recentior.*
Seraphin. *dec.1102. n. 1.* incip. *Fuit dubitatum*,
alias Rotæ decisiones novissime refert Theodos.
de Rubeis *in singularibus Rotæ t.2. p. 2.* circa sty-
lum, & observantiam Rotæ, *verb. laicus, §. 1.
pag.61.* ubi attestatur, in Rota receptum esse, quod
quasi possessio immemorabilis decimandi non suf-
fragatur laico, nisi etiam fama privileg. vel reco-
gnitio ab Ecclesia, vel aliud æquipollens con-
currat.
Et adverte, confirmationem beneplaciti Apo- 57
stolici, quando est reservatum in concessione juris
decimandi facta laicis, non præsumi ex lapsu 30.
annorum, & ultra cum observantia respectu illius
juris, propter incapacitatem laici nihil operetur,
Alex. *cons.70. num.4. l.3.* Rot. *in d. Mediolanen.
rescissionis permutationis, & in d. Ferrar. decima-
rum.*
Potest tamen Episcopus alicui laico ex justa 58
causa, puta, quia Ecclesiam, ejusque patrimo-
nium a tyranni oppressione liberavit, concedere
ad vitam, aliudve tempus, non quidem jus per-
cipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fru-
ctus, ut eas nomine, & titulo Ecclesiæ conse-
quatur, ut voluit gl. & magis communiter Do-
ctores *in c. quamvis, de decim.* Reb. *d. tr. q. 10.
n.34. & q.13. n. 110.* Cov. *d. r.17. n. 5.* Azor.
d. l.7. c.36. q. 11. & 14. qui tamen id tantum
concedit de brevi tempore, non ad vitam. Item,
poterit concedi ab Episcopo cum consensu ejus,
de cujus interesse agitur, non in vim privilegii
sed alienationis cum causæ cognitione, & aliis
solemnitatibus, tex. est *in cap 2. de his, quæ fiunt
a Prael.* Reb. *q.5. n.35.* Mon. *d. r. 5. n. 62.* quia
tunc jam non erit spirituale jus tali laico conces-
sum, cum spiritualia non ministraret, sed tem-
porale, hoc est, fructus & commoditas decima-
rum, quæ quid temporale sunt, Abb. *in r. ad hæc,
num.4. de decim.* Azor. *d. l.7. r.36. q.11.* & tem-
porales decimæ non sunt propriæ decimæ, ut ad-
vertit Bald. *consil.419. vol.1.* Sed sunt certæ de-
cimationes, seu annuæ præstationes in quantita-
te frumenti, vel pecuniæ descendentes a jure
temporali, & ex contractu pro rebus debitæ,
Rot. *in Ferrarien. decimarum 16. Junii* 1615. cor.
R. P. D. Pirovano, *impressa dec.420. part. 1. rec.*
Ante Lateranense Concilium sub Alexand. III. 59
de anno 1179. poterant inferiores Prælati decimas
titulo feudi, vel alio temporali laicis concedere,
sed ex eo fuit illis hoc prohibitum, ut per tex.
*in c. cum apostolica, de his, quæ fiunt a Prælat. &
in c.2. §. sane de decim. l.6.* tradunt Cov. *l.1. var.
r.17. num. 5. versic. olim*, Azor. *instit. mor. p. 1.
l.7. c.36. q.12.* in hoc omnes convenire profite-
tur, & sequitur Suar. *de Relig. t.1. tr. de decimis,
l.1. c.26. n. 2. & 3.* In dubio autem, si decimæ 60
laicis concessæ reperiantur, & nesciatur, an post,
vel ante Concilium Lateranen. fuerint concessæ,
post Concilium concessæ censentur, Beroi. *cons.
21. num. 14. l. 1.* Rot. *in Taurinen. decimarum,
12. Jan.* 1607. *vers. non obstat.* coram Card. Mar-
quemont, quæ reperitur impressa *decis.193. n.9.
p.2. rec.* & fuit dictum *in Gerunden. jurispatrona-
tus 22. Aprilis* 1622. cor. R. D. meo Coccino De-
cano, *vers. quantum attinet.*
Verum hæc communis resolutio in se vera non 61
est, si advertamus, multo ante Conc. Later. hoc
ipsum prohibitum fuisse ab Urban. II. *in c. deci-
mas 39. in ordin. 16. q. 7.* & manifestius *in cap.1.*

Episco-

Episcopum, *vel Abbatem in usib. feud.* qui annos fere centum præcessit hoc Conc. Lateran. ut videre est apud citatos per Aragon. 2.2.*q.*87. *ar.*3. Quare si materia bene perscrutetur, nullus textus invenietur, qui probet, potuisse laicos licite retinere decimas, a Prælatis inferioribus concessas, sed solum quod obtentas ante Concilium Lateran. possunt transferre in locum religiosum de consensu Episcopi, quod non ex ea ratione provenit, quod eas licite retinerent, sed magis, quia hoc voluit Ecclesia permittere ad vitanda scandala utilius judicans, si decimas, quas laici cum animarum suarum periculo illicite detinebant, sponte dimitterent aliis Ecclesiis, vel religiosis locis, quam si eos ecclesiasticis censuris, vel modis aliis cogerent ad restitutionem faciendam eidem Ecclesiæ, ad quam pertinent, ut advertit Rebuff. *d. tr. q.*10. *num.*22. & melius Gilchen. *de præscript. p.*3. *c.*8. *num.* 7. nec omnino displicet Suar. *d. c.* 26. *n.*3. dum resolvit, Concil. non concedere laicis, ut decimas concessas a Prælatis inferioribus retineant, sed ne transferant in alios absolute, ut *in c. prohibemus*, *de decim.* nec in Religiosos sine Episcoporum auctoritate, ut *in d. c. cum Apostolica*, quæ prohibitio inducta ad privationem, minime operatur concessionem, juxta *reg. l. legata inutiliter, ff. de aliment. legat.* cum similibus.

62 Cur autem tex. *in d. c.* 2. §. *sane*, distinguat tempora ante, vel post Later. ad effectum, ut laici decimas antea habitas a Prælatis inferioribus transferre possint in Religiosos, non postea obtentas, si post, & ante dictum Concilium semper ille titulus habitus ab inferioribus Prælatis fuerit illicitus, & jure reprobatus, difficile est investigare; sentit difficultatem, suæ adhærens opinioni, dum existimat, faciendam non esse distinctionem a temporibus ante, vel post Lateranense, sed ante, vel post Urbanum II. Suarez *d.c.*26. *n.*6. *ad fin.* dum quærit, si jam ab Urbano erat prohibitum Prælatis inferioribus, ne decimas laicis darent in feudum, quare text. habitas post illam prohibitionem ante Lateranense transferre concedit, & respondet, hoc ita vel consuetudine, vel præscriptione, vel expressa aliqua Concilii auctoritate, quam tamen hactenus non invenisse fatetur, factam fuisse, ut constitutio Urbani, quæ infeudationes antea factas sustinebat, extenderetur usque ad tempora Lateranensis Concilium. Sed, his divinationibus omissis, quoad nostrum propositum respondetur, Concilium propter rationes eminentis scandali permisisse, ut antea habitas a Prælatis inferioribus, licet injuste, possent transferre in Religiosos; quia sic aliquo modo Ecclesiarum utilitati occurrebatur; ut vero permitteret hoc ipsum in decimis de cetero concedendis rationem illam non subesse; sed quod rigor observetur, ut in plerisque aliis materiis factum videmus, quod illicite facta in præteritum sustineantur, ac de cetero, & in futurum strictius servetur prohibitio, ut notant omnes, per tex. ibi *in c.ult. de sponsa duorum*, ibi, *de cetero c. providenda* 44. *in fine*, ibi, *de cetero*, *de elect. libr.*6. cum multis aliis.

63 Circa vero potestatem transferendi decimas a laicis retentas, tres casus distinguere oportet. *Primus* est de laicis intrusis, qui sine titulo aliquo decimas detinebant: hi enim necessario tenentur illas restituere Ecclesiæ, ad quam de jure pertinent, cui Episcopus consensu suo præjudicium facere non potest, juxta regulam generalem tex. *in c. id*, *quod nostrum ff. de regul. juris*, ut advertit Suar. *d. c.*26. *n.*10. *Secundus* est de decimis, quas laici obtinent titulo feudi perpetui, habiti ab inferioribus Prælatis, qui etiam ante Later. Conc. erat invalidus secundum nostram opinionem, & procedit in his permissio hujus Concil. ut eas de Episcoporum consensu transferre sufficiat in aliam Ecclesiam, vel religiosum locum, neque sit necessarium facere restitutionem eidem Ecclesiæ, ad quam pertinebant, ut expresse probat tex. *in d. cum Apostolica, in ver. quia vero*, juncto fine, & ex ultimis verbis *d.* §. *sane*, dum semper hanc Lateranensis Concilium prohibitionem, & concessionem restringunt ad decimas, quas laici titulo feudi perpetui ante Lateranense obtinebant, atque ita non procedere in aliis, quæ sine hujusmodi titulo feudi perpetui in laicum sunt alienatæ. *Tertius* casus est, quando decimæ a laicis titulo justo, & valido in perpetuum obtentæ sunt, vel a Summis Pontificis, vel aliis Prælatis, qui sufficienti potestate ad hoc fuerint muniti, & in eo non videtur necessarius Episcopi consensus, ut in locum religiosum transferantur, prout in donationibus tertiarum, quas a Summo Pontifice obtinent Lusitaniæ, & Castellæ Reges, communiter receptum est post Sot. *de justit. l.*9. *q.*4. *ar.*3. *&* *q.*7. *art.*1. & post Greg. Lop. & alios, Joan. Garc. *de expensis*, *c.*9. *n.*97. & post Gutier. D. Barbos. *in l.Titia*, *n.* 42. *vers. adde*, *ff. soluto matrim.* Cabed. *Lusit.dec.*63.*n.*5. *p.*2. unde etiam in laicos transferri posse resolvunt Menoch. *illust. c.*89. *n.*2. Joan. Garc. *d. c.* 6. *a num.* 97. Gutier. *pract. l.*1. *q.*15. *n.*6. Cevall. *commun. contra communes*, *q.*367. Cabed. *d. decis.*63. *num.*8. Gilchen *d. cap.*8. *a n.* 6. contra Covar. & plures alios, quos refert, & sequitur Azor. *d. l.*7. *cap.* 36. *q.* 13. Et ostenditur, quia si hujusmodi decimæ titulo feudi perpetui justo, & valido semel in laicum sunt alienatæ, efficiuntur ipsius patrimonium, nec in disputationem cadere potest, an restitutio sit facienda Ecclesiæ, ad quam de jure pertinent, siquidem postquam in perpetuum alienatæ sunt in laicum titulo justo, & valido, non pertinent jam ad Ecclesiam aliquam, & tamen text. *in cap. cum Apostolica in vers. taliter*, in his decimis, quæ ad Ecclesiam aliam pertinebant, decidit, necessarium non esse eidem Ecclesiæ facere restitutionem, sed sufficere, quod religioso loco, vel alteri Ecclesiæ fiat: ergo non de decimis titulo justo obtentis; sed injusto modo prædicto, scilicet habito a Prælatis inferioribus, jura ista sunt intelligenda.

Infertur *octavo*, consuetudinem habere vim, 64
& efficaciam ad eximendos Parochianos a solutione decimarum. Diximus supra Parochianos, nisi exempti proponantur, esse obligatos ad decimas persolvendas: atqui consuetudo habet vim, & efficaciam, per quam obligatio prædicta auferatur, habet enim vim legis humanæ, juxta *l.*2. *C. quæ sit longa consuet. c. consuetudo*, 1. *dist.* qua lege humana decimæ institutæ sunt, ut supra

ſupra notavimus. Igitur, &c. Probant Corol. *gl. verb. præſumpta*, *in cap. quia cognovimus*, 10. *qu.* 3. *gl. ult. in cap. in quibuſdam §. fin. decim.* Sot. *l.* 9. *de juſtit. qu.* 4. *art.* 1. *col. ante pen.* refert alios Covar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 8. Seraphin. *dec.* 1204. *Rot. in Novarien. decim.* 26. *Februarii* 1631. coram R.P.D. meo Pirovano, Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 49. *art.* 5. Cabed. *Luſit. deciſ.* 205. *num.* 2. *par.* 1. ubi ait, judicatum, valere conſuetudinem in modo, & tempore ſolvendi, qui multipliciter declarant. Sed ego, omiſſis variis eorum declarationibus, exiſtimo, pro vera hujus corol. intelligentia, faciendam eſſe diſtinctionem inter conſuetudinem, quæ ita aufert decimas ab ipſo Parocho, ut illi congrua ſuſtentatio non remaneat, & tunc verum eſt dicere, talem conſuetudinem non valere, ſiquidem jus divinum, & naturale offendens rationabile eſſe nequit. Secus vero, ſi illa operante, adhuc remanet prædicta ſuſtentatio, quo caſu procedit hoc corol. prout in privilegio ſupra notavimus, eo quod, manente congrua ſuſtentatione, ſolum remanet obligatio juris humani, contra quod operari poteſt conſuetudo ex reg. text. *in cap. ult. de conſuet.* ſi tamen talis conſuetudo rationabilis fuerit, prout ille text. requirit: & ſic ceſſat labor plurium Doctorum, quos referunt Covar. & Gutier. *dictis locis*. Ex his.

65 Colligitur *primo*, defendendam eſſe conſuetudinem, qua introductum eſt, ut ex certis fructibus nulla decima, vel aliqua illius portio perſolvatur. Patet, ſi expendamus, manente congrua ſuſtentatione miniſtri, in reliquis tantummodo jus humanum per exemptionem violari, ac ſubinde nil mirum, ſi talis conſuetudo rationabilis obſervetur, prout in ſpecie tradunt Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *verſ.* 7. Azor. *d. l.* 7. *cap.* 37. *quæſt.* 2.

66 Colligitur *ſecundo*, valere conſuetudinem, ut ex certis fructibus, puta, fæno, oleo decima non ſolvatur, Covar. *loco proxime cit.* Azor. *dict. cap.* 37. *qu.* 9. Caſtill. *tom.* 7. *de teſt. cap.* 2. *nu.* 8. Cancer. *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 23. *nu.* 11. Monet. *d. cap.* 5. *num.* 94. ubi *num.* 93. ſubdit, valere quoque conſuetudinem, ut de minutis decimæ ſolvantur.

67 Colligitur *tertio*, valere quoque conſuetudinem, quod ex eodem prædio una Eccleſia decimas majores percipiat, & alia minores, Hoſt. *in cap. cum in tua*, *§. reſpondemus*, quem ibi omnes ſequuntur, *de decim.* Rot. *in Conchen. decimar.* 1. *Julii* 1591. coram Card. Pamphil. ſen. *& in Novarien. decimar.* 26. *Febr.* 1631. coram R.P.D. meo Pirovano Caſt. *d. t.* 7. *de Ter. cap.* 2. *num.* 7. Cancer. *d. c.* 23. *num.* 12. ubi quod conſuetudine poteſt decima prædialis reduci ad vigeſimam.

68 Colligitur *quarto*, poſſe ex conſuetudine decimas uni Eccleſiæ alias debitas alteri adſcribi, & ſolvi text. *in cap. cum ſint homines*, *& in d. cap. ad Apoſtolicæ*, *de decim.* Covar. *d. cap.* 17. *num.* 8. Perez. *l.* 1. *poſt. prin. verſ. hujuſmodi ante decimæ*, *tit.* 5. *l.* 1. Gutier. *pract. d. tract. qu.* 13. *nu.* 47. ubi *num.* 48. limitat, id non procedere in decimis, quæ limitibus adhærent, hoceſt in prædiis, quæ limitibus proxima ſunt; refert, & ſequitur Monet. *d. cap.* 5. *num.* 97. *&* 98. ubi *numer.* 101. poſt Covar. *d. num.* 8. *verſ.* 4. *fortiori ratione*, concludit, in hac ſpecie ſufficere conſuetudinem decem annorum, cum ea non ſit contra jus, ſed præter, & *n.* 103. poſt eundem Cov. *d. num.* 8. *verſ.* 10. reſolvunt, quod in aliis caſibus conſuetudo, quæ circa decimas obſervanda eſt, requiritur, & ſufficeret, ut ſit quadraginta annorum, & quod text. *in cap.* 1. *de præſ. in* 6. qui contrarius videtur, procedit in præſcriptione, non autem in conſuetudine. Quando autem agitur ad 69
effectum excludendi Parochum a decima de jure debita, debet conſuetudo non ſolvendi integras decimas probari cum requiſitis immemorabilis, ſeu legitimæ præſcriptionis, Seraphin. *dec.* 1404. *num.* 2. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 595. *num.* 17. Rot. *dec.* 474. *n.* 5. *& dec.* 469. *numer.* 2. *part.* 1. *recent. & dec.* 262. *num.* 2. *p.* 2. *recent. & in Auguſtana decim.* 28. *Martii* 1631. coram R. P. D. Ubaldo.

Colligitur *quinto*, conſuetudinem operari poſ- 70
ſe circa omnes decimas perſonales in pluribus Provinciis, eo quod, non obſtante illarum exemptione, apparuit manere prædictam congruam, ad miniſtrorum ſuſtentationem, ut tenent, quamvis alia ratione moti, Turrecr. *in cap. revertimini* 16. *qu.* 1. *art.* 7. *num.* 21. Pariſ. *conſ.* 25. *col.* 1. *vol.* 4. Viv. *Neap. dec.* 4. *num.* 46. Covar. *d. cap.* 17. *num.* 8. Monet. *d. cap.* 5. *n.* 92.

Colligitur denique, in ſolvendis decimis conſi- 71
derandam eſſe conſuetudinem, ut tradunt Gutier. *pract. l.* 1. *qu.* 19. *num.* 3. Suar. *de Relig. t.* 1. *tr.* 2. *l.* 1. *cap.* 12. *& cap.* 21. *num.* 5. *& cap.* 30. *n.* 2. Rota *dec.* 163. *numer.* 3. *part.* 2. *diverſor. & dec.* 333. *num.* 4. *p.* 5. *diverſor.* & ad illam inducendam quando agitur inter duas Eccleſias, ſufficit etiam ſpatium decem annorum, cum non ſit contra, ſed præter jus, ut Rot. *dec.* 163. *num.* 4. *p.* 2. *& diver. & dec.* 333. *n.* 5. Addit etiam Rota *d. illa dec.* 333. *num.* 18. quod conſuetudo in materia decimarum ad favorem Eccleſiæ ſacramentalis contra Eccleſiam prædialem, ut inducatur, requiritur poſſeſſio decennalis, & *num.* 19. quod Eccleſia prædialis, ſi quoad decimas probaverit particularem conſuetudinem ad ſui favorem, tunc non ſufficit conſuetudo decennalis contraria, ſed opus eſt formali præſcriptione.

Sed dubitari poteſt, quæ conſuetudo in ſolu- 72
tione decimarum ſit attendenda locine vicinioris an loci, ubi prædia exiſtunt, vel ubi ſit ſolutio decimarum, an Diœceſis? Sub diſtinctione ſic reſpondendum erit; aut nulla adeſt conſuetudo in loco, ubi ſita ſunt prædia, aut ſit ſolutio decimarum; vel ſi adeſt, eſt dubia, & tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis, Ach. *dec.* 3. *num.* 2. 6. *&* 8. *ſub tit. de decim.* Item, ſi in loco, ubi ſit ſolutio decimarum, vel ſita ſunt prædia, nulla adeſt conſuetudo: in loco vero viciniori adeſt aliqua conſuetudo, & in loco dominanti adeſt diverſa conſuetudo, & tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, non vero loci dominantis, aut jus commune, Put. *dec.* 176. *l.* 3. *in correctis*. Aut in loco, ubi ſita ſunt prædia; adeſt particularis conſuetudo, & illa tunc eſt attendenda. Item ſi in loco adeſt aliqua conſuetudo, & in diœceſi alia,

& tunc

& tunc etiam attendenda est consuetudo loci particularis, & noo diœcesis; ita Rot. *in Tuder. decimarum*, 19. *Novembris* 1591. coram Cardin. Pamphilio sen. *& in Civitat. decimarum*, 18. *Martii*, *&* 27. *Junii*, 1596. cor. bonæ memor. Pænia. Coosuetudo eoim specialis præferenda est generali, Rot. *in Calaguritana decimarum*, 19. *Martii* 1610. coram Cardin. Cavalerio, *inter ejus impressas*, *dec.* 106. *& in Hispal. decimarum*, 18. *Julii* 1612. coram boo. mem. Ubaldo. Item & attendenda est potius ea consuetudo, quæ favet parochiali, quam quæ favet prædiali, cum sit rationabilior, & conformior juri communi. Curt. jun. *conf.* 2. *in fine*. Afflict. *dec.* 80. *num.* 9. Rot. *in Segobien. decimarum*, 10. *Octobr.* 1583. coram Aldobrandino, *& in Placen. decimarii* 20. *Junii* 1598. coram boo. mem. Card. Millino.

---

§. IV.

Qui sit judex competens in causa decimarum, & an, & quando sit summaria, & executiva, & quibus pœnis afficiantur eas noo solventes, & quomodo componi, & transigi super illis possit?

SUMMARIUM.

1 *Decimarum controversia in petitorio, ubi quæstio juris est, etiam incident, spectat ad judicem ecclesiasticum; ad sæcularem vero, quando quæstio est meri facti.*

2 L. si ex plagis §. in clivio, ff. ad l. Aquil. *declaratur.*

3 *Judex ecclesiasticus an de possessorio decimandi cognoscat, remissive.*

4 *Causa decimarum reputatur profana quoad effectum remissoriæ.*

5 *Decimarum in causis proceditur summarie, præcipue quando est inter Clericos, quibus de jure debentur decimæ, & eos, qui solvere debent, & quando quæstio fuerit inter duas Ecclesias super jure percipiendi decimas.*

6 *Ministri nomine Ecclesiæ pro decimis non solutis rei vindicatione, vel personali actione, vel ex officio Judicis contra laicos agere possunt.*

7 *Decimas solvere, appellatione remota, cogendi sunt subditi, sed limitatur ibi tribus modis.*

8 *Decimarum collector, quando modum excederet, ab excessu potest appellari.*

9 *Decimarum debitor non potest prætextu ejus, quod sibi debetur, decimas denegare.*

10 *Onus solvendi decimas est reale, & sequitur possessorem.*

11 *Possessor fundi pro decimis præteritis conveniri potest.*

12 *Fundus censetur tacite hypothecatus pro decimis.*

13 *Tributum ex certo fundo debitum, transit in quemlibet possessorem.*

14 *Census possessor pro præteritis redditibus tenetur, non excusso principali venditore.*

15 *Decimas non solvens, cum teneatur, excommunicari potest, ac debet, monitione præmissa.*

16 *Decimas substrahentes, sive non solventes, vel earum solutionem impedientes absolvi non possunt, nisi plena restitutione sequuta, vel saltem remittantur ab eo, cui debentur, vel denique impotentes sint ad restituendum.*

17 *Parochus an possit denegare Sacramenta iis, qui nolunt solvere decimas, remissive.*

18 *Vicarius an possit imponere contra interdictum personale contra renitentes solvere decimas, remissive.*

19 *Sepultura ecclesiastica privari debet, qui solvere tenetur decimas, neque eas solvit, aut restituit Ecclesiæ.*

20 *Religiosi Confessarii, sed maxime Ordinis Prædicatorum, & Minorum, tenentur hortari, & monere fideles ad solutionem decimarum.*

☞ *Vide Animadversionem.*

21 *Religiosi omnes excommunicantur* in Clem. 1. de decim. *qui decimas Ecclesiis debitas usurpant.*

22 *Religiosi, qui aliqua, ut audientes a decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationem ipso jure incurrunt.*

23 *Religiosis sub pœna suspensionis ipso facto ab officio prædicationis præcipitur, ut confitentibus conscientiam faciant de solvendis decimis, quoties a Rectoribus Ecclesiarum ad hoc requiruntur.*

☞ *Vide Animadversionem.*

24 *Compositio facta inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum solvendas valet, modo causæ cognitio a Superiore facta interveniat, consensusque, seu auctoritas Episcopi, vel alterius Superioris accedat.*

☞ *Vide Animadversionem.*

25 Cap. veniens de transact. *concordatur* cum cap. 2. eod. tit.

26 *Compositio super decimas in futurum solvendas, si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel Superioris, non in totum vitiatur, sed valet pro vita componentium.*

27 *Compositio de decimis præteritis non solum cum ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis fieri potest sine auctoritate Superioris.*

Decimarum controversia io petitorio, ubi quæstio juris est etiam incidens, privative 1
spectat ad judicem ecclesiasticum, *cap. fin. de rerum perm. cap. tua nobis §. fin. de decim.* Gutier. *pract. lib.* 3. *qu.* 26. *num.* 11. Gabr. Pereira *de manu Regia par.* 1. *cap.* 7. *n.* 38. ad sæcularem vero spectabit solum, quando quæstio fit meri facti, an, nimirum talis perceperit, vel solverit, seu etiam an percipiat, seu solvat decimas, ad effectum quoque, ut is, de quo non dubitatur, an jure solvere debeat decimas, eas solvere Ecclesiæ, ejusve Rectori cogatur, vel quia agatur contra detentorem fructuum decimandurum. Ita Covar. *pract. cap.* 35. *num.* 2. Navar. *conf.* 1. *de constit. num.* 80. *in antiqu.* Rebuff. *de decim. q.* 10. *a num.* 35. *& de except. num.* 213. *cum seqq. & numer.* 219. Henr. *in summ. lib.* 7. *cap.* 27. §. 2. *lit. L.* Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. decimæ*, § 6. Seraph. *dec.* 1047. *n.* 3. late Monet. *de decim. c.* 8. *a princ.* Gumez Leo. *dec.* 49. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. *in princ.* Fagund. *in* quin-

quinque Ecclesiæ præcepta, *prac.5. lib.3. cap.5. numer.* 1. quamvis Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *qu.*5. Homobon. de bonis *de examine eccles. part.*2. *tract.*8. *cap.*8. *quæst.* 24. existimaverint, etiam quando quæstio est facti, solum ecclesiasticum esse judicem competentem circa decimas. Pro quibus non facit, quod cognoscens de facto rei spiritualis, cognoscit etiam de re ipsa spirituali: quia ex facto jus oritur, atque ideo quæstio facti ex quæstione juris videtur inseparabiliter dependere, juxta *reg. l. si ex plagis*, §. *in clivo*, *ff. ad legem Aquil.* cum aliis adductis per Menoch. *consf.*2. *num.* 208. & D. Barbos. *in d. l. Titia num.*25. quia respondetur, *d.* §. 2 *in clivo* solum evincere ex circumstantiis facti pendere decisionem quæstionis juris, minime vero quæstionem facti ita esse a juris quæstione inseparabilem, ut qui de facto cognoscit de quæstione juris, videatur, & necessario debeat cognoscere, cum compertum sit unam ab altera esse distinctam, ut quia solum ponitur in controversia, an solverit, seu perceperit: minime vero dubitatur, an sit solvenda, vel ex quibus fructibus debeat solvi.

Item causa decimarum, quæ data sunt in feudum sæcularibus, discutienda est coram judice ecclesiastico; licet enim dominium hujusmodi decimarum, scilicet fructuum illarum omnino spectet ad laicos, & feudum censeatur sæculare, tamen quia oritur, & dependet a jure spirituali, & ecclesiastico, non potest judex laicus de illis cognoscere, Feder. de Senis *consf.*245. *numer.*1. Azor. *instit. mor. par.*1. *l.*7. *cap.* 39. *qu.*3. Monet. *de decimis*, *cap.*8. *qu.* 1. *num.*15. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta*, *prac.*5. *l.*3. *c.*5. *num.*5. Rot. *in Ravennaten. emphyteusis* 28. *Maii* 1631. coram R.P.D. Merlino, quamvis de causis decimarum, & tertiarum, quæ Principibus sæcularibus, aliisque privatis a Sede Apostol. justis de causis concessæ fuere, judices competentes esse laicos, & Regia tribunalia sæcularia cognoscere, idque privative ad judices ecclesiasticos existimaverint Aufrer. *ad Capel. Tholos. decis.*109. *ante fin.* Bellug. *in speculo Princ. rub.* 13. *de decim. in vers. constat a num.*5. Petr. Matthæ. *in addit. ad Guid. Pap. dec.* 1. Rebuff. *de except. num.*214. & 219. & *de decim. qu.* 10. *num.* 39. Covar. *pract. cap.*35. *num.*2. *vers.*3. *quoties*, Gutier. *pract. lib.*1. *qu.* 14. *num.*4. Joan. Garc. *de expens. cap.*9. *num.*94. Camill. Borel. *de præstantia Regis Cathol. cap.* 71. *num.* 349. & 350. & *consf.*20. *cent.* 1. & *in sum. decis. titulo* 19. *de decim. num.*17. & 19. Menoch. *consf.* 757. *num.*16. *volum.* 8. Bernard. Gravæ *ad pract. Camer. Imper. l.* 2. *cap.* 38. Franc. Hieron. Leo *Valent. decis.* 3. *num.* 13. Canis. *de decim. qu.* 11. *col.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 238. *num.*58. latissime Castil. *controvers. tom.*7. *de Tertii*, *c.*12. *num.*20. *cum seqq.*

Utrum autem de possessorio decimandi ecclesiasticus judex cognoscat? vide Gall. *l.* 1. *observat.*38. *num.*3. & 4. Menoch. *remed.*15. *recuper. sub num.*234. Rebuff. *d. tract. qu.*19. *n.* 3. Boer. *decis.*69. *num.*13. Afflict. *dec.*3. *n.* 10. & *dec.*24. *num.*9. Cach. *dec.*119. Grav. ad Vestrium *in praxi Romanæ Curiæ*, *lib.*5. *cap.*1. *a num.* 3. Camill. Borel. *de præstantia Regis Catholici*, *cap.* 71. *numer.*349. & 350. & *in summ. omnium dec. tom.* 1. *sub titulo* 19. *a num.* 18. & *tit.*43. *num.*125. Sayr. *in floribus dec. sub tit. de constit. dec.*41. Azev. *lib.* 6. *n.*3. *tit.*5. *lib.* 1. *novæ Recop.* Suar. de Pace *in pract. tom.*2. *prælud.* 2. *a num.* 22. Gutier. *pract. l.*1. *qu.*4. *num.* 1. Cur. Philip. *p.*1. §.5. *numer.*5. *cum seqq.* Bodadill. *in sua politica*, *l.* 2. *cap.*8. *numer.*145. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*238.

3 In qua quæstione affirmativa pars verior mihi videtur; nam matrimonii possessorium, quamvis agatur inter personas mere laicas, quia habet admixtam causam, & titulum spiritualitatis, definiendum est a judice ecclesiastico, Covar. *de sponsal. p.*2. *cap.* 7. §.6. *num.* 8. & *cap.* 8. §. 12. *num.* 3. Valasc. *consult.*93. *num.*2. *ad med. versic. etiam causa matrimon.* late Molin. *de ritu nupt. l.*2. *differ.* 10. *nu.*19. *cum seq.* Rot. *in d. Ravennaten. emphyteusis*. Possessio enim rei spiritualis, licet sit mere temporalis, & laicalis; attamen etiam de possessione solum cognoscit judex ecclesiasticus, quemadmodum de ipsa proprietate, non autem laicus, cum qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbeat, & ad se trahat, Beroi. *in rubr. de judic. num.* 51. Cravet. *consf.*258. *nu.* 8. Roland. *consil.* 12. *n.* 35. *cum seq. lib.* 2. Valasc. *d. consilio* 93. *nu.* 3. Menoc. *remed.* 15. *recup. numer.* 205. *cum seqq.* Covar. *practic. cap.* 35. *n.* 1. Gutier. *canon. cap.*34. *nu.* 26. & *seqq.* late Azor. *institut. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.*14. *quæst.* 1. Duard. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *canon.* 15. *qu.* 19. *numer.*47. Put. *dec.*360. *lib.*1. *in antiq.* Rot. *in dict. Ravennaten. emphyteusis*.

4 Illud advertere oportet in hac materia non contemnendum, quod ad effectum remissoriæ causa decimarum reputatur profana, ut censuit Rot. coram Caputaquen. *dec.*54. *lib.* 2. & *decis.* 68. *p.*3. & *in Legionen. decimarum*, 4. *Decembris* 1615. coram bonæ memoriæ Dunozetto, & *Valentina decimarum* 21. *Junii* 1613. coram Cardin. Cavalerio, *inter ejus impressas*, *dec.*258.

5 In causis decimarum proceditur summarie, præcipue quando est inter Clericos, quibus de jure debentur decimæ, & eos, qui solvere debent. *Clemen.*2. *de judic.* Monet. *de decim. cap.* 8. *nu.*41. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *capitulo quarto n.*59. *in princ.* imo, & procedi potest sine aliqua juris solemnitate, ut tradit Card. *d. Clem.*2. *n.*28. & Imol. *num.* 7. item tempore feriarum ob necessitates, sicut docet Everard. *in topicis legalibus*, *in loco a tribus. ad decimas*, *nu.* 4. Ampliat., ut procedat etiam, quando quæstio fuerit inter duas Ecclesias super jure percipiendi decimas, secundum Rot. *dec.*14. *n.*2. *de decim. in novis*, Maranta *de ordine judic. p.* 4. *dist.* 9. *num.* 179. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. decimæ*, *versiculo ad sextum*, Monet. *d. c.*8. *n.*43. ubi *num.* 47. subdit, quod si quæstio sit inter laicos, etiam de decimis ecclesiasticis, tunc causa non est summaria, nec habet locum *d. Clem.*2. & *num.* 51. addit, quod contra Advocatos, & alios detinentes, & impedientes, ne decimæ solvantur, similiter procedi potest summarie, & *num.* 56. quod in materia decimarum, si Rector agat contra subditum ad decimas non solutas, incipi potest a præcepto cum monitione sub excommunicationis pœna.

6 Ministri quoque nomine Ecclesiæ pro decimis non
solutis rei vendicatione, vel personali actione,
vel ex officio judicis contra laicos agere possunt,
gl. verb. tributa, vers. sed verius est in cap. tua
il 2. de decima Rebuff. dict. tract. qu. 3. d. n. 15.
& qu.9. num.6. & 9. cum seqq. Azor. in fin. mor.
p.1. libro 7. cap.23. q.9. Less. de justit. lib.2. c.39.
nu.15. in fin. Suar. de Relig. tom.1. tract. 2. lib.1.
cap.36. num.4.

7 Subditi omnes cogendi sunt ad solvendas de-
cimas, appellatione remota, d. c. tua il 2. de de-
cim. Mar. Anton. var. resol. l.1. res.112. casu 17.
ubi etiam resolvit, appellationem non dari a sen-
tentia lata super primitiis, & expensis factis in
lite, late Sigism. Scacc. de appell. q.17. limit.18.
per tot. ubi n.5. intelligit quoad effectum suspensi-
vum, non autem devolutivum. Quæ quidem re-
solutio limitatur, primo non procedere, quando agi-
tur cum persona ecclesiastica, quæ prætendit ha-
bere potiora jura in decimis, ut per Host. in d.
cap. tua l.2. sub num.22. versic. item secus, Henric.
n.7. in fine versic. super eo, & n. 8. Præpos. in c.
fin. §. quoties. num.32. q.6. & ibi Gemin. sub nu-
mer.22. de appellat. Secundo limitatur, quando agi-
tur inter duas Ecclesias contendentes de jure de-
cimandi, Hostiens. & Henric. ubi proxime Scacc.
d. limitat.18. num.3. Salgado d. cap. 2. num. 77.
Rota Corduben. Decimarum Decemb. 1605. coram
8 Card. Pamphilio jun. Tertio limitatur, quando
collector decimarum modum excederet, quia ab
excessu potest appellari, Scacc. d.limit. 18. n.4.
Salgado d. cap.2. num.77.

9 Item debitor decimarum non potest prætextu
ejus, quod sibi debetur, decimas denegare, cum
in futuris decimis non admittatur compensatio,
ut post glos. in cap. decimæ, 16. quæst. 1. & alios
tradit Rebuff. d. tract. qu. ult. num.10. Everar. in
topicis legalib. in loco a trib. ad decim. num. 2. imo
neque propter sterilitatem, ut fuse ostendit, idem
Reb. d. qu. ult. num. 22. & Viv. in communib.
opin. 153. vers. consuetudo non solvendi.

10 Cum onus solvendi decimas sit reale, & sequa-
tur possessionem, gl. vers. sic & dominus in d. c.
tua l.2. de decim. Baptista Costa de portione rata
qu. num. 11. Camil. Borel. in sum. omnium decis.
tit.19. n.63. Fagund. d. præc.5. lib.3. cap.5. Ca-
11 stil. d. tom.7. de cert. cap.2. num. 17. ideo posses-
sor fundi pro decimis præteritis conveniri potest,
ut resolvunt Capyc. dec. 20. n. 26. Cassan. in
consuetud. Burgun. rub. 4. §. 6. verb. & si porter.
num.4. pag. 155. in princ. & rub. 11. §. 6. num.3.
pag.361. Tiraq. de retract. lig. §.6. gl.1. num. 7.
Azor. d. lib.7. cap.24. vers. quæres, & præcipue
qu.18. Suarez d.l.1. c.38. n.8. Mem. de decim. cap.
6. a num.18. ubi etiam ait cum Rebuff. d. qu. 9.
num.9. & Gig. de pension. qu. 39. num.12. & qu.
12 43. num.4. atque alii, in optione Ecclesiæ esset
quem velit convenire, novum, an antiquum
prædii possessorem: & quod pro decimis fundus
censeatur tacite hypothecatus, dicit. Reb. tom.
13 2. ad leges Galliæ, art.1. gloss. 14. num. 25. quia
tributum ex certo fundo debitum, cum sit onus
reale, pro quo censetur tacite hypothecatus,
transit in quemlibet possessorem, ut per Guid.
Papæ qu.432. num. 15. Cened. d. collect.86. n.3.
Gam. Lusit. dec.145. Mol. in emptorio juris, p.1.
tit. de locato num. 37. quod in fundo emphyteuti-
co nominatim resolvunt Valasc. de jure emph. qu.
4. num.6. & qu. 17. Cald. Pereira de nomin. em-
phyteusis, qu.13. n.17. & de extinct. emphyt. c. 3.
num. 18. & 23. Cabed. Lusit. decis. 149. p. 1. &
census possessorem pro præteritis redditibus te- 14
neri, non excusso principali venditore, firmarunt
Valasc. de jure emphyt. q.32. n.13. & 14. Gam.
Lusit. dec.145. Surd. decis.162. n.11. Steph. Gra-
tian. discept. forens. cap.1. 6. num. 16. & c. 141.
num. 3.

Non solvens decimas, cum teneatur, excom- 15
municari potest, ac debet, text. in cap. de decim.
16. qu.1. c. perven. cap. ad hæc cap. ex parte il 1.
cap. tua nobis, cap. si aliquibus de decim. Clem. di-
spendiosam 2. de judic. Conc. Trid. sess. 25. de re-
form. cap.12. ibi, excommunicentur, Aloys. Ricc.
in praxi, p.4. resol.500. Rot. in Dertusen. decimar.
11. Maii 1609. coram Card. Marquemont. im-
pressa per Marchesan. de commission. par. 1. pag.
675. & in motulen. decimarum, 31. Januar. 1614.
coram bonæ mem. Card. Sacrato. Intellige, mo-
nitione præmissa, secundum Monet. cap.8. n.69.
Azor. instit. moral. p.7. cap.24. qu.17. Suar. dict.
lib. 1. cap. 37. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Ar-
chiepiscop. Neapol. dec. 195. num. 6. p. 4. Casus
accidit, ut sequitur. Cum Episcop. Umbriacen.
quosdam occasione decimarum excommunicatos de-
clarasset, absolutione Sanctissimo, vel Sacræ Congre-
gationi reservata, iidem excommunicati ad Archie-
piscopum Sanctæ Severinæ, uti Metropolitanum, re-
cursum habuerunt, ab illiusque Vicario inhiberi, &
respective absolvi obtinuerunt, quo per Congregatio-
nem Episcoporum audito, Sac. eadem Congr. sub die
19. Julii 1616. respondit, quod Archiepiscopus S.
Severinæ excommunicatos reintrudat, causamque
ad Sacram Congregationem remittat, & ejus Vica-
rium advertat, ut in similibus causis abstineat ab
absolutione, & ab admissione appellationis suspen-
sivæ, quia excommunicatio hominis trahit secum
executionem.

Subtrahentes, sive non solventes decimas, vel 16
earum solutionem impedientes, ultra prædictam
excommunicationem, quam, præmissa monitione,
incurrunt, ab hoc crimine, nisi plena restitutione
sequuta, absolvi non possunt, ut per Sanch. in
præceptu Decalogi, tom.1. lib.2. cap. 20. num. 19.
Novar. in singul. juris canon. concl. 6. Molin. dict.
num.4. vers. his ita relatis, vel saltem remittan-
tur ab eo, cui debentur; Navar. in man. cap.21.
num.32. Azor. instit. moral. p.1. lib.7. c.37. q. 9.
Fagund. d. præc.5. lib.3. cap.6. nu.4. nisi, quan-
do ad confessionem accedit, impotens sit ad re-
stituendum; quia tunc absolvi poss: tenet Navar.
in man. cap.17. n.50. Molin. citato loco Jo. Valer.
de differen. inter utrumque forum, verbo absolutio,
differ. 5. num.5. Nov. d. concl.6. num.3. ex ratio-
ne, quia Concil. loc. cit. solum prohibet absol-
vi eum, qui pro tunc potest restituere, quique
peccat, non restituendo.

An autem Parochus possit denegare Sacramen- 17
ta iis, qui nolunt solvere decimas, vide Aloys.
Ricc. dec. Curiæ Archiep. Neap. dec. 195. a prin-
cip. par. 4. Et an contra renitentes solvere deci- 18
mas possit Vicarius imponere interdictum perso-
nale? vide eundem Ricc. d. p.4. dec.380.

Is

19 Is quoque, qui solvere tenetur decimas, neque ea solvit, aut restituit Ecclesiæ, debet ecclesiastica sepultura privari, text. est *in c. prohibemus de decim.* Vide *supra c. 26. n. 50.*

20 Religiosi Confessarii, sed maximæ Ordinis Prædicatorum, & Minorum, tenentur hortari, & monere fideles ad solutionem decimarum, ut probatur *in cap. discretioni vestræ, de decim. in 6.* ubi dicitur, quod Gregorius IX. mandavit districte Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne talia, quæ audientes, a decimarum, seu aliarum rerum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, vel alias animas corrumpant audientium, in sermonibus suis, vel alibi proponere præsumant, imo verbo, & opere informent eosdem, ut ad solutionem prædictorum promptæ voluntatis animo sint intenti. Sed ad tollendum scrupulum Eugenius IV. concessit, quod Fratres Minores non teneantur facere conscientiam de decimis in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab Ordinariis, & quod tunc sufficiat dicere; Facio tibi conscientiam, & inducere peccatorem, quantum potuerint ad solvendum, non tamen propter hoc teneantur denegare absolutionem, ita referunt Collector. privil. *in comp. verb. absolutio quoad sæcul.* 2. §.2. Fr. Lud. Miranda *in man, Prœl. tit.* 2. *qu.* 49. *art.* 14.

Animadversio.

☞ Fides sit penes Ludovicum Miranda, asserentem, quod Eugenius IV. declaraverit, Fratres Minores non teneri facere conscientiam de decimis in confessionibus, nisi quando requisiti fuissent ab Ordinariis; cum penitus inverisimile sit, ita censisse: quando enim agitur de notitia reluctantiæ pænitentis ad solvendas decimas, non expectanda est instantia Ordinarii, ut eum ad solvendum inducat, ut satis quisque sane mentis intelligit; multo minus inverisimile est declarasse, non teneri negare absolutionem, si postquam, quantum potuerint inducere peccatorem ad solvendum ipsum reluctantem invenerint: quæ enim esset hujus peccatoris dispositio pro obtinenda absolutione?

Circa hanc facti speciem quid senserit Conc. Lateran. V. clausum sub Leone X. an.1517. subjicimus ejus decretum, relatum in VII. Decretalium Clem. VIII. tit. de decim. obstringens quoscumque Regulares ibi: ut animarum utriusque sexus Christifidelium saluti uberius consulatur, Fratres quorumcumque Ordinum, illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cujuscumque status & conditionis fuerint, ad solvendum decimas, sive aliam bonorum, seu fructuum quotam in locis, in quibus decimæ ipsæ, aut similia solvi consueverunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsisque etiam illam solvere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo publice prædicare, & persuadere teneantur: ☜

21 Excommunicationis vero sententiæ subjacent ipso facto illi Religiosi, qui aliqua, ut audientes a decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, ut habetur *in Clem. cupientes de pœnis*, unde colligitur, Religiosum non affici hac excommunicatione, dum alicui mandat, ut alteri, qui decimarum onere tenetur, suadeat, ne solvat: hic enim non dicitur aliquid proferre ipsius auditoribus, qui decimas solvere debent, ut opinantur Suarez *de cens. disp.* 23. *sect.* 5. *num.*37. Filiucc. *tract.*14. *cap.*8. *qu.*8. *num.* 146. Bonac. *d. qu.*8. *punct.*13. *n.* 3. ubi *num.*4. addit, ad incurrendam istam excommunicationem non sufficere præfata verba proferre ex inadvertentia: sed requiri dolum, & scientiam cum intentione retrahendi auditores a solutione decimarum.

Religiosis quoque præcipitur *in dict. Clem. cupientes*, sub pœna suspensionis ipso facto ab officio prædicationis, ut confitentibus conscientiam faciant de solvendis decimis, quoties a Rectoribus Ecclesiarum ad hoc requiruntur: si autem scienter negligant confitentibus conscientiam facere de solvendis decimis, dum a Rectoribus Ecclesiarum requiruntur, suspensionem incurrunt, quæ suspensio durat, donec confitentibus conscientiam fecerint, quod si interim, antequam negligentiam, oblata opportunitate, purgent, idest antequam conscientiam confitentibus faciant, præsumpserint prædicare, vinculo excommunicationis obstringuntur. Hinc colligitur, ad incurrendam istam excommunicationem duo requiri. *Primum*, ut Religiosi requisiti sint a Rectoribus Ecclesiarum, & scienter non admonuerint pœnitentes de solutione decimarum; quamobrem, si non admoneant, dum requisiti non sunt, excommunicationem non incurrunt ex declaratione Eugenii IV. ita Sylvest. *verb. excommunicatio*, 9. *num.*89. Tabien. *eod. verb.* 5. *cas.* 45. Angel. *eod. vers.* 7. *casu* 44. Filliuc. *cap.*33. *num.* 42. Hier. Roderiq. *in compendio qu. Regul. resolut.*50. *num.*8. ubi subdit, requisitionem debere fieri Dominica prima, quarta, & ultima Quadragesimæ, & in festis Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis S. Jo: Baptistæ, Assumptionis, & Nativitatis B. M. Virginis juxta dispositionem *d. Clem.* contra Cajetan. *verb. excommunicat. cap. 66.* Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 145. hoc expresse non requirentes. *Secundum*, ut prædicare præsumant, nondum purgata negligentia; si vero, purgata negligentia concionentur, excommunicationem non incurrunt; quia in text. dicitur, *si prædicare præsumpserint, prædicta negligentia non purgata*, ita Cajet. Sayr. Filliuc. & alii *citatis locis*. 22

Additio.

☞ Wagnerek ad allatam Clementinam Decretalem sentit, præceptum in ea injunctum de prædicanda, & suadenda decimarum solutione videri hodie cessasse, quia his temporibus in hoc nihil difficultatis Religiosi faciunt: a quo tamen onere nullatenus exemptos crederem, si ad id publice prædicandum, & suadendum pro rerum, & locorum opportunitate requisiti essent. ☜

Excommunicantur etiam *in Clem.* 1. *de decim.* omnes, ac quicunque Religiosi, qui decimas Ecclesiis debitas, ad ipsos jure, aliquo, vel causa legitima non pertinentes, usurpant, aut usurpa- 23

re audent dolis, & malis artibus: & qui prohibent Ecclesiis decimas solvi ex animalibus suorum familiarum, vel pastorum, vel ex aliis animalibus, quæ suis permiscentur, vel ex illis, quæ in Ecclesiarum fraudem emunt, & si admoniti, ex his intra mensem non desistunt, aut si id, quod ausu temerario usurparunt, intra duos menses post admonitionem non restituerint iis, quibus jure debetur, excommunicationi subjiciuntur, quæ nulli in jure reservatur. Referunt Azor. *institut. moral. p.1. l.12. cap.13. qu.13.* Filliuc. *tract.14. num.125. vers. quinta*, *novissime* Bonac. *de cens. extra Bull. disp. 2. qu. 8. punct. 12.* Et quia text. *in d. Clem. 1.* generaliter loquitur, ibi, *Relig. quicumque* ideo non solum viros Religiosos, verum etiam fœminas Religiosas comprehendit, ut per glos. ibi, *verb. quicumque* Sayr. *de cens. l.3. cap. 34. num. 24.* Mar. Alt. *de cens.* ubi *de suspens. disput.17. cap. 2. col.3. vers. notandum 3.* Bonacin. *d. punct.12. n.8.* ubi etiam post Suar. *de cens. disp. 31. sect. 6. num. 9.* addit, istam excommunicationem extendi ad Equites Militares, qui vere sunt Religiosi.

Animadversio.

☞ Verum quidem est, excommunicationem a cit. Clementina nulli reservatam esse, sed reservata est Papæ a Conc. Trident. cap. XI. sess. XXII. de refor. & a Bulla Cœnæ cap. XVIII. ☜

24 Compositio facta inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum solvendas, ut scilicet decimæ uni Curato, vel Parocho debitæ, alteri Parocho, & Curato solvantur in posterum, valet, modo causæ cognitio a Superiore facta interveniat, consensusque, seu auctoritas Episcopi, vel alterius Superioris accedat, *cap. veniens de transact. cap. ex multiplici de decim.* Ruin. *consil. 142. vers. clarum est num. 13. vol. 5.* Rebuff. *in tract. de decim. qu. 13. a num.16.* Capic. *dec. 165. part. 3.* Bonacos. *tom.1. commun. opin. l.1. tit.10. n.12. pag. 186.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. Neap. cap.60. num. 19.* Fr. Leo *in Thesauri fori Eccles. p.4. cap.1. numer. 2. in fine*, Azor. *instit. moral. p.1. l.7. cap.26. qu.5.* Bonac. *de legib. disput. ult. qu.4. puncto 5. num.3. & de simonia qu. 4. §.15. num.5. vers. 2. si transigentes*, ubi *nu. 18.* idem dicit de transactione, & *n. 9.* subdit, quod valet compositio inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum facta de consensu Episcopi, seu Superioris, ut de rebus minutis nulla solvatur decima: item ut non solvatur decima integra de vino, oleo, frumento, &c. & *num. 14.* quod potest compositio fieri auctoritate Episcopi cum laicis super tempus, & locum solvendarum decimarum.

Animadversio.

☞ Attenta Extravag. Pauli II. = *Ambitiosæ cupiditati* = de reb. Eccles. non alienan., hujusmodi compositiones hodie fieri nequeunt sine beneplacito Apostolico; quidquid sit de interpretatione sequen. nu. relata ad cit. c. *Veniens* de transact., Episcopus enim in vim Can. *Terrulas*, caus. XII. quæst. 2. dare potest licentiam alienandi res exiguas, vel modici valoris, quæ ex stylo curiæ non excedant summam scutor. XLI. & obulor. XXV. monet. Rom. cui Can. ex declaratione Congr. Conc. sub die 11. Jan. 1596. non derogatum fuisse a dicta Pauli Constit. neque a Trid. cap. XI. sess. XXII. & sess. XXV. de reform. refert Fagnan. in capitulo *Nulli* de rebus Eccles. non alienan. num. 25. ☜

Non obstat *dict. cap. veniens*, quatenus videtur exigere consensum, seu auctoritatem Apostolicam, quia, vel ibi agebatur de magno præjudicio, videlicet solvenda tantum tertia parte decimæ, vel quia nulla causa intervenerat utilitatis, necessitatis, vel alia similis; vel quia hæc erat proprie transactio; illa vero, de qua *in c.2. de trans.* quod contrariari videtur, compositio erat: vel denique, quia in ea parochia, in qua erant prædia, de quibus transactio facta fuerat de non solvenda, nisi tertia parte decimarum, coloni monasterii a Parocho etiam recipiebant ecclesiastica Sacramenta, ita Mon. *d. q. 7. n. 137.* Duo igitur requiruntur ad valorem istius compositionis super decimas in futurum solvendas, ut scilicet causæ cognitio procedat ab Episcopo, vel Superiore facta, & consensus; seu auctoritas ejusdem Episcopi, vel Superioris, ut non sufficiat solus Parochi consensus, secundum Reb. *d. q.13. num.22.* Fagund. *d. cap.2. num.3. & 4.* Appellatione autem Superioris in hac materia venit quilibet Prælatus, Episcopo inferior, modo habeat jurisdictionem quasi episcopalem, secundum Rebuff. *d. q.13. num. 23. & 24.* Fagund. *d. c. 2. num.5. & 6.* id ampliantes ad Vicarium Episcopi generalem, declarantesque, hujusmodi compositionem, si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel Superioris, non in totum vitiari, sed valere pro vita componentium; non enim mortuo eo, qui illam fecit, successori præjudicat, *d. cap.2. de trans.* Duen. *reg. 127. in fine* Rebuff. *d. qu.13. num. 25.* Bonacos. *tom. 1. com. opin. lib.1. tom.10. num.12. pag.186.* Rot. *in mediolan. decim. 10. Apr. 1606.* coram R. D. Cocc. Decano *& dec.585. num.3. par. 1. rec. & in Augustin. decim. 28. Martii 1631.* coram R. P. D. Ubaldo. 25

De decimis vero præteritis, non solum cum ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis potest fieri compositio sine auctoritate Superioris. Ita gl. & Doctor. *in cap. ut super de reb. Eccl. non alien.* Rebuff. *d. qu.13. num.25. & 33. & in tr. except. num.217.* Fagund. *d. cap.2. num. 7.* ubi *num. 17.* idem dicit de transactione Mon. *de decimis, c. 5. num.128.* ubi reddit rationem, quia tunc non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo jure Ecclesiæ, sed solum de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ jam spectant. 26

CAP.

CAP. XXIX.

Parochus quibus modis talis esse desinat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacat per mortem beneficiati ;*
2 *Parochialis vacat ipso jure per assecutionem alterius incompatibilis beneficii, in tantum, quod si Parochus illam retinere contenderit, etiam secundo spolietur.*
3 *Ordinarius habenti parochialem Ecclesiam potest alteram parochialem conferre, sed post ademptionem possessionis pacifica secunda vacat prima ipso jure.*
4 *Parochialis Rector, si assequatur possessionem etiam Canonicatus incompatibilis cum parochiali, desinit esse Rector ipso jure.*
5 *Parochialem vi occupans, vel scienter injuste se intrudens in beneficio curato, illo privatur ipso jure.*
6 *Parochialis, ut vacatio inducatur per assecutionem secundi beneficii incompatibilis, non sufficit collatio sola, sed requiritur adeptio possessionis pacifica, vel quod per eum stet, quominus illam adipiscatur.*
7 *Vacatio prioris beneficii per assecutionem secundi incombatibilis inducitur, si dicti secundi habeatur pacifica possessio, non enim requiritur utriusque.*
8 *Possessio secundi pacifica, ut inducatur vacatio prioris beneficii incompatibilis, debet esse non solum de facto, sed etiam de jure.*
9 *Parochiales plures sibi invicem unita retineri possunt tanquam beneficia non incompatibilia.*
10 *Parochialis, qua est in civitate, potest obtineri cum Canonicatu in Cathedrali, si utrique inservire poterit.*
11 *Parochialis potest obtineri simul cum monasterio, cui cura imminet animarum, dato in commendam ad vitam.*
12 *Parochialis habitu non inducit incompatibilitatem simul cum alia parochiali.*
13 *Parochialis vacat renunciatione.*
14 *Parochialem resignans, debet exprimere per quantum tempus illam possederit, & si tempus est breve, resignatio rejicitur.*
15 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *poni solet in resignationibus Parochialium.*
16 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *quomodo justificetur, & cui incumbat onus, quod remaneant centum pro Rectore, ostenditur.*
17 *Valor ducatorum centum, qua debent remanere Rectori parochialis, qua pensione gravatur, est intelligendus juxta morem cujusque regionis.*
☞ *Vide Animadversionem.*
18 *Onera necessaria tantum, & ordinaria deducenda sunt ex centum ducatis, qua debent remanere Rectori parochialis, qua pensione gravatur.*
19 *Onera necessaria, & ordinaria, quoad hunc effectum censentur illa, qua fiunt pro Capellano, Clerico, candelis in festo Purificationis Beata Maria, manutentione Sacristia, Cathedratico, Pradicatore, Visitatore, Episcopo, organo, cera, hostiis, vino, & oleo pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti.*
20 *Onera extraordinaria, voluntaria, seu arbitraria, incerta, & variabilia, & non perpetua, ac illa; qua expleri possunt per ipsum Rectorem, non sunt deducenda ex dictis centum ducatis.*
21 *Pensione nulla, & invalida existente, non abdicatur jus a resignante.*
☞ *Vide Additionem.*
22 *Clausula*, cujus litis statum, &c. *non capit litem, in qua fuerit lata sententia.*
23 *Actor, & reus non dijudicantur ad imparia.*
24 *Sententia nulla, & injusta, non facit transitum in rem judicatam.*
25 *Actorum integra trasportatio necessaria est in causa beneficiali.*
26 *Sententia dicitur nulla, non visis integris actis.*
27 *Acta legitime extracta dicuntur, cum extrahuntur ab actuario, vel successore in officio cum compulsoria, & partis citatione.*
28 *Clausula*, Appellatione remota, *non operatur, si constat de notorio gravamine, vel quando sententia est nulla, aut evidenter iniqua, seu notorie injusta.*
26 *Clausula*, ac si præinserta nunquam emanasset, &c. *facit, ut omnia medio tempore gesta corruant.*
30 *Judex subdelegatus, sive vigore executorialium, propter rem judicatam, sive vigore mandati de immittendo, procedens ad aliquam executionem, parte se opponente, semper dicitur attentare.*
☞ *Vide Additionem.*

PRæter modos, quibus parochialis, ceteraque ecclesiastica beneficia, vel ipso jure, vel per sententiam vacare in jure dicuntur, tres principaliores, & usufrequentiores sunt, per obitum scilicet, per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, & per renunciationem. 1

Quoad primum, evidens est, per mortem beneficiati vacare beneficium, *cap. susceptum, de rescrip. in 6.* ubi *gl. 15. pen. verb. non morte*. Gonz. *ad reg. 8. Canc. gl. 15. a num. 3.* ubi *n. 6.* ex Franc. Pav. dicit, ita vacare per mortem beneficium, ut si miraculose resurgeret beneficiarius, non recuperaret illud, Nic. Gar. *de ben. p. 11. c. 2. a princ.* ubi aliquibus modis limitat.

De secundo, etiam juris est clari, vacare ipso 2
jure parochialem per assecutionem alterius similis beneficii, in tantum quod si Parochus illam retinere contenderit, etiam secundo spolietur, ita per tex. capitalem *in c. de multa, de prabend.* Nic. Garc. *d. p. 11. c. 5. n. 7.* Unde Oldrad. *cons. 165. Thema*, quem refert Card. Tusc. *tom. 1. lit. A. concl. 44. num. 8.* ait text. *in d. cap. de multa*, loqui solum in curatis beneficiis, dum per assecutionem secundi decidit, vacare primum, ac proinde non habere locum, si obtinens curatum, assequatur secundum incompatibile, sed non simile, quia tunc est in electione obtinentis alterum sibi bene visum dimittere. Sed illius text. dispositio aucta, & ampliata est per Concil. Trid. *sess. 7. de*

de reform. cap. 4. dum statuit , quod quicumque
de cetero plura curata , aut alias incompatibilia
beneficia ecclesiastica , sive per viam unionis ad
vitam , seu commendæ perpetuæ , aut alio quo-
cunque nomine , & titulo contra formam Sacro-
rum Canonum , & præsertim *d. cap. de multa* ,
recipere , ac simul retiuere præsumpserit , bene-
ficiis ipsis juxta *d. c. de multa* dispositionem, ipso
jure , etiam illius text. vigore privatus existat ,
cujus conciliaris decreti meminit Nicol. Garc.
*d. cap.*5. *num.*76. ubi *nu.* 77. respondet alteri de-
creto ejusdem Concilii *sess.* 24. *de reform. c.* 17.
quod priori *in d. cap.* 4. adversari videbatur , ut
loquatur de pluribus parochialibus , aut alias in-
compatibilibus beneficiis ante Concil. obtentis .

3 Unde S. Congr. Concil. censuit , non dimitten-
tem unam ex duabus Ecclesiis curatis intra tem-
pus a Sacr.Concil. assignatum, debere condignas
pœnas subire, & puniri , prout in eo statuitur, si-
cut testatur Armen. *in addit. ad recop. legum Nav.*
*l.*4. *tit.*7. *de benef. incomp. n.* 91. Potest tamen
Ordinarius habenti paroch. Ecclesiam alteram
parochialem conferre , sed post adeptionem pos-
sessionis pacificæ secundæ vacat prima ipso jure,
ut refert decisum idem Armend. *d. loco n.* 69. *&*
4 70. nam parochialis Rector si assequatur posses-
sionem etiam Canonicatus incompatibilis cum pa-
rochiali, desinit esse Rector ipso jure, Gonzal. *ad*
*reg.*8. *Cancel. glos.* 15. *num.* 15. Rot. *in Maceratinen. Canonicatus* 13.*Junii* 1614. coram bon. mem.
Ubaldo .

5 Extende, supradictam resolutionem procedere,
in eo, qui vi occupavit, seu scienter injuste se in-
trusit in beneficio curato , vel è converso ; con-
stat enim, non esse consentaneum habere melio-
rem conditionem illum , qui invasor est , quam
ille, qui juste ingreditur, & ita in specie est text.
qui reddit rationem *in c. cum qui* 18. *de praben.*
l. 6. Rota *dec.*5. *nu.* 2. *de restit. spoliat. in novis* .
Reb. *in prax. tit. de missione in possessionem a prin.*
Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 5. *numer.* 20.
Quod intelligitur , nisi violentur occupator in-
continenti relinquat possessionem secundi benefi-
cii , quia ea , quæ incontinenti fiunt , videntur
inesse , juxta text. *in l. lecta ff. certum pet.* quod
advertimus procedere , etiamsi prius beneficium
tale sit, ad cujus titulum fuerit ordinatus , vel ali-
ter de illo disponere , aut renunciare non possit ,
juxta Concil. Trid. *sess.* 21. *de reform. c.* 2. id ta-
men non evincit , quod illud non amittat per se-
cundi obtentionem violentam , per quam legis be-
neficio alienatio necessaria inducitur , & fit di-
spositio arg. text. *in leg.* 1. *ff. de fundo dotali* , *&*
in alienationis 13. *ff. de famil. hercif.* junctis reso-
lutis per Molin. *de primog. l.*4. *cap.* 8. *a princ. &*
*cap.*9. *a num.*28.

6 Sed est advertendum , quod ad inducendam
vacationem parochialis per assecutionem secundi
beneficii incompatibilis non sufficit collatio sola, &
acceptatio ejus , sed requiritur adeptio possessio-
nis pacificæ secundi, vel quod per provisum stet ,
quominus eam adipiscatur , ita Flamin. Paris. *de*
*resignat. benef. l.*3. *q.*1. *num.* 129. Nic. Garc. *dict.*
7 *cap.*5. *a num.*110. Feren. *in annot. ad dec.*19. Bu-
rat. *n.*18. Nec hæc vacatio prioris impeditur per
pacificam secundi possessionem , si illud prius sit
litigiosum , non enim requiritur, quod utriusque,
sed tantum secundi habeatur pacifica possessio
Less. *de justic. l.*2. *cap.*34. *num.*141. Nicol. Garc.
d. cap. 5. *nu.* 107. *&* 108. Quæ quidem possessio 8
secundi pacifica debet esse non solum de facto ,
sed etiam de jure , idest non litigiosa , sed absque
controversia juris , & facti judicialis , & extra-
judicialis , Hojed. *d. p.*1. *c.*13. *n.* 30. Flamin. Pa-
ris. *d. l.*3. *qu.*1. *n.* 130. Azor. *institut. moral. p.*2.
*l.*7. *cap.*16. *qu.*9. Nic. Garc. *d. c.*5. *num.*105. Se-
raph. *dec.*1254. ubi dicitur , quod ad effectum ,
ut non teneatur quis dimittere primum benefi-
cium, sufficiunt molestiæ , etiam extrajudiciales ,
& de facto, & idem dicit *dec.* 997. *n.*2. *& decis.*
853. *num.*3. addend. ad Gregor. XV. *dec.*451. *nu-*
*mer.*12. Joan. a Cochier. *ad reg.* 51. *Cancel. nu.*9.
Atque etiam intelligenda est non de possessione
sterili , sed fructuum , vel majoris partis eorum ,
ex ea ratione , quia Beneficiarius non habet in
totum pacificam beneficii possessionem , nisi
quando fructus beneficii per se , vel per alium
nomine ipsius percipiuntur , in quibus terminis
loquitur text. *in cap. si tibi concesso de præbend. l.*6.
& in specie resolvunt ibi Franc. *num.* 4. Cassad.
*dec.*9. *de causa possess.* Hojed. *d. p.* 1. *cap.*13. *nu-*
*mer.*78. Seraph. *dec.*953. *num.*1. Azor. *d. cap.*16.
*qu.*7. Nic. Garc. *d. c.*5. *num.*123.

Limita suprapositam resolutionem de vacatio- 9
ne ipso jure inducta parochialis per adeptionem
secundi beneficii incompatibilis aliquibus modis ,
& *primo* , ut non procedat in duabus , vel pluri-
bus parochialibus sibi invicem unitis , cum non
comprehendantur sub decreto Concilii , sed le-
gitime retineri possint tanquam beneficia non in-
compatibilia , ut referunt decisum Nicol. Garc.
*d. p.*12. *c.* 2. *n.* 42. Armend. *d. loco n.* 92. *Secundo*
in parochiali , quæ est in civitate , obtento Ca- 10
nonicatu in Cathedrali , si utrique inservire po-
terit , ex eod. Armend. *d. loco n.* 49. sed hoc de-
bet intelligi , si molestia obtinenti inferatur , for-
san ex gratia , cadunt enim sub incompatibilita-
te parochialis , & Canonicatus in eademmet ci-
vitate existentes , ad not. per Jo: Cochier. *in*
*commen. ad reg.*52. *Cancel. a num.*4. quem refero
in addit. ad cap. de multa , de Præbend. post n. 5.
Tertio , in parochiali , quæ obtinetur simul cum 11
Monasterio , cui cura imminet animarum , dato
in commendam ad vitam, quia obtinens alterum,
dimittere non tenetur , ut per Gonzal. *ad regul.*8.
*Canc. glos.*5. §. 8. *num.* 65. Zerol. *in praxi Episc.*
*p.*2. *verb. parochia* 5. Nicol. Garc. *d. cit.*7. *de be-*
nef. incompatib. n. 78. *Quarto* in parochiali , seu 12
alio beneficio curato habitu , quia non inducit
incompatibilitatem simul cum alia parochiali ,
cap. pastoralis 7. *q.* 1. Abb. *in d. cap. de multa de*
*præb. sub num.*24. *vers. mihi plus plac.* Hojed. *d.*
*p.*1. *cap.* 13. *num.*10. quos refert , & sequitur R.
D. Episc. Ricc. *de jure personarum extra gremium*
*Eccl. existent. l.*1. *cap.*14. *num.*5.

Vacat item renunciatione parochialis , toto *tit.* 13
de renunciat. per quam amittitur omne jus in ea
competens, proprietas, titulus & possessio, juxta
ea, quæ late resolvit Nicol.Garc. *d. p.*11. *c.*3. *a*
princ. ubi *n.* 5. probat, renunciationem ex causa
permutationis veram esse renunciationem, per tex.
*in capitul.*1. *de rerum permut. lib.*6. *& in Clem.*1.
eod.

eod. tit. quod autem parochialis possit renunciari in specie, post multos a se relatos tradit Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.2. qu.1. n.104.* potest enim unusquisque renunciare beneficio sibi competenti, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, idem Flam. *d. q. 1. num. 2.* Nicol. Garc. *d. cap.3. num.44.* & omnia beneficia possunt permutari, nisi contrarium reperiatur expressum, Bullam. *in tract. de permut. benef. p. 3. in proœm.*
14 *num.3.* Flamin. Paris. *dict. qu. 1. num. 3.* Hodie tamen in Curia non admittuntur absolute, & indistincte resignationes parochialium, præsertim cum pensione; nam quoties resignatur parochialis, Dataria vult, quod exprimatur per quantum tempus illam possedit resignans, seu à quo tempore illam obtinet, & si tempus est breve, resignatio rejicitur, ut per Flamin. Paris. *d. tract. de resig. benef. l. 3. p. 2. num.* 21. & idem esse in permutationibus earum asserit Nic. Garc. *d. c.3. num.46.* ubi *nu.47.* subdit, stylum hunc Datariæ incæpisse a tempore Greg. XIV. in quo fuit datus iste ordo, & tunc regulariter requirebatur, quod illam possederit per aliquod tempus, & aliquando per quinque annos, vel citra, hodie per tres, & ultra, ut accepi ab Illustrissimo, & R.D. meo Ægidio Ursino de Vivariis, S. D. N. Papæ Datario, & Auditore, ac Basilicæ SS. Apost. de Urbe Canonico meritissimo, maximæ integritatis, & eruditionis viro, cui Summus Pontifex tribuit multum, est enim animo ingens, ingenio promptus, acerrimo judicio ornatissimus, & rerum cognitione, illarumque usu excellens ad majora properat.

15 In renunciationibus, quæ fiunt de parochialibus hujusmodi cum reservatione pensionis ad favorem resignantis solet poni clausula, *dummodo remaneant centum libera pro Rectore*, quæ adeo plenam, & concludentem probationem requirit, ut non possit justificari ex semiplena probatione, & licet regulariter valor probetur sufficienter per publicam vocem, & famam, tamen non procedit, quando agitur ad effectum justificationis hujus clausulæ, & quamvis illa debeat intelligi de tempore gratiæ, & reservationis, tamen est necesse, quod continue duret illius justificatio ad hoc, ut pensio sustineatur, in quibus conclusionibus probandis non immoror, cum de illis omnibus egerim *in meo tract. de clausulis usufrequent. claus. 47. in princ. secundum Lug. impress.*

16 Sed Rota amplectitur distinctionem, quod vel pensionarius agit possessorio, & tunc onus probandi, quod non remaneant centum, incumbit titulari, nec retardatur pensionario solutio sub prætextu, quod dictam clausulam non justificaverit, Rot. *dec.547. num.4. p. 1. recent.* vel titularis agit petitorio, dicens, se non teneri ad solutionem pensionis, quia reservatio est nulla, & tunc ad sustinendam pensionis validitatem, debet conditio justificari per pensionarium, & sic ei incumbit onus probandi, quod, dempta pensione, tot remaneant pro titulari, cui sufficit dicere, pensionis reservationem non esse nullam, & ita distinguendo, resolvit Rot. cor. Card. Mantic. *dec.196. num. 2. & 3. in Salamantina pensionis cor. Gypsio* apud Nicol. Garc. *de benef. part. 1. cap. 5. num.424. & in Carpentoren. pensionis* coram Card. Lancellotto, apud Marches. *de commiss. part. 1. pag.529. & in Ferretrana pensionis 19. Decembris* 1622. coram bonæ mem. Ubaldo, *in Novarien. pensionis 8. Novembris* 1624. coram R.P.D. meo Pirovano, *& in Alben. pensionis* 20. *Martii* 1628. coram eodem. Ne sufficit quælibet levior probatio, sed requiritur plena, & concludens, Cardin. Seraph. *dec.1122. num. 2.* Rot. *dec.684. p.4. divers. & in d. Novarien. pensionis, & in Ferretrana pensionis 4. Decembris* 1623. coram bonæ memoriæ Ubaldo, *& in Spoletana pensionis* 28. *Junii* 1628. coram R. P. D. Ubaldo jun. refert Ferent. *in ann. ad dec. 261.* Buratti, *n. 17.* ubi addit, talem justificationem faciendam esse contra illum, qui reservationi consensit, quia licet regulariter pensionarius agens adversus consentientem pensioni, non teneatur ad aliquam justificationem, sed titularis, volens impugnare, teneatur assumere onus probandi, nec interim retardetur executio literarum reservationis, Seraph. *dec. 1017. num.* 3. Rot. *in Eugubina pensionis 7. Aprilis* 1617. coram bonæ memoriæ Patriarca Manzanedo, *& in Tusculana pensionis 17. Maii* 1623. cor. bon. mem. Ubald. *& in Fanen. pensionis 20. Maii* 1624. coram R.P.D. Merlino, *& inter recent. dec. 23. numer.1. & dec.517. num.1. & 3. p.2.* hoc tamen intelligitur, quando reservatio est pura, & absque aliqua conditione, ita enim loquuntur prædictæ decisiones *in dictis Eugubina, & in Fanen.* Cavaler. *dec. 183. sub num. 2. & inter recent. dec. 227. num. 1. & dec.519. n. 2. p.2.*

Centum autem ducatorum hujusmodi valor, 17
qui ex decreto Concil. Trid. *cap. 13. sess. 24. de reform.* debet remanere Rectori parochialis Ecclesiæ, quæ pensione gravatur, est intelligendus juxta morem cujusque regionis, ut censuit Sacr. Congreg. Concil. *in Collen. 3. Julii* 1630. & iterum censuit *in Albigan. 27. Julii* 1626 quod Parocho debita congrua vigore Concilii est summa scutorum centum argenti illarum partium.

Animadversio.

☞ Quamvis Concil. Trident. sess. XXIV. c. XIII. de reserv. §. *Ad hæc* statuerit, Ecclesias parochiales dumtaxat non excedentes in proventibus summam centum ducatorum secundum verum annuum valorem, nullis pensionibus, & reservationibus fructuum esse gravandas, Benedictus tamen XIII. Constit. *Quanta*, idib. Sept. 1724. prohibuit, juxta edictum Innoc. XII. sub 11. Novemb. 1692. per organum Datariæ publicatum, quod in omnibus confirmavit, ne locorum Ordinarii, aut quicunque alii parochialium Collatores, etiam juris patronatus laicalis, ullo modo (& sic etiam excedentes dictam summam) easdem Ecclesias pensionibus aggravent, neque earumdem resignationes, aut permutationes admittant cum pensione favore cujuscumque, & sub quocunque titulo, etiam alimentorum præstationis: & multo minus sine causa, beneficio pleno, de possessorum consensu, ex quacunque causa, vel titulo; reservata Papæ facultate easdem pensiones imponendi in favorem dumtaxat, & commodum fabricæ, ac ornamentorum ipsarum paro-

parochialium. Quapropter hodie pro pensione imponenda opus est speciali derogatione dictæ Constitutionis. ☜

18 Quæ autem onera ex dictis centum deducenda sint, vel non hujus loci est investigare, in quo dubio est firmanda conclusio, deducenda esse solum onera necessaria, & ordinaria, ad text. *in cap.* 1. *&* 2. §. *ubi autem, de præbend. in* 6. Gig. *de pension. q.* 96. *num.* 2. Cassad. *dec.* 19. *num.* 1. *&* 2. *de præbend.* Beltramin. *ad Gregor. XV. dec.* 345. *num.*2. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. res.* 551. *in* 2. *edit.* Rot. *in Romana pensionum* 6. *Novembr.* 1619. cor. bon. mem. Buratto inter ejus decisiones impressa *dec.*418. *num.*1. ubi Ferentill. *in annot. & in Novarien. pensionis* 9. *Novemb.* 1624. coram R. P. D. meo Pirovano, *& in Feretrana pensionis* 4. *Decembris* 1623. coram bonæ memoriæ Ubaldo sen. in qua habita fuit consideratio onerum capellani, clerici, candelarum in festo Purificationis B. Mariæ, manutentionis Sacristiæ, Cathedratici, Prædicatoris, Visitationis, Episcopi, & organi, & *in Crem. pensionis* 28. *Maii* 1618. coram bon. mem. Cardin. Cavalerio, inter ejus impressas *dec.* 466. ubi *n.*3. fuit dictum onera expensarum pro cultu divino, pro cera, hostiis, vino, & oleo, pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti, & musica in festo S. Michaelis, sub cujus invocatione erat Ecclesia in illa, esse deducenda juxta quantitatem per Ordinarium declarandam.

19 De aliis vero oneribus nulla est habenda ratio, & *primo* de extraordinariis, ut in his terminis alias fuit resolutum *in dec.* 298. *n.*2. *p.* 1. *divers. & in Consentina pensionis* 29. *Maii* 1596. cor. bon. mem. Litta *Secundo* de voluntariis, seu arbitrariis, ad text. *in c. præsenti* §. *porro, de offic. Ordin. l.* 6. *gl. verb. speciali, gratia in c. si propter tua de rescript. eod. l.* Caputaq. *dec.*74. *l.*2. *in manuscriptis*, Cava *d. dec.* 462. *n.* 2. ubi onus retinendi factorem pro prædiis non fuisse habitum pro onere necessario, cum testes non deponant de præcisa necessitate illum retinendi, nec probetur, Rectorem colere prædia per seipsum, & regulariter adsunt coloni partiarii, unde subdit, censuisse Dominos de Rota, Rectorem non posse imponere hujusmodi onera voluntaria in præjudicium pensionarii. *Tertio* de incertis, & variabilibus, & non perpetuis, secundum Put. *dec.*201. *l.*2. *in correct.* & tentum fuit, prout *in dec.* 158. *p.*1. *recent.* * incerta enim non computantur in congruam, Reb. *in tr. de congrua n.*83. *&* 86. *dec.*5. *n.*3. *& seqq. p.*2. *divers. & dec.*437. *n.* 2. *p.* 1. *recentissim.* etenim venter non debet pendere ab incerto, cum non patiatur dilationem, Cassad. *de unic. n.* 1. *de mutuis petit.* Surd. *dec.*323. *n.*9. *Quarto* de oneribus, quæ expleri possunt per ipsum Rectorem, ut de omnibus optime advertit Buratt. *d. decis.* 418. ex *num.* 2.

20 Certum est enim, Rectori Curato deberi congruam, *c. extirpando, &c. de Monachis, de præbend. c.* 1. *eod. tit. in* 6. Cæsar. de Grassis *dec.* 6. *n.*7. *illo titul.* Rot. *dec.*16. *n.* 1. *p.* 1. *divers.* quæ ex decimis est ante omnia detrahenda, quia istæ sunt specialiter jure divino, & positivo sacrorum Canonum destinatæ ad usum Rectoris sustinentis curam animarum, *c. cum contingat, c. cum in tua; c. Parochianus de decimis, c. revertimini* 19. *q.* 1. Reb. *de decim. q.*7. *n.*4. Verall. *dec.* 356. *num.* 2. *&* 3. *part. art.* 2. Et quamvis aliquando ex concessione Apostolica transferantur in alios, nihilominus translatio semper intelligitur facta tali conditione, ut congrua remaneat Rectori, *c.* 2. §. *ubi autem de decim. in* 6. etiam & multo magis si decimæ transeant in laicum, Rebuff. *de congrua*, *n.*47. Cov. *var. l.* 1. *c.* 17. *num.* 6. *in fine* nam congruæ per sua privilegia numquam censetur Papa voluisse præjudicare, idem Reb. *dicto tr. de congrua q.* 12. *n.* 103. Nec facit, quod congrua sit petenda a parochianis, quibus Sacramenta administrantur, *c. omnis Christianus, de consecrat. dist.* 1. Abb. *in c. de Rectoribus num.* 6. *de cleric. ægrot.* Surd. *de alimen. tit.*1. *q.* 60. *n.*2. quia intelligitur, hoc procedere, ubi parochiani nullas (forte ex aliquo privilegio Apostolico) solvunt decimas, vel ita exiguas, ut non sufficiant pro Rectore, secus ubi solvant consuetas decimas, quæ sunt satis, superque sufficientes pro sustentatione Rectoris; tunc enim, cum illæ sint specialiter destinatæ ad hunc usum, debet Rector ad illas se in primis convertere, ita respondit Rot. *d. dec.*437. *num.*4.

Additio.

☞ Circa congruam debitam Parocho vide supra pag.36. n. 154, & post dictum num. Additionem pag.37. ☜

Ex dictis consului, resignationem factam de Ecclesia parochiali, sive Prioratu S. Marinæ Ulixpon. fuisse, & esse nullam, ac proinde litteras Apostolicas non esse exequendas, cum stante dicta clausula *dummodo centum*, &c. pensio 140. millium regalium contra formam mandati apparet in litteris Apostolicis de illa expeditis solum reservata super Prioratu ejusdem Ecclesiæ, qui tantum habet certam portionem scutorum centum, unde resultat evidens nullitas.

Non obstat, quod si considerentur litteræ Apostolicæ provisionis factæ vigore dictæ resignationis, pensio illa reservata videtur non solum super fructibus dicti Prioratus, & cujusdam capellæ, sed etiam super aliis fructibus duarum parochialium spectantibus in solidum ad earum Rectores, ex quo etiam resultat evidens nullitas dictæ pensionis, uti impositæ super fructibus, qui ad resignantem nullo modo spectant, & sic pensione illa ex hoc capite nulla, & invalida existente, non poterat jus abdicari a resignante, ut firmat Flamin. Paris. *de resign. benef. l.*1. *q.*3. *ex num.* 82. nec fieri potest ipsa pensio reducibilis ac minorem quantitatem, quin tota gratia corruat, Rot. *decima* 280. *n.*2. *p.* 2. *rec.* 21

Maxime stante claus. *non aliter, nec alio modo*, 22 & conditione expressa in mandato procuræ ad resignandum, quod dicta pensio reservaretur super fructibus tantum certis dicti Prioratus, & capellæ, cum expressa declaratione litium super ejusdem capellæ fructibus pendentium, & sententiæ latæ, quod non fuit adimpletum, prout requirebatur, Rot. *in Toletana beneficii* 14. *Novemb.* 1605. coram Justo, impressa per Marech.

de commiss. p. 1. pag. 384. unde, illa conditione deficiente, nihil dicitur actum, Flamin. Parif. *d. l. 1. q. 3. n.* 33. & minime poterat jus abdicari a resignante, idem Flamin. *d. l. t. q.* 14. *num.* 7. Rot. *in Virdunen. Abbatia 5. Maii* 1614. cor. bon. mem. Buratto inter ejus impressas *dec.* 48. *num.* 9. prout recte, & rite fuerat in partibus pronunciatum per judicem executorem dictarum literarum.

23 Nec subsistere potest sententia obtenta in Rota a R. P. D. Motmaano, in gradu appellationis super validitate dictæ resignationis, quæ transitum in rem judicatam fecisse videtur ob non interpositam in tempore appellationem; quia respondetur, appellatum fuisse intra decennium, & clausulam, appellatione remota, ex adverso extortam in limine ferendæ sententiæ, non debere suffragari, tum quia non solet concedi contra eum, qui aliam favorabilem sententiam obtinuerat, ne actor, & reus dijudicentur ad imparia, *c. 2. de mutuis pet. lib. alt. Cod. de fract. & lit. expens.* Card. Tusch. *t. 6. concl.* 49. cum in judiciis semper inter partes sit æqualitas servanda, *leg. non debet actor. ff. de regul. juris l. fin. C. de procur.* Rot. *dec.* 462. *n.* 9. *& dec.* 529. *2. 3. p. 2. recent.* tum quia supervenit alia commissio reformatoria, directa Reverend. P. D. Queipo, qui procedat, perinde, ac si præinserta nunquam emanasset cum dicta clauf. appellatione remota:
24 tum denique, quia dicta sententia, tanquam notorie nulla, & injusta, non poterat transire in
rem judicatam, Felin. *in c. super litteris, num.* 15.
de rescrip. Seraph. *dec.* 1123. *n.* 6. Rot. *in Ferrarien.*
dotis 26. *Junii* 1623. cor. R. P. D. Ubaldo, & in
25 aliis. Injustitia resultat ex supradictis, nullitas
vero evidenter colligitur ex non integra actorum
transportatione, necessaria in hujusmodi causa
beneficiali, juxta dispositionem S. Conc. Trid.
sess. 24. *de reform. cap.* 20. & dicit Rot. *in Neapolitana domus* 14. *Martii* 1625. coram R. P. D.
meo Pirovano, quod est etiam conforme juri
26 communi, quia, non visis actis integris, sententia
dicitur nulla, tanquam lata sine causæ cognitione,
l. propter §. etsi quidem, ubi Butr. *num.* 6. *C. de judic.* cum aliis *in d. Neapolitana, & in Leodien. dominii de Stevordia* 3. *Junii* 1623. coram R. D. meo Cocc. Decano.

27 Quinimo etiamsi acta essent integra, adhuc suffragari non poterant, quia non fuerint legitime extracta, nempe ab actuario, vel successore in officio cum compulsoria, & partis citatione, prout requiritur, Rot. *decis.* 1. *de fide instit. in novis*, Mohed. *dec.* 8. *eod. tit.* & coram Greg. XV. *dec.* 469. *num.* 4. & fuit dictum *in Toletana spolii* 3. *Junii* 1626. coram R. P. D. Navarro, & *in Feretrana parochiali* 22. *Maii* 1628. coram Eminent. Cardin. Virili. Defectus autem non legitimæ trasportationis patet, ex quo notarius, qui, acta transumptavit, dicit in fine, illa habuisse ab adversario, antequam compulsoria ad partes Lusitanæ pervenire posset, ut ex ipsius data colligitur, nec nomen officii aliquo modo expressit, quin potius veritatem agnoscendo, dicit, se non esse actuarium hujus causæ, ex quo resultat præsumptio non integræ transportationis actorum, ut in puncto de processu extracto ab alio notario, quam actuario, vel successore in officio fuit dictum *in Algaren. dismembrationis 5. Junii* 1617. coram bon. mem. Remboldo, prout refert, & sequitur Beltramin. *in annot. ad decis.* 59. Greg. XV. *n.* 9. & optime consideravit D. meus Joannes Franciscus Perentilius, in hac causa Advocatus.

Nec denique obstat, quod res non esset jam integra, eo quod adversarius vigore præfatæ sententiæ, ut supra nulliter, & injuste latæ, obtinuerat mandatum de immittendo, & forsan ejus vigore se intruserat in possessionem dictæ parochialis, quia ea esset attentata, & in primis, & ante omnia veniret revocanda, ex *seqq.*

Primo, quod capta fuerit post appellationem 28
interpositam intra decennium non obstat extorta clausula, appellatione remota, ex dictis, tum quia illa non operatur, si constat de notorio gravamine, quod in hoc casu adest, Abbat. *in c. ex conqu. num.* 5. *de restit. in integ.* Gonzal. *ad reg. Cancel. glos.* 8. *§.* 1. *n.* 245. cum aliis citatis per me *in tract. de clausulis usufreq. clauf.* 9. *a num.* 2. *secundum Lugd. impress.* seu notoria injustitia, quæ hic adest, Cardin. Tusch. *com.* 1. *lit. A. concl.* 400. *num.* 3. Scacc. *de appellat. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 84. & ubi sententia est nulla, *c. inter cetera*, ubi Bald. *in princ. de re judic.* aut evidenter iniqua, Felin. *in cap. causam quæ n.* 3. *de re judic.* Caputaq. *dec.* 33. *p.* 1. & multo minus ea juvari potest, quando factum aliter se habet, Bald. *in c. super qu. col.* 2. *vers.* 2. *de offic. de leg.*

Secundo, quia supervenit dicta commissio re- 29
formatoria cum præfata clausula, *perinde ac si præinserta nunquam emanasset, &c.* quæ facit, ut omnia medio tempore gesta corruant, & inhibitio porrigit vires usque ab initio, ut fuit dictum *in Leodien. domin. de Holloria*, 25. *Junii* 1617. cor. R. P. D. Duran.

Tertio, quia judex subdelegatus, sive vigore 30
executorialium propter rem judicatam, sive vigore mandati de immittendo ex eisdem emanati procedens ad aliquam executionem, parte se opponente, semper dicitur attentare, quia partes illius sunt in referendo simpliciter, non autem in cognoscendo de causis contradictionis, Bald. *in d. c. super q. n.* 1. Cov. *var. l.* 3. *c.* 16. *n.* 7. & non poterat aliud facere, quam intimare dictum mandatum, quia de stilo tribunalis Sac. Rotæ, facta intimatione, & reo non acquiescente, debent servari quatuor termini ad docendum de paritione, qua non probata, proceditur ad censuras, & si secus fiat, intrant manifesta attentata, ut de mandato de immittendo propter rem judicatam fuit firmatum *in Vincen. Prioratus* 19. *Martii* 1610 coram Card. Pamphilio jun. & de executorialibus rei judicatæ Cassad. *dec.* 5. *n.* 10. *de causa possess.* Vestr. *in praxi l.* 8. *c.* 8. *n.* 16. *& seqq. in puncta*, Rot. *in Mediolanen. decimarum de Varisio*, 16. *Novembris* 1616. coram R. P. D. meo Pirovano.

Additio.

☞ Circa pensionem non imponendam Ecclesiis parochialibus, vide notata supra post n. 17.

F I N I S.

APPENDIX I.

ADDENDA AD CAP. VII.

§. *Parochi præter onus pag. 63, col. 2.*

Uod Sacramentum Confirmationis conferri possit pueris, licet ad usum rationis nondum pervenerint, juxta peculiares circumstantias in cit. §. expressas, & tunc potissimum, cum morbo decumbentes, sunt proxime morituri, novissime declaratum est a Sac. Cong. Conc. in Segobien., cum enim proposita sibi fuerint sequentia dubia sub die 23. Aprilis currentis Anni 1774.

I. An, attentis peculiaribus circumstantiis, Sacramentum Confirmationis administrari possit etiam pueris, & infantibus, nulla habita ætatis ratione, in casu &c.

II. An ministrari possit pueris, & infantibus, in mortis periculo constitutis, in casu &c.

Respondit ad I. affirmativè, nonnisi ex gravibus, & urgentibus caussis, super quibus conscientia Episcopi oneretur.

Ad II. affirmativè.

Idem insuper declaratum est a Sac. Congr. de Propaganda Fide in Instructione pro simplici Sacerdote, hoc Sacramentum ex Sedis Apostolicæ delegatione in partibus Infidelium administrante, Ipsius jussu edita, & sub die 1. Maii ejusdem hujus currentis Anni 1774., referente cl. Præsule, Stephano Borgia, dictæ S.Cong. Secretario, a SS. D. N. CLEMENTE XIV. feliciter regnante adprobata, ac die 4. ejusdem Maii publicata, ut ex sequenti §. = Quoad ætatem confirmandorum attinet, præ oculis habendum est Catechismi Romani monitum in hæc verba „Illud observandum est, omnibus quidem post Baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedite hoc fieri, antequam pueri usum rationis habuerint; quare si duodecimus annus non expectandus videatur, usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maxime convenit„ Quod sane monitum in pueris benevalentibus locum habet; nam si agatur de eo, qui gravi morbo laboret, ex quo decessurus prævideatur, non solum prohibitum non est illi ante septennium sacrum Chrisma administrare, *sed expedit, ut id fiat*, unde ex hac vita demigrans, majorem gloriam, juxta S. Thomæ doctrinam, in cœlis consequatur. Aliæ insuper, juxta prubatam plurium Theologorum sententiam, esse possunt legitimæ causæ antevertendi septennium in collatione hujus Sacramenti, & præsertim cum prævidetur futura diutina absentia Episcopi, vel Presbyteri, cui, ut supra, facta sit facultas illud administrandis, vel alia urget necessitas. =

Notandum est, quod quamvis in citata Instructione præscribantur vestes sacerdotales, cum quibus conferri debeat hoc Sacramentum, conferri tamen potest, ut ibidem declaratur §. *Hoc Sacramentum*, minus solemniter, & præsertim tunc, cum in privatis domibus, vel extra Ecclesiam, seu Oratorium, pueris ægrotantibus, de quibus supra, conferendum est, vel etiam adultis, qui ad Ecclesiam quacunque ex causa, legitima tamen, accedere nequeunt, adhibita saltem stola.

In sensu harum consultissimarum declarationum fuerunt etiam prius quamplures Archiepiscopi, & Episcopi ditionis ecclesiasticæ, ut palam faciunt eorum synodalia statuta, relata ab Illmo, & Rmo Francisco Maria Piccolomineo, Archiepiscopo Pirgensi in epistola ad me data sub die 29. Novemb. 1772., quibus, inhærendo doctrinæ S. Thomæ, hos pueros omnino confirmandos esse voluerunt; inter quos clarissimi Herminius Cardinalis Valenti in Synodo Faventina, celebrata an. 1615. Rub. XXI. num. 1., Alexander Borgia Archiepiscopus in Synodo Firmana secunda, celebrata an. 1738. cap. V. Item Santes Lanucci in Synodo Hortana, celebrata an. 1756. tit. II. cap. I. num. III., & præsertim zelantissimi Cardinales Jacobus cl. mem. Oddi in Synodo Viterbiensi, celebrata an. 1762. tit. II. cap. I. num, XX., Regia Celsitudo Cardinalis de York in Synodo Tusculana, celebrata an. 1763. cap. VIII. num. VII.; Petrus Paulus Tossius in Synodo Ferentina, celebrata an. 1767. par. II. cap. III. num. 5., qui omnes juxta egregia monita s. m. Benedicti XIV. docentis in tractatu Synodi diœcesanæ, non esse denegandam Confirmationem infantibus morituris, se declaraverant promptos, & paratos ad eos domi invisendos, & confirmandos, Parochis expresse injungendo, ut eis denunciarent ejusmodi pueros, in mortis articulo constitutos.

Quin laudatus Archiepiscopus Pergensis, cui nonnullis ab hinc annis demandatum fuerat, ut Romæ infirmos moribundos confirmaret, motus tanti Pontificis auctoritate, ad instantiam eorumdem puerorum parentum, & Parochorum, Confirmationem semper contulit pueris infirmis, septennio minoribus: & grassante anno 1772. pustulsrum (vulgo Vajoli) morbo, solo mense Augusti ejusdem Anni, in quo magis hujusmodi grassabatur morbus, ducentos sexaginta sex proxime morituros, ex quibus fere ducenti rationis usu carebant, confirmavit, ut patet ex Libello eorumdem Confirmatorum Parocho S. Joannis in Laterano ab eodem transmisso. Ac ad tollendas inte-

interim subortas difficultates circa confirmandos in mortis articulo constitutos, jussu sapientissimi Cardinalis Marci Antonii Columnæ, Vicarii SS. Domini Nostri Papæ CLEMENTIS XIV., eidem Archiepiscopo Pergensi confirmata fuit facultas eos confirmandi in quacumque ætate invenirentur, his verbis, ut ipsemet mihi retulit = Che poteva liberamente, e indistintamente cresimare tutti quelli, che fossero moribondi, o adulti, o bambini, che fieno di qualunque età. =

Quam quidem praxim hactenus etiam servataon fuisse constat ex legitimis documentis, relatis a præfato Archiepiscopo in citata ad me epistola, ab Archiepiscopo Urbinatensi Monti, & ab Episcopis Cagliensi Petrozzi, Forosempronienti Peruzini, Montis Alti Marcucci, nunc vigilantissimo Vicesgerente Eminentissimi Urbis Vicarii.

Cum autem contingere posset, ut infans aliquis morti proximus confirmatus convalesceret, & nesciens, se confirmatum fuisse, confirmari peteret, ad hoc iterationis periculum removendum, officium erit Parochi serio monere ejus parentes, & si his orbatus fuerit, consanguineos, vel patrinum, & matrinam respective, ut teneantur eumdem, postquam ad usum rationis pervenerit, certiorem reddere de jam habita hujus Sacramenti receptione, juxta monitum S. Caroli Borromei in Concilio provinciali mediolanensi primo: quod tamen tutius removetur, si Episcopus, ne dum injungat Parocho, cui incumbit onus eidem notificandi qui sint confirmandi, ut quorumcumque confirmatorum nomina, agnomina, & ætatem, eorumque parentes, patrinos, & matrinas in libro separato adnotet, sed etiam ut in libro pariter separato, custodiendo in propria Cancellaria, exacte describi faciat hos eosdem infantes confirmatos in mortis periculo constitutos, & nullum in posterum confirmet, nisi prius sibi constet, nec in dicto Parochi libro, nec in illo Cancellariæ esse descriptum. Quod idem observandum erit circa confirmatos in infantili ætate ex alia urgenti causa.

Neque incongruum credo hic referre vindicationem animadversionis objectæ laudato Borgiæ Archiepiscopo circa verbum *Oportet*, quo usus est in decreto laudatæ ipsius secundæ Synodi de confirmandis infantibus proxime morituris, quasi ex eo inferri potuisset absoluta necessitas eos confirmandi.

En verba dictæ vindicationis, prout leguntur in Chronica Firmana ejusdem Archiepiscopi an. 1739. num. 14.

= Interim Romæ quæstio movebatur, primo contra Episcopum Septempedanum, quod infantes morituros chrismate confirmasset; deinde contra nostræ secundæ Synodi de Sacramento Confirmationis, præsertim contra verba illa, quod instante periculo mortis, nulla habita ratione ætatis, *Infantem confirmari oportet*; verbum enim *oportet* ad ostendendam necessitatem usurpatum esse a nobis Romæ opinabatur; idque nomine Sacræ Congregationis Concilii mihi per privatas literas Gasparis Rugiæ, qui res meas in Urbe curabat, significabatur. Ego contra reposui, aliud esse *oportere*, quod conveniens, & utile demonstrat, aliud autem *opus esse*, quod infert necessitatem; & quamvis in Sacris Literis quandoque *oportet* idem sonet, ac *necesse est*, quandoque tamen ad significandam utilitatem adhiberi. Ita Lucæ cap. XIII. *Sex dies sunt, in quibus oportet operari*, & cap. XV. *Epulari autem, & gaudere oportebat*, & cap. XVIII. *Oportet semper orare*, & XIX. *hodie in domo tua oportet, me manere*. Nos sententiam Divi Urbani Papæ, relatam can. I. distinctione V. de Consecratione, & doctrinam Divi Thomæ 3. part. quæst. 72. art. 8. secutos de hac re statuisse, & quidem mitiori voce; illi enim verbo *debent* usi sunt, nos autem verbo *oportet*. Recepi tamen, me pro concione populo explicaturum (prout feci) per decreta nostræ Synodi necessitatem inductam non esse, sed ostensam utilitatem. Ceterum de his egregie scripserat Josephus Catalanus in Commentariis suis ad Pontificale Romanum, *Tom. I. tit. I. de Sacramento Confirmationis*, & post obmotam hanc quæstionem iterum de eadem re scripsit in eisdem Commentariis, *Tom. III. tit. XXI.* ubi pag. 227. & praxim Episcopi Septempedani, & decreta Synodi nostræ commendat, atque auctoritate, & exemplis illustrat. =

Qua vindicatione serio perpensa a R. P. D. Cavalchini, tunc Secretario, & Sacræ Congregationi relata, hæc satis reprobatam, & dilutam fuisse censuit objectam animadversionem, ut Benedictus XIV. paulo post ad Pontificatum assumptus, testatus est eidem Archiepiscopo.

ADDENDA

AD CAPUT XI.

Post §. Nota ex Decreto pag. 97. col. 1.

Circa obligationem Parochi applicandi Missam pro populo die festo.

Si quis autem Parochus, tamquam insimul unus de Capitulo, adstrictus sit Missam conventualem applicare pro Benefactoribus, alteram eo die (intellige die festo de præcepto) per alium applicare tenetur pro populo juxta sequentia Decreta Congr. Concilii, relata in diœcesana Synodo Baptistelli, Episcopi Fulginatensis, cap. VII §. VII. videlicet in Viterbien. 31. Martii 1708. in Sutrina Missæ parochialis 12. Januarii 1709. in Tusculana Missæ conventualis 13. Aprilis 1709. in Balneoregien. Missæ paroch. & convent. 19. Augusti 1713. ad 6. & 10 Amalphitana oneris Missar. 13. April. 1715. ad 7. & apud Monacell. tom. 2. pag. 219. sub num. 20. & t. 4. pag. 100. num. 120.

Notandum vero, quod Parochus, ordinarie loquendo, ad hanc applicationem ita arctatur; ut neque, præsente cadavere, in Dominicis, aliisque festis diebus celebrare possit Missam pro defuncto, & ad alium diem transmittere Missam pro populo applicandam, neque huic applicationi pro populo supplere possit per alium Sacerdotem, ut declaravit Congreg. Concil. in Fesulana Missæ parochialis 26. Januar. 1771.

Ad hanc autem applicationem pro Benefactoribus in genere ex novissimo decreto Congr. Conc. in Imolen. Missæ conventualis 26. Jan. 1771. non tenetur Ecclesia receptitia, seu communialis Capellanorum illi addictorum, quamvis teneantur ad horarum canonicarum recitationem, eo pari modo, quo tenentur Canonici Cathedralium, & Collegiatarum, cum ex hoc dicta Ecclesia non dicatur Collegiata, de qua tantum loquitur tam Decretalis Honorii III. relata in cap. XI. *Cum Creatura, de celeb. Missar.* ut notavi post dictam Decretalem in Opere, cui titulus = Expositio Juris Pontificii &c. pag. 539, quam cit. Benedictina Constitutio; quemadmodum etiam sentit idem Benedictus de Sacrif. Missæ lib. III. cap. VIII. n. 3, & 4. ac Instit. ecclesiast. in CVII. in ordine §. 11. num. 12. 14. & 16. Videatur Pasqualig. de Sacrif. Missæ q. 88. num. 1. & seqq. atque additio ad Ferraris Prompta Biblioth. verbo Collegiata num. 11. & seqq.

ADDENDA

AD IDEM CAPUT XI.

Post §. Idem Pontifex pag. 102.

Nota, quod neque Parochus, neque alius quilibet Sacerdos tenetur applicare Missam pro omnibus fidelibus defunctis die 2. Novembris in commemoratione omnium eorumdem defunctorum, sed est in ipsius arbitrio illam applicare pro particulari persona, eleemosynam dante, vel pro testatore, si pro eodem applicare teneatur ratione capellaniæ, aut legati, ex sequenti decreto Congr. Rituum in una Dalmatiarum sub die 4. Augusti 1663. relato a Merati in Additionibus ad Bartholomæum Gavanto, *Tom. I. tit. V. de Missis defunctor. X. Rubrica* = In die commemorationis omnium fidelium defunctorum Sacrificia possunt a Sacerdotibus celebrantibus applicari ad libitum, scilicet vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro aliquibus tantum. =

Et quamvis Benedictus XIV. tam in Appendice IV. de sacrif. Missæ §. *Novimus*, tam in Const. *Quod expensis* 26. Augusti 1748. nullam mentionem faciat de dicto decreto, sed indecisam relinquat controversiam Moralistarum, non satis inter se convenientium, an applicanda sit pro dictis omnibus defunctis, an vero pro aliqua peculiari persona; in utroque tamen loco hortatur Sacerdotes, ut pro eisdem applicent.

Non obstante autem præfato decreto, Missa tam privata, quam solemnis dicenda est illa, quæ est prima in ordine pro omnibus fidelibus defunctis juxta Rubricam Missalis.

ADDENDA

AD CAPUT XIII.

Post num. 40. pag. 120. col. 2.

Cum in citat. Extravaganti *Ambitiosæ* indultum sit, dari posse in emphiteusim sine beneplacito apostolico res Ecclesiæ ab antiquo concedi solitas; si queras, quando dicantur solitæ concedi, Fagnanus in cap. II. *Ex parte* tit. de reb. Eccles. non alienandis num. 7. post relatas DD. sententias, variantium in assignandis vicibus emphiteuticationis ante factæ, amplectitur romanæ Rotæ opinionem ibi= Sed tamen Domini de Rota decis. 160. num. 5. parte II. divers. pluribus citatis, dicunt, illud solitum probari, aut per duas locationes cum cursu quadraginta annorum, aut per unam solemniter factam, & hanc esse communem conclusionem, quam tenuit Rota in Zamoren. locationis coram Seraphin. 24. Decembris 1579. =

Subdit vero n. 8. hanc limitationem = E converso autem res dicitur non amplius solita infeudari, quando Prælatus eam descripsit inter bona mensæ Ecclesiæ, vel quando per multum tempus collegit fructus ipsius rei solitæ infeudari, prout facere consuevit ex aliis rebus, & bonis mensæ incorporatis =

Præter hanc limitationem crederem, addendam & alteram, videlicet regulam a Rota firmatam locum habere non posse, si post primam, vel secundam, ac ulteriorem emphiteuticationem in tertiæ, vel alterius instrumento apponerentur nova diversa pacta, in antecedentibus non apposita, Ecclesiæ utilitati nociva; cum tunc esset novus contractus, non continuatio antecedentis.

APPEN-

APPENDIX II.

UM de diversitate Parochorum, eorumque congrua, præheminentia, & præcedentia, ac parochiarum limitibus, erectione, unione, suppressione, & reparatione, non satis in hoc Barbosæ Opere sermo institutus sit, ad pleniorem earumdem rerum notionem opportunum duxi eidem adnectere tria sequentia capita, ex professo eas tractantia, desumpta ex præclaro Opere recentioris Auctoris a Benedicto XIV. in tractatu de Synodo Diœcesana summopere commendato, Joannis Baptistæ Braschi, Archiepiscopi Nisibeni, cui titulus: *Promptuarium Synodale*: Benedicto XIII. dicatum, & Romæ typis datum anno 1727. in Typographia Francisci Zinghi, & Josephi Monaldi, unico tantum Tomo a laudato Auctore exhibitum, cum morte præventus, alterius, quem promiserat, non vulgare posteris desiderium reliquit: quod in causa est, ne, ut inperfectum, typis iterum detur, & ut non ita facile venale prostet.

CAP. CXIX.

De Parochis Cathedralium, nec non de parochiis pertinentibus ad Capitula Canonicorum: ad Monasteria Regularium: & ad Loca Pia.

SUMMARIUM.

1 *Parochus Cathedralis non debet se immiscere in alienis parochiis.*
2 *Ubi Cura incumbit Capitulo &c. potest pro ea deputari Vicarius.*
3 *Imo debet deputari, ut Pastorem certum habeant oves.*
4 *Quam Vicariam potest Episcopus facere perpetuam, non obstante &c.*
5 *Modo erigatur in titulum, & Capitulo relinquatur jus eligendi Vicarium.*
6 *Posita erectione Vicariæ, cura incumbit privative soli Vicario.*
7 *Potest Episcopus talem curam unire alicui determinatæ dignitati, vel &c.*
8 *Non vero unire illi alias parochias ab ea Ecclesia extraneas.*
9 *Methodus servanda quoad Parachos spectantes ad Ordinem Melitensem.*
10 *Hi Parochi subsunt Episcopo, & ad omnia tenentur, ad quæ alii Parochi.*
11 *Enumerantur plura, ad quæ tenentur dicti Parochi.*
12 *Tenentur interesse Synodo, Conferentiæ Casuum conscientiæ, aliaque de ipsis.*
13 *Idem dicendum de Parochis spectantibus ad Ordinem Teutonicum.*
14 *De Parochis Monasteriorum, ubi permanent Generales Ordinum &c.*
15 *Parochiæ unitæ Monasteriis sunt subjectæ Episcopo &c.*
16 *In iis non ponendi Parochi, nisi approbati ab Ordinario.*
17 *Qui sint Parochi sæculares. Vicarias eorum fas est facere perpetuas.*
18 *In quibus casibus hæ Vicariæ non possint fieri perpetuæ.*
19 *Semel facto decreto perpetuitatis, vel amovibilitatis, non potest mutari.*
20 *Tuncque jura, & onera parochialia transferuntur in Vicarium.*
21 *Ab erectione Vicariæ in perpetuam non datur appellatio &c.*
22 *Non privandus Conventus cura, etiam ob defectus &c sed tunc &c.*
23 *Nec parochia unitæ Monasteriis committendæ cuiquam sine consensu &c.*
24 *Monachorum est ibi eligere Vicarium, & Episcopi illum approbare.*
25 *Casinenses, & Cistercienses habuerunt, ut possint suas Vicarias exercere.*
26 *Quod olim permittebatur etiam aliis Regularibus, qui erant populo grati.*
27 *Jam vero curæ sæculares unitæ &c. committendæ sunt Presbyteris sæcularibus.*
28 *Possunt nihilominus etiam a Regularibus exerceri, quibus unitæ sunt.*
29 *Parochiæ sæculares non committendæ Regularibus, nisi &c.*
30 *Neque uniendæ, neque commendandæ conventibus Regularium.*
31 *In Indiis parochiæ sæculares subsidiarie committi possunt Regularibus.*
32 *Regulares officio Parochi fungentes, semper sunt amovibiles.*
33 *Etiam non expressa causa. Et idem de Vicariis sæcularibus amovibilibus.*
☞ *Vide Additionem.*
34 *Parochiæ unitæ Monasteriis non conferendæ per viam concursus.*
35 *Quomodo se præcedant Regulares exercentes curam animarum.*
36 *Isti tenentur residere una cum socio apud ipsam parochiam.*
☞ *Vide Additionem.*
37 *Nec ab ea discedere valent, nec alium pro libito subrogare.*
38 *Tenentur applicare missam diebus festis pro suo populo.*
☞ *Vide Additionem.*
39 *Et facere sacras functiones, aliaque similia, non secus ac Parochi sæculares.*
40 *Cura inhærens Ecclesiæ Monialium, ad aliam Ecclesiam transferenda est.*
41 *Parochi regulares habent easdem prærogativas, ac sæculares.* ☞ *Vide Addisionem.*
42 *Agitur de parochiis unitis Collegiis, & Locis piis.*
43 *Epistola Sacr. Congregationis circa Curas unitas monasteriis.*

44 De-

44 *Decretum ejusdem Congregationis de consimili materia*. ☞ *Vide Additionem*.

1 Ecclesiis cathedralibus inesse solet ut plurimum Cura parochialis; de qua Episcopus multa reperiet apud *Michaelem Antonium Frances de Eccl. cathedr. cap. 21. per tot.* examinantem inter cetera, quænam Sacramanta ibidem valeant administrari aliarum incolis parochiarum. Sane Parocho cathedralis fas non est Curam animarum exercere in alienis parochiis, cum habeat suos peculiares limitea, quos non potest excedere. Et alienis quoque subditis confluentibus ad ipsam cathedralem non est eidem liberum privata auctoritate illa Sacramenta exhibere; quæ in unaquaque parochia peculiari sunt earumdem incolis ministranda, *Sac. Cong. Conc. in Eugubin.* 20. *Septemb.* 1628.

2 Alicubi Curæ parochiales inhærent capitulis cathedralium, vel collegiatarum Ecclesiarum, de quibus in *cap. statutum 22. de elect. in 6.* Respectu ad quas munus Episcopi est solertiam adhibere, ut animarum regimen ibidem ab idoneo Sacerdote laudabiliter exerceatur. Quod, ut melius ad effectum perducatur, potest Episcopus Curam ipsam subtrahere capitulo, & illam erigere in Vicariam, assignata Vicario competenti mercede, ad formam *Concil. Trident. sess. 7. cap. 7. de reform.*

3 Quam profecto erectionem Vicariæ nedum posse fieri, verum etiam debere censuit *Sac. Congr. Concil. in Acernen. an. 1645, & 5. Maii 1646.* ac in *Isernien. 2. Junii 1696. ad 1. & 2.* Non enim expedit, Curam esse apud personam incertam confuse, promiscue, ac turmatim exercendam, Fagnan. *in cap. ex parte 6. n. 14. de off. Vicar. lib. 1.* cum & oves cognoscere debeant Pastorem suum, & Pastor suas ovea, *Joan. cap. 10. n. 14.*

4 In arbitrio autem Episcopi est Vicariam ipsam Curæ animarum, quæ alias incumbebat capitulo, (& eidem de incumbente alicui Monasterio utriusque sexus, Collegio, Beneficio, Præbendæ, aut Loco pio) facere perpetuam, non obstante consuetudine, etiam immemorabili, deputandi Vicarium ad nutum Capituli, Conventus, & aliorum, ut supra amovibilem. Quippe Concilium Tridentinum loco citato hanc facultatem Ordinario concedit, cujus vigore dictam perpetuitatem decernere potest, *Sacr. Cong. deputat. in Augustan. 4. Septemb. 1696. ad 5.* & in *Romana S. Marci 28. Januarii 1700.* Eamdemique perpetuitatem deposcit *S. Pius Pap. V. Const. 47.* quæ incipit, *Ad exequendum*. Et *Constit. 74.* cujus initium est, *Quantum animarum*, ac dudum antea *cap. extirpandæ 30. §. Qui vero de præbend.*

5 Dummodo tamen Vicaria perpetua erigatur in titulum beneficii, *Sac. Cong. Conc.* apud Fagnan. *in cap. Ad audientiam 31. numer. 100. de rescript. lib. 1.* Et Capitulo relinquatur facultas eligendi Vicarium, prævio examine, ab Ordinario approbandum, prout statuit *S. Pius Pap. V. d. Const. 47. §. 4.* Sed ita, ut Capitulum eligere debeat Vicarium intra breve aliquod tempus. Porro hunc eligendum esse intra octo dies, alioquin electio ad ipsum Ordinarium devolvatur, decrevit *Sac. Cong. Episc. in Assisien. 14. Novem. 1603.*

Qua posita erectione Vicariæ parochialis, totum, atque totale Curæ exercitium incumbere debet in omnibus, & per omnia ipsimet Vicario privative quoad cunctos Canonicos, & Dignitates Capituli, *Sac. Cong. Conc. in Isernien. 2. Junii 1696. ad 4.* Et idem dicendum est, si Cura parochialis unita fuerit alicui peculiari Dignitati, vel determinato Canonicatui Capituli. 6

Etenim potest Episcopus animarum Curam Capitulo incumbentem de illius consensu, per viam unionis perpetuæ transferre in aliquem certum Canonicum, vel Dignitatem ejusdem Ecclesiæ, *Sac. Congr. Concil. in Campsan. 1. Julii 1647.* Tuncque non poterit renunciari parochia, retento illo Canonicatu, aut Dignitate, cui fuit unita, *Sac. Cong. Episcop. in Nolitan. 4. Junii 1602.* Eademque Dignitas, aut Canonicatus libere conferri debet, non per concursum, *Sac. Cong. Conc. 26. Januar. 1601. & in Sipontin. 17. Augusti 1630.* 7

Ceterum Capitulis cathedralium, atque collegiatarum, ac præbendis earum extra dictum casum fas non est unire alias Curas parochiales in civitate, vel Diœcesi constitutaa, *Conc. Trident. sess. 24. cap. 13. de reform.* Quod si aliquæ iisdem fuerint præcedenter unitæ, in ipsis quoque deputandus est Vicarius, ut supra, qui easdem regat ad tramites ipsiusmet *Concilii sess. 7. cap. 7.* ut & oves certum habeant Pastorem, quem sequi debeant, & e converso certa sit persona, quæ sciat illud onus sibi incumbere, ac a qua Ordinarius rationem exigere valeat parochialis ministerii, *Card. de Luc. adnot. ad Conc. disc. 9. num. 2.* 8

De parochiis pertinentibus ad Ordinem Æquitum Melitensium, regulariter hoc servatur, quod aliqua illarum vacante, Ordinarius eidem præficiat idoneum Sacerdotem, qui exerceat Curam animarum; nec non statuat Æquiti nominaturo Parochum aliquem brevem temporis terminum ad præsentandum Rectorem ab ipsomet Ordinario approbandum; alias, eodem termino elapso, Antistes concedere potest parochiam cui maluerit, vel ut amovibilem, vel ut perpetuam, prout moris fuerit, *Sac. Cong. Episcop. in Perusin. 11. Januar. 1587.* 9

Parochi curam animarum exercentea in Ecclesiis ejusdem Ordinis Militensis, quoad curam ipsam subsunt in omnibus visitationi, correctioni, & jurisdictioni Episcopi, *Sac. Cong. Concil. in Augustan. 26. Januarii 1627.* Et observare tenentur decreta Sacr. Conc. Trident. parochiale munus concernentia, *S. Pius Pap. V. Constit. 77.* quæ incipit *Etsi cuncta*, & *Constit. 136.* cujus initium est, *Exposcit.* potestque Ordinarius illos corrigere, atque compellere ad omnia obeunda, quæ alii parochi adimplent, *Gregorius Pap. XIII. Constit. 67.* exordium habente, *Circumspecta*. 10

Signanter potest eos cogere ad publicas Processiones, *S. Cong. Episcop. in Cæsenaten. 28. Apr. 1599.* Ad interessendum, & cooperandum consecrationi Oleorum sacrorum, si alii quoque Parochi teneantur, *eadem in Faventin. 20. Maii 1586.* Ad expositionem Sacramenti sanctissimi per 40. Horas pro eorum turno, *ipsamet 27. Septembr. 1619.* & ad procurationem contribuendam occasione sacræ Visitationis, nisi adsit con- 11

tra-

traria consuetudo, *S. Congr. Concil. in Augustan.* 26. *Junii* 1627.

12 Potest eos quoque obligare, ac remediis Juris compellere ad interessendum Synodo diœcesanæ, atque Congregationi casuum conscientiæ, ibidemque responsa dandum, & differendum adinstar aliorum Parochorum, in loco per Episcopum præscribendo, etiam si sint Fratres Capellani, *Sacr. Cong. Concil. in Ilerden.* 17. *Julii* 1683. *ac* 9. *Septem.* 1684 & dudum antea 4. *Maii* 1598. Demum eos potest etiam amovere, si amovibiles sint, nec, ut debent, suo fungantur officio. Qua de re infra redibit sermo.

13 Idem dicendum est de Parochis exercentibus curam animarum in Ecclesiis parochialibus pertinentibus ad Ordinem Teutonicum, in omnibus enim, quæ curam ipsam concernunt, subsunt Ordinario. Hicque, prout opus fuerit, ad normam decretorum Concilii Tridentini, & sacrorum Canonum potest eos corrigere, atque punire, *Sac. Cong. Concil. in Camien.* 6. *April.* 1631.

14 Quantum ad parochias unitas Regularium Monasteriis, in quibus Abbates generales, vel Capita Ordinum sedem orinariam principalem habent, vel domibus, in quibus Regularium Superiores jurisdictionem episcopalem, & temporalem exercent in Parochos, & parochianos, aut Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, est servanda sanctio *Concil. Trident. sess.* 25. *de Reg. cap.* 11. *S. Cong. ejusdem mens. Januarii* 1606.

15 Aliæ vero parochiæ, ipsarumque Parochi animarum curam exercentes in personas sæculares, tametsi unitæ Monasteriis Regularium utriusque sexus, quoad ea, quæ concernunt eandem Curam, & administrationem Sacramentorum, ac quæ dependent ab illa, subsunt immediate jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi diœcesani, *Concil. Trid. loc. cit.* Gregor. *Pap. XV. Constit.* 18. quæ incipit *Inscrutabili*, *Sac. Cong. Episc.* 5. *Junii* 1627.

16 Potest, & debet Episcopus prohibere, ne in iis ponantur Parochi, seu Vicarii, tam perpetui, quam amovibiles, nisi præhabito illius consensu in scriptis, ac prævio examine coram se, vel ejus Vicario generali faciendo, illius Sacerdotis, qui curam animarum suscipit exercendam, etiamsi fuerit Sacerdos regularis ejusdem Ordinis, cujus est Monasterium, a quo parochia dependet, *Concil. Trid. ubi supra Urban. Pap. VIII. Constit.* 230. quæ incipit *Alias*.

17 Similiter potest decernere, quod in parochiis, quæ unitæ sunt Monasteriis, exercetur animarum Cura non per Regularem, sed per Presbyterum sæcularem Vicarium amovibilem; vel etiam parochias ipsas erigere in Vicarias perpetuas, si ita judicaverit expedire, *Concil. Trid. sess.* 7. *de reform. cap.* 7. S. Pius Papa V. *Constit.* 47. quæ incipit *Ad exequendum*, Sacra Cong. *ejusdem Concil.* apud Garciam *de Benef. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 12. Et recentius in *Tudertin.* 8. *Augusti* 1693. etiamsi parochiæ sint unitæ Monasteriis Canonicorum Regularium, Fagnan. *in cap. Quod Dei* 5. *n.* 14. *de stat. Monach. l.* 3. servatis reliquis, quæ dicta sunt in præsenti *cap. n.* 4. 5. & 6.

18 Sed si unio parochiæ Monasterio facta esset per viam concordiæ per Sedem Apostolicam approbatæ de serviendo ipsis per Vicarium amovibilem, non posset Vicaria perpetua ibi erigi, Barb. *ad Concil. loc. cit. num.* 16. Neque in parochiis, quæ sunt non simpliciter unitæ Monasterio, sed inhærentes, & incorporatæ Ecclesiæ loci conventus, cui a primæva sui fundatione incumbat Cura animarum, & vocantur parochiæ de mensa Monasterii, de quibus dictum est *cap. præced. num.* 35. Gallemart. *in Concil. Trid. sess.* 7. *cap.* 7. Pignatell. *tom.* 9. *consult.* 157. in his enim servanda est dispositio dicti *Concil. sess.* 25. *cap.* 11. *de Regul.* ubi Barbos. *num.* 2, & 24.

Factaque semel erectione Vicariæ in per- 19
petuam, juxta decretum *Concil. Trid. sess.* 7. *c.* 7. & Bullam 47. *S. Pii Pap. V.* quæ incipit, *Ad exequendum*, semel itidem facto decreto, quod Vicaria parochiæ spectantis ad Monasteria, & Grangias Regularium esse debeat amovibilis; non est amplius integrum Ordinario, ejusque Successoribus perpetuam Vicariam facere amovibilem, & e contra, *Sac. Cong. super stat. Regul.* 8. *Octob.* 1670.

Itidem post constitutam Vicariam cuncta one- 20
ra, & munia parochiali Ecclesiæ incumbentia, separantur a Monasterio, transeuntque in Vicarium pro tempore parochiam exercentem, *Sacr. Cong. Concil. in Aversan.* 31. *Maii* 1607. *in Vasionen.* 22. *Augusti* 1637. & in *Conimbricen.* 14. *Novembris* 1648. Ad eumdemque Vicarium, non ad Regulares pertinet Sacramenta ministrare, Matrimonia, Excommunicationes, Indulgentias publicare, pauperes eleemosynis piorum hominum commendare. Quartam funeralem accipere, aliaque similia peragere, *Sac. Cong. Episcop.* apud Nicol. *in Flosc. V. Parochus n.* 8.

Ab erectione Vicariæ Curæ parochialis unitæ 21
Monasterio Regularium, ex amovibili in perpetuam, non datur appellatio ad effectum suspensivum, non obstantibus privilegiis, exemptionibus, & etiam consuetudine immemorabili, *Concil. Trid. sess.* 7. *cap.* 7. *Sac. Cong.* ejusdem apud Garciam *de benef. part.* 11. *cap.* 12. *n.* 4. 7. 11. & 12. Oportet vero id fieri in actu Sacræ visitationis, Barbos. *Jur. Eccl. univers. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 5. & ad Concil. *sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 31. Et sic in Synodo non poterit hoc decerni.

Non potest Ordinarius imponere pœnam pri- 22
vationis Curæ animarum conventui, eam non recte administranti, nec ipsam illi auferre, etiam propter graves defectus in eadem commissos, per Regulares ipsam exercentes, *Sac. Cong. Episcop. in una Barnabitarum* 30. *Maii* 1631. sed recurrendum est ad Sedem Apostolicam pro remedio utiliter adhibendo, vel erectione parochiæ in Vicariam poterit provideri, quatenus de jure sit locus ipsimet erectioni, prout hucusque dictum est.

Eodem modo non potest Episcopus decernere, 23
nec etiam in Synodo, quod Vicariæ parochiarum perpetuæ, sive amovibiles, libere conferantur, & independenter a Regularibus, quorum sunt Monasteriis unitæ, nam ipsis Regularibus conservandum est illæsum jus præsentandi Sacerdotem, qui Curam exerceat, ab Ordinario approbandum, *S. Pius Papa V. Const.* 47. quæ incipit *Ad exequendum*, Barbos. *ad Concil. sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 23. & *Jur. ecclesiast. univ. l.* 3. *cap.* 6. *num.* 45.

Qua-

24 Quamobrem Regulares eligere possunt ad eamdem Vicariam quemcumque maluerint Sacerdotem, pro eorum, non pro Episcopi arbitrio. Attamen ad ipsum Episcopum spectat examinare, ac approbare nominatum, quoad scientiam, quoad mores, & quoad habilitatem ad exercendum munus parochiale, illumque bene discutere, antequam Curæ præficiatur, *cap.* 1. *de capel. monac. Sac. Cong. Concil.* apud *Piasec. prax. Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 46.

25 Monachis Casinensibus indultum fuit, ut Cura animarum in parochialibus Ecclesiis, quæ sunt membra suorum conventuum, vel ab eis dependent, possit exerceri per aliquem ex ipsis Monachis amovibilem ad suorum nutum Superiorum, sed ab Episcopo approbandum, *Urban. PP. VIII. Constit.* 230. quæ incipit *Alias*. Idemque concessum fuit Monachis quoque Cisterciensibus. Et quod ab hisce nominati debeant admitti, declaravit *S. Cong. Episcop. in una Cisterciensium* 22. *Septem.* 1620, *ac* 22. *Decem.* 1621.

26 Atque generaliter, quod animarum Cura possit exerceri per Regulares, quando sunt grati populo, ac expetiti a Domino loci, decrevit ipsamet *Sac. Cong. in Aquens.* 5. *Novem.* 1602. Consonant & quæ ipsamet decrevit *in Pampilonen.* 26. *Novem.* 1591. & in *Aretin.* 1595. Sed quidquid olim fuerit de hac re, jam nunc sublata est facultas Regularibus exercendi Curam animarum in parochiis, quæ non sunt de mensa eorum conventus.

27 Et ita ubicumque sunt parochiæ positæ in Hospitiis, & Grangiis Monasteriorum, sive quomodolibet membra istorum non debet Cura animarum exerceri per Regulares, sed committenda est Presbyteris sæcularibus, quos ipsi Regulares nominent, *cap.* 1. *de capel. Monach.*, *& Sac. Cong. Episcop.* 10. *Decem.* 1652. Quod etiam jussu Innocentii Pap. X. per literas encyclicas Episcopis transmissas insinuavit *Sac. Cong. super statu Regul.* 30. *Maii* 1653. cujus verba inferius referentur *num.* 43.

28 Attamen non erit, cur interdum ex tollerantia Ordinariorum, ubi causa justa concurrit, non possint Regulares amovibiliter præfici parochiis unitis, vel dependentibus ab eorum Monasteriis, *Sac. Cong. Concil. in Aurien.* 4. *Martii, &* 2. *Maii* 1693. Qua nihilominus in re ipsimet Ordinarii debent admodum circumspecte procedere.

29 At vero non possunt committi Curæ parochiales sæculares Regularibus, nisi forte ad breve tempus, quando non inveniuntur Presbyteri sæculares, *Sac. Cong. Episcop. in Albinganen.* 23. *Julii* 1585. Et tunc non in titulum, seu Vicariam, sed tamquam ad nutum amovibilibus, *Eadem in Ferentina* 8. *Augusti* 1581. & in *Dertonen.* 26. *April.* 1583. vel tamquam Œconomis, *Ipsamet* 17. *Martii* 1645. *&* 15. *Februarii* 1647.

30 Nunquam vero uniri potest parochia, etiam inopia laborans, conventui Regularium, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 13. *de reform.* parochia inquam, vere talis actu, non autem solo habitu, *Sac. Cong. Concil. apud* Garciam *de Benef. part.* 5. *cap.* 3. *numer.* 121. *in addit.* Imo & nec pars parochiæ, tametsi Parocho incommoda, uniri potest conventui, ut supra. Neque Regularibus potest etiam ob commoditatem populi commendari, sed si opus est, erigi debet ibi nova parochia, vel coadjutor Parocho adjungi, *Sac. Cong. Episc. in Viglevan.* 8. *Novem.* 1581. *& in Montis Regalis Subalpinor.* 17. *Januar.* 1600.

In Indiis autem, ubi quandoque deficiunt Presbyteri sæculares, præfici possunt Regulares parochiis, *S. Pius Papa V. Constit.* 34. quæ incipit, *Exponi*. Pariter & in eumdem sæcularium Presbyterorum defectum, alibi quoque posse ad aliquod tempus præfici parochiis Regulares, censuit, *Sac. Cong. Episcop. in Cameracen. S. Benedicti* 9. *Novem.* 1629. 31

Sane quocumque modo aliquis Regularis assumatur ad regendam parochiam, sive de mensa, sive unitam Monasterio, Regularis, inquam, idem semper est, & esse debet amovibilis ad nutum, tam Ordinarii, quam suorum Superiorum: neque contra remotionem potest reclamare, neque reclamans audiendus est, *Sac. Cong. Concil. in Romana* 17. *Decembris* 1689. *& Sacr. Cong. Episcop. in Mediolan.* 4. *Septemb.* 1693. 32

Et quidem ad nutum Ordinarii amoveri potest *cap.* 1. *de capel. Monach.* etiam non expressa causa demerentiæ: nec enim causam allegare debet, multoque minus illam justificare. Quod verum est nedum de Regularibus exercentibus curam animarum; verum etiam de Presbyteris sæcularibus, Vicariam parochialem amovibilem obtinentibus, *Sac. Cong. Conc. in Camerinen.* 18. *Septemb.* 1627. 33

Additio.

☞ Allata decreta Cong. Conc. confirmata fuerunt a Benedicto XIV. tum in Constit. *Firmandis* §. XI. sub die 6. Novemb. 1744. tum Constitut. *Cum nuper* §. V. sub die 8. Novemb. 1751. Non obstante tamen hac facultate, tam Ordinario, quam Superiori regulari tributa, caute, ac prudenter ab utroque in remotione procedendum esset, ne nota infamiæ Parocho inureretur, ut potissimum contingeret, si hic in maxima esset existimatione apud parochianos; qui extemporanee remotum audientes, facile suspicari possent, ipsum alicui crimini esse obnoxium. Et in hoc casu, sicuti Parochus sæcularis amovibilis amoveri de facto nequit absque legitima causa, ut ipsius consuletur bonori, prout notatur in sequenti cap. o. 16. & 19. par ratio militare videtur de Parocho regulari.

Quamvis autem sit in arbitrio Superiorum regularium Parochos regulares removere; non nimia tamen frequenter amovere debent sine gravi causa; frequens enim eorumdem mutatio non parum incommodi afferre posset animarum regimini, ut mens fuit Congr. Concilii; cum siquidem Episcopus Alexandrinus sæpius conquestos fuisset de hac frequenti mutatione apud dictam Congregat. in relationibus status suæ Ecclesiæ occasione Visitationis sacrorum Liminum, hæc die 24. Januarii 1632., & die 12. Augusti 1634. respondit, a se actum fuisse cum Superioribus Ordinum regularium, ut curarent, ne nimis frequenter amoverentur, sed saltem ad triennium

nium deputati, & approbati ad curam animarum in illius exercitio permanerent.

34 Non potest Episcopus decernere, quod Regularium parochiæ, quæ committuntur Regularibus, conferantur per viam concursus, hocque generale est de cunctis beneficiis Regularibus, *Sac. Cong. Concil. apud* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.*6. *num.* 62. Et etiam de parochiis unitis Monasteriis, quæ exercentur per Vicarium Presbyterum sæcularem, *eadem in Vasionen.* 22. *Augusti* 1637. Rota *in Leodien. parochialis* 11. *Januarii* 1706. *n.*11. *cor. Kaunitz*.

35 Ubi Regulares exercent Curam animarum, in Processionibus, & actibus parochialibus, non inter se, præcedunt secundum prioritatem,& prærogativam Religionis, cui cura commissa est, vel a qua Cura ipsa dependet, sed secundum anterioritatem, & prærogativam Ecclesiæ parochialis, quam regunt, *Sacr. Cong. Rit. in Asten.* 21. *Martii* 1609.

36 Item Regulares deputati ad exercendam alicubi Curam animarum extra Ecclesiam de mensa sui conventus (sive ex privilegio, sive ex permissione Ordinarii in casibus, in quibus potest) residere tenentur apud eamdem una cum socio sui Ordinis, *Urban. Pap.VIII. Const.*230. quæ incipit *Alias*, *Sac. Congr. Concil. in Bonnien.* 16. *Martii* 1630. *ad* 3. etiamsi sint Canonici Regulares, *cap. quod Dei timorem* 5. *de stat. Monach. Sac. Congr. Episcop.* 18. *Martii* 1671. consonantque *cap.* 3. *&* 4. *de capell. Monach.*

Additio.

Circa Parochos Canonicorum Regularium Lateranensium, & SS. Salvatoris videnda est Constitutio Benedicti XIV. *Quod inscrutabili* 9. *Junii* 1745. §. 14.

37 Decernendum est de Regularibus exercentibus Curam animarum in casibus mox indicatis, quod non possint abesse a residentia penes eorum Ecclesias, neque alium subrogare pro libito in ipsorum locum ad idem officium obeundum, nisi petita, & obtenta Ordinarii licentia, *Conc. Trid. sess.*25. *cap.* 11. *de Regul. Sac. Cong. ejusdem Concilii in Florentina* 18. *Julii* 1678.

38 Item quod applicare debeant Missam diebus festis pro populo, adinstar aliorum Parochorum: nam *Sac. Cong. Visitationis Apostolicæ* decrevit, præfatum onus adimplendum esse in Ecclesiis parochialibus, etiam Regularium, & in libris Missarum esse distincte adnotandum ipsum adimplementum, prout refert *Monacel. tom.* 2. *titul.* 16. *formul.* 2. *num.* 20. Quæ licet loquatur de Ecclesiis Romæ, tamen dat regulam etiam pro aliis Orbis Ecclesiis.

Additio.

Quod etiam Parochus regularis teneatur ad hanc applicationem, declaratum est a Benedicto XIV. Const. *Cum semper* ad Italiæ Ordinarios 10. Aug. 1744. ut notavi pag.97.

39 Præterea quod facere teneantur omnes sacras functiones parochiales, uti benedictiones Cinerum, Candelarum, & Palmarum: Officia, & functiones feriæ quintæ in Cœna Domini, Feriæ sextæ in Parasceve, ac Sabbati Sancti, aliasque superius relatas de aliis Parochis, *Sac. Congreg. Episcop.* 28. *Aprilis* 1599. Prædicare quoque, ac docere doctrinam christianam, *Concil.Mediolan.*3. *tit. de paroch.* §. *Trident.* Vesperas diebus festis, populo convocato, in Ecclesia recitare, publicare Festa, Vigilias, Indulgentias, Edicta &c. Demum & ad Congregationem casuum conscientiæ, non secus, ac ceteri Parochi convenire.

Cura parochialis inhærens Ecclesiæ Monialium, quantum fieri potest, inde removeri debet, *Sac. Cong. Episcop. in Pisana Camaldulensium* 25. *Maii* 1619. & transferri potest in aliam commodiorem, etiam invito Parocho, cum consensu tamen aliorum interesse habentium, *eadem in Recineten.* 23. *April.* 1627. ac multo magis consentiente Parocho, & Patronis, *ipsamet in Firmana an.* 1655. 40

Parochis Regularibus, tametsi amovibilibus, competunt eædem prærogativæ, ac sæcularibus. Et ita Parochus Monachus deferens stolam, potest ingredi parochiam sæcularem eodem modo, quo Parochi sæculares ingrediuntur parochiam Monachorum, *Sac. Cong. Rit. in Asculan.* 29. *Januar.* 1629. 41

Additio.

Circa hunc ingressum, vide a me notata pag. 282. post num. 82.

Quæ hucusque dicta sunt de parochiis dependentibus a Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum, nec non a Monasteriis, Hospitiis, & Grangiis Regularium, & Vicariis amovibilibus, ac perpetuis, qui easdem regant, militant quoque de annexis, ac inhærentibus Collegiis, beneficiis, aut locis piis. Quamobrem circa pariter has postremas poterit Episcopus decernere, ac providere quidquid circa priores illas toto præsenti capite traditum est. 42

Proderit hic adjicere verba epistolæ circularis, *Sacræ Congregationis super statu Regularium*, Episcopis directæ Italiæ, ac insularum eidem adjacentium, quæ sic se habent. = „ Nella Bulla di „ Nostro Signore nuovamente publicata sopra „ l' estinzione, e suppressione di piccoli Conventi, sono anche compresi li membri de Monasterj, e le Grangie, esistenti in codesta Diocesi, dove per il poco numero de Religiosi, „ non può secondo i proprj Instituti delle Religioni osservarsi la disciplina regolare, ancorchè abbiano annessa la Cura delle anime, o „ siano parochiali, e specialmente le infrascritte, cioè &c. E però dovendo i Superiori regolari rimuovere dalli membri, Grangie, e „ parochiali, tanto espresse di sopra, quanto „ da ogni altra simile non espressa, li Religiosi, che vi dimorano, e collocarli ne Monasterj di osservanza, la Sagra Congregazione „ deputata da S. Beatitudine sopra lo stato de „ Regolari ha ordinato, che in scriva a V. S., „ che per l' avvenire non permetta, che in det„ ti 43

,, ti membri, Grangie, e parochiali abiti alcun ,, Sacerdote, o Chierico professo, permettendo solo la Santità Sua, che i Superiori regolari, quando non abbino persone secolari idonee, e fedeli di loro sodisfazione, delle quali possono servirsi per la cura, e amministrazione di quei beni, liberamente possono in ciò valersi dell' opera de loro Conversi, o Laici professi di buon esempio fino ad altr' ordine di Sua Beatitudine; e con questo, che nelle Chiese, o Cappelle di detti membri, e Grangie, dove fin' ora è stato solito di celebrasi la Messa, vi facciano celebrare anche per l' avvenire almeno le Domeniche, e Feste di precetto da Sacerdoti secolari, ed anche da Regolari, purchè non pernottino fuori de' Monasterj. Parimente nelle Grangie, e Membri, che in qualunque modo anno annessa la Cura dell' anime, e sono parochiali = *non vuole la Santità di Nostro Signore, che detta cura si eserciti in modo alcuno da Regolari*, ma che V. S. deputi a tal' effetto Sacerdoti secolari idonei *in Vicarj, amovibili, o perpetui, come a Lei parrà più espediente* per il buon governo delle Chiese, da nominarsi da Superiori dei Monasterj, a quali le dette Grangie, e Membri si appartengono, e da approvarsi da V. S. con l' assegnamento di una congrua porzione a suo arbitrio sopra i frutti dell' istessi Membri, o Grangie, conforme alla disposizione del Sagro Concilio di Trento. Non intende però Sua Santità, che dalla detta estinzione, e suppressione nel possesso, e proprietà de beni, ed altre ragioni di essi Membri, e Grangie sia generato alcun pregiudizio ai loro Monasteri principali, a quali di ragione si devino, ma che, detratta la detta congrua, e sodisfatto a' pesi delle Messe, ed altri oblighi, che vi saranno, il rimanente resti à comodo, e utilità de Monasterj suddetti. Significo il tutto a V. S.; perchè non manchi di adempire le sue parti in esecuzione dell' ordine, e santa mente di Sua Beatitudine, e Dio la prosperi. Di Roma à 30. Maggio 1653. ,, =

Sed & utiliter hic addendum decretum ejusdem Sacræ Congregationis, quod ita loquitur = ,, Ad dirimendas controversias, quæ circa Vicarios Curam animarum exercentes in suppressis Grangiis Monasteriorum, & circa congruam ipsis Vicariis assignandam, inter Superiores, Regulares, & locorum Ordinarios in dies oriuntur occasione Constitutionis fel. record. Innocentii X. incipien. *Instaurandæ*, & literarum circularium desuper emanatarum sub die 30. Maii 1653. = Sagra Congregatio super statu Regularium, SS.D.Nostro approbante, præsenti Decreto statuit ,, ut in posterum minime liceat ipsis Ordinariis locorum ex quavis causa, vel prætextu, aut quæsito colore Vicarias perpetuas ab eis, vel eorum Prædecessoribus in prædictis suppressis Grangiis *constitutas* amovibiles, facere perpetuas absque licentia ipsius Sacr. Congregationis. Nec congruam portionem, quam semel Vicariis perpetuis, vel amovibilibus earumdem Grangiarum, sive in quantitate, & quota fructuum, sive in pecunia numerata, sive alia re stabili ipsi Ordinarii, vel eorum Prædecessores semel constituerint, seu assignaverint, quoquo modo augere, vel minuere, aut immutare, Sacra ipsa Congregatione inconsulta, decernens irritum, & inane, si secus ab eis scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac similiter Superioribus Regularibus minime fas sit cum ipsis Vicariis jam deputatis, seu deinceps deputandis publicas, seu decretas pactiones, seu conventiones inire super diminutione, aut alteratione, seu variatione dictæ congruæ, easque pactiones, seu conventiones, tamquam de symoniaca labe, atque avaritia suspectas Sacra Congregatio omnino rejicit, atque interdicit, eosque, qui contra fecerint, pœnis adversus simoniacos editis teneri decernit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ die 8. Octobris 1670.

V. Cardinal. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus Secret.

Additio.

☞ Pro pleniori, clariorique notione Juris episcopalis in parochiis pertinentinentibus ad Monasteria Regularium, subnectimus summam novissimæ Constitutionis Benedicti XIV. incip. *Firmandis* 6. Novembr. 1744. circa actus, quos explere potest Episcopus in earum visitatione, tam locali, quam personali.

In ea igitur statuitur, quoad visitationem localem.

I. A Parocho regulari excipiendos esse in dictis Ecclesiis Missionarios ab Episcopo missos, tamquam visitationis suæ prænuncios, juvandosque in omnibus, quibus ad injunctum sibi onus implendum opus illis esse contigerit.

II. Posse Episcopum ibidem, sive intra, sive extra visitationem Confirmationis Sacramentum administrare.

III. Visitare dumtaxat Altare, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum asservatur, ejusque tabernaculum.

IV. Fontem baptisterii, si adest.

V. Confessionale, in quo Parochus confessiones audire solet.

VI. Pulpitum, in quo idem jus habet verbi Dei enunciandi.

VII. Sepulchrum, sepulturas, & cæmeterium, pro humandis Parochianorum cadaveribus.

VIII. Turrim capanariam, si adsint campanæ ad parochiam propriæ spectantes; sacrarium, supellectilem pro administrandis Sacramentis, tam intra, quam extra Ecclesiam.

IX. Omnia vasa, tam pro servandis Particulis consecratis, quam pro Oleis sacris, aut aqua baptisterii, vel alia rite benedicta.

In visitatione personali vero ejusdem Parochi regularis debere Episcopum illum examinare.

I. An

I. An legitimo titulo curam exerceat.

II. An observaverit, & observet residentiæ leges.

III. An vocatus ad Synodum, iverit.

IV. An Conferentias super casibus conscientiæ frequentet.

V. An adimpleverit onera, animarum curæ annexa, applicationem scilicet missæ pro populo Dominicis, & aliis diebus festis de præcepto; prædicationem verbi Dei iisdem diebus, puerorum instructionem in fidei rudimentis, & doctrinæ christianæ præceptis, præcipue ante susceptionem Confirmationis, & primam Communionem, sedulam diligentiam in excipiendis fidelium confessionibus, & spiritualibus auxiliis ægrotantibus, ac in agone constitutis præstandis; in debita inquisitione adhibenda pro valida celebratione matrimonii, sponsisque instruendis circa consensum præstandum, mysteriorumque fidei notitiam, ac recte ordinatis retinendis libris baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, & status animarum.

VII. Item debere Episcopum scrutari ipsius morem, & vitam in iis tantum, quæ ad populi ædificationem conferre, vel obesse possunt, non vero in iis, quæ spectant ad illius Instituti observantiam.

VII. Posse itidem in eum decreta pronunciare, pœnasque statuere, si in prædictis omnibus deficientem invenerit, non privative, sed cumulative eum Superiore regulari: ita tamen, ut, si aliter ab hoc, & aliter ab Episcopo decernatur, hujus non vero illius decretis sit standum, reservata eidem Episcopo privativa facultate in Parochianorum mores inquirendi, eorumque scandala puniendi.

VIII. Parochum æquo jure removeri posse ab animarum cura tam ab Episcopo, quam a Superiore regulari, absque eo quod unus alteri causas judicii sui aut aperire, aut probare, & certificare teneatur.

In eo autem, quod Tridentini decretum excipit ab Episcopi jurisdictione, visitatione, & correctione, etiam quoad animarum curam, & sacramentorum administrationem, Parochos, tam sæculares, quam regulares dictam animarum Curam excercentes in Monasteriis, seu locis, ubi Abbates generales, aut capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, declaratum est ob eodem Benedicto in cit. Constitut. §. XIII. ad XIX. decernente.

I. Non sufficere ad hanc exemptionem cujuslibet Abbatis residentiam, sed debere esse residentiam Abbatis generalis totius Ordinis sui.

II. Non requiri, quod Monasterium, ubi iidem Abbates, seu Superiores resident, sit caput Ordinis, sed sufficere, quod sit ordinaria, & principalis sedes eorumdem.

III. Illud Monasterium tantum dici ordinariam, & principalem sedem, quod vel a Constitutionibus Ordinis, vel a consuetudine, ut tale præfinitur. Si vero neque a Constitutionibus, neque a consuetudine præfinitum sit, tunc dici debere illud, quod Superior generalis pro sua stabili residentia initio sui generalatus elegerit. Quod si facta semel electione, variare præsumpserit, neque monasterium ab initio electum, neque alterum, ad quod etiam cum curia se transtulerit, gaudere privilegio ordinariæ, & principalis sedis.

IV. His generalibus Superioribus non ideo competere jus aliquod in sæculares subditos parochialium, in eorum ordinaria principali sede erectarum, sed privative spectare ad Episcopum; sicuti & ad ipsum spectare interponere propriam auctoritatem, & consensum, prævio examine, super admissione Parochi tam sæcularis, quam regularis, etiam ad nutum amovibilis, ab iisdem Superioribus in dictis Ecclesiis deputati.

V. Posse Episcopum, & aliquando etiam debere, instare apud dictos Superiores pro Parochi remotione, si hunc munus suum non recte administrare cognoverit, implorata etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, quoties Superiores reluctaverint, aut plus æquo Parocho a se deputato faverint.

VI. Parochiales unitas dictis monasteriis pro ordinaria, & principali sede constitutis non gaudere exemptione a visitatione, & correctione Episcopi, quamvis a Parochis regularibus administrarentur.

VII. Nec illas erectas in iisdem monasteriis, siqui Episcopi ipsas visitare consueverint.

In eo pariter, quo Trident. excipit ab ordinaria Episcopi jurisdictione, quoad visitationem, monasteria, seu loca, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem episcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercent, declaratum est in eadem Constit. §. XII. statuente, Episcopum etiam, tamquam Sedis Apostolicæ delegatum, se abstinere omnino debere a visitatione, alioque quocumque jurisdictionis actu in hujusmodi Parochos, & Parochianos, quoties dicti Abbates, & Superiores probaverint jurisdictionem episcopalem in eosdem; & e contra Episcopus probare nequeat ampliorem in ipsos jurisdictionem, ex alio capite sibi acquisitam.

CAPUT CXV.

De Parochiis Jurispatronatus. De Parochis amovibilibus, & de congrua mercede Parochis debita.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus non alterat naturam Curæ animarum, & non præsumitur.*

2 *Ecclesia de Jurepatronatus non potest erigi in parochialem, sine &c. nec &c.*

3 *Parochia de jurepatronatus non confertur per concursum.*

☞ *Vide Additionem.*

4 *Præsentatus ad eam examinandus est &c. quamvis sit Doctor &c.*

5 *Etiamsi sit patronatus mixti, conferenda est sine concursu.*

6 *Nisi conferatur jure devoluto, vel plures fuerint præsentati.*

7 *Nullus instituendus, nec ei literæ nominationic dandæ, nisi approbato ab Episcopo.*
8 *Præsentatio facta a Patronis admittenda intra bimestre, alioquin &c.*
9 *Edicta proponere circa præsentationem ad quem pertineat?*
10 *Amovibilitas Vicarii parochialis arguit habitualitatem Curæ esse apud &c.*
11 *Parochi deberent esse perpetui, non amovibiles.*
12 *Ubi sunt amovibiles, potest Episcopus eorum Vicarios facere perpetuos.*
13 *Amovibiles Parochi ab Episcopo examinandi, & approbandi.*
14 *Ipsi amovibiles gaudent prærogativis perpetuorum. Et quid circa præcedentias.*
15 *Tenentur ad residentiam, ad sacras functiones obeundas, Missam parochialem &c.*
16 *Etsi possint amoveri, circumspecte tamen eorum remotio agenda est.*
☞ *Vide Additionem*
17 *Nominati per laicos, non amovendi sine consensu Ordinarii.*
18 *At nominati per Capitulum, ac monasterium possunt pro eorum libito amoveri.*
19 *Episcopus, etsi possit amovibilec removere sine causa, id non peragat.*
20 *Quædam de Parochis amovibilibus Ordinis Melitensis.*
21 *Congrua merces debetur exercentibus Curam animarum.*
22 *Etsi amovibilibus, ne defectu mercedis agant non peragenda.*
23 *Canones inculcant congruam Parochis exhibendam esse mercedem.*
24 *Quam arbitrari potest Episcopus in scutis centum monetæ loci.*
25 *Recens Apostolica Constitutio, loquens de quantitate ipsius congruæ.*
26 *In ea taxanda, est habenda ratio loci, personæ, redditnum &c.*
27 *Quod dependentes a Capitulis, monasteriis, Locis piis, quanta esse debeat?*
☞ *Vide Additionem.*
28 *Immunis existat ab omni onere, maxime si minor sit centum scutis.*
☞ *Vide Addicionem.*
29 *Ab ejus taxatione non datur appellatio &c. quandò in ea summa non debeatur.*
30 *Parochus in congrua consequenda præferendus est cunctis aliis.*
31 *Pridem insufficienter taxata, potest ad justam summam augeri.*
32 *Taxari potest quandoque etiam ultra summum scutorum centum.*
33 *Taxanda est in re certa, ne nutet super incertis.*
34 *Quænam incerta sint computanda in eadem.*
☞ *Vide Additionem.*
35 *Agitur de congrua Curæ inhærentis beneficio, quæ exerceatur a Vicario.*
36 *Parochiani ad contribuendum taxæ non tenentur, nisi subsidiarie.*
37 *Plura innuuntur de quantitate congruæ taxandæ.*
38 *Parochus non potest consentire diminutioni congruæ taxatæ.*
39 *Regulares, regentes parochias, non possunt prætendere congruam taxatam &c.*
40 *Quæ quantitas mercedis eisdem debeatur.*

JUspatronatus tam ecclesiasticum, quam sæculare non alterat naturam Curæ animarum, 1
nisi quantum ad modum præficiendi eidem Rectorem, sive perpetuum, sive amovibilem, ad formam *Concil. Trident. sess. 7. cap. 13. sess. 14. cap. 14. & sess. 24. cap. 18.* Nec idem Juspatronatus præsumitur inesse ulli Ecclesiæ parochiali, sed formiter est probandum: quod cum generale sit in omnibus beneficiis, multo magis verum est in parochialibus, *dict. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de reform.*

Ecclesia de Jurepatronatus tum sæcularis, 2
tum ecclesiastici, erigi non potest in parochialem sine consensu Patroni, *Sacr. Cong. Episc. In Mantuana 1. Junii 1624.* Nec Ecclesia parochialis libera potest uniri parochiali Jurispatronatus, *Concil. Trident. loc. cit.* nisi Patronus renunciet Juripatronatus, vel apponatur conditio alternativæ, quod una vice libere, ac alia vice ad præsentationem Patroni conferatur, *Sac. Congreg. Conc.* apud Barbos. *Summ. Apost. dec. Collect. 552. n. 42.*

Non potest Episcopus decernere, quod Ec- 3
clesiæ parochiales de Jurepatronatus laici conferendæ sint per concursum magis idoneo, *Sacr. Cong. Concil. in Vasionen. 22. Augusti 1637.* Nam sine concursu conferri debent præsentato a Patrono, solo prævio ipsius præsentati examine quoad scientiam, mores, & habilitatem ad exercendum officium parochiale, *Concil. Trident. sess. 7. cap. 13. & sess. 24. cap. 18.* Rota in *Leod. parochialis 11. Januarii 1706. num. 10. §. multo, coram Kaunitz.*

Additio.

☞ Quoad præsentatos a patronis ecclesiasticis faciunt responsa Benedicti XIV. ad sequentia postulata, sibi facta ab Archiepiscopo Florentino, ut in ejus Epistola Decretali *Redditæ nobis*, eidem rescripta *sub die 9. Aprilis 1746.*

I. An patronus ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad beneficium curatum eum, qui inter approbatos ab Examinatoribus magis idoneus, & magis dignus est?

II. An Episcopus, ad quem spectat dare institutionem, debeat sequi judicium patroni de magis idoneo, magisque digno, an potius inquirere, rectum ne sit patroni judicium, an secus?

III. Si appellaverit, qui se digniorem esse putat, & posthabitus est; an suspendi debeat institutio præsentati, an vero hæc debeat suum effectum sortiri (paucis, idest uno verbo) an appellatio interposita locum habeat in devolutivo tantum, an potius etiam in suspensivo?

Summa autem responsorum est.

Ad I. Patronum ecclesiasticum teneri in foro externo præsentare ad beneficium curatum magis idoneum, & magis dignum inter approbatos ab Examinatoribus.

Ad II. Episcopum debere beneficium conferre præsentato a patrono, absque eo quod inquirat de illius judicio, si inter examinatos nemo de hoc queratur; si vero sit, qui queratur, teneri in dictum judicium inquirere.

Ad

Ad III. Admittendam esse appellationem in devolutivo tantum, interpositam ab eo, qui se digniorem existimat, & est posthabitus, non retardata possessione præsentati, si Episcopi, & patroni judicium de magis digno conveniat: si vero non conveniat, tunc si quis ex approbatis ab Examinatoribus, & tanquam magis dignus prælectus a patrono, putet, se gravatum esse ab Episcopo, & ideo appellat, ejus appellationem operari debere ad effectum suspensionis; & interim Ecclesiam parochialem remanere sub Episcopo, donec lis finiatur.

4 Nec opus est, præsentatum examinari ab Examinatoribus synodalibus, sed sufficit etiam, ut ab aliis idoneis examinetur, *Sac. Cong. Conc.* 19. *Decem.* 1620. Examinandus vero est, quantumvis sit magisterii, vel doctoratus gradu insignitus, tum in Theologia, tum in Jure canonico, ac tametsi laureatus in publica Universitate, *Sac. Cong. Concil. apud Piasec. prax. Episc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 17.

5 Porro nedum parochialis Ecclesia patronatus laici absque concursu conferri debet, verum etiam, si sit patronatus mixti, nempe partim laicalis, & partim ecclesiastici, *Sac. Cong. Conc. in Pisan.* 5. *Februarii* 1628. etiamsi ex laicali factum esset postea pro duobus ex tribus partibus ecclesiasticum donatione laicorum, *Eadem* 17. *Junii* 1617. Vide Fagnan. *in cap. Quoniam* 13. *num.* 58. *de Constit. lib.* 1. *& in cap. Cum propter* 27. *num.* 21. *de jurepatr. lib.* 3.

6 Concursum vero faciendum esse decernet Episcopus, quoties conferenda erit Ecclesia jure devoluto, propter non factam intra tempus legale præsentationem viri idonei a Patrono, *Sac. Cong. Conc.* 29. *Novemb.* 1600. Item quoties a Patrono, seu Patronis laicis plures fuerint nominati, quo casu Episcopus ex approbatis ab Examinatoribus illum instituere debet ad formam *Concil. Tridem. sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* quem magis idoneum judicabit, *Sacr Cong. ejusdem Concil.* apud Barbos. *summ. Apost. dec. collect.* 340. *n.* 7. sed concursus fieri debet inter solos præsentatos, *idem ibi collect.* 552. *n.* 17.

7 Prohibere vero potest, & debet Episcopus, ne quisquam in parochiis Jurispatronatus instituatur, confirmetur, vel admittatur, nisi prius ab ipso fuerit examinatus, & idoneus repertus: hocque non obstante quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, & omni appellatione postposita: exceptis iis, de quibus, *Concil. Trid. sess.* 7. *cap.* 13. *sess.* 14. *cap.* 13. *sess.* 24. *cap.* 18. *& sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* Imo & nec ulli patronus præbeat literas patentales nominatinnis ad parochiam, nisi Ordinarii præcesserit approbatio, *Synod. Lucan. ann.* 1681. *part.* 3. *c.* 2. *n.* 3.

8 Præsentationem factam a Patronis non potest Episcopus decreto synodali longius, quam par sit, protelare: nam debet illam admittere intra bimestre a die præsentationis factæ a Patrono (in temporis termino a jure præscripto Patronis ad nominandum) alioquin institutio devolvitur pro illa vice ad Papam, vel Metropolitanum, aut viciniorem Episcopum, arbitrio Patronorum, *S. Pius Papa V. Constit.* 33. quæ incipit. *In conferendis* §. Item *Sac. Cogr. Concil. in Herbipolen.* 28. *Septemb.* 1697.

9 Edictum vero, seu citationem relaxare ad vocandos oppositiores, siqui adsint, seu adesse velint, prout fieri debet in præsentationibus Patronorum, necnon edicta proponere ante institutionem Jurispatronatus, ad eos spectat, ad quos pertinebat ante Concilium Trident., quippe quod de his nihil disposuit, *Sacr. Cong. ejusdem Concil.* apud Barbos. *summam Apost. decis. collect.* 274. *num.* 3.

10 Nunc de Parochis amovibilibus. Amovibilitas Vicarii temporanei exercentis parochiale munus, arguit Curam animarum ibidem esse habitualiter penes eum, qui deputat ipsum, *Sacr. Cong. Concil.* apud Garciam *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *decl.* 11. Supposito tamen, quod deputans sit ejusdem Curæ capax, uti est Capitulum, monasterium &c. Non vero si deputans sit aliquis laicus; quippe qualitas laicalis excludit capacitatem, tam actualem, quam habitualem regiminis animarum.

11 Parochiales Ecclesiæ de sui natura conferri debent in perpetuum, & non amovibiliter, non obstante quacumque contraria consuetudine, *Sac. Congreg. Concil.* apud Gonzales *ad reg.* 8. *cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 60. clamanantque Sacri Canones, ne Parochus sit conductitius, & ne Vicarii Curam animarum exercentes, sint annui, & amovibiles, sed perpetui, *Concil. Lateran.* 4. *c.* 32. *relat. in cap. extirpandæ* 30. §. *Qui vero de præbend. Concil. Remen. an.* 1148. *c.* 9. *Concil. Abrincen. an.* 1172. *cap.* 4.

12 Tamen Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 7. *ac sess.* 25. *cap.* 11. *de Regul.* admittit Parochos amovibiles. Ita nihilominus, ut valeat Ordinarius semper, & quandocumque parochias illorum vertere in perpetuas, erigendo easdem in Vicarias perpetuas, nisi pro bono ipsarum regimine judicet expedire, ut permaneant amovibiles; non obstante quocumque privilegio, & contraria consuetudine, tametsi immemorabili: ac nulla attenta appellatione: quippe quæ apta non est effectum parere suspensivum. Vide Fagnan. *in cap. Ex parte* 6. *a n.* 19. *de offic. Vicar.* Barbos. *Jur. eccl. l.* 3. *cap.* 6. & ad Concil. *sess.* 7. *cap.* 7. *a num.* 15.

13 Prohibebit Episcopus, ne ullibi deputetur Parochus amovibilis absque sua auctoritate, & approbatione, non modo quoad scientiam, verum etiam quoad mores, prudentiam, ac idoneitatem ad parochiale munus laudabiliter exercendum. Pro ipso vero Parocho amovibili examinando non tenetur Ordinarius uti Examinatoribus synodalibus, sed uti potest, quibus ipse maluerit, nec pariter fieri debet concursus, *Sac. Cong. Concil.* 12. *Januar.* 1619.

14 Parochi amovibiles gaudent prærogativis perpetuorum, *Sac. Cong. Concil. in Comen.* 27. *Martii* 1706. qui si Curati sint cathedralis, incedunt una cum Capitulo ejusdem interessenti Processionibus, super alios Curatos, Priores, & Plebanos, etiam perpetuos, *Sac. Cong. Rituum in Pisauren.* 22. *Martii* 1631. & in *Callien.* 9. *Aprilis* 1633. Ceterum Parochi Vicariis præcedunt animarum curam exercentibus, & multo magis Parochi perpetui Vicariis amovibilibus. Ipsi quoque Vicarii

carii inter se pro ratione propriæ anterioritatis præcedere debent, *Synod. Lucan an.* 1681. *p.* 3. *cap.*2. *num.*48. At iisdem amovibilibus non competit caputium, seu togam, sive signum illud exterius deferre, quod alicubi Parochorum proprium, & distinctivum est, *Synod.* 4. *diœcef. Mediolan. sub S. Carolo an.* 1574. *decr.* 19. §. *alias autem*.

15 Amovibilis Parochus tenetur ad residentiam penes Ecclesiam sibi commissam, non secus ac perpetuus, *Sac. Cong. Concil. in Helboren.* 14. *Martii* 1615. cogique potest ad sacras functiones obeundas, Missam parochialem in festis applicandam pro populo, Vesperas eisdem diebus in Ecclesia persolvendas, ad sermocinandum populo, Doctrinam christianam edocendam, publicanda festa, vigilias, matrimonia, Indulgentias, edicta, & ministrandum Sacramenta suis Parochianis. Demum ad ea omnia munia parochialia obeunda, ad quæ Parochi perpetui tenentur, nulla etenim, quoad Curam animarum exercendam, datur differentia inter Parochos amovibiles, & perpetuos.

16 Etsi Parochi amovibiles valeant, toties, quoties opus est, amoveri, attendere tamen oportet, ut de facto non amoveantur absque legitima causa. *Sac. Cong. Concil.* 11. *Julii* 1628. *Sac. Cong. Episcop. in Sulmonen.* 24. *Maii* 1645. & 16. *Maii* 1653. ac alibi pluries. Regulares nihilominus Parochi ad nutum suorum Superiorum, & Ordinarii quoque amoveri possunt etiam sine causa, ut dictum fuit capite præcedenti n. 33. Quamobrem edicere potest Episcopus, quod Parochi amovibiles, qui a laicis, vel Collegio, sive Societate laicali nominantur, absque ipsius licentia, & auctoritate non valeant amoveri, *Rot. dec.*53. *num.* 90. *cor. Peutinger.* Card. de Luca *de benf. disc.* 80. *num.* 20.

Additio.

☞ Vide additionem in cap. præcedenti post num. 33. ☜

17 Regulariter illius est deponere, cujus est instituere, *cap. comparente de Offic. Ordinar.* Unde sicuti ad Episcopos pertinet Parochos amovibiles, tametsi ab aliis nominatos admittere, ac approbare, seu instituere, juxta *cap. per exempcionem, de privileg.* & Concil. Trident. *seß.*7. *cap.*7. *de reform.* ita sine illius licentia, & auctoritate destitui non debent, *Concil. Triburien. an.*895. *c.*32. *Concil. Londinens. an.*1125. *cap.*8. Sed hoc est verum tantum de nominatis per laicos, apud quos non potest cura habitualis residere.

18 Nam nominati, seu præsentati a Capitulo, vel Collegio ecclesiastico, aut monasterio, quod capax est Curæ habitualis, amoveri possunt ad præsentantium nutum, *Sac. Cong. Concil. in Asculan.* 13. *Novemb.* 1655. & alibi apud *Nicolium in Flosc. V. Cura animarum num.* 15. §. *An Vicarii*, ubi sermo est de Parochis amovibilibus, per Capitulum nominatis.

19 Omnes vero amovibiles Curati amoveri possunt arbitrio Episcopi diœcesani, *cap.* 1. *de capel. monach.* sed non debent amoveri, nisi ex causa rationabili, & justa, per ea, quæ mox dicta sunt *num.* 16. Sac. Congr. apud eumdem *Nicol. loc. cit.* Nam & in hoc habenda est ratio justitiæ, ac amovendorum honori consulendum est. Verumtamen Episcopus nec illis, neque ipsorum nominatoribus allegrare tenetur causas remotionis, *Sacr. Congr. Concil. in Camerinen.* 18. *Septembris* 1627.

Parochos amovibiles, animarum curam exercentes in Ecclesiis æquitum S. Joannis Hierosolymitani, non debet Episcopus ad ita breve tempus approbare, ut sæpius novo examini subjiciantur, *Sac. Cong. Concil. in Augustan.* 14. *Decem* 1730. Eos vero potest amovere, si minus idonei sint, & alios loco illorum subrogare, quatenus æquites non statim, vel non intra brevem terminum alium deputent, ab Ordinario ipso approbandum, *S. Pius Papa V. Constit.* 136. quæ incipit, *Exposcit*. 20

Quantum *ad congruam mercedem* Vicariis curatis debitam satis innotescit, quod *dignus est Operarius mercede sua = Et qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deserviunt, cum altari percipiant*, ut inquit Apostolus 1. *Corinth. cap.* 9. *num.* 13. & 1. *ad Timoth. cap.*5. *num.* 18. Ideo Episcopi est decernere mercedem congruam præbendam esse Parochia carentibus, de qua septem in locis loquitur *Conc. Trident. seß.*6. *cap.*2. *seß.*7. *cap.*5. & 7. *seß.* 21. *cap.*4. & 6. *seß.* 24. *cap.* 18. & *seß.* 25. *cap.* 16. *de reform.*, agiturque *in cap. de Rectoribus*, ubi Fagnan. *num.*.9. *de Cleric. ægroc.* & *in cap. suscepti*, ubi Glos. V. *assignatum de præben. in* 6. 21

Eaque debetur nedum Parochis perpetuis, verum etiam amovibilibus, *Sac. Cong. Visitat. Apost. in Fanen.* 26. *Novem.* 1693. Ne alias Parochus intentus ad quærendum sibi victum, deserat Curam animarum, aut ob nimiam ægestatem committat non committenda, uti dixit *Rota coram Dunozet. jun. dec.*631. *n.*5. 22

Mercedem congruam exhibendam esse Parochis, licet parochiæ sint de Jurepatronatus, spectentque, sive unitæ sint Capitulis, monasteriis, & locis piis, non obstante quacumque consuetudine, certum est, *cap. extirpandæ* 30. *de præbend. cap. suscepti* 1. *eodem tit. in* 6. *Clementin.* 1. *de Jurepatron.* consonantque pluces alii Canones, id ipsum deposcentes, ac signanter Concil. *apud Illebon. an.* 1080. §. *Si Monachis* Concil. *Oxoniens. an.* 1222. Concil. *Salisberg. an.* 1274. Concil. *Coldniens. an.*1536. *par.*8. *cap.*3. & 4. Concil. *Coloniens. an.*1549 *med.* 3. *cap.* 10. Concil. *Mogantin. eodem an. cap.*80. Concil. *Mediol.* 2. *an.*1569. *tit.* 1. *dec.*8. Munusque Episcopi est diligenter providere, ut Parochis, sive perpetuis, sive amovibilibus congrua merces exhibeatur, *dicta Clementin.* 1. *de Jurepatron. Concil. Ratispon. ann.* 1524. *cap.* 33. 23

Itaque congruam hanc mercedem Parochia suæ diœcesis eis debitam definire potest, atque taxare Ordinarius, non tantum vigore *Concil. Trident. in loc. cit.* quantum etiam juris communis auctoritate. Et in ejus arbitrio est quantitatem decernere, quod nimirum esse debeat scutorum centum; eademque scuta centum intelligenda esse de totidem scutis monetæ currentis ea in regione, ubi possi- 24

posita est parochia: quippe hujus quantitatis est congrua conciliaris, uti censuit *Sacr. Cong. Concil. in Albingau. 27. Jul. 1626. Rota in Roman. pensionis 15. Martii 1694. num. 1. & 6. coram Priolo*.

25 Sed jam recens *Constitutio Innocentii Papæ XIII.* quæ incipit *Apostolici Ministerii* confirmata per SS. D. N. Benedictum PP. item XIII. & inserta Concil. Romano, nuper habito *in Append. num. 16. fol. 220.* ita disponit §. 10. *Præterea, ne Constitutionis S. Pii V. etiam Prædecessoris nostri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis animarum curam exercentibus assignanda, interpretationem ab ejus sententia alienam fieri contingat, declaramus, Constitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum parochialium, quæ aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis unitæ sint: nec non portionem annuam fructuum, quæ ibidem statuitur assignanda ipsis Vicariis in summa non majori, quam centum, nec minori, quam quinquaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis juliorum decem monetæ romanæ pro qualibet scuto.*

26 Quamvis autem generaliter in arbitrio sit Episcopi definire quantitatem congruæ parochialis, & congrua conciliaris sit scutorum centum; adhuc tamen in casibus pecularibus, in quibus eadem sit taxanda, debet haberi ratio, ut non tantum sola necessaria ad vitæ sustentationem suppeditentur, verum etiam convenientia ad decentiam sacerdotalem, habito respectu ad qualitatem loci, & personæ regentis parochiam, necnon consuetudinis regionis; postremo, & paupertatis, vel abundantiæ redituum Ecclesiæ parochialis, *Sac. Cong. Concil. in Isernien. 2. Jun. 1696.* Vide Gloss. *in cap. 1. V. Solvere de præbend. in 6.* Fagnan. *in cap. extirpandæ 30. num. 17. eod. tit. l. 3.* Barbos. *ad Concil. sess. 7. cap. 7. num. 42.*

27 Et quantum ad parochias unitas, vel dependentes a Capitulis, Collegiis ecclesiasticis, Monasteriis, & locis piis, determinanda est congrua taliter, ut nec sit major scutis centum, neque minor quinquaginta. Citra, & ultra quam summam non potest fieri arbitrium Ordinarii, nisi prius fuisset alicubi assignari solita in majori quantitate, *S. Pius Papa V. Constit. 47.* quæ incipit *Ad exequendum, Sac. Cong. Concil. in Constantiens. 17. Novembris 1629. & in Isernien. 2. Junii 1692. ad 3.*

Additio.

☞ Notandum hic tamen est, quod licet citata S. Pii Constitutio pertineat dumtaxat ad Vicarios perpetuos, ex Constitutione tamen Benedicti XIV. ad omnes locorum Ordinarios per Italiam constitutos, incipien., *Cum semper 19. Aug. 1714. §. X.* extensa est etiam ad Vicarios temporaneos: & quoad congruam tam his, quam illis assignandam redacta est ad terminos Concilii Tridentini; ut notavi in hoc opere pag. 36. col. 2. ☜

28 Hæcque summa immunis esse debet ab omni onere, præsertim quando non ascendit, nisi ad scuta quinquaginta, uti rescriptum fuit per eamdem *Sac. Cong. in Cusentina Congruæ 17. & 31. Julii 1693. ac 12. Februar. 1694.* favetque *Clementina 1. de Jurepatron.*

Additio.

☞ Neque gravari potest pensione, ex Constit. Benedicti XIII. ut notavi in hoc Opere cap. XXIX. post num. 17. pag. 327. ☜

A qua sane assignatione congruæ non datur appellatio ad effectum suspensivum, *Concil. Trid. sess. 7. cap. 7.* & ibi Barbos. *num. 38.* Pignatell. *tom. 4. consult. 127.* Non tenentur vero loca pia eam solvere, si cedere velint Parocho bona omnia, quæ sunt Ecclesiæ parochialis, tametsi horum valor non ascendat ad dictam summam, *S. Pius Papa V. d. Constit. 47. §. 2. in fine.* Sed quatenus res in dubio permaneat, cogi possunt Regulares, & loca pia præfata ad ipsam congruam exhibendam, etiam de proprio, usque ad summam saltem scutorum 50. donec evidenter probaverint, parochiam nullos, vel tantos non habuisse redditus, quando unita fuit Monasterio &c. *Sac. Cong. Concil.* apud Gallamart. ad idem, *Concil. Trident. sess. 7. num. 7.* 29

Porro Parochus pro eadem congrua consequenda præferendus est cunctis, etiam ipsismet Monachis, petentibus alimenta ab eodem Monasterio, a quo debendet parochia, *Surd. de aliment. tit. 8. qu. 100. num. 2.* Leoncil. *de privil. pauper. p. 2. privil. 515. n. 94.* Etsi Regulares nolint eam solvere intra tempus ab Ordinario præscriptum, hic potest ad id illos compellere etiam per censuras ecclesiasticas, *Clementina 1.* & ibi *Gloss. de jurejur.* Piringh. *in jus canon. tom. 3. lib. 3. tit. 5. num. 44.* 30

Ad hæc, si congrua jam alias per Ordinarium taxata fuisset, sed in summa non sufficiente, ac signanter non ascendente ad scuta quinquaginta, deductis oneribus, ut supra, poterit successive augeri ejusmet Ordinarii decreto, *Sacr. Congr. Concil. in Cusentin. 17. ac 31. Julii 1693. & 12. Februar. 1694.* Atque *in Eugubin. 10. Januarii 1695. & 5. Maii 1696.* debeturque Parocho, seu Vicario, Curam exercenti, & petenti, eam taxari, aut augeri a die petitionis, vel motæ litis, *S. Congr. Concil. in Civitat. Plebis 17. Septem. 1695.* & Sac. Congr. Concil. *in Isernien. 30. April. 1697.* ad 3. Quod, & habere debebit locum in taxatione, aut augumento facto per Episcopum ex officio a die decreti super ea re conditi, & intimati. 31

Adhuc, etsi summa congruæ regulariter non debeat esse minor quinquaginta, & major centum scutis, potest nihilominus in quantitate majori decerni, ubi Vicariis parochiam exercentibus fuisset solitum plus assignari, *S. Pius Papa V. dicta Const. 47. §. 1.* Item, ubi numerus animarum, qualitasque loci, & personæ id exposcat. Quippe d. Bulla Piana nullum præstat impedimentum huic augumento, *Rota coram Dunozet. jun. dec. 631. numer. 6.* Card. de Luca *de pension. disc. 16. numer. 4.* Panimol. *decis. 15. adnotat. 2. num. 9.* 32

Assignanda est autem super re certa, ut merces Parocho debita pro suo labore non sit contingens, 33

gens, neque nutet super incerto, *Concil. Triden. sess. 7. cap. 7.* sed in ea computanda sunt nedum emolumenta certa, verum etiam illa incerta, quæ communiter solita sunt percipi a Parocho, *S. Pius Papa V. Constit. 47.* §. 2. Barbos. *ad Conc. sess. 7. cap. 7. num.* 43.

34 Idest ea emolumenta, quæ licet physice sint incerta, certitudinem tamen aliquam habent moralem; uti sunt distributiones quotidianæ chorales, quæ dantur interessentibus, si Canonicus sit Parochus, *Sac. Congr. Concil. in Aeernen. 14. Novemb.* 1693. *ad* 3. *& in Isermien.* 20. *Aprilis* 1697. Item decimæ frumenti, vini, olei &c. quæ certæ sunt quoad substantiam, etsi non quoad quantitatem. Non vero alia emolumenta mere incerta, uti sunt sepulturæ, funeralia, proventus baptismales, matrimoniales, etsi qui alii similes adsint, & nec cujusvis generis oblationes &c. *eadem in d. Isernien.* Card. de Luca *de paroch. disc.* 18. *n.* 12. Pignatel. *tom.* 8. *consult.* 44. *num.* 9.

Additio.

☞ Circa emolumenta certa, & incerta, vide notata in hoc Opere, pag. 36. & 37. post num. 154. ☜

35 Atsi animarum Cura inhæreat beneficio, & exerceatur ab alio, quam a Beneficiato, tunc congrua debita Vicario Parocho erit tertiæ partis redditudinum beneficii, quoties ejus fructus excedant scuta centum. Si vero eam summam non excedant, congrua erit scutorum triginta, prout censuit, *Sac. Congregat. Concil. in Aquilana* 13. *Septemb.* 1580. favetque *Concil. Trident. sess.* 7. *cap.* 7. Quæ summa si non fuerit sufficiens, supplenda erit aliis remediis per sacros Canones approbatis.

36 Demum si Ecclesia parochialis libera sit, vel etiam de jurepatronatus providendum est Parocho de congrua mercede modis, & forma statutis a *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 13. Ubi nihilominus attendendum, quod licet Parochiani quoque obligari possint ad contribuendum ei pro rata, hoc tamen non intelligitur, nisi subsidiarie, ac in defectum aliorum, qui redditus ejusdem beneficii percipiant, *idem Concil. sess.* 21. *c.* 7.

37 Quanta autem tunc debeat esse congrua merces Parocho augenda, videtur, speculative loquendo, quod sufficiant triginta scuta monetæ, præter emolumenta Curæ prorsus incerta, per ea, quæ mox dicta sunt *num.* 33. Et cum in hac summa fuisset ab Ordinario statutum, ut augeretur congrua præfata, ejus decretum fuit approbatum per *Sacr. Congr. Concil. in Camerinen.* 11. *Decem.* 1694. ceterum ubi redditus parochialis Ecclesiæ sufficiunt, ex eis congrua portio detrahenda est debita Parocho, qui reperiatur gravatus ære alieno, ipsa congrua esse debebit scutorum centum. Et ita declaratum fuisse per *Sac. Cong. Concil. in Albinganen.* 27. *Junii* 1626. refert Barbos. *ad idem Concil. sess.* 24. *cap.* 13. *n.* 16.

38 Congrua semel statuta prohibere potest, & debet Episcopus, ne ullo unquam tempore minuatur, Fagnan. *in cap. extirpanda* 30. *num.* 5. *de præbend. l.* 5. etiam si Parochus, vel Vicarius Curam exercens, diminutioni consentiat, quippe non ad solum illius præjudicium hoc tendit, sed etiam successorum, & Ecclesiæ, *Roca p.* 6. *rec. dec.* 230. *numer.* 8. Gratian. *discept. for. cap.* 399. *num.* 13. Nec talis pactio diminutiva caret vitio simoniæ, ac aperte reprobatur, *Sac. Cong. super stat. Regul.* 8. *Octob.* 1670. *& Sac. Congreg. Concil. in Burgi S. Sepulch.* 5. *Septemb.* 1699.

Quæ autem dicta sunt de congrua Parochis debita, locum non habent respectu ad Regulares, qui forte, vel ex jure speciali, vel ex tollerantia Ordinariorum præficiantur amovibiliter parochiis sæcularibus, unitis Monasteriis. Nam hi non possunt prætendere congruam taxatam pro Curato sæculari, dum ei præest, eo quod voto paupertatis obstricti sunt. 39

Quo stante, cum Religiosi professi pro superfluo sibi nec agere, nec de illo pro suo arbitrio disponere possint, exigere tantum valent eam quantitatem, qua indigent ad propriam, & onerum Ecclesiæ sustentationem, prout causa bis proposita, decrevit, *Sac. Cong. Episcopi in Mediolanen. congrua* 4. *Septemb.* 1693. *&* 4. *Martii* 1694. 40

C A P. CXVI.

De Parochis quoad eorum præeminentias, & præcedentias. Ac de parochiarum limitibus, erectione, unione, suppressione, atque reparatione.

SUMMARIUM.

1 *Ministris Dei sua debentur præeminentia, & præcedentia.*

2 *Parochi inter se præcedant potioritate Ecclesiæ, vel prioritate assumptionis.*

3 *Doctoralis gradus, & Vicariatus foraneus non dant præcedentiam.*

4 *Titularis præcedit Commendatario, & Parochus perpetuus amovibili.*

5 *Assumptus ex Clero sæculari præit regulari. Et quid de Regularibus inter se.*

6 *Parochi sæculares præcedunt cuicumque Monacho, imo & Canonicis &c.*

7 *Agitur de præcedentia Parocho debita in propria Ecclesia.*

8 *In hac nullus obire potest munus sacrum absque Parochi licentia.*

9 *De loco, & qualitate sedis Parocho debita in sua Ecclesia.*

10 *Ubi sedeat, si adsit ibi Capitulum Cathedralis? Et de Coadjutore Parochi.*

11 *Extra propriam Ecclesiam Parochi sedent post Clerum Cathedralis, nisi.*

12 *De loco, & præcedentia Parochorum in synodo, Processionibus, funeribus &c.*

13 *Attendendæ sunt locorum consuetudines. Quid Romæ servetur.*

14 *Presbyter superpelliceo, & stola ornatus, præcedit ea destitutis.*

15 *De præcedentia Parochi circa Canonicos, & in funeribus.*

16 *De*

16 *De non pulsandis campanis Sabatho sancto ante parochiam, ubi deest matrix.*

☞ *Vide Addicionem.*

17 *Rurales Parochi debent suffragari alicui Archipresbytero.*

18 *Tali vero Archipresbytero non debent honorificentias &c. exhibere.*

19 *Præeminentia Parocho servanda in erectione Ecclesiarum intra suam &c.*

☞ *Vide Additionem.*

20 *Aliæ innuuntur parochiales præeminentiæ, remissive.*

21 *Fines, & limites determinati adesse debent unicuique parochiæ.*

22 *Talisque limitatio præstat, ut sit per vias, & domos, non per familias.*

☞ *Vide Additionem.*

23 *Nullus Parochus excedat fines suæ parochiæ, quos per 30. annos possedit.*

24 *Ubi numerosus est populus, non statim scindenda est parochia in duas, sed &c.*

☞ *Vide Additionem.*

25 *Ad faciendam divisionem parochiæ exiguntur requisita Concilii.*

26 *Si Parochiani non possint convenire ad Ecclesiam, sit locus divisioni.*

27 *Regula circa divisiones agendas parochiarum innuitur.*

28 *Congruus honor servandus est veteri parochiæ, si ex ea erigatur nova.*

29 *Quandonam ipsi veteri reservandum sit Juspatronatus?*

30 *In praxi quid servandum in divisione parochiarum.*

31 *Ecclesia de jurepatronatus non erigenda est in parochialem sine consensu patroni.*

32 *Si pars populi extra, pars intra oppidum &c. moretur, erigenda est nova &c.*

33 *Vel deputetur Vicarius, qui ministret Sacramenta in ea parte &c.*

34 *Paupertati parochiæ quomodo providendum sit?*

35 *Parochiæ actuales uniri non possunt Episcopatui, Capitulo, Conventui, locis piis.*

36 *In unionibus parochiarum opus est consensu Capituli, & eorum, ad quos.*

37 *Parochia, ejusve pars non potest erigi in beneficium simplex.*

38 *Reparentur parochiæ, si fieri possit, sin minus quid agendum sit.*

39 *Parochi onera suarum Ecclesiarum adimpleant, ornamenta servent &c.*

40 *Jura, bona, & ædes earum sarta tecta custodiant.*

41 *Ecclesias reparare non omittant, & quorum sumptibus.*

42 *Item de ipsamet Ecclesiarum reparatione.*

1 QUi notari fecit sacris literis, *Danielis c.* 10. *num.* 11. hæc verba, *sta in gradu tuo*, satis patefecit, deberi Dei ministris suas præeminentias, & præcedentias ad rectæ ordinationis rationem inter ipsos, & cum aliis custodiendam. Quæ idcirco nec negligendæ sunt ex vecordia, nec usurpandæ ex ambitione, sed servari eas oportet, ne quid inordinatum sit in Ecclesia, quod, vel pariat subversionem, vel præseferat confusionem.

Sanciet proinde Antistes, quod Rectores animarum inter se præcedant ratione prærogativæ Ecclesiarum, quibus præsunt, quatenus una sit alia potior titulo, vel dignitate. Quatenus vero sint æqualis gradus, Parochi prius assumpti, ceteris paribus, posterius promotis ubique præcedant, *cap. cum certum* 1. *de major. & obed. Sacr. Cong. Rit. in Astens.* 21. *Martii* 1609. Parochum vero Ecclesiæ cathedralis ceteris aliis debere præcedere, tradit *Frances de Eccles. Cathedral. can.* 25. *num.* 162. 2

Ratione doctoralis gradus, vel magistralis prærogativæ, nulla Parochis inter se præeminentia debetur. Nam sicut inter Canonicos hæc qualitas non dat, neque tollit præcedentiam, uti suo loco dicetur, sic & ex paritate rationis nihil afficit quoad Parochos. Præsertim quia etiam Doctor examinari debet, ut fieri possit Parochus, *Sac. Cong. Concil.* apud Garciam *de benef. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 103. Nec pariter sibi præcedunt ratione Vicariatus Foranei, *Pignatell. tom.*4. *consult.* 83. 3

Habentes Ecclesiam parochialem in titulum, præferuntur obtinentibus similem in Commendam, *Sac. Cong. Rit. in Arboren.* 22. *Julii* 1601. Item Parochi perpetui præcedunt amovibilibus (nisi aliqua specialis ratio poscat oppositum, ut in casu, de quo mox n. 12. erit sermo), eadem *Sac. Cong. in Terulen.* 16. *Septem.* 1616. nam, & hi gaudent prærogativis Parochorum perpetuorum, *Sac. Congreg. Concil. in Comen.* 22. *Martii* 1706. Quinimmo etiam Vicecuratia tenentibus locum proprii Parochi absentis sua præcedentia debetur, *Sac. Cong. Rit.* 20. *Januar.* 1691. verum Parochi amovibiles non deferunt signum distinctivum Parochorum, ubi hoc est solitum adhiberi, *Synod. diæces. Mediol.* 11. *an.* 1584. *monit. quæ ad sacram* §. *Coadjutores.* 4

Adhuc & Parochus ex Clero sæculari assumptus præcedere debet Parocho regulari. Et inter Curatos regulares non attenditur prærogativa Regulæ, seu Ordinis monastici, Mendicantis, vel Clericalis, quem professi sunt, sed prærogativa, & antiquitas Ecclesiæ parochialis, quam regunt, *Sac. Cong. Rit. in Asten.* 21. *Mart.* 1609. 5

Parochi sæculares in cunctis actibus publicis præferuntur cuicumque Monacho, & Fratri, ac Religioso regulari, *Clemens Papa VIII. in Constit.* quæ incipit, *Decet*, edita 20. *Februar.* 1601. Et in alia incipien. *Quæ ad removendum sub* 5. *Novembris* 1623. Greger. Pap. XV. Constit. cujus initium est *Alias* sub 3. Augusti 1622. Imo Parochum præcedere Canonico Cathedralis extra illam singulariter incedenti, censuit *Sacr. Cong. Rit. in Sutrin.* 4. *Decem.* 1604. 6

In sua Ecclesia quilibet Parochus præcedit aliis quibuscumque, qui non sunt ei ordine hierarchico superiores, tam in missa solemniter celebrandis, quam in omnibus aliis præeminentiis honorificis, tamquam sponsus, & Rector ejusdem Ecclesiæ, quam in titulum retinet, Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. par.* 3. *allegat.* 78. *numer.*38. ipsumque ibidem præferendum esse Decano, & Capitulo collegiatæ ad parochialem quotannis accedere solito, censuit *Rota romana* apud eumdem Barbos. *loc.cit.* nisi aliud ferat consuetudo. Demum Parochus in sua Ecclesia thuris- 7

rificandus est ante Baronem, dominum loci, *Sac. Cong. Ric. in Turritan. 7. August.* 1610. nec non 14. *Febr.* 1631.

8 Nullus in Ecclesia parochiali munus aliquod ecclesiasticum obire potest absque licentia Rectoris ejusdem, *Concil. Narbonen. an.* 1609. *cap.* 32. Ita ut nec etiam Confessario sit licitum impune ibidem confessiones audire absque ipsius Parochi licentia (, quæ solet in approbationibus confessariorum præservari) *Sac. Cong. Concil.* 19. *Januar.* 1641.

9 Sedile debetur Parocho in sua Ecclesia, super quo in functionibus ecclesiasticis valeat assidere: illudque poterit, ubi maluerit collocare, intra, vel extra Presbyterium, prout ratio functionis exercendæ requiret. Verum non uti valet sella, seu sede sublimi holoserica, reclinatoria, & pompatica, sed uti debet scamno ligneo, simplici, & modesto, sine panno, sine suppedaneo, & strato, *S. Cong. Ric. in Turritan. 7. Aug.* 1610. & 14. *Februar.* 1631.

10 Si in Ecclesia parochiali adsint Canonici cathedralis in habitu chorali, & capitulariter congregati, hi præcedunt Parocho, *Sac. Cong. Rit. in Sutrin. 2. August.* 1630. tuncque Parochus sedere debet post illos, *eadem Sac. Cong. Rit. in d. Turrican.* 14. *Februar.* 1631. etiamsi sit Archipresbyter, seu Plebanus, & ipsi non secus, ac alii Parochi sedent post dictos Canonicos. Veruntamen in tali occasione Parochus sedet ante Cathedralis Mensionarios, & Beneficiatos, eadem *Sac. Cong. in Contordien. 16. Maii* 1601. Sed & Coadjutor Parochi, absente Coadjuto, præcedit ipsis Beneficiatis, *Sac. Cong. Concil. in Lucan. 15. April.* 1690.

11 Extra vero propriam Ecclesiam Parochi non anteponuntur, sed postponuntur Mansionariis, Beneficiatis, & Clero cathedralis in incedendo, & sedendo, *S. Cong. Rit. in Terulen.* 12. *April.* 1603., & in *Taurinen. 2. Octob.* 1683. nisi Curatus quoque sit de gremio Capituli, habeatque stallum in choro una cum Canonicis, *eadem in Bitunt.* 21. *August.* 1688.

12 Occasione Synodi, vel festi alicujus, aut Processionis, Parochi tam urbani, quam rurales, etiam Archibresbyteri, & Plebani, non sedent io choro, neque incedunt simul cum Canonicis cathedralis, ibidem in habitu chorali, & capitulariter congregati, *Sac. Cong. Rit. in Letteren.* 14. *Januarii* 1612. Nec iisdem intermixti, sed separatim, *eadem in Materana* 12. *Maii* 1612. nisi & ipsi sint de gremio capituli. Ast Parochus cathedralis, etiam amovibilis, incedere debet cum Capitulo ejusdem supra alios Curatos etiam Priores, & Plebanos, *Sac. Cong. Rit. in Callien. 9. April.* 1633. Et in funeribus præcedit etiam proprio Parocho defuncti, quando incedit cum Capitulo eidem interessenti, *eadem in Pisauren.* 22. *Martii* 1631.

13 Itaque hocusqoe dicta sunt, se habent io abstracto; in concreto taman attendendæ sunt locorum consuetudines. Naoi Romæ præcedunt gradatim Parochi Ecclesiarum Patriarchalium, inde Parochi, tam parpetui, quam amovibiles, juxta prioritatem assimptionis eorumdem: postea Parochi regulares: demumque substituti Parochorum absentium. Qui substituti nihilominus, quando sunt redimiti stola, præcedunt aliis Parochis, sed non illis, qui pari modo stola ornati sunt.

Enim vero superpelliceo, & stola indutus Parochus præcedit aliis Presbyteris, & Curatis, 14 *Sac. Cong. Rit. in Firman.* 31. *Martii* 1618. ac etiam Canonicis, & dignitatibus cathedralis, non incedeotibus collegialiter. Quod & verum est de Vicecurato, ac Locumtenente Parochi absentis; quinimo & de quolibet Presbytero stola ornato, *Sac. Cong. Rit.* apud Barbos. *de canon. cap.* 17. *num.* 57. & 67. Hinc etiam Archibresbyter Curatus, secunda dignitas Capituli, dum muous parochiale exercet, & stola circumdatus, præcedit oedum aliis Parochis, & Canonicis, verum etiam ipsi primæ dignitati ejusmet Capituli, eadem *Sac. Cong. Rit. in nullius* 12. *Martii* 1612. & 4. *Maii* 1613.

Parochus in Funeralibus, (& idem dicendum 15 de Processionibus, aliisque publicis actibus ecclesiasticis) etiam stola indutui non præcedit Canonicis cathedralis, simul in habitu chorali, & capitulariter congregatis, sed solis aliis Presbyteris, qui non sunt de corpore ipsiusmet cathedralis, *Sac. Congreg. Rit. in Viterbien.* 25. *Junii* 1611. præcedit vero Canonicis Ecclesiæ collegiatæ, dum stolam defert, *eadem Sac. Cong. Rit. in Nucerina* 24. *Octobris* 1609. maxime in associandis funeribus defunctorum propriæ parochiæ, ipsamet, *Sac. Congr. in Præuestin.* 13. *Julii* 1619. sed oti adest immemorabilis consuetudo, ut tunc incedat sub Cruce Collegiatæ, illa servanda est, *Sac. Congreg. Concil. in Terracinen.* 23. *Februarii* 1619. denique inter Parochum, a quo, & Parochum, ad quem defunctus defertur, præcedentia huic secundo debetur, *Gavant. Enchirid. V. præcedentia in addit. num.* 32.

Inter præeminentias Parochi, ejusque Eccle- 16 siæ est, quod ubi deest cathedralis, vel alia Ecclesia prædita denominatione *Matricis*, nemo possit Sabbato sancto pulsare campanas, antequam ipse Parochus in sua Ecclesia propriæ campanæ dederit sonum: & huic subordinationi omnes tam sæculares, quam Regulares Clerici subsint, *Leo Papa X. Constit.* 17. quæ incipit, *Sacro*. Nec non Rectores Ecclesiarum Ordinis Sancti Joannis Hierosolimytani, & Ecclesiarum quoque Confraternitatum, tametsi extra, sed prope locum, ubi adest parochialis Ecclesia, cui hunc honorem deferre debent, *Sac. Congreg. Rit. in Placentina* 21. *August.* 1604. & in *Meliten.* 6. *Decem.* 1621. quod & servare tenetur etiam Ecclesia collegiata ibidem existens, si Matricis prærogativa careat, licet alioquin præcedentiam habeat supra ipsam parochialem, eadem *Sacr. Cong. Rit. in Siracusan.* 23. *Decemb.* 1619. Nisi contraria obsistat consuetudo.

Additio.

☞ Circa pulsum Campanæ vero, vide notata io hoc Opere, pag. 8. post num. 34. ☜

Quilibet Parochi rurales, eorumqoe Ecclesiæ 17 certo, & determioato Archipresbytero subordinari debent, ad cujus Ecclesiam conveoiunt pro

con-

conferentiis, cœtibus, & actibus ecclesiasticis, de more diœcesis exercendis. Etsi qui carent hac subordinatione, ad Plebanum viciniorem eos accedere oportet: sin minus cuinam suffragari teneantur, est ab Episcopo decernendum, *Synod. Mediolanen. 2. an. 1568. decr. 12.*

18 Quem quidem Archipresbyterum, etsi honorari a Parochis eidem suffragantibus rectus rerum ordo deposcat, nihilominus, dum accedit ad Ecclesiam, non est associandus, nec excipiendus ab ipsismet Parochis, & Clericis superpelliceis indutis, nec a quoquam ex eis illi porrigendum est aspersorium ad portam Ecclesiæ, neque alia obsequia illi exhibenda sunt Episcopi propria, & peculiaria, *Sac. Cong. Rit. in Barrn. 4. Junii 1615.*

19 Præeminentia Parochi est, quod in erectione Oratorii, tam laicorum, quam Confraternitatum, & generaliter in ædificatione Ecclesiarum intra districtum illius parochiæ, præservanda sunt jura parochialia; nempe in iis, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & quæ de jure debita sunt Parocho, atque parochiæ, *Sac. Cong. Concil.* apud Barbos. *de Offic. paroch. cap. 11. num. 1.* 2. quare ad ipsam erectionem necessario peti debet consensus Parochi, Qui tamen sufficienter adesse censetur, quoties ipse non contradicit. Et quatenus injuste deneget consensum, potest Superioris auctoritate suppleri, *Rot. in Romana Oratorii 13. Januarii 1705. num. 11.*

Additio.

☞ Circa Ecclesias ædificandas, & ædificatas intra limites parochiæ, vide notata in hoc Opere pag. 7. post num. 26. ☜

20 Aliæ prerogativæ, ac præeminentiæ Parochorum quoad sacras functiones, benedictiones, denunciationes festorum, Jejuniorum &c. aliaque jura parochialia datæ fuerunt superius *cap. 110. & 111.* ubi de illis ex proposito tractatum fuit. Plures aliæ itidem concernentes administrationem Sacramentorum recensitæ fuerunt, dum de singulis Sacramentis factus est sermo. Quæ hic jam non sunt repetendæ, ne volumen crescat in immensum, ac oneretur Lector iterata prolatione rerum, quas semel scripsisse suo loco satis est.

21 Nunc de parochiæ limitibus loqui oportet. Ut Pastor cognoscat oves suas, & suæ cognoscant eum, a quo pascantur, & in via Domini dirigantur, providere debet Ordinarius, ut si quæ parochiæ certos, & distinctos non habent fines, per quos earum populus dividatur, necessarii limites eis assignentur imprætergressibiles, & perpetuo distinctivi populi sibi commissi, *Concil. Trident. sess. 24. cap. 13. de reform.*

22 Dari nihilominus possunt parochiæ, quæ licet certos fines materiales non habeant, populum tamen habeant certum divisum per familias certas, quibus Parochus proprius adsit, eis administrans Sacramenta, & has non comprehendi sub decreto Concilii Tridentini mox citato, declaravit, *Sac. Cong. ejusdem Concilii* apud Garciam *de Benef. par. 12. cap. 2. num. 88.* verum a Sacra Congregatione Episcoporum approbatur magis distinctio parochiarum, quæ fit per vias, & domos, quam, quæ fit per familias tantum, etsi ad id Parochianos non compellendos esse duxerit *in Spoletana 20. Octobr. 1587. in Polirastren. 24. Martii 1697. & alibi.* Tolli vero divisionem per familias, & certos terminos locales subrogari monet. *Concil. Mediolan. 1. part. 2. tit. 1. §. 6.*

Additio.

☞ Circa parochias habentes populum distinctum per familias, vide dicta, & notata in hoc Opere pag. 6. post num. 24. ☜

23 Omnino autem prohibebit Episcopus, ne quisquam Parochus fines alterius parochiæ invadat, falcemque ne ponat in messem alienam, sed propriis limitibus contentus, ovile sibi commissum pascat, nec ad alium pertinens sibi usurpet, ne confusionibus, & dissidiis materia præbeatur, *cap. ecclesias. 1. caus. 13. qu. 1.* & sicut parochiæ per annos triginta possessæ ab Episcopo, ad ejus diœcesim debent immobiliter pertinere, juxta cap. per singulas 1. *cum cap. 2. 4. 8. & 9. caus. 16. qu. 3.* ita etiam provide disponet, quod fines parochiarum nullatenus invadantur, neque immutentur ab eo statu, quem habent jam ab annis triginta, & multo magis quam habent a tempore diuturniore, *cap. 5. & 6. dicta caus. 16. quæst. 3.*

24 In locis, ubi numerosus est populus, erigi quamprimum parochiales Ecclesias mandat *Concil. Trident. sess. 21. cap. 4. in med. de reform.* tum ut fideles habeant proprium Parochum, a quo recipiant Sacramenta, & apud quem audiant divina Officia: tum ne in casibus, præsertim repentinis, huc illuc excurrere cogantur ad Parochum reperiendum, *Concil. Mediol. 1. part. 2. tit. 1.* Verum sola numerositas populi, ut sic, non est causa sufficiens dismembrandi parochias, ut erigantur novæ. Tunc etenim providendum juxta formam, quam tradit in principio sui Decreti idem *Concil. Trid. dict. sess. 21. cap. 4. de reform.* sancientis, cogi Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ut sibi tot sacerdotes adjungant, quot sufficere possint cultui Divino peragendo, & Sacramentis commode populo administrandis.

Additio.

☞ Quomodo provisum sit Romæ circa Sacerdotem sibi a Parocho adjungendum ob numerositatem Parochianorum, vide notata in hoc Opere pag. 94. post num. 4. ☜

25 Nam alioquin, si ex hoc solo capite numerositatis populi, Episcopus vellet ad parochiæ divisionem, & erectionem novæ procedere, posset Rector legitime se illi opponere: quippe in eo casu deficerent requisita ejusmet, *Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. in med.* sine quibus nec divisiones parochiarum, neque novarum erectiones fieri possunt, *Sacr. Congr. ejusmet Concil. in Toletano 4. Maii 1697. in Gerunden. 29. Januarii 1701. & in* Neo-

Neocastren. 15. *Decembris* 1703. *ac* 16. *Februar.* 1704.

26 Requisita Concilii concurrunt, ubi propter locorum distantiam, vel itineris difficultatem, præsertim hyemali tempore, Parochiani non possunt sine magno incommodo convenire ad parochialem Ecclesiam pro susceptione Sacramentorum, & ad audienda divina Officia. Tuncque adest justa causa, ut veteres parochiæ dividantur, ac erigantur novæ, etiam Parocho invito, *cap. ad audientiam de Eccl. ædific. Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 4. *Concil. Avenionen. an.* 1594. *cap.* 42. item tametsi Parochus veteris Ecclesiæ promptum se offerret, ac paratum sibi assumere Capellanum, qui distantibus populis administraret Sacramenta, missasque celebret diebus festis, *Sacr. Cong. Concil. in Jannen.* 16. *Januar.* 1694. demum, & quantumvis parochiæ dividendæ quoquo modo pertineant ad Regulares, uti decisum refert Barbos. *ad Concil. sess.* 21. *cap.* 4. *num.* 9. & expresse notatur *in Concil. Mediol.* 6. *tit. de Parochis §. quibus*.

27 Porro regulam opportunam quoad hæc, præbet Episcopis recens Constitutio Innocentii Pap. XIII. quæ incipit, Apostolici ministerii §. 12. confirmata per *SS. D. N. Benedictum item XIII.* & inserta *Appendici Concilii Roman.* ann. 1725. num. 16. fol. 228. ita disponens: *Quoties ob locorum distantiam, sive itineris difficultatem Parochiani sine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, divinisque Officiis audiendis accedere ad Ecclesiam parochialem nequeant; tum quidem meminerint Episcopi, licere sibi pro suo arbitrio, invitis etiam Rectoribus, vel intra easdem parochias destinare alias Ecclesias, in quibus Sacerdotes Parochorum coadjutores Sacramenta ministrent, & Divinum cultum exhibeant; vel novas parochias, novasque parochiales Ecclesias a veteribus distinctas constituere, iisque novos Parochos præficere, assignata ex redditibus ad veterem parochialem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus, convenienti portione ad victum eorum, qui, vel tamquam Coadjutores in dictis aliis Ecclesiis deputati, vel tamquam distincti, & independentes Parochi curam animarum exercuerint, nulla ad præmissa impedienda suffragante appellatione, aut inhibitione*.

28 Verumtamen & adhuc accedentibus requisitis Concilii ob locorum distantiam, seu difficultatem itineris, divisio parochiæ veteris non ita fieri debet, ut ibidem nova parochia æque principaliter ex ea, & cum ea constituatur, *Sacr. Cong. Concil. in Neocastren.* 15. *Decem.* 1703. & 16. *Febr.* 1704. nam servandus est veteri Ecclesiæ, velut Matrici congruus honor, indicans dependentiam, *cap. ad audientiam* 3. *de Eccl. ædific. Sac. Cong. Concil. in Anglonen* 20. *Decemb.* 1704. Qui honor multiformiter potest assignari, vel ut nova veteri parvum censum annuum, aut cerei oblationem exhibeat, vel ei sepulturæ jus relinquat, vel Parocho antiquæ jus cantandi Missam aliquo in festo in nova parochia reservetur, aut aliquid simile decernatur, qua de re Monacell. *tom.* 1. *form.* 3. *nu.* 13. & *in suplem. num.* 13.

29 Præterea veteri Ecclesiæ parochiali reservandum est Juspatronatus, si de suis bonis ditata fuerit Ecclesia, noviter in parochialem erecta, *d. cap. ad audientiam* 3. *de Eccl. ædific.* quod si novæ parochiæ aliquis benefactor dotis partem contribuerit, efficeretur compatronus cum Rectore matricis, Fagnan. *in d. cap. ad audientiam numer.* 35., & 38. si vero Matrix nil de suo contribuat, juspatronatus non acquirit, *Sac. Cong. Concil. apud* Garciam *p.* 5. *cap.* 9. *num.* 57.

In praxi autem, ubi parochiæ asperitas, & 30
incommoditas populi distantis provisionem deposcit, satius esse, quod Vicariæ parochiales, etiam perpetuæ erigantur, quam quod novæ parochiæ constituantur, censuit *Sac. Cong. Episcop. in Senens.* 23. *Augusti* 1624. sic enim habetur optatus effectus, minorque patet aditus ad litigia. Tamen & Concilium, & Bulla præfata Innocentii Pap. XIII. remponit in arbitrio Episcopi. Vide pro praxi antedictæ divisionis Monacell. *tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 3. *per tot.*

Non potest Episcopus erigere Ecclesiam Ju- 31
rispatronatus in parochialem absque consensu patronorum, *Sac. Cong. Episc. in Mantuan.* 1. *Junii* 1604. parochialitas etenim præsefert onus, quod Ecclesiæ addendum non est, invito patrono. Nec etiam expedit addi, ne patronatus extendatur ad parochiam, ne parochia fiat servilis; ne tamdem hæc ad nutum alterius debeat vacationis occasione conferri.

Causa quoque justa erigendi novam paro- 32
chiam, divisa veteri, est, si pars populi extra, & pars intra mænia civitatis, vel oppidi alicujus consistat, quod nocturno tempore claudatur, & propter casus repentinos indigentiæ Sacramentorum, expeditus non sit accessus populi ad Parochum, præsertim nocturno tempore. Tunc igitur poterit vetus parochia dividi, & nova erigi, qua commoditati populi satisfiat. Idque fieri, etiam invito Rectore, ad formam dict. cap. ad audientiam, & *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 4. *Ita Concil. Mediol.* 1. *p.* 2. *tit.* 1. *§. quæ*.

Verum *Sacra Congregat. Concilii in Lauden.* 12. 33
Augusti 1628. in isto casu periculo animarum providendum esse duxit erectione capellæ dependentis ab Ecclesia parochiali, in quo ponatur Vicarius amovibilis, approbatus ab Ordinario, qui fidelibus partis parochiæ incommodæ Matrici administret Sacramenta. Eadem quoque pars parochiæ incommodæ non est Regularibus commendanda, *Sac. Cong. Episcop. in Viglevan.* 8. *Novembr.* 1581. & *in Montis Regalis* 17. *Januarii* 1600.

Quoad uniones parochialium Ecclesiarum, si 34
hæ paupertate laborent, itaut debitis nequeant oneribus satisfacere, providere poterit Antistes uniendo eisdem aliqua beneficia simplicia, non regularia, vel primitiarum, aut decimarum assignatione, sive augumento; aut obligandos Parochianos ad contribuendum pro rata usque ad congruam Rectoris mercedem, prout edicit *Concil. Trid. sess.* 24. *can.* 13. & *Decretum* 26. *Visitat. Apost. post Concil. Benvent. an.* 1599.

Ceterum parochiales Ecclesiæ actu, non solo 35
habitu tales, uniri non possunt episcopali mensæ quantumvis tenui, neque Capitulo cathedralis, vel collegiatæ Ecclesiæ, illusive dignitatibus, & Præbendis (etiam ob ingentem illarum tenuitatem, & ne ipsarum numerus minuatur,

tur, *Sacr. Congr. Concil. in Alexandr. 3. Martii 1594.*) neque Monasteriis utriusque sexus; neque Abbatiis, Hospitalibus, & beneficiis simplicibus, vel Jurispatronatus, neque Ordinibus equestribus, prout expresse cavet *Concil. Trident. loc. cit.* etiam si parochia unienda depopulata esset, *eadem Sac. Congr. in Thelesina 7. Junii 1703. ac 9. Augusti 1704.* imo etiamsi parochialis esset destructa, *eadem in Aversan. 6. Octobr. 1703.* Et quod dicitur de vetita unione parochiæ, intelligitur quoque de unione partis redditaum ejusdem, ipsamet *Sac. Congr.* apud Garciam *de benef. p. 6. cap. 3. n. 121. & part. 12. cap. 2. n. 87.*

36 Quoties vero perpetua unio parochialium fieri valet, consensus quoque Capituli Cathedralis adesse debet. Nec item fieri potest unio, nisi absque præjudicio illorum, qui uniendas obtinent beneficia, *Clement. 2. de reb. Eccles. non alien. Concil. Trident. sess. 21. cap. 5. Sac. Cong. Episcop. in Pennen. 18. Junii 1602. in Cajacen. 31. Augusti 1628.* sufficit nihilominus ipsum Capituli consensum accedere etiam post unionem factam, Barbos. *ad Concil. loc. cit. num. 9.*

37 Postremo parochiales Ecclesias convertere non licet in beneficium simplex, *Concil. Trident. sess. 25. cap. 16.* neque aliquam partem reddituum earumdem, *Sac. Congr. concil.* apud Barbos. *summ. Apost. dec. collect. 552. num. 48.* nec etiam facta suppressione parochiæ, ut erigatur in beneficium simplex, *Sac. Cong. Episcop. in Camerinen. 1. Octobr. 1621.*

38 Pro Ecclesiarum parochialium reparatione omnem solertiam debet Episcopus adhibere, ut fiat ab iis, ad quos pertinet, prout infra dicetur: sed quatenus concurrant justæ causæ, *in Concil. Trid. sess. 21. cap. 7.* expressæ; potest ipsas Ecclesias etiam profanare, ibidem, erecta Cruce, *Sac. Congr. Concil. in Tholesina 14. Febr. 1632.*

Opportune præcipiet Episcopus Rectoribus animarum, ut onera earum Ecclesiis incumbentia, sive Missarum, sive piarum largitionum, sive alterius cujuscumque speciei adimpleant. Sacram quoque supellectilem ita conservent, ut non sensim sine sensu deficiat, sed loco ejus, quæ usu consumitur, aliam subrogent, & ornatum Ecclesiarum suarum potius augeant, quam imminuant, *Concil. Mediol. 1. p. 2. tit.* quæ ad bonorum conservationem. 39

Bona quoque, jura, & res Ecclesiæ non dissipent, nec deteriora reddant, neque alienatione ulla subvertant, *cap. quisquis 12. qu. 1. cap. 1. cum aliis, de rebus Eccles. alien.* prædia itidem coli faciant, & arboribus vestiant, ne nuda, vel dissipata remaneant Successori. Demum & ædes, ac ædificia sarta tecta conservent, pœnis competentibus contra secus agentes in dictis. 40

Præcipue autem ad reparandas Ecclesias, quibus præsunt, urgendi sunt, ut eas opportune restaurent; vel totaliter propriis sumptibus, si redditus earum sufficiant, vel contribuendo pro parte una cum aliis forte ibidem possidentibus alia beneficia; sive una cum populo concurrente itidem pro una parte reparationi: sic ut omnino aliquo modo restaurentur, & sartæ tectæ serventur, *cap. 1. de Eccl. ædif. Concil. Trident. sess. 21. cap. 7. de reform.* 41

Ad quam reparationem quinam, & qua differentia, qua namque deductione reddituum pro alimentis, & sustentatione Rectoris teneantur, vide Barbos. *ad d. cap. 7. sess. 21. Concil. Trident.* sed cum diversimode pro regionum, diœcesum, & Ecclesiarum varietate, solitum sit in hac materia procedere, mandet Episcopus reparationem fieri sumptibus eorum, ad quos de more loci noscitur pertinere. 42

INDEX

INDEX

VERBORUM, SEU TITULORUM

DE QUIBUS SERMO EST IN HOC OPERE.

A

Ætas ad matrimonium.
Abbas.
Absolutio a casibus reservatis.
Absolutio conditionalis.
Absolutio sacramentalis.
Actus virtutum theologalium.
Admonitiones faciendæ a Parocho.
Adoptio.
Adulterii crimen.
Adventus tempus.
Afflictus agrorum.
Affinitas.
Aggregationes Confraternitatum.
Agrorum conductio.
Alearum ludus.
Alienatio bonorum.
Altare privilegiatum.
Animæ infirmi morti proximi commendatio.
Annunciationis B. V. festo.
Annus celebrandi Synodum.
Annus, intra quem provisus de parochiali tenetur ad Sacerdotium promoveri.
Anuli usus.
Appellatio.
Approbatus ad confessiones.
Aquæ quantitas in Baptismo.
Aquæ sanctæ aspersio.
Archidiaconus.
Archiepiscopi Ecclesia.
Archivium.
Armorum delatio.
In Articulo mortis benedictio.
Articulos Fidei.
Aspersio, seu benedictio domorum.
Associatio cadaverum.
Auctoritas Parochi in Ecclesiis intra parochiam sitis.
Aucupium.

B

Baptismalem Ecclesiam obtinens.
Baptismalis Fons.
Baptismus.
Benedictio candelarum.
Benedictio cinerum.
Benedictio domorum.
Benedictio Fontis baptismalis.
Benedictio nuptialis.
Benedictio Palmarum.
Benedictio papalis in articulo mortis.
Benedictio Puerperarum.
Beneficiatus quoad Horas canonicas.
Beneficii appellatione.
Beneficii liberi Collatores.
Beneficii privatio.
Beneficium curatum.
Beneficium resignans.
Beneficium vacans.
Beneplacitum apostolicum.
Blasphemantes publice Deum.
Bona immobilia Ecclesiarum.
Breviarii romani rubricas.

C

Cadavera defunctorum.
Calix.
Cambium activum.
Campanæ.
Candelarum benedictio.
Candelarum distributio.
Canes, & accipites.
Canonica portio.
Canonici Cathedralium.
Canonici Collegiatarum.
Canonicatum, & parochiam obtinens.
Cantores ecclesiastici.
Cantus in Ecclesia.
Capellanus in Ecclesia Monachorum.
Capellanus quoad stipendium dandum alteri pro celebratione Missæ.
Capitula Cathedralium.
Casus reservati Episcopo.
Casus reservatus Urbis Vicario.
Cathedrali Savonæ.
Choreis.
Censuræ ferri nequeunt a Parocho.
Cinerum benedictio.
Clavis tabernaculi SS. Eucharistiæ.
Clausula, *et si præinserta*.
Clausula, *appellatione remota*.
Clausula, *dummodo remaneant centum pro rectore*.
Clausula, *salvo jure parochialis*.
Clausula, *salva justitia parochialis*.
Clausulæ literarum S. Pænitentiariæ.
Clementina unica de Baptismo.
Clementina *dudum* de Sepulturis.
Clericis negociatio.
Clerus sæcularis in Ecclesiis Regularium.
Coadiutor.
Coadiutus.
Cognatio legalis.
Cognatio naturalis.

Cogna-

Cognatio spiritualis.
Collatio parochiæ.
Collegii jus remanens in uno.
Color rubeus.
Color viridis.
Coma adscititia.
Commendatores perpetui.
Communicatio non extenditur.
Commediarum impudicarum.
Commendatio animæ.
Communio paschalis.
Communio quotidiana.
Communio sacramentalis.
Complicem absolvens.
Complicem exquirens.
Compositio super decimis.
Compositiones super juribus parochialibus.
Concursus ad parochiales.
Conditio de futuro in Sacramentis.
Conductio agrorum.
Confessarius absolvens complicem.
Confessarius sæcularis, & regularis.
Confessiones audiens quo habitu debet esse indutus.
Confessarius solicitans pænitentem non ad venerea.
Confessarius solicitans ad venerea.
Confessio complicis.
Confessio per literas.
Confessio mulierum.
Confessio propiorum parochianorum.
Confessio sacramentalis cum Parocho intruso.
Confessionale.
Confessionis sigillum.
Confirmandi.
Confirmatio.
Confraternitates laicorum.
Consuetudo in materia decimarum.
Consuetudo in materia oblationum.
Consuetudo in materia residentiæ.
Cura animarum in beneficiis unitis.
Cura animarum in Ecclesia collegiata.
Cura habitualis.
Cura totalis translata in Vicarium.
Curæ appellatione.
Curæ titulus.
Curatus quoad accessum ad concursum.
Curatus vicinus.
Crux Altarium.
Crux unica in funeralibus.

D

Decennium.
Dedicationis Cathedralium Anniversarium.
Decimæ.
Defunctorum cadavera.
Defunctorum Officia.
Degradatio Parochi.
Delegatus Parochi.
Denunciatio solicitantium.
Denunciationes matrimoniales.
Descendentes ab hæreticis.
Descendentes a Judæis in regno Portugalliæ.
Diaconus.
Dignitas cum cura animarum.
Dignus.
Discordias Parochianorum.
Disparitas cultus.
Dispensare quæ nequeat Episcopus.
Dimissio Parochiæ.
Divisio Parochiæ.
Doctrinam christianam docere tenetur Parochus.
Domicilium, & quasi domicilium.
Domorum benedictio.
Domus parochialis.
Duellum.

E

Ecclesia præsumitur curata.
Ecclesia quoad dotem.
Ecclesia matrix.
Ecclesia parochialis de novo erecta.
Ecclesia parochialis accessorie unita.
Ecclesia reparatione indigens.
Ecclesia in titulum conferenda.
Edictum pro concursu.
Electio ex Concurrentibus.
Electio digni, prætermisso digniore.
Electio sepulturæ.
Emptio, & venditio.
Episcopus quoad plura diversa facienda, vel non facienda.
Error communis.
Eucharistia.
Examinari iterum potest Parochus.
Examen promovendorum ad parochialem in concursu.
Examinatores synodales.
Excommunicatio latæ sententiæ, si non est reservata, absolvi potest a quocunque.
Excommunicatio ferri nequit a Parocho.
Excommunicatio reservata Urbis Vicario.
Exercitationes obscænæ puerorum.
Expositi ad januam Hospitalium.
Extrema unctio.

F

Fabricæ Ecclesiæ parochialis.
Famigliares Regularium.
Famula a Parocho retinenda.
Famuli, & famulæ quoad matrimonium.
Feria V. VI. & Sabato majoris hebdomadæ.
Festa Kalendarii.
Festorum observatio.
Festos dies quoad opera servilia.
Festum Annunciationis B. V.
Festum duplex.
Festum S. Josephi.
Fidei professio.
Fidei rudimenta.
Fides extracta per Parochum ex suis libris.
Filiam spiritualem solicitans extra confessionem.
Fons baptismalis.
Fœmina non admittenda, ut ministret Sacerdoti celebranti.
Forma Baptismi in occidentalibus Ecclesiis.

Forma

Forma Extremæ Unctionis.
Formulæ adhibendæ a Parocho in descriptione baptizatorum.
Fructus acceptione.
Fructuum beneficii restitutio.
Fructuum omissorum restitutio.
Functiones parochiales.
Fundus hipothecatus.
Funeralia quæ dicantur.
Funerale ducere.

G

Generalis Regularium quoad electiones ad prælaturas.
Gesta sacramentaliter a non vero Ministro.
Grangiæ Monasteriorum.

H

Habitum suscipiens a Superiore regulari quoad sepulturam.
Hæbreorum descendentes in regno Portugalliæ.
Hæredes defunctorum.
Hæbdomadæ majoris feria V. VI. & Sabato.
Hispaniæ regnorum appellatione.
Horæ Canonicæ.
Humicidii crimen.
Honestas publica.

I

Illiteratis Parochis dandus est Coadjutor.
Idoneitas ad parochialem.
Jejuniorum observatio.
Impedimenta matrimonium dirimentia.
Impedimenta matrimonium impedientia.
Impedito non currit tempus.
Imperiti Parochi.
Incommoda provenientia Parochianis, non interessentibus Missæ parochiali.
Indulgentiæ non publicandæ.
Indulgentia centum dierum, & aliæ.
Infantes Nutricibus ad alendum traditi.
Infideles.
Infirmorum visitatio.
Inhabilitas.
Inquisitores contra hæreticam pravitatem.
Interdicti notorii, & denunciati.
Interdicti tempore.
Inventarium.
S. Josephi festo.
Irrationabilitas electionis.
Irregularitas.
Judex ecclesiasticus.
Jura parochialia.
Juramentum.
Jus patronatus.
Jus patronatus laicale.
Juris patronatus parochia.

L

Lampas.
Laicus quoad decimarum possessionem.
Laicus quoad sumptionem Eucharistiæ.
Legati repudiatio.
Legatum factum Ecclesiæ pro sepultura.
Leges cæremoniales.
Libri, quos Parochus retinere debet.
Libri matricularum.
Libros morales penes Parochum.
Litaniæ Majores.
Locationes propriorum animalium.
Locationes redditaum bonorum Ecclesiæ.
Luctæ nudorum.
Ludi theatrales.
Ludus alearum.

M

Majores dicuntur.
Matrimonii impedimenta dirimentia.
Matrimonii impedimenta impedientia.
Matrimonii Ministri.
Matrimonii nulli dispensatio.
Matrimonium quoad contractum.
Matrimonium conditionatum.
Matrimonium filiorum familias.
Matrimonium conscientiæ.
Matrimonium vagorum.
Matutinum Defunctorum.
Mercatum.
Meretrices.
Miracula.
Missa.
Missa pro Defunctis.
Missæ applicatio pro populo.
Missarum Collectores.
Missæ manualis stipendium.
Missæ perpetuæ stipendium.
Monitoria ad revelandum.
Mors, & sepultura probatur.
Mulieris confessio.
Mulieris cohabitatio.
Mulieris ministerium in Missa.
Musica.

N

Nobilitas in paritate vocum.
Negociatio.
Nomina mortuorum.
Nomina turcica.
Nomen malum.
Nundinæ.
Nuptiæ.
Novalia.

O

Oblationes.
Obligatio Patrinorum.

Obsca-

Obscænæ exercitationes.
Observatio Festorum.
Observatio Jejuniorum.
Obstetricum instructio, vulgo Mammane.
Officium divinum.
Officium defunctorum die secunda Novembris.
Officium defunctorum diebus statutis.
Officium B. V.
Oleum Lampadis.
Oleum sanctum.
Onera quæ deducenda.
Opera servilia.
Oratoria Confraternitatum.
Oratoria privata.
Ordinarius.
Ordinem presbyteratus recipiendum intra annum.
Ordo conferri nequit descendentibus a Judæis.
Originarius.

P

PActum.
Papa.
Parochia.
Parochia de Jure patronatus.
Parochiæ collatio.
Parochiæ dimissio.
Parochiæ renunciatio.
Parochiarum institutio, & distinctio.
Parochialitas unde probetur.
Parochiani.
Parochus.
Parochus amovibilis.
Parochus Cathedralis.
Parochus Ecclesiæ dependentis a Capitulis &c.
Parochus Ecclesiæ spectantis ad Ordinem Melitensem, & Theutonicum.
Parochus Ecclesiæ de jure patronatus.
Parochus Ecclesiæ unitæ Monasteriis.
Parochus regularis.
Parochi potestas in sua Ecclesia.
Patrini.
Patronus laicus.
Pauperum appellatione.
Peccata venialia.
Peccator notorius.
Peccator occultus.
Pensio.
Peregrinus.
Pestis tempore.
Pilei usus.
Plebanus.
Pœnitentia solemnis.
Pœnitentiæ sacramentum.
Portio congrua.
Potestas Parochi in sua parochia.
Præcedentia inter Parochos.
Prædicatio verbi Dei.
Præscriptio.
Præsentia Parochi in matrimonio.
Primitiæ.
Princeps prohibere nequit tempore pestis.
Privilegium.
Processiones.
Procurator in Baptismo.
Professio fidei.
Psalmi pœnitentiales, & graduales.
Pyxides.

Q

QUæstores.
Quarta funeralis.

R

REgula triennalis.
Regulares.
Regularium Superiores.
Rejectus in concursu.
Religiosus moriens extra claustrum.
Reliquia insignis.
Renunciatio parochiæ.
Renunciatio portionis canonicæ.
Reparatio Ecclesiæ parochialis.
Res deperditæ, & furto ablatæ revelandæ.
Res exiguæ quoad alienationem.
Residentia.
Res, seu bona mobilia parochiæ.
Restitutio fructuum ob omissionem Horarum canonicarum.
Restitutio fructuum ob non residentiam.
Revelatio rerum deperditarum, & furto ablatarum.
Ritus, & Cæremoniæ in Sacramentis administrandis.
Rubrica Breviarii.

S

SAcerdotes sæculares in Ecclesiis Regularium.
Sacerdos Eucharistiam recipiens.
Sacerdotio initiari debet Parochus.
Sacerdotis proprii nomine.
Sacramenta administranda.
Sacramentalia.
Sacrilegii species.
Schedula, seu fides Communionis paschalis.
Sepultura.
Sepulturæ electio.
Sigillum confessionis.
Simonia.
Sodalitia pro Doctrina christiana.
Solicitationis crimen.
Sponsalia de futuro.
Stolam.
Superpellicenm.

T

TAbernaculum pro Eucharistia.
Tabernæ.
Taurorum agitationibus.
Terrulæ quoad alienationem.
Tertiarii, & Tertiariæ Regularium.
Titulus coloratus.

Torneamenta.
Tributum.
Triennalis regula.

V

VAgi.
Valor ducatorum centum.
Valor rerum exiguarum.
Venatio.
Venator.
Vendere, & emere.
Verba intelligenda.
Viaticum.
Viatores.
Vicaria perpetua.
Vicariæ perpetuæ Urbis.
Vicarii parochialium.
Vicarius generalis.
Vicarius perpetuus.
Vice Curatus.
Virtutuum theologalium actus:
Vigiliæ de præcepto.
Vineolæ quoad alienationem.
Vinum vendere.
Visitatio infirmorum.
Unctio extrema.
Unio parochiæ cum altera.
Votum decisivum.
Votum dispensandi potestas.
Votum solemne castitatis.
Usurarii.
Uxor præmortua quoad sepulturam.

INDEX

INDEX MATERIARUM

SPECIATIM AD PAROCHUM PERTINENTIUM, ALPHABETICO ORDINE EXPOSITARUM.

A

Parochus quoad Absentiam a parochia, vide Residentia. Abesse.
Quoad Absolutionem a casibus reservatis, vide Casus reservati.
Quoad Absolutionem conditionatam, vide Absolutio conditionalis.
Quoad Absolutionem sacramentalem, vide Confessio. Pœnitentiæ sacramentum.
Quoad Actorum validitatem cum titulo nullo, vide Titulus coloratus.
Quoad Actus virtutum theologalium eliciendos cum populo, vide Actus virtutum theologalium.
Quoad Administrationem Sacramentorum, vide Sacramentorum administratio.
Quoad Admonitiones suis parochianis faciendas, vide Admonitiones.
Quoad Ætatem pro matrimonio, vide Ætas pro matrimonio.
Quoad Agrorum benedictionem, vide Agrorum benedictio.
Quoad Alienationem bonorum Ecclesiæ, vide Alienatio bonorum.
Quoad Amovibilitatem a parochia, vide Parochus amovibilis.
Quoad Altare privilegiatum, vide Altare privilegiatum.
Quoad Animæ commendationem morientium, vide Animæ commendatio. Commendatio Animæ, Infirmorum visitatio.
Quoad Appellationem a mala relatione Examinatorum, & ab irrationabili judicio Episcopi, vide Concursus.
Quoad Applicationem Missæ pro populo, vide Missa.
Quoad approbationem in concursu ad parochialem, vide Concursus.
Quoad Aspersionem domorum in sabato sancto, vide Benedictio domorum.
Quoad Associationem mortuorum in aliena Ecclesia tumulandorum, vide Funerale ducere.
Quoad Auctoritatem in Ecclesiis sitis intra limitea parochiæ, vide Auctoritas Parochi nulla est in Ecclesiis &c.
Quoad Auctoritatem in sua parochia, vide Auctoritas Parochi in sua parochia.

B

Parochus quoad Baptismum, vide Baptismus.
Quoad Benedictionem agrorum, vide Agrorum Benedictio.
Quoad Benedictionem domorum, vide Benedictio domorum.
Quoad Benedictionem nuptiarum, vide Benedictio nuptialis.
Quoad Benedictionem papalem, vide Benedictio papalis in articulo mortis.
Quoad Benedictionem Puerperarum, vide Benedictio Puerperarum.

C

Parochus quoad Cadavera defunctorum, vide Cadavera defunctorum.
Quoad Cadaverum associationem, vide Associatio cadaverum, Funerale ducere.
Quoad Candelarum distributionem, vide Candelarum distributio.
Quoad Celebrationem Missæ diebus festis, vide Missa.
Quoad Coadjutorem, vide Coadjutor.
Quoad cohabitationem cum mulieribus, vide Famula.
Quoad Commendationem animæ morientium, vide Commendatio animæ.
Quoad Communionem paschalem, vide Communio paschalis.
Quoad Communionem sacramentalem, vide Communio sacramentalis.
Quoad Compositiones super juribus parochialibus, vide Compositiones. Pacta.
Quoad Confessiones audiendas, vide Confessio; Pœnitentiæ Sacramentum.
Quoad Confirmationis Sacramentum, vide Confirmatio.
Quoad Concursum, vide Concursus.
Quoad Confraternitates, vide Functiones parochiales. Oratoria Confraternitatum.
Quoad Congruam sibi debitam, vide Congrua.
Quoad Contemptum parochianorum sibi illarum vide Contemptus parochianorum.

D

Parochus quoad Decimas, vide Decima.
Quoad Denunciationes matrimoniales, vide Denunciationes matrimoniales.
Quoad Denunciationem confessarii solicitantis, vide Crimen Solicitationis.
Quoad Denunciationem promovendorum ad Ordinea sacros, vide Ordinandi ad majores Ordines.
Quoad Dimissionem, & Renunciationem parochiæ, vide Dimissio, Renunciatio, Resignatio parochiæ.
Quoad Doctrinam Christianam, vide Doctrina Christiana.
Quoad Domorum benedictionem, vide Benedictio domorum.

E

Parochus quoad Ecclesias intra limites parochiæ, vide in Ecclesiis intra limites parochiæ.
Quoad Ecclesiæ parochialis reparationem, vide Reparatio Ecclesiæ parochialis.
Quoad Eucharistiæ custodiam, vide Eucharistia.
Quoad Eucharistiæ distributionem, vide Communio sacramentalis.
Quoad Examen iterum subeundum a Parocho, vide Imperiti Parochi.
Quoad Excommunicationem ferendam in parochianos, vide Excommunicatio ferri nequit a Parocho.
Quoad Extremam Unctionem, vide Extrema Unctio.

F

Parochus quoad Familiares Regularium, vide Familiares Regularium.
Quoad Festorum observationem, vide Festorum observatio.
Quoad Fidei professionem, vide Fidei professio.
Quoad Fidei rudimenta, vide Fidei rudimenta.
Quoad Fontem baptismalem, vide Fons baptismalis.
Quoad Functiones parochiales, vide Functiones parochiales.
Quoad Funeralia, vide Funeralia.

H

Parochus quoad Horas canonicas, vide Horæ canonicæ.

I

Parochus quoad Idoneitatem ad parochialem vide Idoneitas ad parochialem.
Quoad Jejuniorum observationem, vide Jejuniorum observatio.
Quoad Illiteraturam, vide Illiteratis Parochis.
Quoad Impedimenta matrimonii, vide Matrimonii impedimenta.
Quoad Imperitiam in doctrina, vide Imperiti Parochi.
Quoad Indulgentias, vide Indulgentiæ.
Quoad Infirmorum visitationem, vide Infirmorum visitatio.
Quoad ingressum in Ecclesiis Regularium, vide Funerale ducere.
Quoad Inventarium rerum parochiæ, vide Inventarium.
Quoad Jura parochialia, vide Jura parochialia.

L

Parochus quoad Lampadem coram SS. Eucharistia, vide Lampas.
Quoad Libros penes se retinendos, vide Libri.
Quoad Locationes, vide Locationes.

M

Parochus quoad Matrimonii celebrationem, vide Matrimonium coram Parocho,
Quoad Matrimonium conscientiæ, vide Matrimonium conscientiæ.
Quoad Matrimonii nulli convalidationem, vide Matrimonii nulli dispensatio.
Quoad Matrimonii impedimenta dirimentia, vide Matrimonii impedimenta dirimentia.
Quoad Matrimonii impedimenta impedientia, vide Matrimonii impedimenta impedientia.
Quoad Matrimonium conditionatum, vide Matrimonium conditionatum.
Quoad Matrimonium filiorum familias, vide Matrimonium filiorum familias.
Quoad Matrimonii ministros, vide Matrimonii ministri.
Quoad Matrimonium vagorum, vide Matrimonium vagorum.
Quoad Matutinum defunctorum, vide Matutinum defunctorum.
Quoad Mercatum, vide Mercatum.
Quoad Misteria fidei populo explicanda, vide Doctrinam christianam. Prædicatio verbi Dei.
Quoad Missæ applicationem pro populo, vide Missæ applicatio.
Quoad Missæ celebrationem diebus festis, vide Missa.
Quoad Missæ iterationem eodem die, vide Missa.
Quoad Missæ auditionem a Parochianis habendam in propria parochia, vide Contemptus Parochianorum.
Quoad Monitoriorum publicationem ad revelandum res deperditas, vide Monitoria ad revelandum res deperditas.

N

Parochus quoad Negociationem, vide Negociatio.
Quoad Nomina mortuorum describenda, vide Nomina mortuorum.
Quoad Nomina imponenda in Baptismo, vide Nomina turcica.
Quoad Nuptias, vide Nuptiæ.

O

Parochus quoad Oblationes, vide Oblationes.
Quoad Obligationem patrinorum, vide Obligatio patrinorum.
Quoad Observationem festorum, vide Observatio festorum.
Quoad Observationem jejuniorum, vide Observatio jejuniorum.
Quoad Officium defunctorum, vide Officium defunctorum.
Quoad Officium divinum, vide Officium divinum. Horæ canonicæ.
Quoad Oleum lampadis, vide Oleum lampadis.

Quoad

Quoad Oleum sanctum, vide Oleum sanctum. Extrema Unctio.
Quoad Opera servilia, vide Opera servilia.
Quoad Oratoria Confraternitatum, vide Oratoria Confraternitatum.
Quoad Oratoria privata, vide Oratoria privata.
Quoad Ordinem presbyteratus a se recipiendum, vide Ordinem presbyteratus, Sacerdotio.

P

Parochus quoad Parochiam amovibilem, vide Parochus amovibilis.
Quoad Parochiam Cathedralis, vide Parochus Cathedralis.
Quoad Parochiam dependentem a Capitulis, vide Parochus Ecclesiæ dependentis.
Quoad Parochiam de jure patronatus, vide Parochus Ecclesiæ de jure Patronatus.
Quoad Parochiam spectantem ad Ordinem Melitensem, & Theutonicum, vide Parochus parochiæ spectantis ad Ordinem &c.
Quoad Potestatem in sua Ecclesia, vide Parochi potestas in sua Ecclesia.
Quoad Potestatem in sua parochia, vide Potestas Parochi in sua parochia.
Quoad Patrinos, vide Patrini.
Quoad Peccatorem notorium, vide Peccator notorius.
Quoad Peccatorem occultum, vide Peccator occultus.
Quoad Pensionem, vide Pensio.
Quoad Peregrinos, vide Peregrinus.
Quoad Pestis tempus, vide Pestis tempore.
Quoad Pænitentiæ sacramentum, vide Confessio, Pænitentiæ sacramentum.
Quoad Portionem congruam, vide Portio congrua.
Quoad Præcedentiam, vide Præcedentia inter Parochos.
Quoad Prædicationem verbi Dei, vide Prædicatio verbi Dei.
Quoad Præsentiam in matrimonio, vide Præsentia Parochi in matrimonio.
Quoad Primitias, vide Primitiæ.
Quoad Processiones, vide Processiones.
Quoad Professionem fidei, vide Professio fidei.
Quoad Pyxides, vide Pyxides.

Q

Parochus quoad Quæstores, vide Quæstores.
Quoad Quartam funeralem, vide Quarta funeralis.

R

Parochus quoad Regulam triennalem, vide Regula triennalis.
Quoad Rejectum in concursu, vide Rejectus in concursu.
Quoad Religiosum morientem extra claustrum, vide Religiosus moriens extra claustrum.
Quoad Renunciationem parochiæ, vide Renunciatio parochiæ.
Quoad Reparationem Ecclesiæ, vide Reparatio Ecclesiæ.
Quoad Residentiam, vide Residentia.
Quoad Restitutionem fructuum ob omissionem Horarum canonicarum, vide Restitutio fructuum ob omissionem &c.
Quoad Restitutionem fructuum ob non residentiam, vide Restitutio fructuum ob non residentiam.
Quoad Res deperditas, & furto ablatas revelandas, vide Monitoria.
Quoad Revelationem rerum deperditarum, & furto ablatarum, vide Monitoria.

S

Parochus quoad ad Sacerdotium suscipiendum, vide Sacerdotio initiari.
Quoad Sacramenta administranda, vide Sacramenta administranda.
Quoad Schedulam, seu fidem Communionis paschalis, vide Schedula &c.
Quoad Sepulturam, vide Sepultura.
Quoad Sepulturæ electionem, vide Sepulturæ electio.
Quoad Sigillum confessionis, vide Sigillum confessionis.
Quoad Solicitationis crimen, vide crimen Solicitationis.
Quoad Sponsalia de futuro, vide Sponsalia de futuro.
Quoad Stolam deferendam, vide Stolam.
Quoad Superpelliceum deferendum, vide Superpelliceum.

T

Parochus quoad Tabernaculum pro Eucharistia, vide Tabernaculum.
Quoad Tertiarios, & Tertiarias, vide Tertiarii.
Quoad Titulum coloratum, vide Titulus coloratus.
Quoad Triennalem regulam, vide Triennalis regula.

V

Parochus quoad Vagos, vide Vagi.
Quoad Valorem ducatorum centum, vide Valor ducatorum.
Quoad Viaticum, vide Viaticum.
Quoad Viatores, vide Viatores.
Quoad Vicarios parochialium, vide Vicarii parochialium. Vicarius perpetuus.
Quoad Vicecuratum, vide Vicecuratus.
Quoad Virtutum theologalium actus, vide Virtutum theologalium.
Quoad Vigilias de præcepto, vide Vigiliæ.
Quoad Visitationem infirmorum, vide Visitatio infirmorum.
Quoad Unctionem extremam, vide Unctio extrema.
Quoad Unionem parochiæ cum altera, vide Unio parochiæ.

INDEX

RERUM NOTABILIUM

Prior numerus indicat Paginam, posterior, numerum marginalem.

Quæ deficiunt in hoc Indice, suppleri possunt per numéros appositos in Summario omnium Capitum, in hoc Opere contentorum.

A

ABBAS vere nullius, habens jus convocandi Synodum, & eligendi Examinatores synodales, potest indicere concursum ad parochialem 21. 38. ☞ Item dare potest licentiam alienandi res exiguas 121. post n. 42. vide Alienatio.

Absolutio a casibus reservatis, vide Casus reservati.

☞ *Absolutio* conditionalis a peccatis, an, & quando dari possit 139. post n. 11. 248. post n.37. & 249. post num. 46.

Absolutio sacramentalis præstita a Parocho, nulliter instituto, cum titulo tamen colorato, & errore communi, est valida, ☞ si adsit bona fides in pænitente 144. post n.34.

☞ *Aetas* famulæ, quæ Parocho secum cohabitare permittitur 54. post n. 10.

☞ *Aetas* in matrimonium conjungendorum 235.

Aetas ad parochialem promovendi, vide Sacerdotio.

Actus Virtutum theologalium, vide Virtutum theologalium actus.

Admonitiones sæpius inter Missarum solemnia faciendæ parochianis, ut filios, & servos mittant ad Confirmationis sacramentum recipiendum; potissimum. cum proxima futura fuerit Confirmationis administratio 63. post n. 16. ☞ Item, eos gravi peccato obnoxios esse, si ex contemptu, vel cum scandalo, vel etiam cum sola negligentia omittant illos ad dictam Confirmationem recipiendam ibid. Item, ut diebus Dominicis, & festis majoribus frequentent suam parochialem ad audiendam Missam, & verbi Dei prædicationem 123. 11. & seqq., & ad doctrinam christianam addiscendam 126. 7. Item admonere debet patrinos circa onus, cui se subjiciunt in susceptione infantium, tam in Baptismo, quam in Confirmatione 153. 36. ☞ Item admonere debet parentes, & dictos patrinos, ut certiores reddant infantes confirmatos in articulo mortis de jam recepta Confirmatione, si convaluerint 331. col. 2.

Adoptio filiorum est impedimentum dirimens matrimonium 236. col. 1.

Adventus tempus, pro solemni celebratione matrimonii, quando incipiat, & terminet ☞ Et reseratur opinio Sanches circa ipsius initium 217. 13. Eo durante, non prohibentur sponsalia de futuro.

Affictus agrorum Clericis interdictus, vide Negociatio.

Affinitas est impedimentum dirimens matrimonium 236. col. 1.

Adulterii crimen quando inducat impedimentum dirimens matrimonium 237. col. 1.

☞ *Aggregationes* Confraternitatum pro doctrina christiana fieri possunt ab Archiconfraternitate Urbis, sed gratis 126. post n. 7.

Agrorum conductio Clericis interdicta, vide Negociatio.

Alearum ludus Clericis interdictus est 56. 27. vide ludus alearum.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum fieri nequit absque beneplacito apostolico, vide Locationes bonorum ecclesiasticorum. Alienari possunt res exiguæ, licet immobiles, de sola licentia Episcopi 121. 42. vide Valor rerum exiguarum, & Vineolæ.

Anima infirmi morti proximi commendatio, vide Commendatio Animæ.

☞ *Annunciationis* Beatæ Virginis festo incidente in feriam V. Officium trasfertur in alium diem, abstinendumque est ab operibus servilibus, cum obligatione audiendi Missam, locorumque Ordinarii tenentur providere, ut eo die aliquæ Missæ privatæ celebrentur 106. post n. 50.

Annus celebrandi synodum incipit non a die captæ possessionis Episcopatus, sed a die synodi, ultimo loco celebratæ 24. 61.

Annus, intra quem provisus de parochiali tenetur ad Sacerdotium se facere promoveri, incipit a die suscepti regiminis, & pacificæ possessionis 47. 5. Nec prorogari potest ab Episcopo 51. 23., & seqq.

Annuli usus licitus est solum, quibus competit ex officio, & dignitate 54. 5. ☞ In Missa prohibetur etiam Doctoribus, & Prothonotariis non participantibus. ☞ Canonici tamen eo uti possunt in Missa, sed sine gemma, & sine aliqua effigie 103. 35.

☞ *Altare* privilegiatum quando suffragetur, afferuntur decretum Innocentii XI., & decreta Cong. Conc. 100., & 101. ☞ Concessum est perpetuum, & quotidianum a Benedicto XIII. omnibus Ecclesiis patriarchalibus

lihus metropolitanis, & Cathedralibus 101. ☞ Et Ecclesiis parochialibus, quotidianum ad septennium a Clemente XIII. ibid. ☞ Et ab eodem Pontifice idem prævilegio in perpetuum concessum est cuicunque Sacerdoti celebranti in die Commemorationis omnium Defunctorum 102. col. 1.

☞ *Appellatio* a mala relatione Examinatorum, & ab irrationabili judicio Ordinarii, quoad electionem ad parochialem in concursu, quando admittenda in suspensivo, & devolutivo 35. 145. & seqq. vide Concursus.

Approbatus ad confessiones audiendas; vide Confessarius.

☞ *Archidiaconus* hodie nequit examinare promovendos ad parochiam per concursum, nisi fuerit approbatus in Synodo 26. post 2. 72.

Archiepiscopi Ecclesia dicitur Metropolis, idest mater Civitatum provinciæ 3. 6.

Aquæ quantitas in Baptismo requiritur tanta, quanta sufficiat ad veram corporis ablutionem, vel ejus principalis partis 156. 45.

☞ *Aquæ* sanctæ aspersio in ingressu Ecclesiæ non abstergit venialia sine aliquo pio motu ad Deum 119. post num. 35.

☞ *Archivium* penes omnem Parochum esse debet, in quo asservetur inventarium omnium jurium, & bonorum parochiæ 120. post num. 38.

Armorum delatio interdicta est Clericis, nisi excuset justa causa 60. 51. & seqq.

Articulos fidei parochianos docere tenetur Parochus diebus festis, & præsertim solemnioribus 125. 4. & seqq. ☞ Eos, etiam invincibiliter ignorans, absolvi nequit 126. post num. 5.

☞ *In Articulo* mortis danda est a Parocho Benedictio papalis 65. post n. 26. vide Benedictio in articulo mortis.

Aspersio, seu benedictio domorum in Sabato sancto privative spectat ad Parochum quoad omnes alios, etiam Regulares 109. 11. & seqq.

Associatio cadaverum tumulandorum in Ecclesia Regularium, vide Funerale ducere.

☞ *Auctoritas* Parochi nulla est in Ecclesiis, intra limites parochiæ sitis, præter jura parochialia, quæ numerantur 7. post n. 26.

Aucupium, vide Venatio.

B

BAptismalis fons, vide Fons baptismalis.

Baptismalem Ecclesiam obtinens cum sola cura baptizandi infantes loci, tenetur ad residentiam 71. 7.

Baptismus solemniter conferri potest a solo Parocho, & non ab alio absque ipsius, vel Episcopi licentia 149. 1. Pæna illum solemniter conferentis sine tali licentia ibid. 2. & 3. & 151. post n. 11. ☞ Conferri nequit a Diacono ☞ nisi sit Parochus, ibid., vel nisi habeat licentiam a Parocho 150. post n. 8. Pæna Parochi excommunicati, & interdicti solemniter baptizantis 149. 4. & seqq. ☞ Conferri debet in Ecclesia, cui quisque subest, & non in Cathedrali ibid. 7. ☞ Excipitur Parochus Cathedralis Savonæ 150. post n. 7. ☞ Item excipiuntur Parochi Basilicarum S. Joannis in Laterano, & Vaticanæ, ibid. ☞ Conferri nequit in privatis domibus, exceptis necessitate, & domibus Regum, & magnorum Principum 155. post n. 42. Illum sine probabili dubio reiterans, fit irregularis, ☞ Nec incurrit excommunicationem, & refellitur contraria opinio 156. post n. 42. ☞ Et quid circa dictam iterationem, quoad infantes expositos ad januam Hospitalium, ibid. vide Expositi infantes. Afferuntur exempla, in quibus dubium est, an sit valide collatus, quoad materiam formam, & ablutionis modum 156. a num. 43. & ad tot 59. In eo conferendo adhibendi sunt Patrini 152. qui, & quot ibid. & vide Patrini. ☞ Baptizandis non imponenda nomina turcica; nec Infidelium 151. post n. 17. Baptizati describendi sunt a Parocho, cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio nati sunt, & Patrinorum, cum die, mense, & anno 61. 2. ☞ Affertur Instructio obstetricum, pro valida baptismi collatione, in casu necessitatis, a pag. 159. ad 163.

☞ *Benedictio Candelarum* in die Purificationis, Cinerum, fontis baptismalis, ignis, feminis, uvorum, & similium non est de jure mere parochiali 108. 4., & pag. 111. & 112., vide *Candelarum distributio*.

☞ *Benedictio* Cinerum non est de juribus parochialibus 111. 121.

☞ *Benedictio* domorum in Sabato sancto debet fieri a Parocho, non a Regularibus 109. 12.

Benedictio fontis baptismalis privative spectat ad Parochum 108. 2.

☞ *Benedictio* papalis in articulo mortis danda est a Parocho proxime morituro, antequam sensibus destituatur, juxta conditionem, & formam relatam pag. 65. post num. 26.

Benedictio nuptialis dari debet tantum a proprio Parocho, & non ab alio, nisi de illius licentia, vel Ordinarii 233. 98., & pæna eam dantis sine dicta licentia ibid. 14. & seqq. Dari potest a Parocho utriusque contrahentis ibid. 100. ☞ Non danda post traductionem mulieris ad domum Viri, ibid. ☞ Nec a Parocho, coram quo tempore vetito contractum fuit matrimonium, si, hoc transacto, contrahentes alibi fixerunt domicilium 233. post n. 100. Ante benedictionem receptam non convenit contrahentes habitare in eadem domo ibid. 96. Ante hanc non est mortale, matrimonium consumare, ibid. 97. Eam omittere, est veniale, ibid. 101. Dari debet inter Missarum sulemnia ibid. Dari nequit secundo nubentibus, licet matrimonium primum fuerit invalidum, ibid. 102. Et pæna eam dantis 234. 106. Dari tamen potest, si fæmina nondum fuerit benedicta 233. 103. ☞ Pro ea nihil exigi potest, ibid.

☞ *Benedictio* palmarum non est de juribus parochialibus 111.

☞ *Benedictio Puerperarum* post partum non est de

de jure mere parochiali, & licet dari debeat a Parocho, dari tamen potest etiam a Regularibus pag. 109. & 111. & 112.

☞ *Quæ alia Benedictiones* sint de juribus parochialibus, vide Additionem 111. post n.16.

Beneficiatus voluntarie distractus, recitans Horas canonicas in notabili parte, vel eas omittens, tenetur restituere fructus pauperibus, vel fabricæ beneficii ☞ Et probabilius pauperibus loci, ubi situm est beneficium 92. post num. 35. Et hæc restitutio facienda est post sex menses a lapsu pacificæ possessionis beneficii ibid. vide Fructuum beneficii restitutio, vide Horas canonicas.

Beneficium curatum juris patronatus, si vacat in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, & Romam mittere 33. 128.

Beneficium vacans per non promotionem ad Sacerdotium intra annum, potest parochialis impetrari, & pro ea vice illud obtinere non potest, possessio vero non vacat in conscientia, quousque provisus non est spoliatus 48. 12. & 13. & quid circa fructus interim perceptos ibid. 15.

Beneficium curatum obtinens, tenetur per se ipsum curam exercere, non obstante contraria consuetudine, etiam immemorabili, ☞ & refellitur contraria opinio 145. post num. 39.

Beneficii privatio ob non residentiam quomodo facienda sit 81. post n. 75.

Beneficii liberi Collatores tenentur digniorem eligere, ☞ & refellitur contraria opinio 29. post n. 99. & seqq.

Beneficii appellatione non venit parochialis Ecclesia, nec beneficium animarum curam habens 19. 13. Nec veniunt qualificata beneficia 51. 28.

Beneplacitum Apostolicum, quando est reservatum in concessione juris decimandi facta laicis, non præsumitur ex lapsu triginta annorum, & ultra 317. 57. Necessario requiritur in alienatione bonorum ecclesiasticorum, vide Alienatio &c. ☞ Nec tale beneplacitum præsumptum suffragatur etiam post lapsum longissimi temporis, longissimamque observantiam subsecutam ☞ Et refellitur contraria opinio 121. post n. 41.

Blasfemantes publice Deum, nisi pænitentiam injunctam egerint, carent ecclesiastica sepultura 278. 52.

Bona immobilia Ecclesiarum ultra triennium locari nequeunt, aut alia ratione alienari sub pæna excommunicationis 120. 40. ☞ Excipiuntur ea, quæ ab antiquo locari solent, & quando dicantur locari solita 332. col.a.

Breviarii Romani Rubricas quoad ritum variare prohibitum est 87. 9.

C

Cadavera defunctorum sepelire intra Urbem olim probibitum erat lege XII. Tabularum 270. 5. ☞ Post quot horas a morte humari debent 276. 36. ☞ Tumulanda in Ecclesiis Regularium associari debent a Parocho usque ad januam 281.74. & seq. Non tumulanda prope Altare, nec sub pratellis 271. 10.

☞ *Calix* cum patena debet esse aureus, vel argenteus, *Can. XLV. ut Calix de consecr. distin.* 1. Quod si argenteus non sit, ejus saltem cuppa interne aureo illita sit, quemadmodum & Patena, Benedictus XIV. de sacrificio Miss. *lib.* 1. *cap. IV. num.* 1. Non tamen vetitum est sacrificare in vase stanneo, quando Ecclesiarum, vel Sacerdotum tanta est paupertas, ut majoris pretii vasa comparari nequeant, ut tam ex cit. Can. quam ex Constit. Innocentii IV. Sub Catholicæ *6. Martii* 1254. & Const. Bened. XIV. Etsi Pastoralis 26. Maji 1742. §. VI. n.° 20. Item debet esse consecratus, & refellitur opinio illorum, qui asserunt, sufficere semel fuisse adhibitum in sacrificio Missæ; sicuti nec sufficit, si in Altari non consecrato celebrata fuerit Missa, nec paramenta sacra benedicta fuerint, adhibita in eodem sacrificio; cum semper debeat adhiberi forma, & ritus ab Ecclesia præscriptus. Quæ ex oblivione omissa sunt referre in corpore hujus Operis.

Cambium activum, vide Negociatio.

Campanæ pulsari possunt a Regularibus ante pulsum Campanæ Ecclesiæ parochialis ☞ nec prohiberi possunt ab Ordinario 8. post n.34. 99. 21. Pulsari tamen nequeunt in Sabato sancto, priusquam Ecclesia matrix, & ubi hæc non est, prius quam parochialis signum dederit 8. post n. 34. 346. 16.

Candelarum benedictio. Vide Benedictio Candelarum.

Candelarum distributio in die Purificationis B.M. Virginis spectat ad Parochum 108. 4. ☞ Propriis sumptibus distribuere tenetur, & quid, si redditus parochiæ sit tennis ibid., & 109. & 253. post n. 6. Non transmittendæ ad domus sæcularium, neque a Regularibus, sed distribuendæ in Ecclesia, ibid. & 253. 7. ☞ Excipitur Patronus Ecclesiæ, & Dominus loci 108. 5. ☞ Qui, si præsentes sint Benedictioni, præferendi sunt cunctis laicis in earum receptione ibid. In Cathedrali dari debet Episcopo a prima dignitate, & huic a Canonico, & Canonici præferendi sunt omnibus in receptione, etiam Vicario generali 109. 6. & 7. Vide *Candelarum benedictio*.

Canes, & accipites ad venationem Clericis habere non licet, præsertim Parocho 57. 31. vide Venatio.

Canonica portio de jure canonico inducta est propter Sacramentorum administrationem, quæ est quarta pars funeralium, vel ex consuetudine tertia, aut medietas, debita Parocho ratione sepulturæ sui parochiani in aliena Ecclesia 258. 1. & seqq. Vide Quarta funeralis.

Canonici Cathedralium, collegialiter incedentes in

in processionibus, præcedunt Parochos 83. 7. Iidem an sepeliendi sint in Cathedrali, vel in parochia, in qua habent domicilium 276. 36.

Canonici Collegiatarum semper præcedunt Parochum, etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius parochiæ 83. 9.

Canonicatum, & parochiam obtinens in duabus diœcesibus, & non residens in parochia ex permissione Episcopi, cogendus est residere in Canonicatu 71. 17.

Cantores ecclesiastici, vide Musica.

Cantus in Ecclesia qualis debeat esse, vide Musica.

Capellanus dicitur, exercens curam animarum in Ecclesiis Monachorum 5. 13. institutus auctoritate Apostolica coadjutor parochiæ, tenetur residere, ut ipse Parochus 72. 19.

Capellanus quoad stipendium dandum alteri Sacerdoti pro celebratione Missarum propriæ Capellaniæ, vide Missæ perpetuæ stipendium.

Capitula cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum semper, & ubique præcedere debent Ecclesiis inferioribus, etiam si sint ultimo loco erectæ ipsæ Cathedrales, & Collegiatæ, & inferiores essent in quasi possessione præcedendi ante erectionem, 84. 10. ☞ Et ita ex novissimis Decretis S. R. Congregationis, ibid.

Casus reservati Episcopo absolvi nequeunt a Parocho, etiamsi adiri nequeat Episcopus, pro obtinenda facultate, excepto casu, quo pænitens dimitti nequeat inabsolutus absque vero periculo gravis infamiæ, aut scandali, & tunc indirecte tantum absolvitur cum onere petendi postea facultatem pro absolutione directa ☞ & refellitur contraria opinio 175. post n. 43.

☞ *Casus* reservatus Urbis Vicario sine censura, est omissio Communionis paschalis 118. post n. 35. Cum censura vero, vide Excommunicatio reservata Urbis Vicario.

Cathedrali debetur quarta funeralis, vel ex præscriptione, vel quando sibi eam reservavit in erectione parochiarum in signum superioritatis 261. 22. In ea sepelitur peregrinus moriens in via 276. 35. ☞ Ei non competit jus baptizandi Infantes alterius parochiæ, ☞ nec recens conversos ad fidem 149. post n. 7. & seq.

☞ *Cathedrali* Savonæ tamen competit jus privativum baptizandi natos intra octavam Resurrectionis, & Pentecostes 150. post num. 7.

Choreis, & saltationibus interesse proibitum est Clericis, & præsertim Parocho 56. 22.

☞ *Censuræ* ferri nequeunt a Parocho, & refellitur contraria opinio 3. 7. & seq.

Cinerum benedictio, vide Benedictio Cinerum.

☞ *Clavis* tabernaculi SS. Eucharistiæ quomodo custodienda, & pœna eam male custodientis, licet sit Regularis, & exemptus 206. post num. 27.

Clausula, salvo jure, & sine præjudicio Ecclesiæ parochialis, intelligitur de præjudicio circa ea, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ sunt ipsi parochiæ de jure debita, in aliis vero non, 94. 1.

Clausula Salva justitia Ecclesiarum parochialium, apposita in privilegio specialiter derogante, Clementinæ *Dudum de sepult.* non efficit, quin per talia privilegia non concedatur exemptio a solutione quartæ funeralis 259. 10.

Clausula Dummodo remaneant centum pro Rectore, poni solet in resignationibus parochialium, 327. 15.

Clausula Dummodo remaneant centum pro Rectore, quomodo justificetur, & cui incumbat onus probandi quod remaneant centum, ostenditur, 327. 16.

Clausula Appellatione remota, non operatur, si constat de notorio gravamine, vel quando sententia est nulla, aut evidenter iniqua, seu notorie injusta, 329. 28.

Clausula Ac si præinserta nunquam *emanassent &c.* facit, ut omnia medio tempore gesta corruant, 329. 29.

☞ *Clausulæ* litterarum S. Pænitentiariæ pro dispensatione, & convalidatione matrimonii nulli referuntur, & explicantur 239. & seq.

Clementina unica de Baptismo loquitur de magnis dominis, & comprehendit Duces regales, 155. 40.

Clementinæ Dudum de sepulturis debet specialiter derogari, non autem generaliter, ubi Religiosi eximuntur a solutione quartæ funeralis, 259. 8.

Clericis negociatio interdicta, vide Negociatio.

☞ *Clerus* sæcularis in Ecclesiis Regularium recitare nequeunt super cadaveribus Officium Defunctorum, 281. 81. & seq.

Coadjutor in quibus casibus dandus est Parocho 250. 1. & seq. ☞ Tenetur ad residentiam æque ac ipse Parochus, & ad reliqua omnia juxta responsa Congregationis Concilii 72. post n. 21. & seqq. ☞ Dandus est etiam Parocho græco, & quidem latinus, si deficiat Sacerdos græcus 251. col. 2.

Coadjutus, non obstante Coadjutore, tenetur ad residentiam 251. col. 2.

Cognatio legalis inducit impedimentum dirimens matrimonium 236. col. 1.

Cognatio naturalis inducit impedimentum dirimens matrimonium 235. col. 2.

Cognatio spiritualis inducit impedimentum dirimens matrimonium, ibid. col. 2. A quibus contrahatur 153. 33. & seq. ☞ Non contrahitur a patrino non confirmato, tenente confirmandum 152. post num. 27. & 235. col. 2. ☞ Non contrahitur a Procuratore, sed a mittente 152. num. 25. ☞ Non contrahitur a conjugibus baptizantibus filius ex præcisa necessitate 153. post n. 35. ☞ Contrahitur vero a Patre, & Matre baptizante etiam ex necessitate prolem fornicarie susceptam, ibid.

Collatio parochiæ, si spectet ad inferiorem, & in concursu plures æque idonei sint denunciati, facultas eligendi magis idoneum ad Episcopum pertinet 33. 130. Facta sine exa-

examine per concursum, aft nulla, & irrita, & eo modo collata vacat, ejusque collatio ad Sedem apostolicam spectat, 34. 135.

Collegii jus remanet etiam in uno, donec fuerit auctoritate Superioris destructum, 21. 28.

Color rubeus permittitur tantum Cardinalibus, & viridis Episcopis 54. 3. Et uterque Clericis prohibetur ibid.

☞ *Coma* adscititia, de qua ex oblivione non est facta additio in hoc Opere, indiscriminatim interdicta fuit a Benedicto XIII. in Concilio Romano, celebrato an. 1725. tit. XXI. cap. III. quibuscumque Clericis, & præsertim Sacerdotibus, tam extra Missam, quam in ejus celebratione: nec hodie illa quemquam uti posse sine Episcopi licentia, ostendit Benedictus XIV. Institut. Eccles. XXXIV. & XCVI. sed quoad ejus delationem in actu celebrationis Missæ adeo prohibita est, ut nec Episcopus, nec Legatus Apostolicus facultatem eam deferrendi impertiri possit, ex declaratione Innoc. XII. relata in cit. Instit. XXXIV. ☞ Quod & in præsens inviolabiliter servatur, cum solus Sun.mus Pontifex, & non nisi ex urgenti causa, eam concedat, ut ostendi in meo Opere, cui titulus *Expositio Juris Pontificii* pag. 442. De qua re in hoc Opere ex oblivione nulla facta ex mentio.

Commendatores perpetui tenentur ad reparationem Ecclesiarum 114. 3.

Communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt aliis præjudicialia, 259. 9.

☞ *Commediarum* impudicarum multiferi criminis rei sunt, eisque interest cuique sub mortali prohibitum est, potissimum Clericis, & eo fortius Parocho 56. 23, & seq. ☞ Et quidem sub mortali, licet quis intersit sine scandalo, & periculo probabili lapsus ☞ Refellitur contraria opinio, tamquam *Nimis laxa, erronea, & scandalosa*, ibid. n. 25.

☞ *Commendatio* Animæ morti proximorum, cum incipiant agonizare, sub peccato mortali facienda est a Parocho, nec deserendi, licet omnia necessaria sacramenta jam receperint, & refellitur contraria opinio; ac etiam antequam sensibus destituantur, si fieri potest, quatenus subdelegatus sit ab Episcopo, eisdem impartiatur benedictionem in articulo mortis 65. post n. 26.

☞ *Communio paschalis* obligat omnes Fideles, rationis usum habentes 203. 18. & seqq. ☞ An obliget Sacerdotes ad eam sumendam in propria parochia ibid. Intra quod tempus sumenda 201. 13. & seqq. Vide tempus paschale. ☞ Excipiuntur familiares Regularium, eam sumentes in illorum Ecclesiis 200. ☞ Non satisfacit huic præcepto, eam sumens in Ecclesia cathedrali, nec Romæ in Ecclesiis S. Joan. Laterani, & S. Petri 200. 12. Nec in Ecclesiis Regularium 198. 7. ☞ Et quam pœnam incurrant tam Regulares, quam quicumque Sacerdotes, præsumentes dictam Communionem ministrare, ibid. ☞ Nec satisfacit eam sacrilege sumens, & refellitur contraria opinio 201. 12. Illud non adimplens intra tempus præscriptum, hoc transacto, adhuc tenetur adimplere, ibid. 14. Quando hoc incipiat, & terminet 201. 13, & seqq. Viatores, & Peregrini satisfaciunt, eam sumentes in parochia, ubi reperiuntur 204. 23. Sed postquam se receperint in proprium domicilium, cogi possunt a Parocho ad ostendendam fidem, seu documentum, eam recepisse, ibid. ☞ Dictum documentum, seu schedulam Communionis peractæ emens, & vendens, donans, & recipiens ad fallendum Parochum, Romæ incurrit excommunicationem reservatam Eminentissimo Vicario 204. post n. 23.

☞ *Communio quotidiana* cui permittenda 202. post n. 15.

☞ *Communio Sacramentalis* non est administranda feria VI. majoris hebdomadæ 202. 16. Nec in nocte NativitatisDomini, nec in Oratoriis privatis sine licentia Episcopi ibid. post n. 15. Nec nocte, nec post meridiem ibid. ☞ Nec in Missis defunctorum cum particulis præconsecratis, secus cum consecratis in eadem Missa ibid. Eam Parochus tenetur ministrare nedum in Paschate, sed etiam quoties a parochianis rationabiliter petitur 201. 15. & seq. Quibus ministrari possit, & quibus non 202. 18. & seq. ☞ Non deneganda peccatori occulto publice petenti, nec peccatori correcto, licet prius pænitentiam non egerit, nec ei insit amor Dei purissimus 204. post num. 22. ☞ Ministrari debet infirmis in solemnitatibus, licet non morti proximis, Jejuniis tamen 206. post n. 27.

Complicem peccati contra sextum præceptum absolvens, vide Confessio Complicis.

☞ *Complicem*, seu socium peccati exquirens Confessarius, & pœnitentem id manifestare nolentem non absolvens, præter peccatum mortale, incurrit suspensionem ab audiendis confessionibus 179. post n. 56. & quando denunciandus erit sacræ Inquisitioni, ibid.

Compositio super decimis quando valeat, & quando non 324. 24. & seq.

Compositiones, & pacta super juribus parochialibus inter Priores conventuales, & Parochos quando valeant 262. 34.

Concursus est nullus, in quo cum Examinatoribus synodalibus intervenit alter, qui non sit Examinator synodalis 26. 71. Item est nullus, si adhibiti fuerint Examinatores deputati in synodis præcedentibus, si non fuerint confirmati in synodo posteriori 25. post n. 70. Circa quorum durationem, vide Additionem pag. 25. post n. 70. & vide Examinatores. Concursu facto, quando appellatur inter præsentatos, vel patronos laicos super pertinentia jurispatronatus, possessio suspenditur per appellationem 35. n. 147. vide Appellatio. Circa tempus, & modum instituendi concursum, ejusque validitatem, vide additionem a pag. 17. ad tot. 46. Concursus pro quibus parochiis non faciendus, vide Parochia.

☞ *Conditio* de futuro in Sacramentis administrandis illicita est, licita autem, si apponatur de præterito, vel de præsenti ex causa justa 139. post n. 11. & 177. col. 1. vide Absolutio conditionalis.

Conductio ægrorum quando Clericis prohibita, & quando licita; vide Negociatio.

Confessarius absolvens complicem peccati contra sextum præceptum, vide Confessio Complicis.

☞ *Confessarius* sæcularis, & regularis confessiones audiens, quo habitu debet esse indutus 180. post n. 60.

Confessarius solicitans pænitentem ad alia delicta præter venerea, non incurrit pænas contra solicitantes 178. 51. vide Crimen solicitationis.

Confessio complicis in peccato contra sextum præceptum est nulla, exceptis circumstantiis, ut infra, ex binis enim Constitutionibus Benedict. XIV. = *Sacramentum Pænitentiæ* = 1. Jun. 1741. & = *Apostolici numeris* = 3. Februar. 1745. sublata est ipso jure cuicunque confessario, etiam tempore Jubilæi, aut in vim Bullæ Cruciatæ, sive alterius Indulti, confessiones audienti jurisdictio absolvendi complicem in peccato contra sextum Decalogi præceptum, sub pæna excommunicationis Papæ reservatæ, ipso facto incurrendæ, si ausus fuerit eum absolvere, etiam in mortis articulo constitutum, quando tamen absque sui infamia, vel scandalo & quidem non conficto, haberi potest alius Sacerdos, qui complicis confessionem exciperet: dictus vero complex in hujusmodi articulo constitutus, etiam si alius Sacerdos haberi potuisset, & ob confessarii complicis malitiam adhibitus non fuisset, remaneret valide absolutus. Quod ex oblivione non relatum est in corpore hujus Operis.

☞ *Confessio* per literas, aut nuncium prohibita est, & nulla, & declaratur decretum Clementis VIII. 175. post n. 44.

☞ *Confessio* mulierum audiri nequit extra cratem confessionalem, nec post crepusculum vespertinum, nec ante auroram sine necessitate 180. post n. 60.

Confessio propriorum parochianorum ubique audiri potest a Parocho 165. post n. 3. & 166. post n. 5. ☞ Aliorum vero parochianorum audiri potest in Civitate, vel Oppido, non vero in tota Diæcesi, nisi expresse data sit ei facultas ab Episcopo 165. post n. 3.

Confessio sacramentalis facta cum Parocho intruso, vel cum Confessario, defectu aliquo occulto laborante, valida est, si adsit titulus coloratus, & error communis, nec est repetenda, detecto impedimento 143. 28. ☞ Repetenda tamen est, detecto impedimento, si facta sit cum solo errore communi, ut declaravit Congr. Conc. in Patavina 171. post num. 36.

Confessionis sigillum, vide Sigillum confessionis.

Confessionale situm esse debet in loco aperto, & manifesto, & non in angulis Ecclesiæ, ut publice videri nequeat, & crate ferrea occlusum 180. 59.

☞ *Confirmatio*, ordinarie loquendo, conferri debet pueris, postquam pervenerint ad usum rationis; conferri tamen potest pueris, & infantibus in mortis periculo constitutis, licet ratione carentibus, & etiam ob alias rationabiles causas 63. post n. 16. & 330. col. 1. ubi refertur Decretum Congreg. Concil. & Instructio Congr. de Propaganda fide ibid. ☞ & pag. 331. col. 2. Vindicatio animadversionis objectæ eruditissimo Borgiæ Archiepiscopo Firmano circa necessitatem dictos pueros confirmandi, ibid.

Confirmandi instrui debent a Parocho, & eorum nomina, & agnomina ab eodem adnotanda sunt in libro, penes ipsum retinendo 63. post nu. 16. & 331. ☞ Etsi confirmati fuerint in infantili ætate, post mortis periculum monendi erunt ab eorum Parocho, & Parentibus de jam habita hujus Sacramenti receptione ibid. col. 1. vide Admonitiones

☞ *Confraternitates* laicorum quas functiones exercere possint in eorum Ecclesiis, & publicis Oratoriis, afferuntur Decreta Urbis, & Orbis Congr. Sacror. Rituum 111. & seq. Non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi expresse vocentur 279. 61.

Congrua debetur cuicunque Parocho, qui in ea consequenda præferendus est aliis, & quæ ejus quantitas esse debeat 342. a n. 21. ad tot. 40.

Consuetudo in materia decimarum obligatoria, & non obligatoria 318., & seq. a num. 64. ad tot. num. 72.

Consuetudo in materia oblationum, licet a principio voluntaria, & non obligatoria, sensim potest habere vim legis, & obligare 254. 13. & 256. 31.

☞ *Consuetudo* in materia residentiæ non eximit Parochum ab ea facienda, & refellitur contraria opinio 76. 40 & 145. 39.

☞ *Contemptus* parochianorum, qualis, & quando infertur Parocho 99. post n. 20.

☞ *Crimen* solicitationis a pag. 183. ad tot. 196. vide Denunciatio solicitantium.

Crux unica illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, deferenda est in funeralibus 281. 78.

☞ *Crux* Altarium, & processionum, quod omissum est in corpore hujus Operis, non sunt benedicendæ de præcepto, sed potest benedici a simplici Sacerdote privatim, & non solemniter: sine ea non licet Missam celebrare, nec sufficit ea posita super tabernaculum, ubi asservatur Eucharistia, nec debet esse tam exigua, ut videri commode nequeat, nec necessario ponenda est in Altari, ubi est Crucifixus sculptus principaliter. Servanda est consuetudo eam apponendi in Altari, in quo celebratur Missa, dum sacra Eucharistia publice prostrat, ita ex epistola Benedicti XIV. ad omnes Episcopos ditionis ecclesiasticæ *Accepimus* 16. Julii 1746.

Cura animarum indistincte dicitur apud Vicarium perpetuum quoad omnem effectum 11. 57.

Cura animarum in beneficiis unitis est penes principalem Prælatum beneficii uniti, ejus vero exercitium penes Vicarium amovibilem, in dicto beneficio unito deputatum 10. 53.

Cura animarum, quæ in Ecclesia collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concursu non confertur 20. 26.

Cura appellatione venit actualis, non vero habitualis 13. 77.

Cura habitualis, licet sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis omnimoda transfertur in Vicarium 13. 74.

Cura habitualis non facit beneficium curatum, nec causat incompatibilitatem, nec requirit personalem residentiam 10. 50.

Curam remanere penes principalem, evidens signum est, quando Vicarius constituitur temporalis, & amovibilis in exercitio curæ animarum 11. 65.

Curæ titulus in parochiis unitis est penes Episcopum, quem ab eo recipit Vicarius 11. 63.

Cura totalis potest in erectione Vicariæ transferri in Vicarium, etiam ad nutum amovibilem 11. 59.

Curati appellantur a cura, quam de regendis ovibus susceperunt 5. 11.

☞ *Curatus* vicinus bene potest substitui in absentia Parochi, ☞ sed cum limitatione 79. 53.

☞ *Curatus*, ne accedat ad concursum aliarum parochialium, non potest prohibere Episcopus 23. 48.

Custodia Eucharistiæ, vide Eucharistia.

D

PER *Decennii* cursum non censetur jus quæsitum sepeliendi, neque ex cadaverum delatione, neque ex jure Patronatus, quod quis habet in Ecclesia 271. 13.

Decennium sufficit ad introducendam consuetudinem, cui ex duabus Ecclesiis parochialibus debeantur decimæ: immemorabilis vero, aut quadragenaria cum titulo requiritur, si agatur inter Ecclesiam parochialem, & alteram, cui jus restitat, 299. 35.

Dedicationis Cathedralis anniversarium celebrandum est in civitate cum octava, in diœcesi sine octava 89. 28.

Decimæ possideri, & præscribi nequeunt a laicis 303. 50. Decimis spoliati laici agentes interdicto *unde vi*, an sint ante omnia restituendi 301. 46. Possideri possunt eæ, quas vere, & præsumptive constat, obtentas esse ante Concil. Lateranen., & præscribere contra alium laicum, qui ante dictum Concil. aquisierat 303. 51. Item eas præscribere possunt, si allegent privilegium Papæ, accedente ejus fama, & ad ejus probationem tempus immemoriale ostendant, ex quo præsumptione juris resultet titulus privilegii allegatus ibid. 52. In iis percipiendis tuti sunt, si accedat fama privilegii, seu feudi obtenti ante Concil. Lateranen. immemoriali præscriptione allegata, ibid. 53. Quæ justa, & ex legitima concessione ab iis obtinentur, potest eas laicus contra laicum præscribere, ibid. 54. An iidem laici possint in alios transferre decimas, quas possident 318. 63.

Defunctorum cadavera quando sepelienda, vide Cadavera defunctorum.

Defunctorum Officia, vide Officium Defunctorum.

☞ *Degradatio* Parochi eum privat facultate delegandi Sacerdotem, ut loco sui solemniter baptizet, aut matrimonii celebrationi assistat, & refellitur contraria opinio 227. post n. 64.

☞ *Delegatus* Parochi an possit dare licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio 227. 67.

☞ *Denunciatio* solicitantium ad turpia in confessione facienda est juxta edictum generalis Inquisitionis intra XXX. dies, juxta edicta vero Episcoporum, & Inquisitorum intra XII., vel plures pro eorum arbitrio, incipiendos a die scientiæ delicti. Eam omittentes intra id respective tempus in Urbe, & districtu incurrunt excommunicationem (quæ prius reservata erat S. Inquisit.) ☞ a qua tamen hodie absolvi poterunt a quocunque Confessario, postquam denunciaverint juxta decretum ejusdem generalis Inquisitionis 27. Septemb. 1735., & 9. Mart. 1758. Extra Urbem vero ejusque districtum, nonnisi ab Episcopo, vel peculiare Inquisitore, si tamen eam sibi, & peccatum reservaverint: alias post denunciationem factam absolvi poterunt a quolibet confessario, quemadmodum testatur, sibi responsum fuisse a P. Commissario universalis Inquisitionis Romanæ Nicolaus Terzago, Episcopus Narniensis in Instructione ad Confessarios suæ diœcesis §. De peccatis contra fidem. Quod ex oblivione omissum est referre in corpore hujus Operis, vide Crimen solicitationis 183. pag. 83. ad tot. 198. in quibus referuntur Constitutiones apostolicæ circa hoc idem crimen, decreta S. Inquisitionis, & regulæ servandæ in denunciationibus faciendis juxta circumstantias, & casuum varietates, nec non modi, seu instructiones recipiendi denunciationes ex commissione ejusdem S. Inquisitionis, vide Crimen solicitationis.

Denunciationes matrimoniales faciendæ sunt a proprio Parocho, vel ab alio de ejus licentia in utraque contrahentium parochia, si sint diversarum parochialium, tribus continuis diebus festivis intra Missarum solemnia 218. 16. & seq. ☞ Et gratis faciendæ sunt, non obstante consuetudine immemorabili, 147. post num. 42. ☞ Dispensari potest ab Episcopo, ut fiant etiam diebus ferialibus, 218. post n. 20. ☞ Potest prohibere Parocho, ne illas faciat sine ejus licentia ibid. post num. 16. ☞ Nec post eas factas statim contrahendum est matrimonium, & potest definiri terminus ab Episcopo 219. post nu. 23. ☞ Si post terminum elapsum

per

per duos menses subsequentes matrimonium non fuerit contractum, repetendæ sunt ibid. post num. 23. ☞ Dispensari possunt ab Episcopo, quæ tamen faciendæ sunt ante matrimonii consumationem, nisi aliter videatur Ordinario 219. post num. 23. Pæna Parochi matrimonio assistentis, non præmissis denunciationibus 219. 25. & seq. ☞ Pæna contrahentium sine dictis prævis denunciationibus, ac testium scienter matrimonio assistentium 233. post n. 95.

Descendentes ab hæreticis an capaces sint beneficiorum Thesaurus de Pænis Ecclef. verb. Hæretici cap. III.

☞ *Descendentes* a Judæis in Regno Portugalliæ prohibentur promoveri ad Ordines 12. post num. 72. vide Ordo, vide Judæorum descendentes.

☞ *Diaconus* ex vi suæ ordinationis potest solemniter baptizare, sed cum hodie hoc jus sit privativum Parochi, indiget ejus licentia 150. post n. 8. ☞ Item ex eadem vi potest distribuere Corpus Christi, sed hodie ex usu Ecclesiæ indiget Superioris deputatione, qua non indiget, si urgeat necessitas ministrandi Viaticum 198. n. 3. & seq. Item si est Parochus, potest assistere matrimonio suorum parochianorum, etiam extra suam parochiam 226. post n. 60. ☞ Quod posset facere, licet non esset Diaconus, sed Tonsura tantum initiatus ex Decreto Clementis VIII., ibid.

Dignitas adnexam habens curam animarum in Collegiata, non confertur per concursum 20. 27.

☞ *Dignus* de civitate, vel gremio Ecclesiæ eligi nequit ad parochiam, posthabito digniore, & refellitur contraria opinio 31. post num. 111.

Dimissio parochiæ, vide Parochiæ dimissio.

Divisio parochiæ, vide Parochiæ divisio.

Discordias parochianorum quantocitius Parochus componere debet 65. 25.

Disparitas cultus, vide Cultus disparitas.

☞ *Dispensare* hodie nequit Episcopus, ut per septennium Parochus causa studii non resideat in parochia 51. post n. 22. Nec ut duo viri, vel duæ fæminæ suscipiant in Baptismo, vel in Confirmatione baptizandum, & cofirmandum 152. 23. Dispensare potest, ut minores matrimonium contrabant, si malitia suppleat ætatem 216. 5. An dispensare possit ab observatione Jejuniorum, vide Jejunium, & an ad vacandum operibus servilibus die festo, vide Opera servilia.

Doctrinam christianam docere tenetur Parochus suos parochianos Dominicis, & festis diebus sub pæna ab Episcopo infligenda pro illius omissione 124. 1. & seq. ☞ Sub eadem pæna eam docere tenentur Sacerdotes celebrantes in Ecclesiis a parochiali longe sepositis 124. post num. 3. ☞ Parochus item die festo tam in urbe, quam in diœcesi tenetur statim post Missam dicere simul cum populo actus virtutum Fidei Spei, & Caritatis juxta eorum formulas, quæ trascribuntur, cum publicatione Indulgentiarum acquirendarum ab illos elicientibus, ibid. ☞ Item Parochus tenetur sæpe, & serio monere parentes, propinquos, tutores, & alios, quorum curæ sunt pueri commendati, ut eos mittant ad parochiam pro dicta doctrina addiscenda, & si prædicti negligentes, & contumaces fuerint in dictos pueros mittendo, tenetur de hoc Episcopum monere 126. post n. 7. Referuntur Constitutiones S. Pii V. Pauli V. & Clemen. VIII. in quibus conceditur Episcopis facultas erigendi Congregationes Doctrinæ christianæ, & Archiconfraternitatibus ejusdem aggregandi alias, una cum Indulgentiis concessis ipsam Doctrinam docentibus, & addiscentibus, quæ Parochus bis anntas sciet, ibid. ☞ Illam docere debet sponsos ante trinas denunciationes a 16. post n. 3.

Domicilium, & quasi domicilium quoad matrimonium contrahendum 237. col. 1., & vide Matrimonium.

Domorum benedictio, vide Benedictio domorum.

☞ *Domus* paruchialis indigens reparatione, restaurari debet eo modo, quo Ecclesia parochialis. ☞ In restaurationem, vel etiam in necessariam ampliationem dictæ domus erogari possunt, ☞ pro præcisa tamen necessitate, & non ad voluptatem, & pompam fructus a Parocho restituendi ob omissionem recitationis, Horarum canonicarum, & residentiæ 92. col. 2. Reliqua quoad hanc domum, vide Residentiam.

Dos parochiæ, 9. 40. vide Parochiæ dos.

☞ *Duellum*, sive publice, sive privatim indictum committens, præter alias pænas, privatur ecclesiastica sepultura, si decesserit extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, licet dederit non incerta signa pænitentiæ, atque a peccatis, & censuris absolutus fuerit, ☞ & in hoc refellitur contraria opinio 277. post num. 45. Et referuntur quinque propositiones proscriptæ a Benedicto XIV. circa duellum 278. post dictum n. 45.

E

Ecclesia præsumitur curata, ubi beneficium habuerit populum, vel Clerum 9. 37. ☞ In titulum est conferenda, & inter duos non est dividenda 10. post n 44. Non debet dedicari, nisi tantum assignetur, quod duobus sufficiat 9. 40. & 41.

Ecclesia matrix quæ dicatur 3. 4. & 5. De jure communi fundata est, quoad decimas prædiales suæ parochiæ 296. 17. Si consensit assignationi limitum, & fundationi parochiæ, tunc censetur remisisse jus decimandi, & alia jura parochialia quoad illam portionem limitum ibid. 18.

Ecclesia parochialis de novo erecta fundatam habet intentionem super decimis contra Ecclesiam matricem, cui prius decimæ debeban-

bebantur, si Episcopus illius novo Parocho ad præscriptum Concilii assignavit 196. 19. Ecclesia una, ut præscribat decimas, Episcopo de jure communi debitas, quas tamen hic nunquam possedit, sufficit præscriptio sola quadragenaria cum ejusdem scientia, & patientia 304. 57. Ecclesia indigens reparatione, tenetur Parochus restaurare pro rata redituum, deducto prius victu ad sui sustentationem 113. 1. & seqq.

Ecclesiæ parochiales accessorie unitæ nunquam vacare censentur, ac proinde impetrari non possunt 12. 69.

☞ *In Ecclesiis* intra limites parochiæ, quæ auctoritas Parocho competat 7. post n. 26.

Edictum pro concursu ad parochialem faciendo, proponendum est ab Episcopo, quando, & intra quod tempus 22. a n. 40. ad tot. 44. & vide Concursus.

Electio ex concurrentibus ad parochialem in concursu intra quod tempus facienda 28. 94. Facta de digno, omisso digniore, est nulla 28. 93. Electio magis idonei ex approbatis spectat ad Episcopum, etiam extra locum examinis, & absentibus Examinatoribus 28. 91., & 95.

☞ *Electio* digni, prætermisso digniore, in canonicatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis simplicibus, sive semel, sive bis facta, est illicita, & refellitur contraria opinio, ac refertur Propositio proscripta ab Innocentio XI. 30. post num. 103.

Electio sepulturæ, v. de Sepultura, & Sepulturæ electio.

Emptio, vel venditio, aut conductio agrorum propter cupiditatem est Clericis illicita 58. 38., vide Negociatio.

Episcopus post divisionem parochiarum non amplius dicitur Rector, sive Parochus totius Diæc. sed solius Ecclesiæ cathedralis Prælatus super omnes suæ Diæcesis Rectores 6. 22. Distincto populo in certas, propriasque parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignat, & ubi adhuc parochiæ certos non habent fines nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, ibid. 23. Dispensare non potest, ut quis ante 25. annum inceptum parochialem Eccles. valeat obtinere 17. 8. Habita notitia vacationis Ecclesiæ parochialis, deputat Vicarium cum congrua, etiam viciniorem Parochum. ☞ Sed cum limitatione 21. 31. Episcopus vicinior manutenendus est in sua quasi possessione concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum parochialium 22. 39. Non tenetur prorogare terminum concursus, sed bene facit, eum prorogando, ibid. 40. Non potest statuere, seu limitare certum numerum personarum ad concurrendum in concursu parochialium 23. 47. Non excusatur, si post annum adhibeat Examinatores superstites, non extantibus sex. 24. 60. Non potest loco Examinatorum synodalium demortuorum alios subrogare usque ad novam Synodum 24. 64. Potest aliquid de suo Examinatoribus synodalibus conferre titulo præmii, vel stipendii, seu sustentationis 27. 83. Potest gratificare, data in approbatis paritate 28. 91. Præsumitur instructus de vita, & moribus concurrentium ad parochiales Ecclesias vacantes 35. 142. Cognoscere debet de caussis absentiæ, etiam ab Ecclesiis parochialibus, quarum collatio ad Inferiores spectat 80. 59., & seqq. Cum prædicat, silere debent omnes alii Concionatores, illisque potest inhibere, ut eo tempore a prædicatione se abstineant 122. 2. Constito, sibi de Parochi negligentia, vel insufficentia in docenda doctrina cristiana, poterit ex fructibus parochialis assignare partem congruam alteri, qui hoc ministerium loco ipsius adimpleat 124. 3. Præcipiens sub excommunicationis sententia, ipso facto incurrenda, ne quis, sine indubitata causa, operaretur diebus festis, excommunicatio non ligat 131. 8. ☞ Potest etiam Regulares cogere, ut in Offertorio Missarum conventualium, quæ dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent fidelibus festivitates, jejunia, quæ in illa hebdomada occurrunt. ☞ Nescitur tamen quo jure id possit præcipere 137. col. 1. Tenetur tempore pestis præcipere Parochis, etiam cum mortis periculo, ne ab Urbe discedant, & quod necessaria Sacramenta petentibus administrent 141. 17. Tenetur tempore pestis suis magnis expensis idoneos quærere Ministros, si illi desint, ibid. 19. Potest dare ex causa Coadjutorem Ecclesiæ Rectori 250. 2 Respectu Cathedralis dicitur proprie, & immediate Parochus, non vero aliorum Parochianorum 295. 11. Non potest alicui concedere immunitatem a solutione decimarum per viam privilegii 316. 49. Non potest contra Concilium dispensare 317. 50. Poterit interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum, ibid. 52. Poterit decimas, quas nunquam possedit, post earum recuperationem, vel illas ad opus suum retinere, vel secundum discretionem a Deo sibi datam alteri Ecclesiæ concedere, ibid. 53. Non potest jus percipiendi decimas laicis concedere 317. 55. Ex quibus causis possit laicis decimas concedere, ostenditur, ibid. 58. Non licet subrogare alios in locum Examinatorum synodalium, qui per sententiam de crimine simoniæ fuerunt condemnati 24. 65. ☞ Non potest constitutionem facere, qua præcipiat suis subditis, ut non audiant Missam, nisi in propriis parochiis 98. 20.

Error communis, vide Titulus coloratus.

Eucharistia in die Parasceves non est distribuenda aliis, quam Infirmis 202. 16. Non est deferenda per plateam, in qua habitant Judæi 202. 33. Non est deferenda ad ægrotum, si eam recipere nequit ob tussim, aut ob aliam causam 210. 44. ☞ Est deneganda peccatori publico, & notorio 203. 20. Non autem occulto, publice petenti 204. post n. 22. ☞ Deneganda tamen est, si privatim innotescat Parocho, ea uti velle ad sortilegia, ibid.

ibid. & vide Communio Sacramentalis. ☞ Eam ministrans in peccato mortali, probabilior sententia est, ipsum peccare mortaliter 202. post n. 17. Eam Parochus administrare tenetur suis subditis, quoties rationabiliter petunt 201. 15. ☞ Non tamen administrare tenetur, imo nec potest, sicuti nec quilibet sacerdos, in nocte Nativitatis Domini, nec post communionem Sacerdotis in Missa Defunctorum cum particulis præconsecratis. ☞ Nec sine licentia Episcopi in Oratoriis privatis 202. post numer. 15. ☞ Non tradendæ sunt plures particulæ, neque grandiores, sed consuetæ ☞ Nec dimidiatæ sine ulla necessitate, & reprobatur abusus, qui in hoc irrepsit, ibid. ☞ Extra Missam administrana, indutus esse debet superpellicco, & stola albi coloris, seu congruentis, saltem officio diei currentis ☞ Vide Communio Sacramentalis ☞ Administrari potest solemniter a Diacono ob solam necessitatem, secus indiget commissione 198. 2.3. & seq. ☞ Quomodo, & qua decentia custodienda, & pœna eam male custodientis, etiam si sit Regularis, & exemptus 206. post num. 27. ☞ Renovanda a Græcis singulis octo, vel quindecim diebus, a latinis vero quolibet octiduo, die Dominico vel feria V. ibid.

Examen promovendorum ad parochialem in concursu, vide Concursus.

☞ *Examinari* iterum quando possit, & debeat Parochus 251. post num. 10.

Examinatores synodales pro examinandis promovendis ad parochialem in concursu, vide Concursus. ☞ Non possunt quicquam recipere pro examine, nec de licentia Episcopi, & quid circa usum in Hispania quoad fructus parochiæ vacantis 27. post numer. 82.

☞ *Excommunicatio* ferri nequit a Parocho in suos subditos, & refellitur contraria opinio 3. col. 2. & seq.

☞ *Excommunicatio* latæ sententiæ juris pontificii, vel episcopalis, si non est reservata, absolvi potest a quocumque, tantum in foro conscientiæ, non vero, si lata sit per modum sententiæ 118, post num. 31.

Excommunicatio reservata Urbis Vicario contra dantes, vendentes, & recipientes schedulam Communionis paschalis non factæ ad decipiendum Parochum 204. post num. 23. ☞ Item excommunicatio in sæculares quoscumque, & Confratres Societatum, inducentes ad eligendam sæpulturam in propriis Ecclesiis, vel electam immutandam 273. post n. 27.

☞ *Exercitationes* obscænæ puerorum nudorum luctæque, festis potissimum diebus, eliminandæ sunt 132. post n. 15.

☞ *Expositi* ad januam hospitalium, quando rebaptizandi 156. post n. 42.

Extrema Unctio administranda est propriis parochianis a solo Parocho 243. 1. & 2. ☞ Huic vero morti proximo ministrari potest a Parocho eidem propinquiore, ibid. ☞ Pœna illam administrantis sine Episcopi, vel Parochi licentia ibid. & seq. Quæ tamen non incurritur in aliquibus casibus, & qui sint 244. 6. ☞ Nec si ministretur a Regularibus suis familiaribus 200. post n. 12. Ministrari potest a pluribus Sacerdotibus, & etiam cum unica unctione, & in quibus casibus 244. 7. & seq. ☞ Quando repetenda, ibid. & 248. 38. Quibus ministranda, 245. 12. & 13. & seq. Ministranda est adulto recenter baptizato, ibid. ☞ Ministranda est a Parocho, etiam cum vitæ periculo tempore pestis, cum usu virgulæ ibid. post nu. 17. & seq. Quando ministranda sub conditione 246. 22., & seq. Ejus materia remota est oleum olivarum benedictum ab Episcopo, ☞ Et an sit valide administrata cum oleo Cathecumenorum, ibid. post n. 24. Materia proxima est actualis unctio quinque sensuum, & si infirmus aliquo sensu caret, facienda est in parte propinquiore. Unctio in renibus convenientius omittitur, præsertim in fœminis; & Religiosis. In manibus Sacerdotis facienda est in parte exteriori. In casu necessitatis sufficit, etiam unica unctio 247. 27., & seq. Forma assignatur, ibid. 35. Et ritus eam administrandi 248. 39. & seq. Ad eam administrandam non est expectandus mortis articulus 246. 19. & seq. Adhibendum est oleum novum, non præteriti anni, potest misceri non benedictum 247. 26. ☞ Nequit administrari tempore interdicti, excepto casu, quo infirmus aliud Sacramentum suscipere non possit ☞ Neque tempore cessationis a divinis, ☞ Nec personaliter interdictis, etiam in locis non interdictis 249. 45. & seq.

F

☞ *Fabrica* Ecclesiæ parochialis nomine, venit etiam fabrica ipsius domus, in iis tantum, quæ sunt necessaria 92. post n. 35.

☞ *Familiares* Regularium, qui vere tales dicantur 200. 12. ☞ Possunt confiteri cum Confessariis deputatis a Superioribus eorumdem Regularium absque approbatione Episcopi, ibidem ☞ Satisfaciunt præcepto Communionis paschalis, eam sumendo in eorum Ecclesiis, ibid. ☞ Item Extremam unctionem ab eisdem recipere, ibid. ☞ Item sepeliri in eorumdem Ecclesiis, ibid.

Famula a Parocho, secum domi retineri potest, certis tamen conditionibus, ab Ordinario approbandis, attenta præsertim utriusque ætate, & monitum S. Hieronymi, circa cohabitationem cum famula 54. post. n. 10.

☞ *Famuli*, & famulæ quando contrahere possint matrimonium coram Parocho, intra cujus parochiæ limites degunt 237. col. 2.

Festa Calendarii Romani non possunt Episcopi elevare ad nobiliorem ritum 88. n. 13.

☞ *Feria V. VI.* & Sabato majoris hebdomadæ nullibi celebrari queunt Missæ privatæ 105. post n. 50.

Festorum observatio, quoad vacationem ab operibus servilibus, incipit a media nocte diei præcedentis, usque ad aliam sequentis 130. 5.

Festos dies, in quibus vacandum est ab operibus servilibus, populo denunciare tenetur Parochus 130. 4.

Festum duplex, si cadat in diem assignatum pro Altari privilegiato, & illud sit festum de præcepto, non potest in eo Altari dici Missa defunctorum 100. 25.

Festum Aonunciationis B. Virginis incidens in feriam V. vide Annunciationis B. Virginis.

Festum S. Josephi incidens in feriam V., vide S. Josephi festo.

Fidei possessio fieri debet a Parocho coram Episcopo, vel, hoc etiam non impedito, coram Vicario, intra duos menses post adeptam possessionem 43. 1. & 2. ☞ Etiam a Parocho Ordinis Hierosolymitani ibid. Pænæ eam non emittentis 43. 14. & seqq. ac pag. 44. ☞ Nequit fieri per procuratorem 43. 3. ☞ Eam omittens, verior sententia est, ut non faciat fructus suos etiam ante declarationem 45. post n. 20. ☞ Et in quos usus isti sint applicandi, ibid. 21. ☞ Condonari tamen solent tantum a Sede Apostolica, & quomodo ibid. 17. ☞ Impeditus eam facere intra duos menses, bis etiam elapsis, ad eam tenetur 44. 10. & 11. ☞ Nec eam omittens, excusatur ignorantia, ibid. 14. ☞ Illam emittens coram Vicario Urbis, tenetur eam repetere coram Episcopo, & Capitulo 45. 17. ☞ Non autem, si eam emisit Romæ coram Datario, ibid. Qui Parochi ad eam non teneantur 44. 9.

Fidei rudimenta, seu articulos tenetur Parochus sub mortali docere populum diebus Dominicis, & festis 124. & 125. 1., & 4. vide Actus virtutum theologalium, & Doctrinam christianam.

Filiam spiritualem, seu pænitentem solicitans Parochus extra confessionem, non subit pænam contra solicitantes 178. 52. ☞ An peccatum carnis cum ea cummissum, tam a Confessario, quam a Parocbo, sit circumstantia explicanda in confessione, probabilior est sententia, præsertim, si sit parochiana, ibid. 53.

Fides extracta per Parochum ex suis libris, ut in judicio probet, est necessario facienda cum formali transcriptione partitæ de verbo ad verbum 64. 21.

Fons baptismalis ex qua materia debeat esse constructus, & quomodo custodiendus 151. 13. & 154. 38. Ejus benedictio privative spectat ad Parochum 108. 2.

Fæmina in nullo casu admitti potest, ut ministret Sacerdoti celebranti 104. 42.

Forma baptismi in occidentalibus Ecclesiis quæ sit, ostenditur 157. 49.

Forma Extremæ Unctionis quæ sit, ostenditur 247. 35.

Formula adhibendæ a Parocho in descriptione baptizatorum 61. 3. In descriptione matrimoniorum 61. 6. Item in descriptione denunciationum matrimonialium 219. 22. Item de descriptione mortuorum 63. 11.

Fructus aliquando accipiuntur civiliter, aliquando naturaliter 292. 36. Diversimode accipiuntur in decimis prædialibus, ac personalibus ibid. 37. Fructus omnes Ecclesiæ debiti, excepto casu decimarum prædialium, non aliter intelliguntur, quam deductis expensis 292. 43. Fructus acquisiti ex causa injusta, & injuriosa an licite retineri possint 289. 31. ☞ Fructus ammissi ob non factam Fidei professionem sunt restituendi, etiam ante declarationem, seu condamnationem, & refellitur contraria opinio, & sunt applicandi in usus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ 45. 19. & seqq. ☞ Si autem fructus spectent ad massam capitularem, distribuendi sunt inter cæteros Canonicos ibid. ☞ Dicti fructus ammissi ob omissionem professionis Fidei condonari solent a Sede Apostolica, & quomodo 45. post numer. 17. Fructus parochiæ restituendi sunt ab eo, qui eam suscepit absoluto animo eamdem dimittendi, & non suscipiendi Sacerdotium 48. 41. ☞ Et quæ praxis, circa hoc in Urbe 49. post nu. 14. Fructus omissi ob non recitationem Horarum Canonicarum quando, & in qua rata sint restituendi 91. 35.

Fructuum omissorum restitutio ob non residentiam factam, facienda est fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus ☞ Nec super iis obtineri potest compositio, nisi a Sede Apostolica in casibus occultis 80. post n. 68. ☞ Nomine fabricæ Ecclesiæ venire etiam potest fabrica domus parochialis, ad eam ampliandam dumtaxat, & non ad voluptatem 92. post num. 35.

Fructus beneficii concessi sunt non ad augendos, seu foveodos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & divinum cultum instituendum 114. 5.

Fructuum beneficii restitutio, vide Fructus omissi.

☞ *Functiones* parochiales, quales privative spectent ad Parochum, & quæ non, referuntur 111. post n. 16.

Fundus censetur tacite hipotecatus pro decimis 322. 12.

Funeralia dicuntur, quæ ratione sepulturæ obveniunt 262. 37.

☞ *Funerale* ducere Parochus tenetur usque ad januam Ecclesiæ Regularium, in qua sepeliendus est defunctus, nec in eam ingredi potest cum Stola, & Cruce: declarare autem, per quam viam sit deferendus defunctus, spectat ad ipsum Parochum 281. 74. & seqq. Et si interesse oolit, in ea tamen, sepeliendus est 280. 71. In delatione cadaveris Parochus convocare potest Sacerdotes ab hærede defuncti præscriptos, & non alios; convocare tamen potest, quos voluerit, si nulli destinati fueriot ab hærede 279. 57. ad tot. 60. Defunctus vero levari, & transferri nequit, irrequisito proprio Parocho 280. 66. Circa Officium peragendum,

dum, super cadavere parochiani sepeliendi in Ecclesia sita intra limites parochiæ, vide notata pag. 7. post n. 26. ☞ Et circa ingressum Parochi in Ecclesiam Regularium cum stola, & cruce, vide notata pag. 282. , post n. 82.

G

Eneralis Regularium tenetur eligere digniores ad prælaturas sui Ordinis 29. 100.

Gesta sacramentaliter ab eo, qui non est verus minister, cum titulo tamen colorato, & communi errore, sunt valida 143. 27. Secus vero cum solo communi errore ☞ ut probabilior est sententia 144. 33. & seqq., vide Titulus coloratus.

Grangiæ Monasteriorum parochia spectat ad Regulares, cura autem animarum exerceri non debet per Regularem, sed per presbyterum sæcularem, nominandum ab ipsis Regularibus 336. 27.

H

Abitum suscipiens a Superiore regulari, & cum eo decedens, quando sepeliri possit in Ecclesia Regularium 280. 73.

☞ *Habreorum* descendentes in Regno Portugalliæ prohibentur promoveri ad Ordines 12. post n. 72.

Heredes defunctorum convocare possunt Sacerdotes pro associatione cadaverum, quos, & quot voluerint 279. 57.

Hebdomadæ majoris Feria V. VI., & Sabato Sancto, vide Feria V. VI.

Hispaniæ Regnorum appellatione comprehenditur regnum Lusitaniæ 88. 16.

Horæ canonicæ sub mortali recitandæ sunt a quolibet beneficiato, licet beneficii redditus sint tenues, ☞ & refellitur contraria opinio 86. 2. & seqq. Ad eas tenetur post pacificam beneficii possessionem 87. 5. & seqq. ☞ Earum obligationi non satisfacit, recitando loco officii diei palmarum officium paschale 87. 4., & 88. 10. Nec recitans mente voluntarie, & notabiliter distracta 91. 34. Restitutio fructuum beneficii ob omissionem recitationis Horarum canonicarum, quando, & quibus facienda, vide Beneficiarius,& Fructuum beneficii restitutio. In Anniversario Dedicationis Cathedralis quo rito Horæ canonicæ recitandæ sint 89. 28. ☞ Matutinum defunctorum die secunda Novembris sub mortali recitandum est 39. 29. ☞ Et privatim recitari potest post Completorium diei antecedentis, ibid. ☞ Aliis diebus in Breviario præscriptis non obligat, neque in Choro, ibid.

Homicidii crimen, quando inducat impedimentum dirimens matrimonium 237. col. 1.

Honestas publica quando inducat impedimentum dirimens matrimonium 236. col. 2.

I

Doneitas ad parochialem attendenda est, non ex sola scientia, sed etiam ex ætate, moribus, prudentia, &c. 32. 122. vide Concursus.

Illiteratis Parochis deputandus est ab Episcopo Coadjutor 250. 8.

Impedimenta matrimonium dirimentia, vide Matrimonii impedimenta dirimentia.

Impedimenta matrimonium impedientia, vide Matrimonii impedimenta impedientia.

Impedito non currit tempus 44. 11.

Imperiti Parochi dicuntur, qui inhabiles sunt ad explenda ea, quæ incumbunt suo muneri & oneri 250. 9.

Incommoda provenientia parochianis,non interessentibus Missæ parochiali, & referuntur literæ S. Caroli 107. 54. & seq.

Indulgentiæ non publicandæ sine Ordinariorum licentia 132. 19. ☞ Indulgentiæ concessæ elicientibus actus Fidei, Spei, & Charitatis 125. col. 1. ☞ Item docentibus, & addiscentibus Doctrinam christianam 126. post n. 7. ☞ Item Viaticum associantibus 211. post n. 49.

Indulgentia decem annorum concessa a Leone X. judicibus blasphemiæ crimen ulciscentibus, & reos denunciantibus. Indulgentia centum dierum concessa a Benedicto XIII. 14. Septembris 1724. Const. *Injunctæ nobis*, mane, meridie, & vespere recitantibus ad pulsum campanæ flexis genibus ter salutationem Angelicam, & tempore paschali Regina Cæli, & plenaria semel in mense confessis, & Communione refectis. Indulgentia bis centum annorum concessa a Clemente XII. Const. *Cælestis Ecclesiæ* recitantibus psalmum De profundis, vel semel Orationem dominicam, & salutationem Angelicam flexis genibus. Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum concessa a Benedicto XIV. Constit. *Quemadmodum* docentibus rudes Orationem mentalem, eam addiscentibus,& peragentibus,qua vice id egerint, dummodo vere pænitentes, & sacra Communione refecti sint, ac plenaria, semel in mense eam docentibus, & addiscentibus, qui assidue præmissa peregerint. Indulgentia centum dierum concessa a Benedicto XIV. Constit. *Ad passionis*, recitantibus ad sonum campanæ hora tertia, post meridiem, singulis sextis feriis flexis genibus quinquies Orationem dominicam, & salutationem Angelicam, injuncto præcepto Rectoribus Cathedralium, & parochialium, ut dicta hora pulsare faciant campanam. Hæ quinque posteriores Indulgentiæ ex oblivione non relatæ sunt in corpore hujus Operis, quas tamen, & alias supra relatas onus erit Parochi suis Ovibus notas facere, eosque sæpius monere, ut illas lucrari possint.

☞ *Infantes* nutricibus ad alendum traditi in qua Eccle-

Ecclesia parochiali sepeliendi sint 276. post num. 32.

Infideles permittuntur ingredi Ecclesiam ad verbum Dei audiendum, ibique stare possunt usque ad Missam Cathecumenorum 118. 32.

Infirmorum visitatio, præsertim periculoso morbo laborantium, sæpius etiam intra diem facienda est a Parocho, ut eos opportunis remediis, & suasionibus excitare possit ad dolorem peccatorum, & ad spem concipiendam in Dei misericordia 65. 26. vide Commendatio animæ.

☞ *Infirmum* vertens, erigens, jusculum ei præbens, in alium locum transferens, si mortem ei præter intentionem acceleret, nec id prævidere poterat, non fit irregularis 134. post num. 22.

☞ *Ingressus* Parochi in Ecclesias Regularium, cum Stola, & Cruce est interdictus 282., vide Funerale ducere.

Inhabilitas proveniens a jure divino, aut naturali non reddit gesta valida, licet concurrat titulus coloratus, & error communis 144. 35.

Inquisitores contra hæreticam pravitatem puniunt ubique locorum, tamquam de hæresi suspectos solicitantes pœnitentes ad turpia, & inhonestos actus 177. 48. vide Solicitatio.

Interdicti notorii, & denunciati carent sepultura ecclesiastica 277. 41.

Interdicti tempore solemniter administrari potest Baptismus tam parvulis, quam adultis 155. 42. Et etiam Sacramentum Pœnitentiæ 174. 41. Item S. Eucharistia per modum Viatici, etiam cum pompa, & solemnitate, non tantum semel, sed quoties opus fuerit 211. 48. ☞ Item licite contrahi potest Matrimonium juxta communiorem sententiam, sed sine benedictione nuptiali 218. post 15. ☞ Dicto tempore nequit administrari Extrema Unctio, excepto casu, quo Infirmus nullum aliud possit recipere Sacramentum 249. post num. 46.

☞ *Inventarium* rerum omnium, tam Ecclesiæ, quam domus parochialis tenetur Parochus conficere, cujus unum exemplar custodiendum est in archivio episcopali, & alterum apud se retinendum 120. 38.

S. *Josephi* festo incidente in feriam V. quoad officium, & abstinentiam ab operibus servilibus, atque Missæ auditionem, idem servandum est, quod in die festo Annunciationis, ut pag. 106. post n. 50.

Irrationabilitas electionis Episcopi in concursu debet esse manifesta, ut sit locus appellationi 35. 143. vide Concursus.

Irregularitas incurritur ab administrante scienter, serio, & ex officio in Ordine sacro, quem non habet 149. 3. Item ab incaute, & sine fundamento reiterante Baptismum 156. 42. ☞ Et refellitur assertio, quod ab hoc etiam incurratur excommunicatio ibid. ☞ Non incurritur a Parocho, dando fidem Baptismi alicujus rei capitalis ad petitionem Judicis laici, ut huic constet ætas dicti rei, si ejusdem mors sequatur 61. post num. 4. Nec incurritur a Diacono, si est Parochus, solemniter baptizante suos parochianos, & etiam non suos de licentia Parochi, ☞ ut ex errore scripsit Card. Petra in Commentario ad Constit. II. Gregor. XI. tom. IV. n. 26. 149. post n. 3. ☞ Non incurritur, infirmum vertendo, erigendo, jusculum ei præbendo, in alium locum transferendo; si mortem ei præter intentionem acceleret, nec id prævidere poterat, 134. post numer. 22. ☞ An incurratur a medicinam exercente 134. col. 1.

Judex ecclesiasticus, juxta veriorem, cognoscere potest de possessorio decimandi 321. 3.

Judex subdelegatus, sive vigore Executorialium propter rem judicatam, sive vigore mandati de immittendo, procedens ad aliam executionem, parte se opponente, semper dicitur attentare 329. 30.

Jura loquentia de parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis 51. 27.

Jura parochialia, vide Functiones parochiales.

Juramentum præstari debet ab Examinatoribus pro examine in concursu ad parochialem sub pœna nullitatis, eo non præstito; & præstari etiam potest extra Synodum in manibus Notarii 27. 77., & 78.

Jus patronatus laicale devolutum ad Ordinarium confertur per concursum pro illa vice 33. 131.

Juris patronatus parochia, vide Parochus Ecclesiæ de jure patronatus.

L

Lampas ante SS. Eucharistiam diu, noctuque ardere debet, ☞ sumbtibus Parochi, aut alterius juxta consuetudinem, ☞ & in hoc negligens, multari potest ab Episcopo; ad quod onus compelli possunt etiam Regulares; ☞ nec sufficit, quod ardeat in choro post tabernaculum 206. & 207. n. 29. & 30.

Laicus quoad decimarum possessionem, præscriptionem, & translationem in alium 303. 50. 317. 59. & seqq. Laicus non potest per se ipsum Eucharistiam sumere, etiam in casu necessitatis, puta, si sit peste infectus, ☞ & modus in hoc casu illam recipiendi 205. 25. vide Viaticum.

☞ *Legati* repudiatio, probabilius est species alienationis 120. post n. 40. Legatum factum Ecclesiæ pro sepultura, adhuc ei debetur, licet testator ob suam culpam sepultura privaretur 279. 54.

Leges cæremoniales, & judiciales cessarunt, lata lege Evangelica 295. 8.

Libri, quos Parochus retinere debet, sunt I. in quo familiæ, & personæ parochianorum cum ætatis nota, & Sacramentorum descripti sint 61. 2. II., in quo descripti sint a se baptizati cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio nati sint, & patrinorum, ibid. 2. III. in quo adnotati sint qui matri-

matrimonium contraxerunt, cum eorum nominibus, & testium, & loci, ubi contractum est ibid. 6. IV. in quo adnotati sint parochiani mortui, & in qua Ecclesia sepulti sint 63. 23. & seqq. V. in quo adnotati sint confirmati cum eorum nomine, parentum, & patrinorum 63. 16. & 331.

Libri Matricularum non sunt ab Episcopo de Parochi potestate extrahendi, sed penea illum debent conservari 64. 20.

Libros Morales, & Theologiæ, quales Parochus penes se habere debet 180. 62.

Litaniæ majores in diebus S. Marci, & Rogationum recitandæ sunt de præcepto sub mortali, & refellitur contraria opinio 90. post num. 29.

Locationes propiorum animalium fieri possunt tam a Parocho, quam a quibuscunque Clericis absque ulla limitatione 59. 45.

Locationes redditunm bonorum Ecclesiæ, & beneficiorum, ultra triennium sine beneplacito apostolico, vero, & non præsumpto, prohibentur Parocho, & beneficiatis sub pœna excommunicationis 130. 40. & 121. post n. 41. Item probitæ sunt sub pœnia contra alienantes, eorumdem proventuum antecipatæ solutiones ad vitam, vel ad longum tempus, per unam, vel plures solutiones 120. post n. 39.

Lucta nudorum, vide Exercitationes obscænæ.

Ludi theatralca probibendi sunt in Ecclesiis 116. 22.

Ludus alcarum interdictus est Clericis, & præsertim in sacris constitutis, & beneficiatis 56. 27.

M

Majores dicuntur Pater, Avus, & alii Superiores 276. 32.

Mandatum de providendo beneficio non includebat beneficium curatum, quamvis hodie abrogatum sit pro quocumque beneficio 19. post n. 12.

Matrimonium consultius est, ut contrahatur in Ecclesia, benedictio autem in ea omnino dari debet 220. post n. 29.

Matrimonium probatur ex partita descripta in libro Parochi, etiam mortuis testibus, & Parocho 61. 7. & 63. to. Et quid de libro Matrimoniorum occultorum, vulgo *Conscientiæ* nuncupatorum 62. post num. 8. Illud contracturi instrui debent a Parocho ante trinas denunciationes circa doctrinam christianam, & quomodo 216. post n. 3. Illud contrahentes in peccato mortali, peccant mortaliter 216. nu. 8. Secundum contrahi nequit, nisi certo constet de morte prioris conjugis 217. 9. Sine dispensatione denunciationum ex causa urgenti est validum 219. 26. Pœna Parochi, & testium Matrimonio contracto sine præviis denunciationibus scienter interessentium, ibid. & 233. post num. 95. Contractum a Prætore, Judice, Medico, & famula, Item a puellis expositis in hospitio Spuriorum, & in aliis hospitiis, seu Conservatoriis, quorum proventibus aluntur, coram Parocho illius parochiæ, ubi habitant, validum est 224. 38. 40. & 228. col. 1. Contractum a detentis in carcere coram Parocho, in cujus parochia situs est carcer, si tamen perpetuo, vel ad certum tempus in pœnam ibi detineantur, validum est 237. col. 2. Et quid de puellis per consanguineos invite detentis in Monasterio ibid. 238. col. 1. Et quid de Matrimonio contrahendo a degentibus in Xenodochiis, qui in gravi vitæ periculo versantur, ut animæ saluti prospiciant ibid. Contractum coram Parocho, & testibus cum aliquo impedimento dirimente occulto, obtenta dispensatione, non opus est iterum contrahere coram eodem Parocho, & testibus 229. post n. 82. Contractum per Procuratorem non opus est, ut iterum contrahatur coram Parocho, & testibus 230. post n. 86. Contractum in loco, ubi non est promulgatum Concilium Tridentinum, quando est validum, quando nullum 223. post n. 36., & 231. & seq. post num. 93. & 237. col. 1. & 2. Contractum etiam cum urgenti necessitate, sine Parocho, & testibus est nullum 229. 81. Est validum contractum coram Parocho, etiam dissentiente, dummodo audiat consensum contrahentium 237. col. 2. Et etiam existente excommunicato, & schismatico 225. 52. & 53. Et etiam si initiatus sit tantum prima Tonsura 226. post numer. 60. Nec ad Matrimonii validitatem requiritur, ut proferat illa verba = Ego vos conjungo &c. 230. post numer. 88. Contractum coram proprio Parocho, etiam in aliena parochia, & Diœcesi est validum 226. 58.

Matrimonium Conscientiæ quomodo, & quibus conditionibus contrahi possit 220. post n. 29. col. 2.

Matrimonium conditionatum quando, & quomodo contrahi possit, & quomodo convalidandum, & refellitur remedium a Casuistis propositum de emittendo ad tempus voto simplici castitatis, manifestando parti innocenti, antequam contrahatur 221. post n. 30. col. 1. 2. & 222. col. 1. 2.

Matrimonium filiorum familias contractum sine consensu Parentum est validum 215. 1. Peccant tamen mortaliter, iisdem Parentibus rationabiliter invitis, ibid.

Matrimonii impedimenta dirimentia referuntur 235. & seq.

Matrimnii impedimenta impedientia hodie quatuor tantum assignari solent I. Ecclesiæ vetitum, cum scilicet ob justam causam Episcopus, vel Parochus probibeat, ne contrahatur, ut ex cap. 1. & 2. *de Matrimon. contra interdictum Ecclesiæ* II. Tempus feriarum, in quo solemniter contrahi probibetur a Tridentino *cap.* 10. *sess.* 24. *de Matrimon.* III. Sponsalia cum alia inita, & nondum dissoluta, ut ex *cap. ex literis*, & *ex cap.* Re-

Requisivit de Sponsalib. IV. Votum simplex castitatis, ut ex *cap. Consuluit, & ex cap. Rursus tit. qui Clerici, vel vovent;* ☞ verum addendum est quintum, quod contrahitur ab eo, qui scienter duxit in uxorem propinquam sanguinis, redditurque inhabilis, donec vixerit ad contrahendum cum quacumque alia, can. *Qui propinquam* IV. caus. XXXV. q.2. & 3. & cap. V. Trident. sess. XXIV. de reform. & contrahere volens, indigeret dispensatione ex decretis Cong. Conc. relatis in Lucorien. Nullitatis Matrimonii 7. Septemb. 1720. cui accedit stylus Datariæ, quæ in dispensationibus matrimonialibus pro incestuosis consanguineis apponit semper clausulam, quod alter alteri supervivens, perpetuo absque spe conjugii remaneat Corrad. *in prax. dispens. lib. VIII. cap. III. num.* 60. ut ostendi in meo Opere, cui titulus, Expositio Juris Pontificii &c. pag. 177. de quibus ex oblivione nullus factus est sermo in corpore hujus Operis.

☞ *Matrimonii* Ministri, an sint contrahentes, an Sacerdos, refertur opinio, & an verba illa = Ego vos conjungo, sit forma essentialis 231. post n. 88.

☞ *Matrimonii* nulli dispensatio quomodo obtinenda, & executioni mandanda 238. ad 242.

Matrimonium vagorum sine licentia Episcopi contrahi nequit, & qui veniant nomine vagorum 237. col. 2.

Matutinum Defunctorum, vide Officium Defunctorum.

☞ *Medicinam* exercens, an incurrat irregularitatem 134. col. 1.

☞ *Mercatum* fieri solitum statuto die, incidens in diem festum, est anticipandum, vel transferendum in sequentem, non obstante contraria consuetudine immemorabili 132. post num. 15.

Meretrices publicæ non possunt offerre oblationes 254. 20. acquirentes ex meretricio peccant, sed non retinentes acquisitum 289. 32.

Miracula nova non publicanda, nisi prius ab Episcopo examinata, & approbata fuerint 133. 20.

Missa eodem die iterari nequit pro consecratione particulæ ad Viaticum ministrandum infirmo proxime morituro 207. 36. Nec ad eundem finem celebrari a non jejuno 208. 40. Potest tamen ante lucem notabiliter celebrari ob eumdem finem 207. 35. Non habens copiam Confessarii existens in peccato mortali, eam celebrare potest, præmisso actu contritionis, ad tollendum scandalum cum obligatione confitendi quamprimum 208. 39. ☞ Et si *quamprimum* quomodo sit intelligendum, ibid. Missa pro Defunctis celebrari potest in dominicis, & festis, præsente, & insepulto cadavere 100. 25. ☞ Privata celebrari nequit feris V. VI. & Sabato majoris hebdomadæ, & refellitur contraria opinio 105. post num. 50. ☞ Celebrari nequit ante Missam Parochi, potissimum in Ecclesiis proximis parochiali, & refellitur contraria opinio 99. post n.23. ☞ Missæ triginta S.Gregorii quomodo celebrandæ 102. post n. 30. ☞ Missæ propriæ Regularibus concessæ quomodo celebrari possint a Sacerdotibus exteris in eorum Ecclesiis, & quomodo a Regularibus in alienis Ecclesiis 102. post num. 34. Missa celebrari debet a Parocho diebus festis in propria Ecclesia 94. 3. ☞ Eam parochiani audientes in alienis Ecclesiis, satisfaciunt præcepto, non contempto Parocho, & quid veniat pro hoc contemptu 99. post n.20. ☞ Et referuntur literæ monitoriales S. Caroli Boromæi circa commoda, & incommoda audiendo, & non audiendo Missam parochialem 107. & seq. ☞ Missam unam tantum in die Nativitatis Domini celebrare potest Parochus, sed convenientius est, ut celebret omnes tres 96. post n. 8. ☞ Et quæ ex illis tribus celebrari debeat ibid. ☞ Missam celebrare sine lumine, & sacris indumentis est peccatum mortale, nisi excuset necessitas, & quæ 104. post num. 44. Quando celebrari possit sine ministro, in nullo vero casu adhibenda est fæmina 104. 40. & seq. Si Missæ celebrandæ sint pro Defunctis diebus festis in Altari privilegiato, quando Indulgentiæ applicentur, vide Altare privilegiatum. ☞ Missam bis celebrare eodem die festo quando liceat Parocho, & de cujus licentia 96. post n. 9. ☞ Missæ auditioni in Oratoriis privatis quis, & quando satisfaciat præcepto de audienda Missa 7. post n. 26. & vide Oratoria privata.

Missæ applicatio pro populo facienda est a Parocho, etiam amovibili, & regulari, licet exiguos proventus habeat, omnibus diebus festis, ☞ & refellitur contraria opinio, & eam non applicans, puniri potest ab Episcopo pœna suspensionis ipso jure, & quando dispensari possit ab eodem, ut transferat ad alium diem non festum applicationem 97. post num. 10. Nec accipere potest eleemosynam, applicando Missam pro alio, ibid. 11. ☞ Ad quam applicationem pro populo ita tenetur, ut neque præsente cadavere, pro defuncto applicare possit, & ad alium diem transferre applicationem pro populo, nec huic applicationi supplere posset per alium 331. col.2. Applicare tamen poterit per alium, si simul sit unus de capitulo, cum adstrictus sit Missam conventualem applicare pro Benefactoribus, ibid. ☞ Parochi Urbis Romæ eam tenentur gratis applicare pro anima defuncti pauperis, præsente cadavere 97. col. 1. ☞ Ad eandem quotidianam applicationem primæ Missæ conventualis pro Benefactoribus tenentur etiam Ecclesiæ Patriarchales, Metropolitanæ, Cathedrales, & Collegiatæ, contraria consuetudine non obstante, ibid.

☞ *Missarum* collectores, earum applicationem aliis committentes minori stipendio, seu eleemo-

eleemosyna, quam receperant, parte sibi retenta, si laici sint, incurrunt excommunicationem ipso facto Papæ reservatam, & si Clerici, aut Sacerdotes, suspensionem a divinis, pariter ipso facto eidem Papæ reservatam, licet indicassent Sacerdotibus celebrantibus, & consentientibus = *se majoris pretii stipendium, seu eleemosynam accepisse* = cum obligatione restituendi eisdem Sacerdotibus, quibus commissa est earumdem celebratio, ut ex Constit. Bened. XIV. *Quanta cura*, sub die 30. Junii 1741. Quod ex oblivione omissum est referre in corpore hujus Operis.

☞ *Missæ* manualis stipendium, seu eleemosyna integra dari debet Sacerdoti, cui commissa est celebratio, ab eo, qui eleemosynam recepit, sub pæna peccati mortalis, & obligatione restitutionis partis retentæ faciendæ eidem celebranti 97. post n. 13.

☞ *Missæ* perpetuæ stipendium tradi potest ad formam tantum Missæ manualis secundum morem Civitatis, vel Provinciæ a Capellano, qui potest per alium Missam celebrare pro obligatione Capellaniæ, quamvis in ipsius fundatione major sit assignata eleemosyna, nisi in fundatione aliter cautum fuerit 98. §. Superest.

☞ *Monitoria* ad revelandum res deperditas, & furto ablatas publicari debent a Parocho 234. post num. 32. ☞ Qui tenetur revelare, ibid.

Mors, & sepultura probatur ex partita extracta per Parochum de libro Mortuorum 63. 12. Item ex libro Confraternitatum, si gaudeant privilegio sepeliendi mortuos, ibid. 14. Item ex libro Hospitalis, ibid. 15.

Mulieris confessio quomodo, & quando audiri possit, vide Confessio Mulierum.

Mulieris cohabitatio quomodo permittenda sit Parocho, vide Famula.

Mulieris ministerium in celebratione Missæ, vide Missa.

Musica lasciva, & more theatrali interdicta est in Ecclesia 116. post n. 23.

N

☞ *Nobilitas* in paritate vocum ad effectum eligendi digniorem, non est attendenda 32. post n. 120.

Negociatio est Clericis interdicta, & sub qua pæna 58. 37. & seqq. & 39. post num. 43. ☞ Etiam semel ibid. 42. & 59. post numer. 43. ☞ Etiam per intermediam personam, seu alieno nomine, ibid. ☞ Et etiam, si bona negociationi exposita incohata per laicos delata fuerint ad Clericos jure hæreditario, vel ex testamento 59. post n. 43. Negociationis nomine veniunt mercaturæ 58. 37. ☞ Cambia activa, ibid. post numer. 43. Conductio agrorum 59. 47. ☞ Licita tamen est, si conducantur bona Ecclesiarum a Clericis pauperibus ad suam, suæque familiæ sustentationem, ☞ & etiam si conducantur bona laicorum ob veram, & præcisam necessitatem, ibid. post n. 47.

☞ *Nomina* mortuorum, sepultorum tam in propria, quam in aliena Ecclesia notari debent a Parocho 63. post n. 11.

☞ *Nomina* turcica, & infidelium imponenda non sunt baptizandis 151. post n. 17.

Nomen malum fundat sinistram opinionem: bonum vero, bonam præsumtionem 151. 18. & seq. ☞ Nomen turcarum, infidelium, & Gentilium non est imponendum Christianorum infantibus baptizandis 151. post n. 17.

Novalia quoad decimas debentur parochiæ, in cujus finibus surgunt 297. 20.

☞ *Nundinæ* festo die fieri solitæ qua lege permitti debent ab Ordinariis 132. post n. 15.

Nuptiæ, vide Benedictio nuptialis.

O

Oblationes generaliter sumptæ quid importent, & quid veniat earum nomine 252. 1. & seqq. Cui cedant 253. 5. & seqq. A quibus recipi nequeant 254. 11. & seqq. Non debentur de præcepto, consuetudine excepta, & in quot, & quibus casibus 253. 9. & seqq. ☞ Factæ Imagini depictæ in pariete alicujus domus, Altaribus, & Capellis intra limites parochiæ cui cedant 255. & 256. 26. & seqq.

☞ *Obstetricum* instructio pro conferendo Baptismo in casu necessitatis, antequam ad hoc munus admittantur 159. & seqq.

☞ *Officium* B. Virginis diebus in Breviario statutis non obligat sub mortali, etiam Choro addictos, secus si adsit consuetudo illud recitandi 89. post n. 29.

☞ *Officium* defunctorum diebus in Breviario statutis, non obligat sub mortali, etiam Choro addictos 89. post n. 29. Excepta die secunda Novembris. ☞ Et refellitur contraria opinio, ibid. & vide Horæ canonicæ.

Officium defunctorum die secunda Novembris, vide Horæ canonicæ.

Officium divinum, vide Horæ canonicæ.

Oleum lampadis, vide Lampas.

Oleum sanctum, vide Extrema unctio.

☞ *Onera*, quæ deducenda sint ex centum ducatis, quæ debent remanere Parocho 328. 18. & seqq.

Oratoria Confraternitatum, vide Confraternitatum Oratoria.

☞ *Oratoria* privata erigi possunt intra fines parochiæ ☞ & quibus diebus in iis celebrari nequeant Missæ, ☞ quot, & quæ personæ præsentes adimplere possint præceptum audiendi Missam 7. post num. 26. ☞ In iis nequeunt administrari Sacramenta pænitentiæ, & Eucharistiæ sine licentia Ordinarii, ibid.

Ordinem sacrum recipiendum intra annum pro beneficio illum requirente non recipiens, non incurrit ipso facto privationem, ut incurrit Parochus nondum Sacerdos 52. 33.

Ordo

☞ *Ordo* conferri nequit descendentibus a Judæis in Regno Portugalliæ 12. post n. 72.

Ordinandi ad Ordines sacros debent denunciari a Parocho 133. 21.

Ordinarius statuere nequit stipendium etiâm minimum Examinatoribus pro concursu parochialium ☞ etiam ex fructibus parochiæ vacantis 27. 82. Non potest condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem 45. 16. & seqq. Non potest multis, & pœnis cogere parochianos ire ad audiendam concionem in propria parochia 123. 12. Non potest prohibere, sed hortari, ne matrimonium contrahatur domi, servata forma Concilii 220. 29. Ordinarius, Episcopo inferior dare potest licentiam Parocho se absentandi a sua Ecclesia 80. 63. Ordinarii locorum permittere debent Regularibus, ut in suis Ecclesiis teneri possit Oleum sanctum pro ipsorum usu dumtaxat 243. 5.

Originarius quoad promotionem ad parochiam idoneus, judicandus est, & præferendus extraneo ☞ qui vero admissus est ad Concursum, & repertus idonejor, præferendus est originario 31. 110. & seqq.

Obscœnæ exercitationes, vide Exercitationes obscœnæ.

☞ *Observatio* festorum quoad opera servilia, dispensari nequit a Parocho 130. 6.

☞ *Observatio* jejuniorum dispensari nequit a Parocho, & refellitur contraria opinio 128. 2.

Opera servilia justa de causa in diebus festis gratis permitti possunt ab Episcopo 130. 7. 131. post 9. ☞ Et quæ permissa ibid. ☞ Non autem a Parocho 130. 7.

Obligatio patrinorum, vide Patrini.

P

PActum, vide Compositiones.

Papa qualiter dispensare potest a residentia 70. 2.

Parochia dicitur, quasi partitio Curæ, & dicitur locus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus, certis finibus limitatus 6. 16. & 19. ☞ Et dicitur etiam talis, licet populus non contineatur certis limitibus, sed per domos, & familias tantum 6. post num. 24. ☞ Et dicitur etiam talis, si in ea remaneret una tantum familia 6. post n. 19. ☞ Si extendatur etiam extra Civitatem, in quo loco teneatur Parochus residere 75. post num. 39. Quando constitui potest nova, etiam invitis Parochis, & cujus expensis 7. 25. Intra illius fines nequit erigi Ecclesia, invito Parocho, ibid. 26. ☞ Quæ jura competant Parocho in jam erecta, ibid. Quæ requirantur ad constituendam parochiam 8. 27. & seq. ☞ Non probatur talis ex solo jure sepeliendi, ibid. Si exiguos redditus habeat, poterit Episcopus cum illa conjungere aliquod beneficium simplex, vel cum alia unire 2. 42. ☞ Regulariter habere non potest duos, vel plures Parochos 10. post n. 44. Si est reservata, vel affecta, etiam vigore indulti in favorem S. R. E. Cardinalium generaliter, aut specialiter, conferenda est per concursum 19. 14. Non conferenda per concursum, quam quis acquirit per regressum, & prius possedit ibid. 17. Nec si est unita dignitati, vel canonicatui, ibid. 18. Nec si est subjecta Monasterio 20., & 21. Nec si est litigiosa 19. 15., Nec si nemo se examini subjicere velit, ibid. 16. Nec si vacet in Curia 20. 25. Parochia de jure patronatus, etiam mixti, non confertur per concursum, nisi conferatur jure devoluto, vel plures fuerint præsentati 341. 5. & 6. Et præsentatio facta a patrono admittenda est ab Ordinario intra bimestre, alias devolvitur ad Papam, vel Metropolitanum, aut viciniorem Episcopum, arbitrio patronorum 341. 8., vide Præsentatio, vide Patronus. Nec fit concursus in permutatione parochiæ 20. 23. Conferri potest nondum Sacerdoti ☞ etiam prima tantum Tonsura initiato, dummodo intra annum promoveri possit ad Presbyteratum 47. 2. Et quid, si ex ejus culpa non promoveatur 48. 11. & seq. & 50. 21. Si data est in commendam, debet jam promotus esse ad Presbyteratum 47. 4. Conferri nequit, inconsulto Papa, habenti canonicatum, & dignitatem exigui redditus 71. 14. 15. Quando vacet ipso jure 325., & seq. Parochiam resignans debet exprimere a quo tempore illam possederit 327. 14.

Parochiæ collatio intra quod tempus, perfecto examine in concursu, facienda est 35. 150.

Parochiæ dimissio susceptæ animo dimittendi, est illicita, suscipientem obligat ad restitutionem fructuum 48. 14. ☞ Romæ præstatur juramentum, quod ea non suscipiatur animo dimittendi 49. post n. 14.

Parochiæ renunciatio, vide Renunciatio parochiæ.

☞ *Parochiarum* institutio, & distinctio quando inceperit, & a quo Pontifice facta 6. post n. 18.

Parochiæ divisio, vide Ecclesia matrix.

Parochialitas unde probetur 8. a n. 29. ad 42.

Parochiani efficiuntur statimac habitandi animum majori anni parte habentes, incipiunt habitare 223. 35. ☞ Habitantes in confinio duarum parochiarum censentur subjecti Parocho illius parochiæ, in qua domus magis frequentem, & principalem habet aditum 224. post n. 43. Eos hortari debet Parochus, ut accedant ad divina in parochia 107. & seq. Tenentur etiam exempti, & etiam cogendi, non obstante quacumque appellatione, contribuere pro Ecclesiæ reparatione in defectum Parochi, & quid, si sint pauperes 114. n. 6. & 115. 11. ☞ Non satisfaciunt præcepto paschalis Communionis, eam sumentes in Cathedrali, & refellitur contraria opinio 200. post n. 52.

Parochus variis nominibus vocatur, & dicitur proprius Sacerdos 5. 11. & 12. In quo differat

ferat a Plebano 3. 4. ☞ Imperitus quando dicatur 250. 9. ☞ Quando possit iterum examinari 251. post nu. 10. ☞ Non habet facultatem via ordinaria excommunicandi subditos, & refellitur contraria opinio 3. 7. & seq. ☞ Quæ jura ei competant in Ecclesiis erectis intra fines suæ parochiæ 7. 26. Non opus est, ut sit Sacerdos, dummodo intra annum ad Sacerdotium promoveri possit, vide Sacerdotio initiari. Quos in suis libris notare teneatur, vide Libri. Tenetur literas testimoniales consignare illis, quos denunciavit ad Ordines sacros promovendos, cum attestatione functionum exercitatarum ab eisdem 133. 21. & seqq. Habet jurisdictionem ordinariam in foro pænitentiæ in suos subditos, quorum confessiones audire potest etiam in aliena Diœcesi 165. 1. & 166. 5. ☞ Confessiones vero non subditorum audire potest tantum in Civitate, vel oppido, ubi habet parochiam, non vero per totam Diœcæsim, & referuntur decreta Congr. Concil. 165. post n. 3. Dimissa parochia, nequit audire confessiones, etiam tempore Jubilæi, absque nova approbatione 166. 6. Confessiones suorum subditorum audire tenetur, vel per se, vel per alium, toties, quoties ab ipsis expetatur 167. 8. ☞ Nequit sibi eligere pro suo Confessario quemlibet sacerdotem ab Episcopo non approbatum 169. post n. 7. Licite assistit matrimonio suorum subditorum in alterius parochia sine licentia Parochi illius loci, nedum per se, sed etiam per alium sacerdotem, ab eo deputatum 226. 58. & 227. 65. Assistens matrimonio cum minore testium numero, quas pænas incurrat 232. 95. Quorum præsentia debet esse simultanea, non successiva 228. 79. In foro pænitentiali ei subjiciuntur nedum constituentes domicilium, sed etiam quasi domicilium in ejus parochia 168. 10. Parocho Cathedralis non licet sacramenta administrare, nec curam exercere in aliena parochia 168. 14. Illi dandus est Coadjutor, vide Coadjutor; si est pauper tam ipse, quam ejus Mater, vel sorores, potest sibi, & illis restitutionem facere fructuum male perceptorum 92. col. 2. ☞ Non potest cogi ab Episcopo, ut subministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in ejus Ecclesia 106. post n. 52., & 53. ☞ Tenetur pro rata reddituum reparare, & restaurare Ecclesiam 113. post num. 1. Potest per se ipsum tantum, vel eo impedito, per alium, inter Missarum solemnia sermonem habere, etiam quando Episcopus prædicat, nec ab hoc potest impediri 122. 3. & seq. ☞ Non potest admittere Concionatores in sua Ecclesia, ab Ordinario non approbatos, etiam semel, vel bis. ☞ Non potest impedire Regulares, quin audiant Confessiones Infirmorum sine ejus licentia 170. post nu. 23. Ejus delegatus an possit dare licentiam alteri sacerdoti assistendi Matrimonio 227. 67.

Parochus amovibilis examinandus est, & approbatus ab Episcopo, gaudet prærogativis, quibus perpetui 341. 13. & 14. Tenetur ad omnia, ad quæ perpetui 342. 15. Amoveri nequit sine causa rationabili, & justa 342. 1. & 19. ☞ Quilibet Parochus deberet esse perpetuus, non amovibilis 341. 11.

Parochus Cathedralis non debet se immiscere in alienis parochiis 334. 1.

Parochus Ecclesiæ dependentis a Capitulis Cathedralium, Collegiatarum, Monasteriorum, Hospitalium, granciarum Regularium quomodo se gerere debeat, & quid circa ipsum decernere possit Episcopus 337. 42. & seq.

Parochus Ecclesiæ spectantis ad Ordinem melitensem, & theutonicum subest Episcopo, & tenetur ad omnia, ad quæ alii Parochi 334. 9., & seq. 335. 13.

Parochus Ecclesiæ de jure patronatus præsentatus ad eam, quamvis doctor, examinandus est ab Episcopo 341. 4. Et si est præsentatus a laicis, amoveri nequit sine consensu Ordinarii 342. 17. vide Parochia de jure patronatus.

Parochus Ecclesiæ unitæ Monasteriis, subest Episcopo, & quæ observanda sint circa ipsius exercitium 335. 14. & seq. ☞ Quæ in ea visitare possit Episcopus 338. col. 2. & seq.

Parochus regularis tenetur ad omnia, ad quæ alii Parochi 337. 36. & seq. Et licet amovibilis, gaudet iisdem prærogativis, ac Parochi sæculares 337. 41. ☞ Æque amoveri potest ab Episcopo, ac a Superiore regulari. ☞ Et ex sensu Cong. Conc. non ita sæpe amovendus, & saltem, nisi post triennium, nisi subsit causa justa; ☞ In remotione tamen caute procedendum, ut ipsius honori consulatur 336. 33. Non potest prætendere congruam 344. 39. ☞ sed tantum valet exigere eam quantitatem, qua indigeat ad propriam, & onerum Ecclesiæ sustentationem 344. 40.

Parochi potestas in sua parochia, vide Potestas Parochi in sua parochia.

Patrini qui esse possint, quot, & a quibus sint designandi, & quæ eorum obligatio 152. & seq., ac pag. 154. ☞ Adhibiti in Confirmatione, si non sunt confirmati, non contrahunt cognationem 154. §. *Certum est*.

Patronus laicus tenetur præsentare digniorem ad parochialem 29. post nu. 101. & 30. post n. 102. & 103. Tenetur contribuere pro reparatione Ecclesiæ 114. 8. Qui honor ipsi debeatur, ibid. ☞ Ipsi redacto ad inopiam præstanda sunt ab Ecclesia patronata alimenta, & quando 114. post n. 8.

Pauperum appellatione in materia restitutionis fructuum amissorum ob non recitatum divinum Officium, non solum veniunt personæ pauperes, sed etiam Monasteria, Xenodochia, & Ecclesiæ, ornamentis, & aliis similibus indigentes; Item veniunt, nedum qui ex pane mendicato vivunt, sed etiam alii, quibus necessaria deficiunt ad decentem statum; Item domus parochiæ 92. col. 2.

Peccata venialia quomodo deleantur per Acquæ sanctæ sumptionem, vide Acquæ sanctæ asper-

aſperſio. Eorum tantum conſcientiam habentes, an teneantur præcepto annuæ confeſſionis 169. poſt n. 19.

Peccator notorius dicitur, qui manifeſtus eſt, vel per ſententiam, vel per confeſſionem factam in judicio, aut per evidentiam rei, quæ nulla tergiverſatione celari poteſt 203. 21. Ei deneganda eſt Euchariſtia, ibid. 20. & caret ſepultura eccleſiaſtica 277. 40. & ſeq.

☞ *Peccator* occultus, ſi publice petat Euchariſtiam, ei non eſt deneganda, licet abſolutionem in confeſſione non receperit 204. poſt n. 22.

☞ *Penſio* hodie imponi nequit Eccleſiæ parochiali 327. poſt n. 17.

Peregrinus hodie non tenetur confiteri proprio Parocho: Euchariſtiam tamen in Paſchate tenetur ſumere in Eccleſia parochiæ, in qua degit; ☞ & non in Cathedrali 169. poſt n. 16. Mortuus in via, ſepelitur in Cathedrali 276. 35.

Peſtis tempore quomodo ſe gerere debeat Parochus, vide Reſidentia, Viaticum, Extrema Unctio.

Pilei uſus in Miſſa, etiam extra Canonem, cuique prohibitus eſt, & a ſolo Papa concedendus 103. 36.

Plebanus dicitur, qui curam exercet animarum in plebania, habente ſub ſe plures Eccleſias, vel Capellas, ejuſque Eccleſia appellatur Matrix 3. 4. 5. Ipſi competit juriſdictio in ſolo foro pænitentiali, nec dicitur conſtitutus in dignitate, ibid. 7. & 8.

Pænitentia ſolemnis privat fidelem ad tempus ab ingreſſu Eccleſiæ 118. 33.

Pænitentiæ Sacramentum quando commode, & ubi adminiſtrari debet a Parocho 165. ad tot 183., vide Abſolutio conditionata, Sacramentalis Confeſſio.

Portio congrua aſſignanda Vicario, tam perpetuo, quam temporali, vide Vicarius perpetuus.

Poteſtas Parochi in ſua parochia eſt limitata, ☞ & refellitur, opinio, qua aſſeritur, illum tantam habere poteſtatem in propria Eccleſia, quantam habet Epiſcopus in ſua Diœceſi ☞ Item refellitur altera opinio, qua aſſeritur, Epiſcopum jure divino poſſe in ſua Diœceſi, quidquid poteſt Papa in tota univerſali Eccleſia 83. poſt n. 3.

Præcedentia inter Parochos, & inter eoſdem, & Canonicos 82. ad tot. 84.

Prædicatio verbi Dei quibus temporibus injuncta eſt Parochis 121. 1. ☞ & 123. poſt n. 9., & qualis debeat eſſe ibid. ☞ Ab hoc onere ſe eximere nequit ex contraria conſuetudine, licet haberi ſoleat per Concionatores annuales, ibid. Nec ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi illam per totum annum aliis committat 123. 9. Quam habere poteſt, etiam quando Epiſcopus prædicat 122. 3. ☞ Eam tenetur facere per ſe ipſum, ſi non eſt impeditus, ibid. poſt n. 6. Quando illam habet per ſe ipſum, non poteſt prætendere eleemoſynam, præſtari ſolitam Concionatoribus, ab Univerſitatibus electis, 122. 7. Admittere nequit Concionatores in propria Eccleſia ſine Epiſcopi licentia, ibid. 8. Cogere nequit parochianos ad eam audiendam in propria Eccleſia, etiam cum Epiſcopi auctoritate 123. 13.

Præſcriptio non eſt admittenda, deficiente capacitate poſſidendi in præſcribente 303. 49.

Præſentia Parochi in matrimonio non ſufficit materialis, & corporea, ſed requiritur moralis cum intelligentia, & advertentia actus 225. 49.

Primitiæ dicuntur quaſi primi fructus terræ, eo anno collecti 283. 1. ☞ Non debentur Parocho de præcepto, ſed tantum de conſuetudine, ubi adeſt ibid. poſt n. 11.

Princeps non poteſt impedire Parochum, ne tempore peſtis ſacramenta adminiſtret 141. 16.

Privilegium quando dicatur enormiter lædere, ad Papam ſpectat declarare 316. 45.

Proceſſiones facere per parochiam ſpectat ad Parochum, & ſine ipſius conſenſu nemo, etiam Regularis, poteſt eas dirigere 109. 13., & 14. Ejus licentia peti debet, ſed ſi denegetur, ſufficit petita, & non obtenta 110. poſt num. 13. Excipiuntur tamen Fratres Dominicani pro Proceſſione SS. Sacramenti in quacunque die infra octavam Corporis Chriſti, ſicuti & quicunque Clerici ſæculares, & regulares, ibid. poſt num. 15. ☞ Item excipiuntur PP. Dominicani pro Proceſſione SS. Roſarii Dominica prima Octobris, ibid.

Procurator ſuſcipiens de ſacro fonte baptizandum, non contrahit cognationem 152. 25. Poteſt eſſe unus, qui ſit viri, & alter qui ſit procurator mulieris, ibid. 24.

Profeſſio Fidei, vide Fidei profeſſio.

☞ *Pſalmi* Pænitentiales, & Graduales diebus in Breviario præſcriptis omitti poſſunt ſine mortali, etiam a Choro addictis 89. poſt n. 29. Dicti pſalmi pænitentiales non ſunt neceſſario recitandi in adminiſtratione Extremæ unctionis 248. 40.

Pyxides duæ retinendæ ſunt a Parocho, in quarum una ſervetur Euchariſtia, in altera deferatur eadem Euchariſtia ad Infirmos 206. 28. Benedicendæ tantum juxta Pontificale Romanum.

Q

Quæſtores eleemoſynarum pro Hoſpitali, Collegio, vel Conventu, commendari nequeunt a Parocho, ſine Epiſcopi licentia 135. 25. ☞ Quoad Quæſtores vero Regularium attendenda eſt, Conſtitutio Sixti IV., & decreta Cong. Conc. ibid. ☞ Quoad Quæſtores Confraternitatum attendenda ſunt, Conſtitutio S. Pii V., & decreta ejuſdem Congr. 136. ☞ Quoad Quæſtores Confraternitatis Confalonis de Urbe attendenda eſt Conſtitutio Sixti V. 137. ☞ Quoad Quæſtores, ſeu Collectores eleemoſynarum pro ſubſidio Terræ Sanctæ, attendenda

denda est Constitutio Benedicti XIV. *Emanarunt nuper* 20. Augusti 1743.

Quarta funeralis solvenda Parocho, inducta est a jure canonico propter sacramentorum administrationem 258. Potest esse tertia, & medietas juxta locorum consuetudinem, ibid. 2. ☞ Hodie de quibus rebus debeatur, attendenda est Constitutio Benedicti XIII. relata pag. 265. Et debetur etiam ab Ecclesiis Regularium, ibid. 266. ☞ Et etiam pro funere non facto, ibid. 267. Reliqua videnda in summario cap. XXV. pag. 256.

☞ *Quæ Hospitalia* in Urbe eximantur a solutione quartæ funeralis, quando ibidem exponuntur Defuncti in eorum Ecclesiis exterioribus, etiam cum quocumque cereorum apparatu, videndæ sunt resolutiones particularis Congregationis Prælatorum Mannelli, Spinelli, Antamori, Carraræ, & Soderini deputatæ a sant. mem. Clemen. XIV. emanatæ sub die 29. Septembris 1770. in causa Romana Emolumentorum funeralium, quarum documentum reperitur in Archivio Archiospedalis S. Spiritus in Saxia.

☞ Emolumentum tamen, seu jus sepultuarium pro sepultura, nempe julii quindecim juxta taxam statuti Cleri Romani, julii tres pro cera debita Parocho, vulgo mazzetto, cujus defunctus erat parochianus, & totidem pro vespilione, vulgo Beccamorto, quamvis a dictis Hospitalibus non solvatur quarta, debetur eidem Parocho ab hæredi Defuncti non obstante, quod jam solutum fuerit prædictis Hospitalibus, juxta decretum S. Rituum Congreg. in causa Urbis sub die 24. Septembris 1638. favore Parochi S. Benedicti in Clausura, ac decretum Vicesgerentis sub die 18. Junii 1764. per acta Cecconii favore Parochi S. Blasii, vulgo della Pagnotta, ac alterum favore ejusdem sub die 6. Septembris 1765. per eadem acta. Quæ omnia ex oblivione omissa sunt referre in corpore hujus Operis.

R

Regula triennalis convalidat titulum nullum beneficii 45. 18. ☞ Non autem suffragatur omittenti Fidei professionem, ibid.

☞ *Regulares*, quoad Benedictiones domorum in Sabato Sancto, vide Benedictio domorum. Quoad Benedictionem Puerperarum, vide Benedictio Puerperarum. ☞ Possunt audire infirmorum confessiones, etiam invito Parocho 109. post nu. 12. Quoad Campanarum pulsum, vide Campanæ pulsus. Quoad Communionem paschalem, vide Communio paschalis. Quoad Extremam Unctionem, vide Extrema Unctio. Quoad Quartam funeralem, vide Quarta funeralis. Regularibus non est prohibitum inter Missarum solemnia recipere eleemosynas, & oblationes 99. 22. Eis non licet admittere ad celebrandum in suis Ecclesiis sacerdotes, sine licentia Ordinarii 106. 53. Administrantes Extremam unctionem, & matrimonia solemnizantes sine licentia Parochi, incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reservatam 145. 40. ☞ Et vide limitationem ibid. In partibus Indiarum deputati ad curam animarum, libere suis parochianis sacramenta administrare possunt 146. 41. Nec incurrunt hanc excommunicationem 199. 9. Eorum Confessarii tenentur hortari, & monere fideles ad solutionem decimarum. ☞ Et refellitur contraria opinio 323. 20. Usurpantes decimas incurrunt pænas latas in Clementina I. *Religiosi de Decimis* 323. 23. Retrahentes in sermonibus suis fideles a solutione decimarum, incurrunt ipso facto excommunicationem latam in Clementina 3. *Cupientes de pænis* 323. 21. ☞ Quando teneantur prædicare, & suadere fidelibus decimarum solutionem ibid. 22.

☞ *Regularium* Superiores majores nequeunt dare licentiam alienandi res exiguas 121. post n. 42. vide Alienatio.

Rejectus in concursu parochialis Ecclesiæ, vide Concursus.

Religiosus moriens extra claustrum, sepeliendus est in Ecclesia sui Monasterii, si ad eam commode deferri possit, si vero non possit, in parochiali, ☞ nisi ipse sibi elegerit sepulturam 275. post n. 30. Religiosus ad Episcopatum evectus potest esse patrinus in baptismo 153. 32. Religiosus proprietarius caret ecclesiastica sepultura 278. 47. ☞ An tempore pestis possit fugere, & an teneatur obedire Superiori jubenti, ut administret sacramenta peste infectis 141. 20.

Reliquia insignis quæ dicatur 88. 18.

Renunciatio parochiæ privat omni titulo, & jure renunciantem 326. 13. Rejicitur a Dataria, si fiat post breve tempus adeptæ possessionis, a qua requiritur, per quot annos illam provisus retinuerit 327. 14. Et quando eam admittit cum reservatione pensionis ad favorem renunciantis, solet apponere clausulam, dummodo remaneant centum libera pro Rectore = ibid. 15.

Renunciatio portionis canonicæ in damnum Ecclesiæ cathedralis, vel parochialis nullius est valoris 261. 33.

Reparatio Ecclesiæ parochialis, vide Ecclesia parochialis de novo erecta.

☞ *Res* exiguæ alienari possunt cum sola licentia Ordinarii, ac etiam cum licentia Abbatis vere Nullius, ac etiam Capituli Basilicæ Lateranensis, non vero cum licentia Superiorum majorum Regularium 121. post n. 42. vide Alienatio.

Residentia Parocho, & cuicunque animarum Rectori præcepto divino demandata est, & an dispensari possit a Papa 70. 1. & seqq. ☞ Ad eam tenetur, licet parochia sit tenuis redditus, & tres, vel quatuor tantum incolæ in ea remanserint 71. 4. Ad eam tenetur etiam ille, cui tantum incumbit onus baptizandi omnes infantes oppidi 71. 7. Habens duas parochias unitas, tenetur reside-

fidere in digniori, & si una est extra Urbem, tenetur residere in ea, quæ est intra 71. 9., & 10. Et si unitæ sint invicem, æque principaliter, potest residere, in qua maluerit 71. 11. Habens parochiam cum Canonicatu, residere tenetur in parochia 71. 12. & seqq. Et quid si Canonicatum, & parochiam habeat in duabus diœcesibus, ibid. 17. Non tenetur residere in parochia in qua institutus est Vicarius perpetuus ibid. 18. Si datus sit illi Coadjutor ratione infirmitatis, non excusatur a residentia 72. 20. Justa tamen de causa dispensari poterit ad tempus ab Episcopo 73. 30. Non excusatur a residentia, licet sit in servitio Episcopi 72. 23. Nec si sit Subcollector Apostolicus, & Inquisitor contra hæreticam pravitatem, nec ratione studiorum 72. 23., & seqq. Nec excusatur, si theologiam doceat in Civitate, ☞ nec ob intemperiem aeris 73. 28. & seqq. Nec excusatur propter Principis, & populi furorem; ☞ nec propter pestem, aliumque morbum contagiosum 73. 31. Nec propter inimicitias capitales ☞ sine licentia Congr. Concil. 74. 32. ☞ Nec propter senectutem, & malam valetudinem 74. 33. ☞ Residere debet in domo parochiali, & in illius defectu, in propinquiori Ecclesiæ, intra limites parochiæ, & si parochialem domum non habet, cogendus est eam construere, aut aliam conducere intra eosdem limites, nec Episcopus ei dare potest licentiam habitandi extra domum parochialem 75. post n. 37. ☞ Si autem in ea non habitet, vel in alia intra limites parochiæ, non tenetur ad restitutionem fructuum, ibid. Si parochia se extendat etiam extra Civitatem, tenetur residere prope Ecclesiam Civitatis 75. 38. ☞ Non autem habitare potest in Civitate, tam diurno, quam nocturno tempore, licet parochia non longe distet ab ea, & licet subrogatus sit alius Sacerdos 75. post n. 39. ☞ Nec muneri suo satisfacit cum sola personali residentia, committendo alteri totam curam 76. 40. & seqq. ☞ In quibus casibus excusetur a residentia, & per substitutos suo muneri satisfaciat 77. post num. 41. & 78. 46. & seqq. ☞ Et causa justa absentiæ semper debet recognosci ab Ordinario, ibid. ☞ Non videtur tamen abesse, si parvo tempore abest; sed probiberi potest ab Ordinario sub pæna pecuniaria, non vero excommunicationis, ne absit ultra biduum 77. 45. ☞ Nec abesse potest per hebdomadam, nec relinquere Substitutum absque ejus licentia 78. post nu. 51. An abesse possit per duos menses, tam sine, quam cum ipsius licentia 79. 54. & seqq. Et quas ob causas, & sub quibus conditionibus: hic eam dare possit 80. 58. 58. & seqq. ☞ Non residens, non facit fructus suos, & tenetur eos restituere, etiam ante sententiam 81. 69., & seqq. Ad residentiam potest compelli, etiam per privationem parochiæ, ibid. 71. & seqq. ☞ Qui ordo servandus sit pro hac privatione, ibid. post n. 75.

Res deperditæ, & furto ablatæ revelandæ 134. post n. 23.

Res, seu mobilia Ecclesiæ parochialis, quomodo sint custodienda, vide Inventarium.

Restitutio fructuum ob omissionem Horarum canonicarum, vide Horæ canonicæ.

☞ *Restitutio* fructuum perceptorum ob non residentiam facienda est a Parocho fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, etiam ante sententiam, ☞ & quando obtinere possit compositionem super iisdem 80. 68., & seqq.

Revelatio rerum deperditarum, & furto ablatarum facienda, vide Monitoria.

Ritus, & cæremoniæ, præscriptæ in sacramentis administrandis, nequeunt omitti sine peccato, nisi aliud facere cogat necessitas 138. 3.

Rubricas Breviarii romani quoad ritum interdictum est variare 87. 9.

S

Sacerdos sæcularis admitti nequit a Regularibus ad celebrandum in suis Ecclesiis sine licentia Ordinarii 106. 53. ☞ Sacerdos Eucharistiam recipiens, tenetur induere stolam, ☞ & refellitur contraria opinio 205. post n. 26. Sacerdos, dum ei confertur Extrema unctio, inungi debet in parte exteriori manus 247. 32.

Sacerdotis proprii nomine venit Parochus 5. 12.

Sacramenta administranda sunt cum ritibus, & cæremoniis in Rituali præscriptis 138. 2., & seqq. Eorum administratio in peccato mortali, est peccatum mortale 139. 4. ☞ Administrata justa de causa sub conditione de præsenti, vel futuro, valida sunt 139. post n. 11. & 249. post nu. 46. Administranda sunt a Parocho ex obligatione Justitiæ tempore gravis necessitatis, etiam cum periculo vitæ 140. 12. & seqq.

☞ *Sacramentalia* remittunt peccata venialia v.g. sumptio Aquæ benedictæ, si unita fiat cum aliquo pio motu, & reverentia in Deum, & ad res divinas 119. post n. 35.

Sacerdotio initiari se debet Parochus, nondum Sacerdos intra annum, incipiandum a die pacificæ possessionis parochiæ sub pæna privationis ejusdem, ipso facto 47. 1., & seqq. dummodo non fuerit legitime impeditus 99. 17., & seqq. & 50. 21. Quod tempus nec Episcopus, nec Legatus Apostolicus prorogare potest 51. 23. & seqq. Et recipiens parochiam sine animo se promovendi intra annum, tenetur ad restitutionem fructuum 48. 14. & seqq. Tenetur etiam se promovere, licet redditus parochiæ non sint sufficientes ad victum, alias illam dimittere debet 52. 35. Quoad quos Parochos locum habeat pæna privationis parochiæ ipso facto, si intra dictum tempus non promoveantur 51. 25. & seqq.

Sacrilegii species, & modi quot 119. 36.

Savo-

Savona Cathedralis, vide Baptismus.

Schedula, seu fides Communionis paschalia peractæ, vide Communio paschalis.

Sententia nulla, & injusta, non transit in rem judicatam 329. 24.

Sepeliendi jus quæsitum non censetur ex decennali decursu, nec ex delatione cadaverum, nec ex jure patronatus, quod quis habet in Ecclesia 271. 13. Ex jure sepeliendi non probatur parochialitas 8. 29.

Sepultura tripliciter sumi potest I. pro officio, quod impenditur corporibus humandis II. pro loco, in quo quis sepelitur III. pro jure sepeliendi, quod quis habet in aliquo loco 270. 2. sepultura olim construi nequibat in Ecclesia, secus hodie 270. 5. ad tot. 8. Non construenda prope Altare, seu sub pradellis, & si constructa fuerit, nequit in eo celebrari, donec cadavera ibi condita alio transferantur 271. 10. ☞ Construi potest in Ecclesiis Regularium sine Parochi licentia 271. post n. 9. & 273. 21. Sepulturam construere in Ecclesia parochiali spectat ad Parochum, cui competit Jus in ea sepeliendi omnes suos parochianos, nisi forte alibi habeant, vel elegerint sepulturam 269. 1. Sepultura non arguit parochialitatem Ecclesiæ 8. 29, & seqq. ☞ Ea donari possunt familiares Regularium in eorum Ecclesiis 200. 12. vide Familiares Regularium. Sepultura quibus deneganda 277. 39. ad tot. 53. ☞ Item deneganda decedentibus in duello 277. post n. 45. vide Duellum. Peregrinus moriens in via, sepeliendus est in Cathedrali 276. 35. ☞ Infantes Nutricibus traditi ad alendum, in qua parochia sepeliendi 276. post n. 32. Clericus ubi sepeliendus 376. 33. Ad sepulturam electam immutandam inducentes Religiosi, & Clerici sæculares incurrunt excommunicationem 273. 25. ☞ Et quoad sæculares laicos, & Confratres Societatum 273. post n. 27. Sepultura eligi potest in Ecclesiis Regularium, nec a Parocho impediri potest 273. 20. & seqq. ☞ Tertiarii, & Tertiariæ quando in Regularium Ecclesiis sepeliendi sint 280. 69. An suscipiens habitum a Superiore regulari, & in eo moriens, sepeliendus sit in Ecclesia Regularium 280. 73. Sepulturæ dari debet cadaver, licet jus sepulturæ non solutum fuerit Parocho 279. 55. Pauperes gratis sepeliri debent a Parocho 282. 83.

Sepulturæ electio revocari potest usque ad finem vitæ 273. 24. Ejus electio libera est omnibus adultis, dummodo non prohibeantur a jure 273. 19. Eligi potest in Ecclesiis Regularium, nec potest a Parocho impediri, ibid. 20. 21. ☞ Eligi potest a Patre, & etiam a Matre pro filio impubere ante mortem, si adsit consuetudo 273. 28. ☞ Referuntur decreta Cong. Conc. circa validitatem electionis sepulturæ ibid. 274. post num. 29.

☞ *Sepultuarium* emolumentum, sive Jus sepultuarium debitum Parocho pro defuncto sepulto in Ecclesiis Hospitalium, vide Quarta funeralis.

☞ *Sigillum* Confessionis adeo obligat Confessarium, ut in nullo casu, etiam post mortem pænitentis, ullius boni consequendi, aut mali evitandi causa sine gravissimo sacrilegio revelari possit 179. 54. ☞ Illud frangens, olim detrudendus erat in Monasterium ad agendam pænitentiam, hodie hæc reclusio commutata est in pænam triremium, vel carceris, vel ergastuli ad tempus, vel in perpetuum, pro circumstantiarum varietate 179. post n. 55. ☞ Hujus delicti cognitio, ordinarie loquendo, spectat ad Ordinarium: ad sacram Inquisitionem vero juxta circumstantias, ibid. ☞ Illud frangitur, licet revelatio non sit directa, vel indirecta, & sine gravamine pænitentis, ibid. ☞ Illud etiam frangunt tam Superiores, quam Confessarii Regularium, si utantur notitia habita in confessione ad exteriorem gubernationem, ibid. item quando manifestantur peccata audita in Confessione ipsi pænitenti sine ipsius licentia 204. post n. 22. Quæ debet esse expressa, & non præsumpta 180. 57.

Simonia est aliquid recipere tamquam in pretium, & mercedem operis, seu laboris concomitantis in celebratione, & administratione Sacramentorum: secus autem pro materia remota Sacramentorum 146. 42., & vide pag. 31. n. 106.

Sodalitia erigenda pro doctrina christiana 126. vide Confraternitates Doctrinæ christianæ.

Solicitationis crimen, vide Crimen solicitationis, a pag. 183. ad tot. 196. & vide Denunciatio solicitantium.

Sponsalia de futuro non prohibentur tempore Adventus, & Quadragesimæ 217. 14. ☞ Quando sint nulla 234. post n. 108. Quando iniri possint secunda, si sponsa post prima alio abierit ibid. Inita cum prima inducit impedimentum impediens matrimonium.

☞ *Stolam*, & superpelliceum Romæ deferre debet Confessarius sæcularis, regularis vero solam stolam in audiendis confessionibus sub pæna suspensionis ab eisdem audiendis, ferendæ tamen sententiæ 180. post num. 60. ☞ Stolam deferre debet Sacerdos, dum sacram Sinaxim recipit, non obstante contraria consuetudine 205. post n. 26.

☞ *Superpelliceum* deferendum est a Confessario in audiendis confessionibus 180. post n. 60. & sub qua pæna, vide Stolam.

T

Tabernaculum, ubi asservatur Eucharistia, quomodo costruendum, & custodiendum 206. 27. vide Clavis, vide Eucharistia.

Tabernæ sunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ 56. 21.

Taurorum agitationibus interesse Clericis prohibitum est, & quid de illis in Regnis Hispaniarum 56. 26.

Terminus duorum mensium a die captæ possessionis parochialis computandorum ad emit-

tendam Fidei professionem non currit proviso, qui possessionem, non accepit, licet per illum stet, quominus illam accipiat 44. 11.

☞ *Terrulæ* alienari possunt cum sola licentia Ordinarii 121. post n. 42.

☞ *Tertiarii*, & Tertiariæ Regularium quando sepeliri possint in eorumdem Ecclesiis 280. post n. 69.

Titulus coloratus cum errore communi, non vero solus error communis, dat jurisdictionem, etiam in foro sacramentali 143. 27. & 144. 33. & seqq. ☞ Dummodo pænitentes sint in bona fide, ibid. post n. 34.

☞ *Testes* scienter assistentes matrimonio ante non factas denunciationes, puniri possunt, etiam pæna excommunicationis, ipso facto incurrendæ 233. post n. 95. ☞ Interessentibus matrimonio præsentia dumtaxat fisica, & materiali, nullum est matrimonium 237. col. 2.

Torneamenta sub qua pæna prohibita, vide Duellum.

Tributum debitum ex certo fundo transit in quemlibet possessorem 322. 13.

Triennalis regula, vide Regula triennalis.

V

Vagi tenentur sumere Eucharistiam tempore paschali in Ecclesia illius parochiæ, in qua reperiuntur 169. n. 16. Ipsorum matrimonium quomodo, & coram quo Parocho contrahendum, 237. col. 2. & qui veniant eorum nomine, ibid.

Valor ducatorum centum, quæ debent remanere Parocho, est intelligendus juxta morem cujusque regionis 327. 17.

☞ *Valor* rerum exiguarum, quæ alienari possunt cum sola licentia Ordinarii, non debet excedere scuta aurea viginti quinque 121. post num. 42.

☞ *Venatio* alia est quieta, alia clamorosa, & hæc est Clericis interdicta 57. post n. 35. ☞ Venatio recensetur inter opera servilia, excepta consuetudine, si sit tolerata, ac excepta necessitate, ab Ordinariis cognoscenda 58. post n. 36.

Venator nimium venationi deditus, est reprehensione dignus, & cur asserat S. Hieronymus, nunquam legisse venatorem Sanctum 57. 34. 35. ☞ Quæ, & quando Clericis interdicta, & quæ dicatur clamorosa, & quæ quieta 57. 31. & seqq.

Vendere, & emere merces, & alia ad victum necessaria diebus festis licitum est 132. 14.

Verba semper in propria, & potiori significatione intelligenda sunt 13. 78.

☞ *Vestes* sacræ necessariæ pro celebratione Missæ 104. post n. 44.

Viaticum ministrare privative spectat ad Parochum proprium 197. 1. & seqq. ac 207. 31. Deferri debet etiam de nocte 207. 34. Quo habitu Parochus debeat esse indutus, & qua pompa deferendum, ibid. 31. & 32. Ob necessitatem ministrari debet etiam non jejuno ibid. 37., & 208. 42. Quando iterum ministrari possit ibid., & 208. 38. 40. & 42. ☞ Ministrari potest tam Sacerdoti, quam laico morituro, licet de mane Communionem sumpserit ex devotione 209. post numer. 42. Quando ministrari possit infirmo deliranti, ibid. 43. ☞ Non deferendum infirmo ad adorandum, si illud suscipere nequeat 210. 44. Neque ministrandum sub specie vini, si nequeat illud sumere sub specie panis, ibid. 44. Tempore pestis tenetur Parochus sub mortali illud ministrare 210. post n. 46. ☞ An tunc ministrare possit aliquo instrumento, ibid. 46. & 205. post nu. 25. Et an a laico sumi possit, admoto ore ad illud depositum in patina, & non de manibus Parochi, ibid. Tempore interdicti, etiam localis, ministrari potest toties, quoties opus fuerit cum pompa, & solemnitate 211. 47. Cum deferendum est infirmo degenti in loco valde remoto, Parochus equo uti poterit 212. 50. Pro deferendo ad infirmum proxime moriturum, potest summo mane notabiliter ante auroram Missam celebrare 207. 35. ☞ Non potest autem ob eundem finem eodem die iterum celebrare, ibid. 36. ☞ Sacerdos infirmus ipsemet poterit illud sibi ministrare 105. 24. ☞ Administrandum est etiam malefactoribus proxime in patibulo morituris 210. post n. 44. Viaticum associantibus Parochus publicare debet Indulgentias ipsis concessas, quæ numerantur 211. post n. 49.

Viatores non valentes propriam parochiam adire pro implendo præcepto Communionis paschalis, eam recipere possunt in ea parochia, in qua tempore paschali reperiuntur ☞ Et quomodo se gerere debeat Parochus cum in parochiam se receperint 204. 23.

Vicaria perpetua parochiæ unitæ non confertur concursu, nisi in Vicarium totalis cura fuerit translata 20. 19.

Vicariam potest Episcopus facere perpetuam, dummodo erigatur in titulum beneficii, & relinquatur Capitulo facultas eligendi Vicarium 334. 4. & seqq. Qua erecta, cura incumbit soli Vicario, ibid. 6. Et quæ nequeat fieri perpetua 335. 18.

☞ *Vicariæ* perpetuæ Urbis undecim constitutæ sunt a S. Pio V. & etiam altera in Ecclesia S. Mariæ in Aquiro, ut ostendi in meo opere, cui titulus, Expositio juris Pontificii &c. pag. 830. quarum Vicarii approbandi sunt ab Urbis Vicario, prævio examine per concursum, ad nominationem tamen Capituli Basilicarum, & Ecclesiarum, in quibus dictæ Vicariæ constitutæ sunt, quod ex oblivione omissum est in hoc Opere.

Vicarius perpetuus deputatus in Ecclesia collegiata habet omnimodam curam actualem, habitualis vero est penes Capitulum 11. 54. & seqq. ☞ Deputandus cum congrua, donec provideatur Ecclesiæ de Rectore: licet idoneus, examinari debet ab Ordinario ☞ & refellitur contraria opinio 21. post nu. 32.

Nec

Nec removeri potest sine causa, ibid. n.36. Ejusque deputatio semper spectat ad Ordinarium cum congrua, arbitrio Episcopi assignanda 21. & seqq. ☞ Vicario tam perpetuo, quam temporali assignanda est congrua arbitrio Episcopi, & juxta disposita à Benedicto XIV. 36. post n. 153. & 343. post n. 27 Vicario tam temporali, quam perpetuo debetur quarta funeralis, si nullus adest Rector 261. 21. Potest facultatem concedere alteri Sacerdoti assistendi matrimonio suorum parochianorum 227. 65. & seqq.

Vicarii parochialium annexarum debent constitui perpetui 11. 59. & seqq.

Vicarius capitularis sufficere non potest alios Examinatores synodales in defectu jam electorum 25. 70.

Vicarius generalis, si velit subire concursum, tenetur servare formam Tridentini 34. 136. Non potest impedire, ne Parochus denunciationes matrimoniales faciat absque ejus licentia ☞ in aliquibus tamen diœcesibus impedire potest 218. 16.

Emo Urbis Vicario excommunicationes reservatæ, vide Excommunicatio.

☞ *Vice* Curatus Sacramenta administrans loco Rectoris infirmi, non consequitur emolumenta huic debita, ☞ & refellitur contraria opinio 123. 10. In absentia proprii Parochi ad breve tempus cum facultate gerendi omnem curam, an possit alteri delegare unam, vel alteram causam, & etiam facultatem assistendi matrimonio 144. 38. & seqq.

Vigiliæ de præcepto de consuetudine, & de mandato Ordinarii, in quibus jejunandum est, denunciari debent a Parocho, & denunciari possunt etiam a Regularibus 128. 1. & 2.

Vineolæ alienari possunt cum sola licentia Ordinarii 121. post n. 42.

Vinum suum vendere possunt etiam minutatim Parochus & quicunque Clerici 59. 48.

☞ *Virtutum* Theologalium actus edocendi sunt a Parocho parochiani post Missam, die festo celebratam, statim ante altare provoluto, clara, & intelligibili voce una cum ipsis eliciendo, iisdem verbis, quibus italico sermone transcripti sunt pag. 125. post nu. 3.

Visitatio infirmorum, vide Infirmorum visitatio.

Unctio extrema, vide Extrema Unctio.

Unio unius parochiæ cum altera in perpetuum fieri potest dependenter, vel independenter 11. 64.

Votum decisivum non habet Episcopus, sed tantum accedere potest, ubi vota Examinatorum sunt paria, vel singularia 28. 92. Vota Examinatores dare debent simul congregati, non autem separatim, sicut & Episcopus 28. 87. in concursu.

☞ *Votum* dispensandi potestas est penes tantum Prælatos habentes jurisdictionem in foro externo, non penes Parochum 168. post n. 10.

Votum solemne castitatis inducit impedimentum dirimens matrimonium 236. col. 2.

Usurarii publici, & notorii, nisi alienum restituerint, vel idoneam dederint de restituendo cautionem, carent ecclesiastica sepultura, & si sepulti fuerint, exhumari debent jussu Episcopi, etiam ex Ecclesiis Regularium 277. 42.

Uxor præmortua, non electa sepultura, sepelienda est in sepultura mariti, si habet propriam, & si habuit duos viros, sepelienda est in sepultura ultimi 274. 29. ☞ Non autem si consumatum non fuerit matrimonium, nec si fuerit factum divortium ob adulterium, ibid. post n. 29. ☞ maritus vero non sepeliendus est in sepultura uxoris, ibid.

F I N I S.

Ut Parochus facilius scire possit, quæ a Concilii Tridentini decretis de Re parochiali disposita sunt, referuntur loca, in quibus idem Concilium decrevit.

I. De Ecclesiis parochialibus, quomodo scilicet augeantur, si tenues sint, sess. XXIV. de refor. cap. XIII. Quibus non uniendæ, ibid. Quæ pensionibus, & fructuum reservationibus non gravandæ ibid. Iis vacantibus quomodo providendum, ead. sess. cap. XVIII.

II. De Parochiis, quare nempe distinctæ, sess. XIV. de refor. cap. IX. Quando novæ constituendæ, sess. XXI. de refor. cap. IV. Ut collapsæ reficiantur, & si refici nequeant ob earum inopiam, transferendæ sint in matrices, vel alias Ecclesias, sess. XXI. de refor. cap. VII. Ut unicuique parochiæ præficiatur perpetuus, & peculiaris Parochus, a quo solo Parochiani Sacramenta suscipiant, sess. XXIV. de refor. cap. XIII.

III. De Parochi officio, nempe de prædicatione verbi Dei, sess. V. de refor. cap. II. & sess. XXIII. de refor. c. I. De expositione eorum, quæ in Missa leguntur, sess. XXII. de Sacrificio Missæ cap. VIII. ac in decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missæ: & de monendo Parochianos, ut frequenter accedant ad suam parochiam, saltem diebus Dominicis, & majoribus festis, ibid. De explicatione decreti Matrimonii, sess. XXIV. de refor. Matrim. cap. I. Pueros fidei rudimenta, & obedientiam docere, sess. XXIV. de refor. cap. IV. Vim, & usum

usum Sacramentorum explicare, ead. sess. cap. VII. Jejunia, dies festos, & obedientiam erga Superiores commendare, sess. XXV. de delectu ciborum &c. Oves suas cognoscere, pro his Sacrificium offerre, Sacramenta administrare, & bono exemplo pascere, sess. XXIII. de reform. cap. I. Pauperum, & miserabilium personarum curam paternam gerere, ibid. Missam, praeter dies festos, frequenter celebrare, sess. XXIII. de refor. cap. XIV. In sua Ecclesia residere, sess. VI. de refor. cap. II. & sess. XXIII. de refor. cap. I. Decreta Matrimonii observare, sess. XXIV. de refor. Matrim. cap. I. Nuptias benedicere ibid. Librum Matrimoniorum habere, ibid. ac baptizatorum ibid. & cap. II. ead. sess. Ad Synodum diaecesaeam accedere, sess. XXIV. de refor. cap. II., & sess. XXV. de refor. cap. II. Carnis affectum erga propinquos deponere, sess. XXV. de refor. cap. I. Decreta Concilii recipere, obedientiam spondere, ac haereses anathematizare, ead. sess. cap. II. Hospitalitatem servare, ead. sess. cap. VIII.

Praeter haec statuit, quomodo succurrendum sit Parochi paupertati, sess. XXI. de reform. cap. IV. Item quomodo occurratur ipsius imperitiae, & malae vitae, ead. sess. cap. VI. Insuper statuit, ut justis, & rationabilibus de causis possit absque denunciationibus coram sufficienti testium numero Matrimonium celebrare, ut eas tamen ante illius consumationem facere teneatur sess. XXIV. de refor. Matrim. cap. I. Utque possit post dictas denunciationes, intellecto viri, & mulieris mutuo consensu, eos in Matrimonium conjungere, ibid. Ulterius, si ipse Parochus, vel is, qui ipsius loco intervenit in contractu Matrimonii cum minore testium numero, & etiam si ipsi testes sine Parocho interfuerint, atque contrahentes, puniendi sint arbitrio Ordinarii, ibid. Praeterea, ut interesse non possit vagorum matrimoniis absque Ordinarii licentia, ead. sess. cap. VII. Ut antequam baptizet, teneatur interrogare eos, ad quos pertinet, quem, aut quos elegerint ad suscipiendum baptizandum, & illum, aut illos tantum admittat, & si secus fecerit, puniendus sit arbitrio Ordinarii, sess. XXIV. cap. II. de reform. matrim. Ut denique teneatur declarare Patrinis, sub eadem poena arbitraria, quam cognationem contrahant, & baptizatorum, ac Patrinorum nomina describere in libro baptizatorum, ibid.

Ut magis cordi sit Parochianis accessus ad Ecclesiam parochialem saltem Dominicis diebus, & festis, ut optat Tridentinum sess. XXII. de Sacrificio Missae cap. VIII. cura erit Parochi eis notum facere, Clementem XI. concessisse Indulgentiam centum dierum iisdem audientibus in eadem Missam Parochi, quae Indulgentia confirmata fuit a Benedicto XIV. an. 1751. ut ex Edicto Cardinalis Guadagni Urbis Vicarii ad Parochos Urbis, edito in Typographia Rev. Cam. Apostolicae.